OPERVM

HIPPOCRATIS

COI, ET

GALENI

PERGAMENI, MEDICORVM OMNIVM PRINCIPVM,

TOMVS II.

Τὰ εἰσαγωγικὰ, quæ in artem medicam introducunt.

RENATVS CHARTERIVS VINDOCINENSIS,
Doctor Medicus Parif. REGIS Christianißimi Conf. Medicus, ac Professor Ord. plurima interpretatus, vniuersa emendauit, instaurauit, notauit, auxit, edidit.





M. van Lochom fecit

LVTETIÆ PARISIORVM.

M. DC. XXXVIII.

TOMO II

Τὰ Εἰσαγωγικὰ Hippocratis & Galeni opera continentur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΟΡΚΟΣ.

HIPPOCRATIS IVSIVRANDVM.

1. Sacramentum medicum religiosè seruandum. 2. Præceptoribus Medicis gratias referendas. 3. Medicorum liberos, & his conscriptos in arte Medica erudiendos. 4. Ægris diætam præscribendam. 5. Venenum nemini dandum. 6. Abortum non prouocandum. 7. Innoxiè, sanctéque viuendum, ac medendum. 8. Lithotomiam expertis committendam. 9. Ægris opitulandum, non nocendum, castéque viuendum. 10. Arcanum silendum. 11. Sacramenti seruati præmia. 12. Violati Iusiurandi pœnas.

1. IVRO Apollinem Medicum, & Æsculapium, & Hygiam, ac Panaceam; Deos omnes, omnésque *Deas* testes facio, *me*, ratum pro viribus, iudicióque meo Iusiurandum hoc, háncque syngrapham effecturum.

2. PRÆCEPTORI quidem ei qui me hanc artem docuerit, peræquè ac meis progenitoribus honorem præstiturum, résque meas egenti imperiturum; ortos ex eo liberos mares germanis fratribus æquales æstimaturum; eósque hanc artem, si addiscere velint, absque mercede ac syngrapha edocturum.

3. CONCISORVM præceptorum, *fusorum* documentorum, cæterorúmque ad vniuersam disciplinam spe-

1. ΟΜΝΥΜΙ, Ἀπόλλωνα ἰητρὸν, καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ Ὑγείαν, καὶ Πανάκειαν, καὶ θεοὺς πάντας, καὶ πάσας, ἵστορας ποιεύμενος, ἐπιτελέα ποιήσειν, κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε.

2. ΗΓήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην, ἴσα γενέτῃσιν ἐμοῖσιν, καὶ βίου κοινώσασθαι· καὶ χρεῶν χρηΐζοντι μετάδοσιν ποιήσασθαι· καὶ γένος τὸ ἐξ ἑωυτέου, ἀδελφοῖς ἴσον ἐπικρινέειν ἄῤῥεσι, καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἢν χρηΐζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς.

3. ΠΑραγγελίης τε καὶ ἀκροήσιος, καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος μετάδοσιν

ποιήσασθαι υἱοῖσί τε ἐμοῖσι, καὶ τοῖσι τοῦ ἐμὲ διδάξαντος· καὶ μαθηταῖσι συγγεγραμμένοις τε, καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ, ἄλλῳ δὲ οὐδενί.

A

4. ΔΙαιτήμασί τε χρήσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ἐπὶ δηλήσει δὲ, καὶ ἀδικίῃ εἴρξειν.

B

5. ΟΥ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς, θανάσιμον· οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε.

6. ΟΜοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω.

7. ΑΓνῶς δὲ καὶ ὁσίως διατηρήσω βίον τὸν ἐμὸν, καὶ τέχνην τὴν ἐμήν.

C

8. ΟΥ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας· ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτῃσιν ἀνδράσι πρήξιος τῆσδε.

9. ΕΙς οἰκίας δὲ ὁκόσας ἂν ἐσίω, ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων, ἐκτὸς ἐὼν πάσης ἀδικίης ἑκουσίης, καὶ φθορίης τῆς τε ἄλλης, καὶ ἀφροδισίων ἔργων, ἐπί τε γυναικείων σωμάτων καὶ ἀνδρώων, ἐλευθέρων τε καὶ δούλων.

D

10. ΑΔ' ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω, ἢ ἀκούσω, ἢ καὶ ἄνευ θεραπείης κατὰ βίον ἀνθρώπων, ἃ μὴ χρή ποτε ἐκλαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι, ἄρρητα ἡγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα.

E

11. ΟΡκον μὲν οὖν μοι τόνδε ἐπιτελέα ποιέοντι, καὶ μὴ ξυγχέοντι, εἴη ἐπαύρασθαι καὶ βίου καὶ τέχνης, δοξαζομένῳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον.

12. ΠΑραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπιορκοῦντι, τἀναντία τουτέων.

ctantium, tum meos, & eius qui me docuerit filios, tum discipulos stipulatione conscriptos, & lege medica sacramento addictos participes facturum, alterum præterea neminem.

4. VICTVS quoque *rationem* vsúmque ad ægrotantium salutem, pro facultate, iudicióque meo præscribam, eos à prauitate, ac iniuria prohibiturus.

5. NEQVE verò cuiquam venenum mortiferum etiam rogatus dabo, neque huiusce consilij auctor ero.

6. SIMILI autem modo neque mulieri pessum abortiuum concedam.

7. VERVM castè sanctéque vitam meam, meámque artem tuebor.

8. CALCVLO verò laborantes haudquaquam secabo, sed viris operatoribus hanc operationem obeuntibus committam.

9. IN quascunque autem ædes introiero, *eas* ad ægrotantium opem ingrediar, ab omni scelere voluntario, & corruptela, tum cetera, tum operum venereorum, in corporibus mulierum, ac virorum; liberorum, ac seruorum procul remotus.

10. AT quæ inter curandum, aut etiam citra curationem, in hominum vita vel videro, vel audiero, quæ foras nequáquam efferri oporteat, ea arcana esse ratus silentio prætermittam.

11. HOC igitur iusiurandum mihi haud irritum facienti, neque violanti, tum vita & arte frui, tum meam gloriam apud omnes homines æuo sempiterno celebrari contingat.

12. INFRINGENTI vero, ac pejeranti his contraria *oboriantur*.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΓΑΜΕΝΟΥ
ΠΑΡΑΦΡΑΣΤΟΥ ΤΟΥ ΜΗΝΟΔΟΤΟΥ
ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ ΕΠΙ ΤΑΣ ΤΕΧΝΑΣ.

GALENI PERGAMENI
PARAPHRASTAE MENODOTI
SVASORIA AD ARTES ORATIO.

ARGVMENTVM ORATIONIS.

Ratione homines Deorum societatem inire, brutis præcellere, atque non fortunæ, non corporis, sed animi bona comparanda esse edocet; plurimísque tum sententiis, tum exemplis ad bonarum artium, ac potissimum Medicinæ studia, adolescentes exhortatur.

CAPVT PRIMVM.

Rationis in homine præstantia artium omnium adeptione proditur.

NIHILNE prorsus rationis insit animantibus quæ bruta nominantur, equidem abditum est; fortassis enim etsi non eam, quæ voce *effertur*, quámque exteriorem nuncupant, at eam certè quæ animo *concipitur*, quámque interiorem vocant, omnia, quædam tamen magis, quædam verò minus participant. Hisce tamen *brutis* quamplurimùm homines præstare, manifestum nobis est, qui tum artium, quibus ipsum animal fungitur, multitudinem, tum solum hominem scientiæ capacem, quamcumque voluerit artem, addiscere conspicimus. Cæteræ etenim animantes artium expertes propè omnes existunt, paucis duntaxat quibusdam inter eas exceptis, sed & hæ natura magis, quàm instituto artes consequutæ sunt. At homo earum quæ illis *insunt* artium nullam negligentia prætermittit, sed & textoria araneolas imitatur, & *plastices opera* quemadmodum apes fingit, &, quanquam pedestris sit, natandi nihilominus artem exercet. Age verò diuinis artibus haud destitutus, medendi artem Æsculapij æmulatur; æmulatur & eam ipsam Apollinis, & quas habet Apollo cæteras omnes, iaculandi, canendi, vaticinandi, præterea *singulas* singulis Musis proprias. Neque enim à Geometria, neque ab Astronomia alienus est; Imo quæ sub terra *reconduntur*, quæque supra cœlum *eminent*, vt concinit Pindarus, speculatur. Diuinorum denique bonorum maximum philosophiam labore, ac industria consequutus est. Quas ob res etiamsi cæteræ animantes rationis sint participes, quâ tamen eas homo præcedit excellentiâ, solus rationalis appellatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

A Εἰ μὲν μηδόλως λόγου μέτεστι τοῖς ἀλόγοις ὀνομαζομένοις ζώοις, ἄδηλόν ἐστι· ἴσως γὰρ εἰ καὶ τοῦ μὴ κατὰ τὴν φωνὴν, ὃν καὶ προφορικὸν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ τοῦ γε κατὰ τὴν ψυχὴν, ὃν ἐνδιάθετον καλοῦσι, μετέχει πάντα, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ᾽ ἧττον· ὅτι μέντοι πλεῖστον ὅσον αὐτῶν διενηνόχασιν οἱ ἄνθρωποι, πρόδηλον ἡμῖν ἐστιν, ὁρῶσι τό γε πλῆθος τῶν τεχνῶν, ὧν μεταχειρίζεται τὸ ζῶον τοῦτο, καὶ ὅτι μόνος ἄνθρωπος ἐπιστήμης ἐπιδεκτικὸς, ἣν ἂν ἐθελήσῃ τέχνην μανθάνει· τὰ μὲν γὰρ B ἄλλα ζῶα σχεδὸν ἄτεχνα πάντ᾽ ἐστὶ, πλὴν ὀλίγων δή τινων ἐν αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ ταῦτα φύσει μᾶλλον ἢ προαιρέσει, τεχνῶν ἐτύγχανεν· ὁ δ᾽ ἄνθρωπος οὔτε τινος τῶν παρ᾽ ἐκείνοις ἀμελέτητος· ἀλλὰ καὶ τὴν ὑφαντικὴν ἐμιμήσατο τὰς ἀράχνας, καὶ πλάττει καθάπερ αἱ μέλιτται, καὶ τοῦ νεῖν, οὐκ ἀνάσκητός ἐστι, καίτοι πεζὸς ὤν· ἀλλὰ καὶ τῶν θείων τεχνῶν οὐκ ἀπολείπεται, ζηλῶν μὲν τὴν Ασκληπιοῦ τέχνην ἰατρικὴν, ζηλῶν δ᾽ Απόλλωνος αὐτήν γε ταύτην, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας ἃς ἔχει, τοξικὴν, μουσικὴν, μαντικήν· ἔτι τε τῶν μουσῶν τὴν ἑκάστης ἰδίαν· οὐδὲ γὰρ γεωμετρίας, οὐδ᾽ ἀστρονομίας ἀφίσταται· ἀλλὰ, καὶ τὰ τῆς γῆς νέρθεν, καὶ τὰ ὕπερθε τοῦ C οὐρανοῦ, κατὰ Πίνδαρον ἐπισκοπεῖ· ἐξεπορίσατο δ᾽ ὑπὸ φιλοπονίας, καὶ τὸ μέγιστον τῶν θείων ἀγαθῶν, φιλοσοφίαν· διὰ ταῦτα τοίνυν, κἂν λόγου μέτεστι τοῖς ἄλλοις ζώοις, κατ᾽ ἐξοχὴν αὐτῶν ὁ ἄνθρωπος μόνος ὀνομάζεται λογικός.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'. — CAPVT II.

Fortunæ imago, inſtabilitas, dementia, pernicies.

Πῶς οὖν οὐκ αἰσχρόν, ᾧ μόνῳ τῶν ἐν ἡμῖν κοινωνοῦμεν θεοῖς, τούτου μὲν ἀμελεῖν, ἐσπουδακέναι δὲ περί τι τῶν ἄλλων, τέχνης μὲν ἀναλήψεως καταφρονοῦντα, τύχῃ δ' ἑαυτὸν ἐπιτρέποντα; ἧς τὴν μοχθηρίαν ἐμφανίσαι βουληθέντες οἱ παλαιοί, γράφοντες καὶ πλάττοντες αὐτήν, οὐ μόνον ἐν εἴδει γυναικὸς ἠρκέσθησαν, καίτοι τοῦθ' ἱκανὸν ἦν ἀνοίας σύμβολον, ἀλλὰ καὶ πηδάλιον ἔδοσαν ἐν χεροῖν ἔχειν αὐτῇ, καὶ τοῖν ποδοῖν ὑπέθεσαν βάσιν σφαιρικήν, ἐστέρησαν δὲ καὶ τοῖν ὀφθαλμοῖν, ἐνδεικνύμενοι διὰ τούτων ἁπάντων τὸ τῆς τύχης ἄστατον· ὥσπερ οὖν ἐν νηῒ χειμαζομένῃ σφοδρῶς, ὡς ἐπικλύζεσθαί τε τοῖς κύμασι, καὶ κινδυνεύειν βυθισθῆναι, μοχθηρῶς ἄν τις πράξειεν ἐπιτρέψας τὰ πηδάλια κυβερνήτῃ τυφλῷ· κατὰ τὸν αὐτόν, οἶμαι, τρόπον κἀν τῷ βίῳ, μειζόνων ναυαγίων περὶ πολλοὺς οἴκους γινομένων, ἢ περὶ τὰ σκάφη κατὰ θάλατταν, οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκοντός ἐστιν ἐπιτρέπειν ἑαυτόν, ἐν τοιαύταις περιστάσεσι πραγμάτων, τυφλῇ δαίμονι, μηδ' αὐτῇ βεβαίως ἐστηριγμένῃ· ἔμπληκτός τε γάρ ἐστι καὶ ἄνους εἰς τοσοῦτον, ὡς πολλάκις τοὺς ἀξιολόγους ἄνδρας παρερχομένη, πλουτίζειν τοὺς ἀναξίους, οὐδὲ τούτους βεβαίως, ἀλλ' ὅσον πάλιν οὕτως ἀφαιρεῖσθαι τὰ δοθέντα. ταύτῃ τῇ δαίμονι πλῆθος ἀνδρῶν ἀμαθῶν οὐκ ὀλίγον ἕπεται μηδέποτ' ἐν αὐτῷ μενούσῃ διὰ τὸ τῆς βάσεως εὐμετακύλιστον, ἥτις αὐτὴν ἄγει καὶ φέρει καὶ κατὰ κρημνῶν ἐνίοτε, καὶ θαλάττης, ἔνθα συναπόλλυνται μὲν ἀλλήλοις ἑπόμενοι πάντες αὐτῇ· μόνη δ' ἀβλαβὴς ἐκείνη διεξέρχεται, καταγελῶσα τῶν ὀλοφυρομένων τε καὶ καλούντων αὐτήν, ὅτ' οὐδὲν ὄφελος. τὰ μὲν δὴ τῆς τύχης ἔργα τοιαῦτα.

NVM ergo turpe, quod cum diis vnicum nobis ineſt commune, id quidem negligentia prætermittere, ad alia verò properantes, artium perceptionem nihili ducere, & fortunæ ſeſe committere? Cuius prauitatem veteres quum indicare voluiſſent, eam non ſolùm ſub mulieris effigie picturis ac ſtatuis effingere (tametſi ſatis idoneum id erat dementiæ ſymbolum) contenti non fuerunt. Verùm etiam clauum ei manibus tradiderunt, globoſamque baſim pedibus ſubiecerunt, eam denique oculis orbarunt, his vt omnibus fortunæ inconſtantiam proderent. Quemadmodum igitur in naui vehementer adeo *tempeſtate* iactata, vt ne ipſa fluctibus obruatur ac in profundum demergatur, periculum ſit, improbè fecerit ſi quis cœco gubernatori gubernacula commiſerit: Eadem, vt auguror, ratione in vita (quum maiora pleriſque familijs, quàm in mari nauibus oboriantur naufragia) imprudentis eſt tot in aduerſis negotiorum caſibus, cœcæ deæ, ipſique haud tutò ſtabilitæ ſeipſum concredere. Eò etenim vſque vecors ac demens eſt, vt poſthabitis multoties *viris* honore dignis, indignos locupletet, neque hos perpetuò *diuitiis beat*, ſed quoad rurſus *eas quas* pari *largita eſt* temeritate, donatas eripiat. Deam hanc non parua ineruditorum virorum turba comitatur nunquam eodem in ſtatu permanentem ob verſabilem *cui inſiſtit* baſim, quæ eam huc illuc per præcipitia, nonnunquam & in mare agit rapítque, vbi inuicem omnes qui ipſam ſequuntur, intereunt, ipſa verò ſola illæſa ac incolumis percurrit, miſeróſque eiulantes, eiúſque numen fruſtra inuocantes irridet, quòd nullum hinc ſubſidium affulgeat. Atque hæc ipſa ſunt fortunæ opera.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'. — CAPVT III.

Mercurij effigies, pulchritudo, conſtantia, proſperitas.

Τὸν δ' Ἑρμῆν ἅτε λόγου μὲν ὄντα δεσπότην, ἐργάτην δὲ τέχνης ἁπάσης, θεάσαι πάλιν ὅπως ἐξ ὑπεναντίου τῇ τύχῃ κεκοσμήκασι πάλιν οἱ γράφοντές τε καὶ πλάττοντες· νεανίσκος ἐστὶν ὡραῖος, οὐκ ἐπίκτητον οὐδὲ κομμωτικὸν ἔχων κάλλος, ἀλλ' εὐθὺς ὥστε συνεμφαίνεσθαι τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν δι' αὐτοῦ· ἔστι δὲ φαιδρὸς μὲν τὰς ὄψεις, δέδορκε δὲ δριμύ, καὶ ἡ βάσις, ὃ πάντων σχημάτων ἑδραιότατόν τε καὶ ἀμεταπτωτότατον ἐστι, τὸν κύβον· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν τούτῳ τῷ σχήματι κοσμοῦσιν. ἴδοις δ' ἂν τοὺς θιασώτας αὐτοῦ φαιδροὺς μὲν ὁμοίως τῷ καθηγουμένῳ θεῷ, μεμφομένους δ' οὐδέποτε αὐτόν, ὥσπερ οἱ τὴν τύχην, οὐδ' ἀπολειπομένους ποτ', οὐδὲ χωριζομένους, ἀλλ' ἑπομένους τε, καὶ διὰ παντὸς ἀπολαύοντας τῆς προνοίας αὐτοῦ.

AT Mercurium tanquam orationis dominum, artíſque omnis opificem rurſum contemplare, eum vt oppoſita fortunæ effigie cum pictores, tum plaſtæ ornauerint. Adoleſcens eſt primæ lanuginis, non aſcititiâ, neque fucatâ indutus pulchritudine, ſed in qua animi virtus ſtatim compareat. Eſt autem hilari vultu, acriter intuetur, & baſis *cui inſiſtit* omnium figurarum firmiſſimam, miniméque mobilem habet cubum, interdum verò ipſum Deum hacce figura exornant. Eius autem comites perinde ac ducem Deum hilares videas, qui nunquam hunc, vt qui fortunam, conqueruntur, nunquam ab eo deſeruntur, nunquam ſeiunguntur, ſed illum concomitantur, perpetuóque illius prouidentia fruuntur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'. — CAPVT IV.

Miſeram ac præcipitem aſſeclarum fortunæ conditionem exemplis illuſtrat.

Τοὺς δέ γε τῆς τύχης συνεπομένους, ἅπαντας μὲν ἀργοὺς θεάσῃ καὶ τεχνῶν ἀμαθεῖς, ὀχουμένους δ' ἐξ ἐλπίδων ἀεί, καὶ θεούσῃ τῇ δαίμονι συνθέοντας, ἐνίους μὲν ἐγγύς, ἐνίους δὲ

QVI verò fortunam ſectantur, eos equidem omnes otioſos, & artium imperitos intueberis, ſed ſpe ſemper euectos cum curſante dea curſare, alios quidem propiùs, alios verò

remotiùs, nonnullos denique & ab ipſius manu pendere. Inter iſtos omnes & Crœſum illum Lydum, & Polycratem Samium conſpicies, ac fortaſſis miraberis, vbi alteri quidem Pactolum auro fluere, alteri verò marinos piſces ſubſeruire aduerteris.. Cum his & Cyrum, & Priamum, & Dionyſium. Sed ex ijs paulo poſt, & Polycratem quidem in crucem actum, ſub Cyro autem Crœſum, Cyrum etiam dirutum conſpicies, conſpicies & Priamum carceribus incluſum, & Corinthi Dionyſium. Quod ſi & alios ſpectaueris qui currentem ipſam *Deam* remotiùs ſequuntur, nec tamen aſſequuntur, chorum hunc prorſus oderis. In eo ſiquidem multi ſunt plebicolæ, meretrices, ſcortatores, amicorum proditores; ſunt & *multi* homicidæ, ſepulcrorum refoſſores, & raptores; multi denique qui ne diis quidem ipſis perpercerunt, ſed eorum etiam templa ſpoliarunt.

πορρωτέρω, τινὰς δὲ καὶ τῆς χειρὸς αὐτῆς ἐξημμένους· ἐν τούτοις ἅπασι καὶ τὸν Κροῖσον ἐκεῖνον τὸν Λυδὸν ὄψει, καὶ τὸν Πολυκράτην τὸν Σάμιον· καὶ ἴσως θαυμάσεις, τῷ μὲν τὸν Πακτωλὸν ἰδὼν ῥέοντα χρυσόν, τῷ δὲ καὶ τοὺς θαλαττίους ὑπηρετοῦντας ἰχθῦς· μετὰ τούτων δέ, καὶ Κῦρον θεάσῃ, καὶ Πρίαμον, καὶ Διονύσιον· ἀλλὰ τούτων αὐτῶν, ὀλίγον ὕστερον ὄψει Πολυκράτην μὲν ἀνεσταυρωμένον, ὑπὸ Κύρῳ δὲ Κροῖσον, αὐτὸν δὲ τὸν Κῦρον ὑπ' ἄλλοις· ὄψει δὲ καὶ Πρίαμον καθειργμένον, καὶ Διονύσιον ἐν Κορίνθῳ· εἰ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκέψαιο τοὺς ἀπωτέρω μὲν αὐτὴν θέουσαν διώκοντας, οὐ μὴν τυχόντας γε, μισήσεις ὅλως τὸν χορόν· εἰσὶ γὰρ ἐνταῦθα καὶ δημαγωγοὶ πολλοί, καὶ ἑταῖραι, καὶ πόρνοι, καὶ προδόται φίλων· εἰσὶ δὲ καὶ φονεῖς, καὶ τυμβωρύχοι, καὶ ἅρπαγες, πολλοὶ δὲ μηδὲ τῶν θεῶν αὐτῶν πεφεισμένοι, ἀλλὰ καὶ τούτων ἱερὰ συλήσαντες.

CAPVT V. — ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Artium Principes ac profeſſores quadruplici choro propè Mercurium felicitate frui.

ALTER verò chorus omnes quidem honeſti ac artium opifices neque *vagi* currunt, neque vociferantur, neque mutua pugna decertant, ſed in eorum medio Deus eſt, circúmque ipſum omnes pulchro ordine poſiti *conſiſtunt*, adeo vt ſinguli locum ab eo datum non deſerant. Illi quidem proximi Deo, & apud ipſum in circulo ordine collocati Geometræ, Arithmetici, Philoſophi, Medici, Aſtronomi, & Grammatici. Ab his verò deinceps ſecundus chorus, Pictores, Plaſtæ, Literatores, Fabri, Architecti, Sculptores. Hos autem ſubſequitur tertius chorus, cæteræ artes omnes partitè quidem ita diſpoſitæ. Omnes autem ad Deum communem eius imperio obtemperantes intuentur. Hîc præterea multos cum ipſo Deo ſpectabis, qui quartum quendam ordinem à cæteris ſelectum conſtituunt, non quales erant qui cum fortuna verſabantur. Non enim ciuilibus dignitatibus, non generis præcellentia, non facultatibus optimos hic Deus iudicare conſueuit, ſed eos qui honeſtè viuunt, qui ſuis in artibus ſunt principes, qui ipſius mandatis obſequuntur, quíque legitimè artes exercent, eos honoribus euehit, eos cæteris præponit, eos denique ſibi perpetuò habet coniunctiſſimos. Chorum hunc, vt arguror, quum qualis ſit noueris, non ſolum æmulaberis, verùm etiam veneraberis. In eo eſt Socrates, Homerus, Hippocrates, Plato, eorúmque amatores, (quos peræquè ac Deos colimus) tanquam proprætores quidam, ac Dei miniſtri. Cæterorum tamen omnium nullus ab ipſo vnquam neglectus eſt. Non enim præſentium ſolùm curam gerit, verùm & cum nauigantibus nauigat, naufragis etiam non defuturus. Quum itaque Ariſtippus aliquando nauigans, ſcaphâ perdita in Syracuſanorum littora eiectus eſſet, primùm quidem in arena geometricam figuram contemplatus animum erexit, ratiocinatus enim eſt ſe ad Græcos ac ſapientes viros, non ad barbaros perueniſſe. Deinde quum ad Syracuſanorum gymnaſium appulſus hos verſus pronunciaſſet.

Ὁ δ' ἕτερος τῶν χορῶν, πάντες μὲν κόσμιοι καὶ τεχνῶν ἐργάται, οὐ θέουσι δέ, οὐδὲ βοῶσιν, οὐδ' ἀλλήλοις μάχονται, ἀλλ' ἐν μέσοις μὲν αὐτοῖς ὁ θεός· ἀμφ' αὐτὸν δὲ ἅπαντες ἐν τάξει κεκόσμηνται χώραν ἕκαστος, ἣν ἐκεῖνος ἔδωκεν, οὐκ ἀπολιπόντες· οἱ μέν, ἔγγιστα τῷ θεῷ καὶ περὶ αὐτὸν ἐν κύκλῳ κεκοσμημένοι, γεωμέτραι καὶ ἀριθμητικοί, καὶ φιλόσοφοι, καὶ ἰατροί, καὶ ἀστρονόμοι, καὶ γραμματικοί· τούτων δ' ἐφεξῆς ὁ δεύτερος χορός, ζωγράφοι, πλάσται, γραμματισταί, τέκτονές τε καὶ ἀρχιτέκτονες, καὶ λιθογλύφοι· καὶ μετ' αὐτοὺς δέ, ἡ τρίτη τάξις, αἱ λοιπαὶ τέχναι πᾶσαι, κατὰ μέρη μέν, οὕτω κεκόσμηνται· πάντα δὲ πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσι κοινῷ τῷ παρ' αὐτοῦ προστάγματι πειθόμενοι· θεάσῃ δὲ κἀνταῦθα πολλοὺς μετ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ· τετάρτην δέ τινα τάξιν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἔκκριτον, οὐχ οἷοί τινες ἦσαν οἱ μετὰ τῆς τύχης· οὐ γὰρ ἀξιώμασι πολιτικοῖς, οὐδὲ γένους ὑπεροχαῖς, οὐδὲ πλούτῳ τοὺς ἀρίστους ὁ θεὸς οὗτος εἴθισται κρίνειν· ἀλλὰ τοὺς καλῶς μὲν βιοῦντας, ἐν δὲ ταῖς ἑαυτῶν τέχναις πρωτεύοντας, ἑπομένους δὲ τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ, καὶ νομίμως τὰς τέχνας ἐργαζομένους, τιμᾷ τε καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἄγει, περὶ αὐτὸν ἔχων ἀεί· τοῦτον, οἶμαι, τὸν χορὸν νοήσας ὁποῖός ἐστιν, οὐ μόνον ζηλώσεις, ἀλλὰ καὶ προσκυνήσεις· Σωκράτης ἐστὶν ἐν αὐτῷ, καὶ Ὅμηρος, καὶ Ἱπποκράτης, καὶ Πλάτων, καὶ οἱ τούτων ἐρασταί, οὓς ἴσα καὶ τοῖς θεοῖς σέβομεν, οἷον ὕπαρχοί τινες καὶ ὑπηρέται τοῦ θεοῦ· τῶν δ' ἄλλων ἁπάντων, οὐκ ἔστιν ὅστις ἠμελήθη ποτὲ πρὸς αὐτοῦ· οὐ μόνον γὰρ τῶν παρόντων πεφρόντικεν, ἀλλὰ καὶ πλέουσι σύμπλους ἐστί, καὶ ναυαγούντων, οὐκ ἀπολείπεται· Ἀρίστιππος γοῦν ἐπειδή ποτε πλέων, τοῦ σκάφους ἀπολουμένου ἐπὶ τὰς Συρακουσίων ἠϊόνας ἐξεβράσθη, πρῶτον μὲν ἐθάρρησε θεασάμενος ἐπὶ τῆς ψάμμου διάγραμμα γεωμετρικόν, ἐλογίσατο γὰρ εἰς Ἕλληνάς τε καὶ σοφοὺς ἄνδρας, οὐκ εἰς βαρβάρους ἥκειν· ἔπειτα παραγενόμενος εἰς τὸ Συρακουσίων γυμνάσιον, καὶ ταυτὶ τὰ ἔπη φθεγξάμενος.

Τίς τ̃ πλανήτην Οἰδίπουν, καθ' ἡμέραν
Τὴν νῦν, προσδοκοῖς δέξεται δωρήμασι;

προσιόντας τέ τινας ἔσχεν αὐτῷ, καὶ γνωρίζοντας ὅστις εἴη, καὶ πάντων ὧν ἐδεῖτο μεταδιδόντας εὐθέως· ὡς δ' εἰς Κυρήνην αὐτοῦ τ̃ πατρίδα μέλλοντές τινες πλεῖν, ἐπυνθάνοντο μή τι τοῖς οἰκείοις ἐπιστέλλοι; κελεύειν αὐτοῖς ἔφη, ταῦτα κτᾶσθαι τὰ κτήματα, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συνεκκολυμβήσει.

A *Quis Oedipum dies vagantem singulos,*
Donis recipiet hoc die rarissimis.

hospites habuit aliquos qui ad eum accederent, qui quisnam esset, agnoscerent, ac omnia quibus egeret, protinus impertirent. Vt verò Cyrenen patriam eius nauigaturi sciscitarentur ecquid familiaribus mandaret? præcipere ipsos, dixit, eas sibi possessiones comparare, quæ cum naufrago simul enatauerint.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

CAPVT VI.

Præstantius ac tutius est bonis instrui artibus, quàm diuitiis onerari. Diuites ignaros insectatur Demosthenis ac Diogenis sententia omnium hominum abiectissimos.

Πολλοὶ δὲ τῶν κακοδαιμόνων, καὶ πάντα πρὸς τ̃ πλοῦτον ἀποβλεπόντων, ἐν τοιαύταις πραγμάτων περιστάσεσι γενόμενοι, χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἐξαψάμενοί τε καὶ περιθέμενοι τῷ σώματι, προσαπώλεσαν αὐτοῖς καὶ τὴν ψυχὴν, οὐδὲ τοῦτο δυνάμενοι συνιδεῖν, ὅτι καὶ τῶν ἀλόγων ζώων, αὐτοὶ πρῶτοι τὰ ταῖς τέχναις κεκοσμημένα μᾶλλον ἀσπάζονται· καὶ γὰρ τοὺς πολεμικοὺς ἵππους, καὶ τοὺς θηρατικοὺς κύνας περὶ τῶν ἄλλων τιμῶσι· καὶ τοὺς μὲν οἰκέτας ἐκδιδάσκονται τέχνας, πάμπολυ πολλάκις εἰς αὐτοὺς ἀργύριον ἀναλίσκοντες, ἑαυτῶν δ' ἀμελοῦσι· καίτοι οὐκ αἰσχρὸν, τ̃ οἰκέτην μὲν, ἐνίοτε δραχμῶν εἶναι μυρίων ἄξιον, αὐτὸν δὲ τ̃ δεσπότην αὐτοῦ, μηδὲ μιᾶς; καὶ τί λέγω μιᾶς; οὐδ' ἂν προῖκά τις τ̃ τοιοῦτον λάβοι. Μήποτε αὐτοὺς μόνους ἠτιμώκασιν ἐκ πάντων μηδεμίαν ἐκμαθόντες τέχνην; ὅταν γὰρ καὶ τὰ ἄλογα τῶν ζώων ἐν τεχνικοῖς ἐπιτηδεύμασι παιδεύωσι, καὶ οἰκέτην ἀργὸν, καὶ ἄτεχνον, οὐδενὸς ἄξιον εἶναι νομίζωσιν, ἐπιμελῶνται δὲ καὶ τῶν χωρίων καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων, ὅπως ἕκαστον εἰς δύναμιν ὅ,τι βέλτιστον ᾖ, μόνων δ' ἑαυτῶν ἀμελῶσι, μὴ δ' εἰ ψυχὴν ἔχοιεν γιγνώσκοντες, εὔδηλον ὅτι τοῖς ἀποβλήτοις τῶν οἰκετῶν ἐοίκασιν· ὥστε τις ἐπιστὰς ἀνδρὶ τοιούτῳ, προσηκόντως ἂν εἴποι πρὸς αὐτόν· ὦ ἄνθρωπε, οἰκία μὲν σοι εὖ ἔχει, καὶ τ' ἀνδράποδα πάντα, καὶ ἵπποι δὴ, καὶ κύνες, καὶ χωρία, καὶ ὅσα κέκτησαι, διάκειται καλῶς, αὐτὸν δέ σε, οὐκ ἀγαθὴ κομιδὴ ἔχει· καλῶς οὖν καὶ ὁ Δημοσθένης καὶ ὁ Διογένης· ὁ μὲν, χρυσᾶ πρόβατα καλῶν τοὺς πλουσίους καὶ ἀπαιδεύτους· ὁ δὲ, ταῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκαῖς ἀπεικάζων αὐτούς· ἐκείνων τε γὰρ τ̃ καρπὸν, οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ κόρακας ἢ κολοιοὺς ἐσθίειν· τούτων τε τὰ χρήματα, μηδὲν μὲν ὄφελος εἶναι τοῖς ἀστείοις, δαπανᾶσθαι δ' ὑπὸ τῶν κολάκων, οἵτινες ἐὰν οὕτως τύχῃ, πάντων αὐτοῖς ἀναλωθέντων, ἀπαντῶντες παρέρχονται, μὴ γνωρίζειν προσποιούμενοι· ὅθεν, οὐδ' ὁ ταῖς κρήναις τοὺς τοιούτους εἰκάσας, ἄμουσός τις ἦν· καὶ γάρ τοι καὶ οἱ ἀπὸ τῶν κρηνῶν ὑδρευόμενοι πρόσθεν, ἐπειδὰν μηκέτ' ἔχωσιν ὕδωρ, ἀνασυράμενοι, προσουροῦσι· καὶ ἔστιν εὔλογον, τοὺς διὰ μηδὲν ἄλλο ἢ τὰ χρήματα περιβλέπτους, ἅμα τῷ στερηθῆναι τούτων, εὐθὺς καὶ τῶν ἄλλων, ἃ διὰ ταῦτ' εἶχον, ἐστερῆσθαι· τί γὰρ ἂν καὶ πάθοιεν, ἴδιον μὲν οὐδὲν ἀγαθὸν κεκτημένοι, ἀεὶ δ' ἐπ' ἀλλοτρίοις καὶ τοῖς παρὰ τῆς τύχης, ἐπαιρόμενοι.

B At plerique miseri, quique ad diuitias, vt ad scopum, omnia referunt, in huiusmodi rerum angustias prolapsi, aurum aut argentum corpori appensum & circumpositum *gestantes*, cum his & animæ iacturam fecerunt. Neque id animaduertere queunt, seipsos primos ex brutis animalibus ea magis diligere quæ artibus exornata sunt. Etenim bellicos equos, & venaticos canes pretio cæteris anteponunt, quin etiam domesticos seruos artibus erudiendos curant, plurimúmque sæpe in eos *edocendos* argenti impendunt, seipsos autem negligunt. Num igitur turpe, seruum nonnunquam drachmarum decies millibus æstimari, ipsum verò eius dominum ne vnica? Sed quid dico vnica? imò nullus C talem gratis in famulitium acceperit. Num tandem se solos vilissimos reddiderunt qui ex artibus omnibus ne vnicam didicerint? Quum enim & bruta animalia in artium studiis instituant, & famulum ignauum ac inertem nulla re dignum esse ducant, curent autem & prædia, & reliquas possessiones, vt vnumquodque pro viribus quàm optimum sit, solos verò seipsos negligunt, animámne habeant ignorantes, planum est vilissimis eos seruis esse similes. Proinde eiusmodi viro adstans decenter vtique ipsi dixerit. O homo, domus quidem tibi bene habet, & mancipia omnia, & equi sanè, & caD nes, & prædia, & quæcumque possides pulchrè disposita sunt, at tui ipsius curam non habes. Præclarè igitur & Demosthenes & Diogenes; alter quidem diuites ac indoctos aureas pecudes vocitabat; alter verò ficis præruptis in locis nascentibus ipsos comparabat. Illarum etenim fructibus non homines, sed coruos, aut graculos vesci dicebat, horum quoque diuitum facultates honestis viris nulli quidem esse emolumento, sed ab adulatoribus exhauriri, qui, si casus ita tulerit, omnibus ab ipsis absumptis, eos obuiam factos sibi ignotos esse simulantes *Insalutatos* prætereunt. Vnde nec qui fontibus istos similes protulit, illepidus quidem erat, etenim E & qui de fontibus aquati erant antea, quum aquam ampliùs non habent, his reducta veste immeiunt. Ac rationi consonum est, qui nulla re alia, quàm opibus sunt spectabiles, simul atque his priuati fuerint, eos statim, & cæteris quæ propter istas habuerant, priuari. Quid etenim haberent? proprium quidem bonum nullum possident, sed perpetuò alienis & à fortuna manantibus efferuntur.

CAPVT VII.

Aduersus eos qui artium imperiti nobilitatem iactitant.

TALES autem sunt quidam & qui generis nobilitatem obiectant, ob eámque multùm superbiunt. Isti etenim propriorum bonorum penuria ad genus confugiunt, neque adeò agnoscunt eam sanè, quâ gloriantur, generis nobilitatem peculiaribus ciuitatis numis esse similem, qui apud quos æstimatio posita est, valent, apud cæteros adulterini sunt.

Non claritas generis in altum te extulit,
Malum est egere; non alebat me genus.

Præclarus itaque, vt eloquitur Plato, thesaurus parentum virtutes; sed præclarior posse Stheneli dictum opponere,

Nos patribus loquimur multùm præstare vetustis,

Nam si qua nobis sit nobilitatis vtilitas, ea sola est, quæ domestico exemplo imitandi æmulationem nobis accendit. Vt si multùm à progenitorum virtute decedamus, molestia certè & illis fuerit (si quis ipsis sensus est) dedecus verò nobis ipsis tanto maius, quanto & genus illustrissimum. Enimuerò *qui* indocti prorsus obscuro *sunt* genere, hoc ipsum lucrantur, quòd permultis qui & quales sint, haud innotescant. Quibus verò splendidum ac insigne genus haud delitescendi ius concesserit, quid aliud ij quàm manifestiùs infelices existunt? At sanè etiam suo genere indigni magis damnantur, adeò vt, si quis stupidus natalium suorum claritatem commemoret, venia minùs dignum malum suum subijciat oculis. Non enim peræquè ac plebeios homines, & claro genere oriundos æstimamus, ac exploramus; sed illos quidem, etsi mediocres quidam sint, generis obscuritati penuriæ caussam referentes approbamus. Hos vero, si nihil suis progenitoribus dignum habeant, etiamsi longè cæteris omnibus antecellant, nequaquam admiramur. Proinde si quis sapit, ad artis exercitationem accedat, per quam, etsi nobilis sit, suo genere non indignus apparebit. Ac, si talis non sit, suum ipse genus exornabit, priscum illum imitatus Themistoclem, qui cùm ob genus probris vexaretur, at ego, inquit, meis posteris generis princeps ero, meúmque à me genus incipiet, tuum verò in te desinet. Vides nihil prohibere, Scytham Anacharsim & admirationi esse, & tametsi genere barbarus esset, sapientem appellari. Is aliquando exprobranti cuidam, quod esset barbarus ac Scytha, mihi quidem, inquit, patria dedecori est, tu verò patriæ. Pulchrè admodum *hominem*, nulla æstimatione dignum, solúmque ob patriam gloriantem increpuit. Nam si rebus animum intendas, non propter ciuitates, ciues gloria florere comperies, sed id sanè contrarium, propter viros artibus percelebres, eorum patrias celebrari. Quæ enim erat Stagiræ celebritas, nisi propter Aristotelem? Quæ & Solorum nisi propter Aratum, & Chrysippum? Vnde & ipsarum Athenarum nomen tam longè peruagatum est? non soli fœcunditate, id námque sterile, sed viris illic prognatis, qui quum & plurimi & præstantissimi euasissent, patriam suæ gloriæ fecerunt participem. Disces autem manifestissimè verum id esse, si Hyperbolum &

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Τοιοῦτοι δέ τινές εἰσι καὶ οἱ τὴν εὐγένειαν προβαλλόμενοι, καὶ φρονοῦντες ἐπ' αὐτῇ μέγα· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι ἀποροῦντες τῶν ἰδίων ἀγαθῶν, ἐπὶ τὸ γένος ἥκουσιν, οὐδὲ τοσοῦτον γιγνώσκοντες, ὅτι ἡ ἄρα εὐγένεια αὕτη ἐφ' ᾗ σεμνύνονται, τοῖς κατὰ πόλιν νομίσμασιν ἔοικεν, ἃ παρὰ τοῖς θεμένοις ἰσχύονται, παρ' ἄλλοις δὲ κίβδηλα.

Οὐχ εὐγένειά σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα,
Κακὸν τὸ μὴ ἔχειν, τὸ γένος οὐκ ἔβοσκέ με.

καλὸς μὲν οὖν, ἤ φησιν ὁ Πλάτων, θησαυρὸς, αἱ τῶν πατέρων ἀρεταί· κάλλιον δ' ἀντιθεῖναι δύνασθαι τὸν τοῦ Σθενέλου λόγον.

Ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι.

Ταύτην γὰρ μόνην ἔγωγε ἂν, εἰ δή τις ἐστὶν εὐγενείας χρεία, πρὸς οἰκεῖον παράδειγμα τὸν ζῆλον ἡμῖν γίγνεσθαι· ὡς εἴ γε καταπολὺ τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς ἀπολειπόμεθα, λύπη μὲν ἂν εἴη κἀκείνοις, εἴ τις αὐτοῖς ἐστιν αἴσθησις· αἰσχύνη δ' ἡμῖν αὐτοῖς τόσῳ δὲ μείζων, ὅσῳ καὶ τὸ γένος περιφανέστατον· οἱ μὲν γὰρ ἀμαθεῖς παντάπασιν ἄσημοι τὸ γένος, τοῦτο γοῦν αὐτὸ κερδαίνουσι, τὸ μὴ γινώσκεσθαι τοῖς πολλοῖς ὁποῖοί τινες εἰσίν· οἷς δὲ, τὸ λαμπρὸν καὶ διάσημον τοῦ γένους, οὐδὲ τοῦ λαθεῖν ἐξουσίαν δίδωσι, τί ἄλλο, ἢ περιφανέστερον οὗτοι δυστυχοῦσι; καὶ μὲν γε καὶ καταγινώσκονται μᾶλλον οἱ ἀνάξιοι τοῦ γένους· ὅς εἰ καί τις ἠλίθιος ὢν, ὑπομιμνήσκοι τὸ λαμπρὸν τοῦ γένους, ἀσυγγνωστότερον ἑαυτοῦ τὸ κακὸν ἀποφαίνει· οὐ γὰρ ὁμοίως ἐξετάζομέν τε καὶ βασανίζομεν τοὺς ἐπιτυχόντας ἀνθρώπους, τοῖς ἐκ γένους λαμπροῦ· ἀλλὰ τοὺς μὲν κἂν μέτριοί τινες ὦσιν, ἀποδεχόμεθα, τῇ δυσγενείᾳ τῆς ἐνδείας τὴν αἰτίαν ἀναφέροντες· τοὺς δ' εἰ μηδὲν τῶν προγόνων ἄξιον ἔχοιεν, οὐδέπω θαυμάζομεν, ἂν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων πολὺ διαφέρωσιν· ὥστ' εἴ τις εὖ φρονεῖ, τέχνης ἄσκησιν προσίτω· δι' ἣν, κἂν εὐγενὴς ᾖ, τοῦ γένους οὐκ ἀνάξιος φανεῖται, κἂν μὴ τοιοῦτος ὑπάρχῃ, τὸ γένος αὐτὸς ἐπικοσμήσει, μιμησάμενος τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον Θεμιστοκλέα, ὃς ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ γένει, ἀλλ' ἐγὼ τοῖς ἀπ' ἐμαυτοῦ ἄρξω, ἔφη, τοῦ γένους, καὶ τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρξεται, τὸ δὲ σὸν, εἰς σὲ τελευτήσει. ὁρᾷς ὡς οὐδὲν κωλύει τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν καὶ θαυμάζεσθαί τε, καὶ σοφὸν ὀνομάζεσθαι, καίτοι βάρβαρον ὄντα τὸ γένος· οὗτος ποτὲ πρός τινος ὀνειδιζόμενος ὅτι βάρβαρος εἴη καὶ Σκύθης, ἐμοὶ μὲν ἡ πατρὶς ὄνειδος, σὺ δὲ τῇ πατρίδι· πάνυ καλῶς ἐπιπλήξας τῷ μηδενὸς ἀξίῳ λόγου, μόνον δ' ἐπὶ τῇ πατρίδι σεμνυνομένῳ· εἰ γὰρ ἐπιστήσαις τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν, οὐ διὰ τὰς πόλεις, εὕροις ἂν ἐν δόξῃ τοὺς πολίτας γιγνομένους· ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοὐναντίον, διὰ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐν ταῖς τέχναις, καὶ τὰς πατρίδας αὐτῶν μνημονευομένας· τίς γὰρ ἦν Σταγείρων λόγος, εἰ μὴ δι' Ἀριστοτέλην; τίς δ' ἂν Σόλων, εἰ μὴ δι' Ἄρατόν τε, καὶ Χρύσιππον; ὅπου, καὶ τῶν Ἀθηνῶν αὐτῶν μέχρι πόρρω τοὔνομα πεφοίτηκεν, οὐ διὰ τὴν τῆς γῆς ἀρετὴν, λεπτόγεως γὰρ, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐν αὐτῇ φύντας, οἱ πλεῖστοί τε καὶ ἄριστοι γενόμενοι, μετέδοσαν τι καὶ τῇ πατρίδι τοῦ σφετέρου κλέους· μάθοις δ' ἂν ἐναργέστατα τὸ τοιοῦτον ἀληθὲς ὂν, εἰ τὸν Ὑπέρβολον, ἢ

τὸν Κλέωνα λογίσαιο, τοσοῦτον ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν κερδήσαντας, ὅσον ἄν τις εἰς περιφάνειαν κακίας ἐπικτήσαιτο· ὣς ὅτε σύας Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον, ὁ Πίνδαρος φησί· καὶ πάλιν ὁ αὐτός· εἰ ἐκφεύγομεν Βοιωτίαν ὗν· ἀξιῶν ὅλον σχεδὸν ἔθνους τὸν ἐπ' ἀμαθίᾳ ψόγον ἀπολύεσθαι διὰ τῆς ἑαυτοῦ μουσικῆς.

Cleonem expenderis, qui tantùm *celebritatis* ab Athenis consequuti sunt, quantùm quis ad suorum scelerum illustrationem consequi potuerit. *Bœotiam gentem sues olim vocabant*, vt canit Pindarus; atque rursum ipse, si Bœotiam effugimus suem, æquum esse auguratus vniuersæ prope gentis ortum ex imperitia probrum suæ musicæ carminibus eluere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

CAPVT VIII.

Corporis formam nihili ducendam esse, nisi eam animi comitetur pulchritudo, quam artes scientiæ, ac virtutes parturiunt.

Ἐπαινέσῃ δ' ἄν τις καὶ τὸν Ἀθήνησι νομοθέτην, ὃς τὸν μὴ διδάξαντα τέχνην, ἐκώλυε πρὸς τοῦ παιδὸς τρέφεσθαι· τέχνης ἁπάσης κατ' ἐκεῖνον μάλιστα τὸν χρόνον ἀσκουμένης, ἡνίκ' ὡραιότατα φαίνεται τὰ σώματα, πολλοῖς συνέβη περιβλέπτοις διὰ κάλλος γεγενημένοις, ἀμελῆσαι τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, εἶθ' ὕστερον, ὅτ' οὐδὲν ὄφελος, λέγειν,

Εἴθ' ὤφελεν τὸ κάλλος, ὅ με διώλεσε,
Κακῶς ὀλέσθαι.

ἡνίκα δὴ αὐτοῖς καὶ τὸ τοῦ Σόλωνος εἰσέρχεται, σκοπεῖσθαι κελεύοντος ἐν τοῖς μάλιστα τὸ τέλος τοῦ βίου· εἶτα καὶ τὸ γῆρας λοιδοροῦντας, δέον ἑαυτοῖς, καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐπαινοῦσι λέγοντα,

----οὐ γὰρ ὄφελος εἶναι
Περαιτέρω τὸ κάλλος, ἢ μέσως λαβεῖν.

ἄμεινον οὖν ἐστιν ἐγνωκότας τὴν μὲν τῶν μειρακίων ὥραν τοῖς ἠρινοῖς ἄνθεσιν ἐοικυῖαν, ὀλιγοχρόνιόν τε τὴν τέρψιν ἔχουσαν, ἐπαινεῖν τε καὶ τὴν Λεσβίαν λέγουσαν.

Ὁ μὲν γὰρ καλός, ὅσον ἰδεῖν πέλεται·
Ὁ δὲ κἀγαθός, αὐτίκα καὶ καλὸς ἔσται.

πείθεσθαι δὲ καὶ Σόλωνι τὴν αὐτὴν γνώμην ἐνδεικνυμένῳ· τὸ δὲ γῆρας, καθάπερ χαλεπὸν ἐφεδρεύοντα χειμῶνα, δεόμενον οὐχ ὑποδημάτων μόνον καὶ ἐσθῆτος, ἀλλὰ καὶ οἰκήσεως ἐπιτηδείας, καὶ μυρίων ἄλλων, παρασκευάζεσθαι πρὸς αὐτό, καθάπερ ἀγαθὸν κυβερνήτην ἐκ πολλοῦ πρὸς χειμῶνα· μοχθηρὸν γὰρ τό,

---ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

πρὸς τί γὰρ ἄν καὶ φαίη τις εἶναι χρήσιμον, ἀσκητον νέου κάλλος; ἆρα γε εἰς πόλεμον; καὶ μὴν οὐκ ἀστόχως τις ἐπιφωνήσει τοῖς τοιούτοις,

Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. καὶ
Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε.

καὶ γάρ, -----ὁ Νιρεὺς
Κάλλιστος μὲν ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν,
Ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἔην-----

καὶ διὰ τοῦθ' ἅπαξ αὐτοῦ μόνον ἐμνημόνευσεν Ὅμηρος ἐν νεῶν καταλόγῳ, πρὸς ἐπίδειξιν, ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς τῶν καλλίστων ἀνδρῶν ἀχρηστίας, ὅταν αὐτοῖς ὑπάρχῃ μηδὲν ἄλλο τῶν εἰς τὸν βίον χρήσιμον· οὐδὲ μὴν εἰς πόρον χρημάτων, εἴ τινες τῶν κακοδαιμόνων λέγειν τολμῶσι, τὸ κάλλος ἐστὶ χρήσιμον· ὁ μὲν γὰρ ἐλευθέριός τε, καὶ ἔνδοξος, καὶ βέβαιος χρηματισμός, ἀπὸ τέχνης γίνεσθαι πέφυκεν· ὁ δ' ἀπὸ σώματος καὶ κάλλους, αἰσχρός ἐστι καὶ διαπαντὸς ἐπονείδιστος· χρὴ τοίνυν τὸν νέον πειθόμενον τῷ παλαιῷ παραγγέλματι, τὴν ἑαυτοῦ μορφὴν ἐν κατόπτρῳ θεα-

At nonnullus Athenis legislatorem laudauerit, qui vetuit parentem à filio ali, quem nullam artem edocuisset. Quum enim omnes artes eo potissimum tempore excolantur, quo formosissima corpora conspiciuntur, plerísque contigit, corporis pulchritudine factos percelebres, animi sui cultum neglexisse, postea verò quòd nullum inde emolumentum colligerent, *querulos* protulisse,

Vtinam perisset forma quæ me perdidit
Malè

Tum ipsis & Solonis illud in mentem venit, quo vitæ finem imprimis spectari imperat. Deinde senectutem increpant quum seipsos debeant. Euripidem quoque laudibus euehunt vaticinantem

-----Iuuat neminem
Formam parasse vltra moderatum modum.

Itaque satius est eos laudare qui venustam adolescentum formam verum floribus assimilem, momentaneis comitatam oblectamentis agnouerunt. Lesbiam quoque celebrare canentem

Qui namque pulcher est, is est dum cernitur
At qui bonus, fuerit cito pulcher quoque

Soloni etiam eandem proferenti sententiam concedere. Senectutem autem tanquam molestam hyemem imminere, quæ non calceamentis modò, ac vestitu, sed & commodo domicilio, aliísque rebus innumeris indigeat. Aduersus eam nobis, quemadmodum aduersus tempestatem probo gubernatori, multò antè necessaria comparanda sunt. Calamitosum siquidem est illud

----Res actas intelligit amens.

Ad quid enim dixerit aliquis vtilem esse inexercitatam adolescentis pulchritudinem? Num ad bellum? Non equidem inconsultè talibus quis acclamauerit,

At tu res votis gratas sectare iugales, Et
Ito domum, rerúmque tibi sit cura tuarum.

Etenim ------*Nireus*
Ad Troiam venit vir formosissimus vnus
Verùm mollis erat--------------

Quamobrem eius semel duntaxat in nauium censu meminit Homerus, quo (mea quidem sententia) formosissimos viros inutiles esse demonstraret, quum illis nihil suppetat aliud ad vitam vtile. Equidem ad pecunias comparandas, etsi nonnulli improbi *contrarium* asserere audeant, non confert pulchritudo. Etenim liberalis quidem, honestus, ac stabilis quæstus ab arte manare consueuit. At qui à corpore & forma; is turpis est, perpetuóque improbandus. Oportet itaque adolescentem veteri præcepto impulsum suam ipsius effigiem in speculo con-

templari, qui si facie formosus fuerit, suum quoque animum talem esse det operam, absurdum ratus formoso in corpore animum deformem stabulari. Si verò sui corporis formam turpem esse conspexerit, tanto impensiùs animum excolat, decorétque, quo Homericum illud proferendum habeat.

Vir alius cui forma quidem deformior ipsa est,
Sed Deus exornat formam sermonibus; illi
Hunc læti aspiciunt, cui concio tuta, pudore
Tranquillo est, cætus supereminet ipse forenses,
Vtque Deum aspiciunt, incedit quando per vrbem.

Ex omnibus itáque oratione diductis, iis potissimum, quibus non planè mens erepta est, perspicuè apparet, neque generis splendore, neque diuitiis, neque pulchritudine fruenti, artium studia esse contemnenda. Hæc itáque satis. Sed satius fortassis fuerit illud Diogenis ceu idoneum aliquem epodum adijcere. Is quum apud quendam epularetur, qui rebus quidem suis omnibus accuratè consuluerat, sui verò ipsius curam prorsum nullam habuerat, excreans tanquam sputum eiecturus quum in ambitu circumspexisset, nihílque vidisset eorum quæ in circuitu erant, in quod expueret, in ipsum solum domus herum expuit, cui grauiter conquerenti, reíque causam sciscitanti respondit, nihil in tota domo tam sordidum, támque neglectum ac ipsum conspicere. Parietes siquidem omnes egregiis picturis ornatos, pauimentum autem ex operosis calculis extructum, Deorum gerens imagines, vasa omnia splendida ac munda, lectos & mensas perbellè elaborata esse, solum verò illum *incultum* neglectúmque subijci oculis; omnibus autem hominibus morem esse, in ea quæ sese offerunt vilissima loca expuere, itáque ne patiaris, ô adolescens, in quem sputum proijciatur teipsum dignum fieri, nec, etsi cetera omnia pulcherrimè posita esse videantur. Rarum siquidem est, hæc omnia simul assequi, te nobilem, te diuitem, te deníque vnà formosum esse, quæ tamen si aliquoties conspirauerint, turpe sanè fuerit in quibus affluis omnibus, te solum sputis obnoxium subijci.

σάμενον, εἰ μὲν καλὸς εἴη τὴν ὄψιν, ἀσκῆσαι τοιαύτην εἶναι καὶ τὴν ψυχήν, ἄτοπον ἡγησάμενον ἐν καλῷ σώματι ψυχὴν αἰσχρὰν οἰκεῖν· εἰ δ' αἰσχρὸς αὐτῷ φαίνοιτο τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν εἶναι, πόσῳ δὲ μᾶλλον ἐπιμεληθῆναι τῆς ψυχῆς, ἵν' ἔχῃ λέγειν τὸ Ὁμηρικόν,

Ἄλλος δ' αὖτ' εἶδος μὲν ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ·
Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει· οἱ δέ τ' ἐς αὐτὸν
Τερπόμενοι λεύσσουσιν· ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει
Αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν.
Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ, θεὸν ὣς εἰσορόωσιν.

ἐξ ἁπάντων τοίνυν τῶν εἰρημένων, τοῖς γε μὴ παντάπασιν ἀνοήτοις, ἐναργῶς φαίνεται, μήτ' ἐπὶ γένους λαμπρότητι, μήτ' ἐπὶ πλούτῳ τε καὶ κάλλει θαρρήσαντα, καταφρονῆσαι τέχνης ἀσκήσεως· αὐτάρκη μὲν οὖν καὶ ταῦτα. κάλλιον δ' ἴσως προσθεῖναι καὶ τὸ τοῦ Διογένους, οἷόν ἀγαθόν τινα ἐπῳδόν· ὃς ἑστιώμενος παρά τινι, τῶν μὲν ἑαυτοῦ πάντων ἀκριβῶς προνενοημένῳ, μόνου δ' ἑαυτοῦ παντάπασιν ἠμεληκότι, χρεμψάμενος ὡς πτύσων, εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν πέριξ ἔπτυσεν, αὐτῷ δὲ μόνῳ προσέπτυσε τῷ δεσπότῃ τῆς οἰκίας· ἀγανακτοῦντος δ' αὐτοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτῶντος, οὐδὲν ἔφησεν ὁρᾶν οὕτως ἠμελημένον τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ὡς ἐκεῖνον· τοὺς γὰρ τοίχους ἅπαντας, ἀξιολόγοις γραφαῖς κεκοσμῆσθαι· τὸ δ' ἔδαφος ἐκ ψήφων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν διατετυπωμένας, ἅπαντα τὰ σκεύη λαμπρὰ καὶ καθαρά, καὶ τὴν στρωμνήν, καὶ τὰς κλίνας εἰς κάλλος ἐξησκῆσθαι, μόνον δ' ἐκεῖνον ὁρᾶν ἠμελημένον· εἴθισθαι δ' ἅπασιν ἀνθρώποις, εἰς τοὺς ἀτιμοτάτους τῶν παρόντων τόπων ἀποπτύειν. μὴ τοίνυν ἐάσῃς ὦ μειράκιον ἄξιον τοῦ προσπτύεσθαι γενέσθαι σεαυτόν· μὴ δ' αὖ ἅπαντά σοι τ' ἄλλα κάλλιστα διακεῖσθαι δοκῇ· σπάνιον μὲν γάρ ἐστι καὶ τὸ τυχεῖν αὐτῶν ὁμοῦ πάντων, ὡς εὐγενῆ τε, καὶ πλούσιον εἶναι, καὶ καλὸν ἅμα τὸν αὐτόν· εἰ δ' ἄρα καὶ συνέλθοι ποτέ, δεινὸν ἂν εἴη μόνον ἐν ἅπασι τοῖς ὑπάρχουσιν, ἑαυτὸν καταπτυστὸν εἶναι.

CAPVT IX. — ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Studia finem vitæ vtilem propositum non habentia, artes non esse; Athleticum exercitum neque ad vitæ vsum pertinere, neque diuinioris partis hominis esse, neque diuinos honores, vt artes parturire.

AGITE igitur, ô adolescentuli, quotquot meæ orationis auscultatione ad artes ediscendas concitati fuistis, ne quis vos impostor ac præstigiator vir decepturus tandem, vanas aut improbas artes edoceat, quum quæ studia finem vitæ vtilem non habent, ea nequaquam artes esse innotescat. Atque de cæteris quidem, vos planè persuasos habeo agnoscere, eorum nullam esse artem, veluti petaurum agere, supra exiguos funes incedere, in circulo non caligantem rotare, & qualia Myrmeciadæ Atheniensis, & Callicratis Lacedæmonij opuscula extiterunt. Athletarum autem exercitium duntaxat exercitium suspectum habeo, ne id fortassis dum robur corporis pollicetur, & apud multos gloriam conciliat, publicè diurnis argenti largitionibus apud maiores honoratum, paríque omnino honore cum præstantissimis

ΑΓετ' οὖν, ὦ παῖδες, ὁπόσοι τῶν ἐμῶν ἀκηκοότες λόγων, ἐπὶ τέχνης μάθησιν ὁρμᾶσθε, μή τις ὑμᾶς ἀπατεὼν καὶ γόης ἀνὴρ παρακρουσάμενος ποτέ, ματαιοτεχνίαν ἢ κακοτεχνίαν διδάξηται· γιγνώσκοντας ὡς ὁπόσοις τῶν ἐπιτηδευμάτων οὐκ ἔστι τὸ τέλος βιωφελές, ταῦτ' οὐκ εἰσὶ τέχναι· καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὑμῖν καὶ πάνυ πέποιθα γιγνώσκειν, ὅτι μηδὲν τούτων ἐστὶν τέχνη, οἷόν τό, τε πεταυρίζειν, καὶ βαδίζειν ἐπὶ σχοινίων λεπτῶν, ἐν κύκλῳ τε περιδινεῖσθαι μὴ σκοτούμενον οἷα τὰ Μυρμηκιάδου τοῦ Ἀθηναίου, καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου· τὸ δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα μόνον ὑποπτεύω, μήποτ' ἄρα τοῦτο, καὶ ῥώμην σώματος ἐπαγγελλόμενον, καὶ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξαν ἐπαγόμενον, δημοσίᾳ παρὰ τοῖς πατράσι τετιμημένον ἡμερησίοις ἀργυρίου δόσεσι, καὶ ὅλως ἴσα τοῖς ἀριστεῦσι

τετιμημένον, ἐξαπατήσῃ τινὰ τῶν νέων, ὡς προκριθῆναι τινὸς τέχνης· ὅθεν ἄμεινον προδιασκέψασθαι περὶ αὐτοῦ. εὐεξαπάτητος γὰρ ἕκαστος ἐν οἷς ἐστιν ἀπροσκέπτος· τὸ δὴ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὦ παῖδες, ἐπικοινοῖ θεοῖς τε καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις, τοῖς μὲν καθόσον λογικόν ἐστι, τοῖς δὲ καθόσον θνητόν· βέλτιον οὖν ἐστι τῆς πρὸς τὰ κρείττονα κοινωνίας αἰσθανόμενον, ἐπιμελήσασθαι παιδείας, ἧς τυχόντες μὲν, τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἕξομεν· ἀποτυχόντες δὲ, οὐκ αἰσχυνούμεθα τῶν ἀργήστων ζώων ἐλαττούμενοι· σώματος δ' ἄσκησις ἀθλητικὴ, ἀποτυγχανομένη μὲν, αἰσχίστη· ἐπιτυγχανομένη δὲ, τῶν ἀλόγων ζώων, οὐδέπω κρείττων· τίς γὰρ λεόντων, ἢ ἐλεφάντων ἀλκιμώτερος; τίς δ' ὠκύτερος λαγωοῦ; τίς δ' οὐκ οἶδεν ὡς καὶ τοὺς θεοὺς δι' οὐδὲν, ἀλλ' ἢ διὰ τὰς τέχνας ἐπαινουμένους; ὡς καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀρίστους θείας ἀξιωθῆναι τιμῆς, οὐχ ὅτι καλῶς ἔδραμον ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ἢ δίσκον ἔρριψαν, ἢ διεπάλαισαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπὸ τῶν τεχνῶν εὐεργεσίαν. Ασκληπιός γέ τοι καὶ Διόνυσος, εἴτ' ἄνθρωποι πρότερον ἤστην, εἴτ' ἀρχῆθεν θεοὶ, τιμῶν ἀξιοῦνται μεγίστων, ὁ μὲν διὰ τὴν ἰατρικὴν, ὁ δ' ὅτι τὴν περὶ τὰς ἀμπέλους ἡμᾶς τέχνην ἐδίδαξεν· εἰ δ' οὐκ ἐθέλεις ἐμοὶ πείθεσθαι, τόν γε θεὸν αἰδέσθητι τὸν Πύθιον· οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν Σωκράτην εἰπὼν ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτατον εἶναι· καὶ τῷ Λυκούργῳ προσφωνήσας, ὧδ' εἶπεν,

Ηκεις ὦ Λυκόεργε ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν,
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Δίζω, ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ ἄνθρωπον.
Αλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον, θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόεργε.

ὁ δ' αὐτὸς οὗτος θεὸς καὶ τὸν Αρχίλοχον τεθνεῶτα φαίνεται τιμῶν οὐ τὰ μέτρια· τὸν γοῦν φονέα βουλόμενον εἰσελθεῖν εἰς τὸν νεὼν αὐτοῦ, διεκώλυσεν εἰπών·

Μουσάων θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι νηοῦ.

artibus habitum, aliquem adolescentem decipiat, vt cuipiam arti anteponatur, vnde præstat de ipso prius disceptare. Nam facilè quisque in his decipitur, quæ priùs mente non reuoluit. Sanè hominum genus (ô pueri) cum diis & brutis animalibus communem habet naturam, cum illis quidem, quatenus rationale existit; cum his verò, quatenus mortale. Satius igitur est cum superioribus societatem sensu percipientes disciplinas *studio* & cura prosequi, quas consequuti, bonorum maximum adepti fuerimus; Has verò non consequutos ignauissimis animantibus factos esse inferiores non pudebit? At corporis exercitatio Athletica comparata quidem, turpissima; non comparata verò, brutis animalibus nihilo præstantior. Quis enim leonibus, aut elephantis robustior? Quis verò lepore velocior? Quis autem nescit etiam Deos non ob aliud quàm propter artes laudari? Hominum quoque præstantissimos, non quòd in certaminibus pulchrè cursarint, aut discum proiecerint, aut luctati sint; sed ob artium beneficia, diuinos honores promeruisse. Profectò Æsculapius & Bacchus, siue priùs homines, siuè ab initio Dij extiterint, maximis honoribus celebrantur; ille quidem propter medicinam; hic verò quod vitium *excolendarum* artem nos docuerit. Quod si mihi fidem adhibere non vis, Deum Pythium reuerere. Is est qui & Socratem virorum omnium sapientissimum esse pronunciauit; & Lycurgum affatus ita cecinit,

Ad mea templa venis, sapiens, opulenta, Lycurge
Grate Ioui, cunctisque domos habitantibus altas
Cœlorum; anne Deum te dicam quæro, virúmue
Sed tamen esse Deum potiùs te spero Lycurge.

Is ipse Deus & Archilochum mortuum non mediocri honore celebrauit. Quum enim interemptor vellet illius templum ingredi, hoc carmine prohibuit.

Occisor vatis templo procul ito profane.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'. — CAPVT X.

In Athletas inuehitur, probátque Athleticam abiectam, vitiosam, ac inutilem esse.

Αγε δή μοι καὶ σὺ τὰς τῶν ἀθλητῶν προσαγορεύσεις· ἀλλ' οὐκ ἐρεῖς, ὅτι μὴ δ' ἔχεις εἰπεῖν, εἰ μή τι τοῦ μάρτυρος ὡς οὐκ ἀξιόχρεω κατέγνωκας· ἐμφαίνειν γὰρ ἔοικάς τι τοιοῦτον, ὅταν ἐπὶ τοὺς πολλοὺς τὸν λόγον ἄγῃς μάρτυρας, καὶ τὸν παρὰ τούτων ἔπαινον προχείρῃ· καίτοι οὔτε νοσῶν, εὖ οἶδ' ὅτι τοῖς πολλοῖς ἂν ἐπιτρέψαις σαυτὸν, ἀλλ' ὀλίγοις δή τισιν ἐξ ἁπάντων, καὶ τούτων τοῖς ἰατρικωτάτοις οὔτ' ἂν πλέων, ἅπασι τοῖς συμπλέουσιν, ἀλλ' ἑνὶ τῷ κυβερνήτῃ· ἤδη δὲ κἀπὶ τῶν σμικροτάτων, τέκτονι μὲν, τεκταινόμενος, ὑποδημάτων δὲ χρῄζων, τῷ σκυτοτόμῳ· πῶς ἂν οὖν ἔνθα περὶ πρωτείων ὁ ἀγών ἐστι, σαυτῷ δίδως τῆς κρίσεως τὴν ἐξουσίαν, ἀφελόμενος αὐτὴν τῶν σοφωτέρων ἢ κατὰ σαυτόν· παρίημι γὰρ, τό γε νῦν εἶναι, μεμνῆσθαι τῶν θεῶν· ἄκουσον οὖν ὅπως Ευριπίδης φρονεῖ περὶ τῶν ἀθλητῶν·

Κακῶν γὰρ ὄντων μυρίων καθ' Ελλάδα,
Οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένους,
Οἳ πρῶτον οἰκεῖν, οὐδὲ μανθάνουσιν, εὖ,
Οὔτ' ἂν δύναιντο· πῶς γὰρ, ὅστις ἔστ' ἀνήρ,

Dic autem mihi tu quoque Athletarum celebrationes, at non dices, quòd nihil proferendum habeas, nisi quid ceu teste non locuplete affirmatum damnaueris. Nam tale quiddam videris prodere, quum ad multos testes orationem dirigis, & ab his quasi manibus laudem expromis. Certò tamen scio te morbo laborantem, non multis teipsum commissurum, sed paucis quibusdam ex omnibus, iisque medendi peritissimis; neque te nauigantem omnibus tecum nauigantibus, sed vni gubernatori; minimis denique in rebus, fabro quidem te ædificantem; cerdoni verò calceamentis indigentem, fidem habiturum: qua igitur ratione quum de rebus præstantioribus contentio est, tibi ipsi iudicij potestatem viris teipso sapientioribus ereptam tribuis? Nam de Dijs mentionem facere nunc omitto. Audi igitur quid de Athletis sentiat Euripides,

Multis malis per Græciam grassantibus,
Nullum est eorum peius Athletis genus.
Primum hi domesticas gerunt haud res bene,
Nec si queant. Nam quomodo quisquis gulæ

Vir seruus, & ventri voraci deditus
Opes parabit familiam queis nutriat?
Egere rursus haud putat, nec casibus
Seruire. Nam assueti bonis haud moribus
Difficilè commonent sese ad res arduas.

Quæ verò studio prosequuntur, eorum quodque ipsis inutile esse, audi iterum, si volueris, quæ concinit.

Quis enim valens lucta, celer quis vir pede,
Aut disco in altum concito, aut malis probè
Ictis coronam adeptus adiuuit suam
Patriam?-----

At si & his deinceps subtiliora auscultare velis, quæ denuò profert, ausculta.

Vtrúmne in hostes præliabuntur, manu
Discos ferentes, vel clypeis fulti pedum
Cursu procúlne hostes fugabunt patriâ?
Præsente ferro nemo tantùm desipit.

Vtrum igitur Euripidem, consimilésque alios improbabimus, Philosophis autem iudicium committemus? imò & ab his omnibus veluti vno ore concessum est, *Athleticum* istud studium prauum esse. Id autem nulli vnquam Medici laudibus approbarunt. Primùm enim Hippocratem audies dicentem, *affectio Athletica naturalis non est; salubris habitus, melior*, Deinde & cæteros omnes, qui post ipsum vixere, præstantissimos Medicos. Equidem prorsus nolebam ex testibus iudicium ferri, id enim oratoris magis, quàm hominis veritatem colentis est. Quum tamen nonnulli ad multorum approbationem, & inanem quæ ab his prodit gloriam confugiunt, ipsúmque exercitium rebus externis nudum spectare non desinunt; tum in his testes producere coactus sum, quo sese nihil validius assequi agnoscant. Vnde iam mihi tempestiuum est Phrynæ ludum commemorare. Hæc aliquando quum in conuiuio talis ludus ageretur, vt singuli per vices conuiuis imperarent quæ vellent, mulierésque adesse perspexisset, anchusa, cerussa, & fuco *faciem* decoratas, iussit aquam aduehi, haustámque posteà derepente linteolo abstergere. Atque id ipsa prima omnium fecit, ac cæteris quidem omnibus fœminis facies maculis opplebatur, & simulachra laruis, spectrísque similia cernere licebat; ipsa verò formosior apparuit, sola namque fucata non erat, sed natiua pulchritudine formosa, quæ nullo fucatorio artificio indigebat. Quemadmodum igitur vera pulchritudo certò exploratur ipsa per se sola, rebus omnibus foris obuenientibus: sic & Athleticam exercitationem solam explorare conuenit, an quid vtilitatis vel publicè ciuitatibus, vel priuatim Athletis ipsam exercentibus adferre videatur.

Γνάθου τε δοῦλος, νηδύος θ' ἡττημένος,
Κτήσαιτ' ἂν ὄλβον, εἰς ὑπερεκζεφῶ πάτρας;
Οὐδ' αὖ πένεσθαι κἀξυπηρετεῖν τύχαις.
Οἷοί τ' ἔθη γὰρ οὐκ ἐθισθέντες καλὰ,
Σκληρῶς μεταλλάσσουσιν εἰς ἀμήχανον.

ὅτι δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδευομένων αὐτοῖς ἕκαστον ἄχρηστόν ἐστιν, ἄκουε πάλιν εἴπερ θέλεις, ἅ φησι,

Τίς γὰρ παλαίσας εὖ, τίς ὠκύπους ἀνὴρ,
Ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον πλήξας καλῶς,
Πόλει πατρῴᾳ στέφανον ἤρκεσεν λαβών;

εἰ δὲ καὶ τούτων ἔτι λεπτομερέστερον ἀκούειν ἐθέλεις, ἄκουε πάλιν ἅ φησι,

Πότερα μαχοῦνται πολεμίοις ἐν χεροῖν
Δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων ποσὶ
Θέοντες, ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας;
Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας.

Πότερον οὖν Εὐριπίδη μὲν καὶ τῶν τοιούτων καταγνῶμεν, τοῖς δὲ φιλοσόφοις ἐπιτρέψομεν τὴν κρίσιν; ἀλλὰ καὶ παρὰ τούτων ἁπάντων ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος ὡμολόγηται, φαῦλον εἶναι τὸ ἐπιτήδευμα· οὐδὲ μὴν οὐδὲ τῶν ἰατρῶν τις ἐπῄνεσεν αὐτό· πρῶτον μὲν γὰρ Ἱπποκράτους ἀκούσῃ λέγοντος· διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν μετ' αὐτὸν ἀρίστων ἰατρῶν· ὅλως μὲν οὖν ἐπὶ μάρτυρας οὐκ ἐβουλόμην κρίνεσθαι· ῥητορικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον μᾶλλον, ἢ τιμῶντος ἀλήθειαν ἀνδρός· ὅμως δ' ἐπειδή τινες ἐπὶ τὸν τῶν πολλῶν ἔπαινον καταφεύγουσι, καὶ τὴν παρὰ τούτων κενὴν δόξαν· ἀφέντες αὐτὸ ἐπιτήδευμα γυμνὸν τῶν ἔξωθεν σκοπεῖν, ἠναγκάσθην κἀν τούτοις προχειρίσασθαι τοὺς μάρτυρας, ἵν' ὅτι μηδ' ἐνταῦθα πλέον ἔχουσί τι, γιγνώσκωσιν· ὅθεν καὶ τὸ τῆς Φρύνης εὔκαιρον ἤδη μοι διηγήσασθαι· αὕτη ποτ' ἐν συμποσίῳ παιδιᾶς τοιαύτης γινομένης, ὡς ἕκαστον ἐν μέρει προστάξαι τοῖς συμπόταις ἃ βούλοιτο, θεασαμένη παρούσας γυναῖκας ἀγχούσῃ τε, καὶ ψιμμυθίῳ, καὶ φύκει κεκαλλωπισμένας, ἐκέλευσεν ὕδατος κομισθέντος, ἀρυσαμένας ταῖς χερσὶ προσενεγκεῖν ἅπαξ αὐτῷ τῷ προσώπῳ, καὶ μετὰ τοῦτο εὐθέως ἀπομάξασθαι σινδονίῳ, καὶ αὐτὴ πρώτη τοῦτ' ἔπραξε· ταῖς μὲν οὖν ἄλλαις ἁπάσαις σπίλου τὸ πρόσωπον ἐπληρώθη, καὶ ἦν ὁμοιοτάτας ἰδεῖν τοῖς μορμολυκείοις, αὐτὴ δὲ καλλίων ἐφάνη· μόνη γὰρ ἦν ἀκαλλώπιστός τε καὶ αὐτοφυῶς καλή, μηδεμιᾶς πανουργίας κομμωτικῆς δεομένη· ὥσπερ οὖν τὸ ἀληθινὸν κάλλος ἀκριβῶς ἐξετάζεται μόνον αὐτὸ καθ' ἑαυτό, τῶν ἔξωθεν αὐτῷ προσιόντων ἁπάντων γυμνωθέν, οὕτω καὶ τὴν ἀθλητικὴν ἐπιτήδευσιν ἐξετάζεσθαι προσήκει μόνην, εἴ τι φαίνοιτο ἔχειν χρήσιμον, ἢ κοινῇ ταῖς πόλεσιν, ἢ ἰδίᾳ τοῖς μεταχειριζομένοις αὐτήν.

CAPVT XI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Athleticam neque inter bona numerandam esse; neque ad sanitatem conferre declarat. Hîc Athletarum habitum, vitam, miseriam, ac exitium subijcit oculis.

QVVM itaque bonorum in rerum natura existentium alia sint animi, alia corporis, alia externa; atque præter hæc, nullum aliud bonorum genus cogitetur; Athletas bonorum animi ne vmbram quidem consequutos fuisse, omnibus manifestũ est. Imprimis enim animámne habeãt,

Ἀγαθῶν οὖν τῶν ἐν τῇ φύσει, τῶν μὲν περὶ ψυχήν, τῶν δὲ περὶ σῶμα, τῶν δ' ἐκτός· καὶ παρὰ ταῦτα οὐδενὸς ἄλλου γένους ἀγαθῶν ἐπινοουμένου· ὅτι μὲν τῶν ψυχικῶν ἀγαθῶν, οὐδ' ὄναρ ποτὲ μετειλήφασιν οἱ ἀθλοῦντες, εὔδηλον παντί· τὴν ἀρχὴν γὰρ, οὐδ' εἰ ψυχὴν

ἔχουσι γιγνώσκουσι, τοσοῦτον ἀποδέουσι τοῦ λογικὴν αὐτὴν ἐπίστασθαι. σαρκῶν γὰρ ἀεὶ καὶ αἵματος ἀθροίζοντες πλῆθος, ὡς ἐν βορβόρῳ πολλῷ τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν ἔχουσιν κατεσβεσμένην, οὐδὲν ἀκριβὲς νοῆσαι δυναμένην, ἀλλ' ἄνουν, ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις. ἴσως δ' ἀμφισβητήσαιεν, ὡς τῶν περὶ τὸ σῶμα τινὸς ἀγαθῶν ἐπήβολοι. πότερον οὖν τῆς τιμιωτάτης ὑγιείας ἀμφισβητήσουσιν; ἀλλ' οὐδένας ἄλλους ἂν εὕροις ἐν σφαλερωτέρᾳ διαθέσει σώματος, εἴπερ Ἱπποκράτει δεῖ πιστεύειν, εἰπόντι, τὴν ἐπ' ἄκρον εὐεξίαν, σφαλερὰν ὑπάρχειν, ἣν μεταδιώκουσιν οὗτοι. καὶ δὴ καὶ ὅτι ἄσκησις μὲν ὑγιείης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων, Ἱπποκράτει καλῶς εἰρημένον, ἐπαινεῖται πρὸς ἁπάντων. οἱ δὲ τοὐναντίον ἐπιτηδεύουσιν, ὑπερπονοῦντές τε καὶ ὑπερπιπλάμενοι, καὶ ὅλως τὸν τοῦ παλαιοῦ λόγον, ὡς κορυβαντιῶντες, κατεγνωκότες. ὁ μὲν γὰρ ὑγιεινὴν δίαιταν ὑποτιθέμενος ἔλεγε· πόνοι, σιτία, ποτά, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. οἱ δὲ τὰ γυμνάσια παρὰ τὸ προσῆκον ἑκάστης ἡμέρας διαπονοῦσι, τροφάς τε προσφέρονται σὺν ἀνάγκῃ πολλάκις, ἄχρι μέσων νυκτῶν ἐκτείνοντες τὴν ἐδωδήν· ὡς προσηκόντως ἄν τινα ἐπ' αὐτῶν εἰπεῖν,

Ἄλλοι μὲν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταί,
Εὗδον παννύχιοι μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ.
Ἀλλ' οὐκ ἀθλητὰς κακοδαίμονας ὕπνος ἔμαρπτεν.

ἀνάλογον γοῦν τούτοις καὶ ἡ τῶν ὕπνων αὐτοῖς ἔχει συμμετρία· ἡνίκα γὰρ οἱ κατὰ φύσιν βιοῦντες, ἀπὸ τῶν ἔργων ἥκουσιν, ἐδεσμάτων δεόμενοι, τηνικαῦθ' οὗτοι διανίστανται τῶν ὕπνων, ὥστε ἐοικέναι τὸν βίον αὐτῶν, ὑῶν διαγωγῇ· πλὴν γ' ὅσον οἱ μὲν ὕες οὐχ ὑπερπονοῦσιν, οὐδὲ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίουσιν, οἱ δὲ, καὶ ταῦτα πάσχουσι, καὶ ῥοδοδάφναις ἐνίοτε τὰ νῶτα διακναίονται. ὁ μὲν οὖν παλαιὸς Ἱπποκράτης, πρὸς οἷς εἶπεν ἔμπροσθεν, ἔτι καὶ ταῦτά φησι· τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης πληροῦν, ἢ κενοῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁποσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν· πᾶν γάρ, φησι, τὸ πολὺ, τῇ φύσει πολέμιον. οἱ δ' οὔτε τούτων ἐπαΐουσιν, οὔτε τῶν ἄλλων, ὅσα καλῶς εἰπόντος ἐκείνου παραβαίνουσιν, ἀλλὰ πάντ' ἐξ ὑπεναντίου τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασιν ἐπιτηδεύουσι. καὶ διὰ τοῦτ' ἂν ἔγωγε φαίην ἄσκησιν, οὐχ ὑγιείας, ἀλλὰ νόσου μᾶλλον εἶναι τὸ ἐπιτήδευμα. τοῦτο δ', οἶμαι, καὶ αὐτὸν τὸν Ἱπποκράτην φρονεῖν, ἐπειδὰν λέγῃ· διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. οὐ γὰρ μόνον τοῦ κατὰ φύσιν ἐστερῆσθαι τὸ ἐπιτήδευμα δι' ὧν εἶπεν ἐδήλωσεν, ἀλλ' οὐδ' ἕξιν ὠνόμασε τὴν διάθεσιν αὐτῶν, ἀφαιρούμενος καὶ τῆς προσηγορίας αὐτούς, ᾗ προσαγορεύουσιν ἅπαντες οἱ παλαιοί, τοὺς ὄντως ὑγιαίνοντας. ἡ μὲν γὰρ ἕξις, ἐμμονός τις ἐστὶ καὶ δυσαλλοίωτος διάθεσις· ἡ δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπ' ἄκρον εὐεξία, σφαλερά τε καὶ εὐμετάπτωτος, οὔτε γὰρ πρόσθεσιν ἔτι διὰ τὴν ἀκρότητα χωρεῖ· καὶ τῷ μὴ δύνασθαι μένειν ἐπὶ ταὐτοῦ, μηδ' ἀτρεμεῖν, λοιπὴν ἔχει τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁδόν. οὕτως μὲν, ἀθλοῦσιν αὐτοῖς διάκειται τὸ σῶμα· καταλύσασι δέ, πολὺ δή τι χεῖρον· ἔνιοι μὲν γὰρ μετ' ὀλίγον ἀποθνήσκουσιν, ἔνιοι δ' ἐπὶ πλέον ἥκουσιν ἡλικίας, ἀλλ' οὐδ' αὐτοὶ γηρῶσιν· οὐδὲ

ignorant tantùm absunt abeo, vt eam rationalem esse sciant. Etenim carnium & sanguinis plenitudinem perpetuò coaceruantes animum suum tanquam multo cæno immersum habent, qui nihil certum *altúmque* sapere queat, sed mentis expers brutis animantibus similitudine respondeat. At fortassis tanquam bonorum corporis aliquod sese adeptos esse contenderint. Num igitur de pretiosissima sanitate concertabunt? Imò non alios reperies in periculosiore corporis affectu *versari*, si Hippocrati fides sit adhibenda dicenti, *bonum corporis habitum qui ad summum peruenerit, periculosum esse*, quem isti persequuntur. Quinetiam illud ab Hippocrate præclarè dictum ab omnibus commendatur *studiosam sanitatis conseruationem esse, non satiari cibis, neque ad labores pigrum esse*. At isti contraria student dum immoderatiùs laborant, ac suprà modum *cibis* implentur, & omnino senis sententiam Corybantum more furentes damnant. Quum enim ille salubrem victus rationem institueret, dicebat; *labores, cibi, potus, somni, Venus, omnia mediocria*. Hi verò singulis diebus labores immoderatiores exercent, alimentis etiam vi plerumque coacti vescuntur, atque comessationes ad medias vsque noctes producunt, vt aliquis merito in eos *Homericum* illud protulerit.

Dijque alij, atque viri galeati nocte iacebant
Tota, permolli resoluti corpora somno,
At minimè miseros Athletas somnus habebat.

Quæ igitur his *victus & laboris*, eadem & proportione ipsis est somni moderatio. Quum enim qui secundum naturam viuentes ab operibus veniunt, escas necessarias requirunt; tum isti è somno exurgunt, adeo vt eorum vita suum consuetudini similis videatur, nisi quòd sues neque præter modum laborant, neque vi cibos esitant. Isti verò & hæc agunt, & nonnumquam iisdem lauri roseæ ramis terga perfricantur. Proinde senex ille Hippocrates ad ea quæ priùs retulit, hæc etiamnum profert. *Permultùm ac repente vacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, aut alio quocunque modo corpus mouere, periculosum, Omne si quidem multum* (inquit) *naturæ inimicum*. Isti verò *Athletæ* neque hæc percipiunt, neque alia, quæ quum is pulchrè prodiderit transiliunt, imò omnia cum hisce salubribus præceptis ex opposito pugnantia studiosè sectantur. Quapropter ego sanè dixerim *Istud* exercitium non sanitatis, sed morbi potius studium existere, idque Hippocratem ipsum sentire arbitror, ita loquentem, *Affectus athleticus non est naturalis, habitus salubris melior. His* enim *dictis* non solùm hoc exercitium eâ quæ secundum naturam est *dote* exui declarauit, verùm ne habitum appellauit Athletarum affectionem, vt ipsos eo nominis honore spoliaret, quo cuncti veteres eos vocitant qui prospera valetudine verè perfruuntur, habitus siquidem stabilis quædam est, vixque mutabilis affectio. Bonus verò Athletarum qui ad summum venit corporis habitus, periculosus est, facilèque mutabilis. Neque enim quod ad summum peruenerit, incrementi capax est, neque eodem in statu consistere, neque quiescere potest, proinde superstitem in deterius viam subeat necesse est. Sic equidem illis, dum athleticam obeunt, corpus affectum est; vbi verò cessarint, multo sanè deteriùs. Nonnulli siquidem paulopòst intereunt, alij verò, diuturniorem quidem ætatem viuunt, non tamen ad senectutem perueniunt, ad quam

quam etiamsi tandem peruenerint, ab Homericis A tamen Precibus nihil differunt,

Claudi, rugosi, strabones, orbi oculísque.

Quemadmodum enim mœnia machinis concussa ab irruente quouis impetu facilè corruunt, nec terræmotum, nec alium vllum leuiorem insultum ferre queunt: Sic & Athletarum corpora plagis ac ictibus in certaminibus attrita, ac debilitata ab externis causis occursantibus in morbos celeriter procidunt. Etenim eorum oculi in ambitu ceu fossis cauati plerumque, quòd facultas non amplius obsistat, fluxionibus opplentur; dentes verò concussione nimirum labefactati, deserente multoties progressu temporis ipsos facultate, fa- B cilè excidunt. Quinetiam contorti articuli aduersus omnem violentiam foris occursantem inualidi redduntur, & quæuis ruptio, ac *neruorum* diuulsio facilè excitatur. Itaque quod ad corpoream sanitatem spectat, manifestum est nullum aliud hominum genus Athletis miserius existere: vnde iure quis ingeniosè protulerit, Athletas nominatos, ita dictos, vel quòd ab Athleta ἄθλιοι, *hoc est, miseri* denominentur; vel quod communiter ambo ἀπὸ τῆς ἀθλιότητος, hoc est, à miseria, tanquam ab vno fonte nomen acceperint.

κἂν ἐφίκωνταί ποτε εἰς τοῦτο, τῶν Ὁμηρικῶν οὐδὲν ἀπολείπονται λιτῶν,

Χωλοί τε, ῥυσοί τε, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ, ἀποτετρυμμένοι.

Ὡς γὰρ τὰ διασεισθέντα τῶν τειχῶν ἀπὸ μηχανημάτων, ἑτοίμως ὑπὸ τῆς τυχούσης διαλύεται βλάβης, οὔτε σεισμὸν, οὔτ' ἄλλην τινὰ βραχυτέραν δυνάμενα φέρειν περιείσασιν· οὕτω καὶ τὰ τῶν ἀθλητῶν σώματα, σαθρὰ καὶ ἀσθενῆ ταῖς κατὰ τὴν ἐπιτήδευσιν γεγονότα πληγαῖς, ἕτοιμα πρὸς τὸ πάσχειν ἐστὶν ἐπὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσιν· οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ περιωρυγμένοι πολλάκις, ὅθ' ἡ δύναμις οὐκ ἔτι ἀντέχει, πληροῦνται ῥευμάτων· οἱ δ' ὀδόντες ἅτε διασεσεισμένοι πολλάκις, ἐπιλειπούσης ἐν τῷ χρόνῳ τῆς δυνάμεως αὐτοῖς, ἑτοίμως ἐκπίπτουσι· τὰ δὲ λυγισθέντα τῶν ἄρθρων, ἀσθενῆ πρὸς πᾶσαν τὴν ἔξωθεν βίαν γίγνεται, καὶ πᾶν ῥῆγμα καὶ σπάσμα ῥᾳδίως κινεῖται· σωματικῆς μὲν οὖν ὑγιείας ἕνεκα, φανερὸν ὡς οὐδὲν ἄλλο γένος ἀθλιώτερόν ἐστι τῶν ἀθλητῶν, ὥστ' εἰκότως ἄν τις εἴποι εὐφυῶς ὀνομάζεσθαι, τῶν ἀθλητῶν προσαγορευθέντων, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀθλητοῦ τὴν προσηγορίαν, τῶν ἀθλίων εἰληχότων, ἢ κοινῶς ἀμφοτέρων, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς μιᾶς, τῆς ἀθλιότητος ὠνομασμένων.

CAPVT XII. — ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Athleticam nihil ad corporis pulchritudinem conferre.

QVVM autem bonorum corporis maximum C sanitatem speculati simus, ad reliqua transeamus. Quæ itaque de pulchritudine *consideranda veniunt*, sic sanè in illis sese habent, vt non modò ad naturalem pulchritudinem nihil quicquam *athletica* exercitatio conferat, verùm etiam multos ex ipsis perfectissimam partium symmetriam sortitos Gymnastæ excipientes, supra modum saginantes ac infarcientes sanguine & carnibus in contrarium formæ statum perduxerint; nonnullis quoque faciem omnino deformem fœdámque reddiderint, ijs potissimùm qui pancratium, pugilatúmq; exercuissent. Quum autem partem aliquam planè fre- D gerint, aut distorserint, aut oculos extuderint, tum opinor, ac tum maximè quæ ab athletica exercitatione peragitur pulchritudo, luculenter cõspicitur. Hæc igitur ipsis quandiu sanitate fruuntur, ad pulchritudinem prosperè successerũt. Vbi verò athleticam desierint, reliqua quoque sensuum corporis organa pereunt, cunctáque, vt dixi, membra distorta totius deformitatis causæ existunt.

ἈΛΛ' ἐπεὶ καὶ περὶ τοῦ μεγίστου τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν τῆς ὑγιείας ἐσκέμμεθα, μεταβαίνωμεν ἐπὶ τὰ λοιπά· τὰ μὲν δὴ περὶ κάλλους οὕτως αὐτοῖς ἔχει, ὡς μὴ μόνον ὠφελεῖσθαί τι πρὸς τῆς ἀθλήσεως τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς αὐτῶν πάνυ συμμέτρως ἔχοντας τῶν μελῶν, οἱ γυμνασταὶ παραλαβόντες, ὑπερπιαίναντές τε, καὶ διασάξαντες αἵματί τε καὶ σαρξὶν, εἰς τοὐναντίον ἤγαγον· ἐνίων δὲ καὶ τὰ πρόσωπα παντάπασιν ἄμορφα καὶ δυσειδῆ κατέστησαν, καὶ μάλιστα τῶν παγκράτιον, ἢ πυγμὴν ἀσκησάντων· ὅταν δὲ καὶ τῶν μελῶν τι τελέως ἀποκλάσωσιν ἢ διαστρέψωσιν, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψωσι, τότ', οἶμαι, τότε καὶ μάλιστα τὸ τῆς ἐπιτηδεύσεως αὐτοῖς ἀποτελούμενον κάλλος, ἐναργῶς ὁρᾶσθαι· ταῦτα μὲν οὖν αὐτοῖς ὑγιαίνουσιν, εἰς κάλλος εὐτύχηται· καταλύσασι δὲ, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ σώματος αἰσθητηρίων προσαπόλλυται, καὶ πάνθ', ὡς ἔφην, τὰ μέλη διαστρεφόμενα, παντοίας ἀμορφίας αἴτια γίνεται.

CAPVT XIII. — ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Athletas virium robore minimè præstantiores esse Milonis historia, aliísque exemplis, ac sententiis confirmat.

AT fortassis eorum quæ dicta sunt *bonorum* E nullum, sed virium robur sibi arrogabunt. Hoc enim vnum, certò scio, omnium potentissimum esse dicturi sunt. Quódnam, per Deos, robur? aut ad quid vtile? Num ad rustica opera? Præclarè igitur vel fodere, vel metere, vel arare, vel aliud quidpiam quod ad agriculturam pertineat, præstare possunt. Sed forsan ad bellica? Euripidem denuò mihi accerse, qui eos his hymnis concinat,

Vtrúmne in hostes præliabuntur, manu
Discos ferentes? vel clypeis fulti manu

ἈΛΛ' ἴσως τῶν εἰρημένων οὐδενὸς, ἰσχύος δ' ἀντιποιήσονται· τοῦτο γὰρ, εὖ οἶδ', ἐρεῖ φήσουσιν, ἰσχυρότατον πάντων εἶναι· ποίας ὦ πρὸς θεῶν ἰσχύος, καὶ ποῦ χρησίμης; πότερον τῆς εἰς τὰ γεωργικὰ τῶν ἔργων; πάνυ μὲν οὖν καλῶς ἢ σκάπτειν, ἢ θερίζειν, ἢ ἀροῦν, ἢ τι τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν γεωργίαν δύνανται· ἀλλ' ἴσως εἰς τὰ πολεμικά; τὸν Εὐριπίδην αὖθίς μοι κάλει, ὅστις αὐτοὺς ὑμνήσει λέγων,

Πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν, ἐν χεροῖν
Δίσκους ἔχοντες; ἢ δι' ἀσπίδων χεροῖν

Θείνοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας; τῷ γὰρ ὄντι, A
Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας.

ἀλλὰ πρὸς κρύος καὶ θάλπος ἰσχυροὶ, αὐτοῦ γε τοῦ Ἡρακλέος ζηλωταὶ, ὡς ἐνὶ, καὶ χειμῶνι καὶ θέρει σκέπεσθαι δέρματι, ὡς ἀνυπόδητοι διατελεῖν, ὑπαίθριοι κοιμᾶσθαι, χαμευνεῖν· ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις, τῶν νεογνῶν παιδῶν εἰσὶν ἀσθενέστεροι. ἐν τίνι τοίνυν ἔτι τὴν ἰσχὺν ἐπιδείξονται; ἢ ἐπὶ τίνι μέγα φρονήσουσιν; οὐ γὰρ δήπου ὅτι ἐπὶ τῷ τοὺς σκυτοτόμους, ἢ τέκτονας, ἢ τοὺς οἰκοδόμους οἷοί τ' εἰσὶ καταβάλλειν ἐν παλαίστρᾳ τε καὶ σταδίῳ· τάχ' οὖν ἐπὶ τῷ δι' ὅλης ἡμέρας κονίεσθαι δικαιοῦσιν· ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ τοῖς ὄρτυξι, καὶ τοῖς περδιξὶν ὑπάρχει· καὶ εἴπερ ἐπὶ τούτῳ μέγα χρὴ φρονεῖν, ἐπὶ B τῷ δι' ὅλης ἡμέρας βορβόρῳ λούεσθαι· ἀλλὰ νὴ Δία τῶν ἱερουργημένων ἕνα ταύρων ἀναθέμενος τοῖς ὤμοις ὁ Μίλων ἐκεῖνος ὁ Κροτωνιάτης διεκόμισέ ποτε τὸ στάδιον. ὢ τῆς ὑπερβαλλούσης ἀνοίας, ὡς μηδὲ τοῦτο γιγνώσκειν, ὅτι πρὸ βραχέος τὸ βαρὺ, τὸ αὐτὸ τοῦτο σῶμα τοῦ ταύρου ζῶντος, ἐβάσταζεν ἡ ψυχὴ τοῦ ζώου· καὶ πολλῷ γ' ἀκοπώτερον ἢ ὁ Μίλων ἦγε, καὶ θεῖν ἐδύνατο βαστάζουσα· ἀλλ' ὅμως οὐδενὸς ἦν ἀξία, παραπλησίως τῇ Μίλωνος· ἐδήλωσε δὲ καὶ ἡ τελευτὴ τἀνδρὸς ὅπως ἦν ἀνόητος, ὅς γε θεασάμενός ποτε νεανίσκον σχί- C ζοντα κατὰ μῆκος ξύλα ἐνθέσει σφηνῶν, ἐκεῖνον μὲν ἀπέστησε καταγελάσας, αὐτὸς δὲ διὰ τῶν ἑαυτοῦ χειρῶν μόνων ἐτόλμησε διασπᾶν αὐτό· κἄπειθ' ὅσον εἶχεν ἰσχύος, εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ πληρώσας, διέστησε μὲν ἑκατέρωσε τὰ μέρη τοῦ ξύλου, τῶν σφηνῶν δ' ἐκπεσόντων ἐν τῷδε, τὸ λοιπὸν τοῦ ξύλου μέρος ἀδυνατῶν διαστῆσαι, μέχρι πολλοῦ μὲν ἀντεῖχεν, ὕστερον δὲ νικηθεὶς, οὐκ ἔφθασε κομίσασθαι τὰς χεῖρας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν μερῶν τοῦ ξύλου συνελθόντων ἀλλήλοις καταληφθεῖσαι, συνετρίβησαν μὲν αὗται πρῶται, θανάτου δ' οἰκτροῦ τῷ Μίλωνι κατέστησαν αἴτιαι· πάνυ γοῦν D ὤνησεν αὐτὸν, εἰς τὸ μηδὲν παθεῖν, ὁ νεκρὸς ταῦρος ἐν τῷ σταδίῳ βασταχθείς· ἢ τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἔσωσεν ἂν, ἡνίκα πρὸς τὸν βάρβαρον ἐπολέμουν, ἡ τοιαύτη τοῦ Μίλωνος ἐνέργεια περὶ τὸν ταῦρον, ἀλλ' οὐχ ἡ Θεμιστοκλέους σοφία· πρότερον μὲν ὑποκριναμένου καλῶς τὸν χρησμὸν, εἶτα στρατηγήσαντος ὡς ἐχρῆν·

Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα, καὶ πολλὰς χέρας
Νικᾷ· σὺν ὅπλοις δ' ἀμαθία χεῖρον ἢ κακόν.

ὅτι μὲν εἰς οὐδὲν τῶν κατὰ τὸν βίον ἔργων χρήσιμος ἡ τῶν ἀθλητῶν ἄσκησις, εὖ οἶδ', ὅτι σαφὲς ἤδη γέγονεν, ὅτι δὲ καὶ ἐν ἑαυτοῖς E οἷς ἀσκοῦσιν, οὐδενός εἰσιν ἄξιοι λόγου, μάθοιτ' ἂν εἰ διηγησαίμην ὑμῖν τὸν μῦθον ἐκεῖνον, ὃν τῶν οὐκ ἀμούσων ἀνδρῶν τις ἐντείνας ἔπεσι διεσκεύασεν· ἔστι δὲ οὗτος. εἰ Διὸς γνώμῃ πᾶσι τοῖς ζώοις ὁμόνοια, καὶ κοινωνία γένοιτο πρὸς τὸν βίον, ὡς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ κήρυκα, μὴ μόνον ἀνθρώπους τοὺς ἀγωνιουμένους καλεῖν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐπιτρέπειν τοῖς ζώοις εἰς τὸ στάδιον ἥκειν ἕν, οὐδένα ἂν ἄνθρωπον οἶμαι στεφθήσεσθαι·

Ἐν μὲν γὰρ δολιχῷ πολυπρότατος ἔσσεται ἵππος
Τὸ στάδιον δὲ λαγωὸς ἀποίσεται, ἐν δὲ διαύλῳ F
Δορκὰς ἀριστεύσει, μερόπων δ' ἐναρίθμιος οὐδεὶς
Ἐν ποσίν. Ὦ κοῦφοι ἀσκηταὶ, τ' ἄθλιοι ἄνδρες.

ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀφ' Ἡρακλέος τις ἐλέφαντος, ἢ λέοντος ἰσχυρότερος ἂν φανείη· οἶμαι δ' ὅτι καὶ ταῦρος πυγμῇ στεφθήσεται· καὶ

Cedente, an hostes profugabunt patria? Nam re vera,
Præsente ferro nemo tantùm desipit.

Verùm aduersus frigus & æstum robusti sunt Herculis ipsius æmuli, vt tum hyeme, tum æstate vna pelle tegantur, vt nudis pedibus pergant, vt sub dio humi cubantes dormiant? Atenim his in omnibus, nuper natis pueris sunt imbecilliores. Quâ igitur in re etiamnum roboris sui specimen edent? aut quâ tantopere sese efferent? Non enim quòd cerdones, vel fabros, vel ædificatores in palæstrâ aut stadio deijcere valeant; ob id itaque fortassis, quòd totum diem sese in puluere exerceant, meritò sibi gloriandum iudicabunt. Verùm id & coturnicibus, & perdicibus *consuetum* est. Siquidem par est eas idcirco multùm efferri, quòd totum diem cœno sese proluant. Sed, per Iouem, Milo ille Crotoniates ex mactatis tauris vnum humeris impositum olim per stadium gestauit. O exuperantem dementiam, quum *isti* nequaquam id intelligerent quòd paulo ante onerosum idipsum viuentis tauri corpus, animalis huius anima gestauerit, ac sanè longè leuiori labore, quàm Milo bajulauerit, quæ quum gestaret, currere poterat. Attamen *ea* nullius erat pretij, vt nec Milonis *anima*. Declarauit autem viri exitus, quàm mentis inops extiterit. Quum enim aliquando adolescentem immissis cuneis ligna in longitudinem findentem conspiceret, illum quidem derisum à munere abduxit, suis ipsius manibus solis illud lignum ausus diuellere; mox quicquid habebat roboris in primo impetu exigens, ligni quidem partes vtrinque dedúxit, interea elapsis hoc in opere cuneis, quum reliquam ligni partem diducere non posset, diu quidem obnixus est, tandem verò victus, manus educere non potuit, sed à partibus ligni in sese coëuntibus comprehensæ primùm quidem ipsæ contritæ sunt, deinde mortis miserandæ Miloni causæ extiterunt. Admodum igitur illi ad id profuit, vt nihil pateretur, mortuus taurus in stadio baiulatus. An Græcorum rempublicam tum seruauit, quum aduersus barbarum bellum gerebant, Milonis robur circa taurum exploratum, non autem Themistoclis sapientia qui primùm recto iudicio oraculum interpretatus est, deinde bellum quemadmodum oportebat gessit?

Prudens enim vnum consilium, multas manus
Vincit, sed armatus rudis peius malo.

Athletarum itaque exercitia nihil vtilitatis ad vitæ functiones adferre, iam satis perspicuè proditum esse arbitror. Quòd verò his ipsis, in quibus exercentur rebus nulla æstimatione digni sint, cognoscetis, si vobis fabulam illam narrauero, quam vir quidam non imperitus prolixis versibus adornauit. Hæc autem *ita prodita* est. Si Iouis voluntate omnibus animantibus consensus ac societas in vita degenda contingeret, vt in Olympia præco non solùm homines ad certamen vocaret, sed omnibus etiam animalibus demandaret ad vnum venire stadium, nullus, opinor, hominum coronaretur.

In dolicho nam vincet equus, victérque recedet
E stadio lepus, & pretium feret, ínque diaulo
Caprea, non hominum pedibus numerabitur vnus.
O vani, ô miseri athletæ, quos bellua vincit!

Imò neque posterorum Herculis quisquam elephante, aut leone robustior apparebit. Taurum quoque arbitror in pugilatu coronandum, nec non

asinum, inquit, calcibus si velit contendere, coronam reportaturum?

Multiplici sed in historia scribetur asellus
Pancratio vicisse viros; vicesima porrò
Primáque agebantur, cùm vicit Olympia rudens.

Lepidè admodum hæc fabula Athleticum robur inter humana exercitia minimè numerandum esse declarat. Quod sine animantibus virium robore quidem antecellant Athletæ, quónam præterea aliorum bonorum sibi arrogabunt?

ὄνος, φησί, λὰξ ὅ,τι εἰ βούλεται ἐρίσας, αὐτὸν τὸν στέφανον οἴσει.

Αὐτὰρ ἐν ἱστορίῃ πολυπείρῳ, γράψετ' ὄνισκος
Ὅττ' ἀθλητὰς παγκράτιον νίκησε ποτ' ἄνδρας·
Εἰκοστῇ δὲ καὶ πρώτῃ Ὀλυμπιὰς ἦν ὅτ' ἐνίκα
Ὀγκηστής.

Πάνυ τι χαριέντως οὗτος ὁ μῦθος ἐπιδείκνυσι τὴν ἀθλητικὴν ἰσχὺν, οὐ τῶν ἀνθρωπίνων οὖσαν ἀσκημάτων· καίτοι γ' εἰ μηδὲν ἰσχύι προτεύουσι τῶν ζώων οἱ ἀθληταὶ, τίνος ἂν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπήβολοι γενηθεῖεν ἀγαθῶν.

CAPUT XIV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔʹ.

Voluptate corporis Athletas minimè frui, sed miserijs obsideri; denique vt artes nobiles cæteris præferendas: Sic Medicinam omnium artium præstantissimam amplexandam esse exhortatione concludit.

At si quis voluptatem corporis bonum esse dicat, eam ipsam nequaquam participant, neque quum athleticum certamen obeunt, neque quum eo soluti discesserunt. Quandoquidem toto exercitationis Athleticæ tempore, in laboribus & miseriis versantur, non modò quòd sese exerceant, verùm etiam quòd coacta edacitate rumpantur. Quum verò ab Athletica soluti sunt, tum plurimis corporis partibus mutili ac debiles euadunt. Ergo fortassis quòd vniuersas pecunias accumulent, plurimùm sese iactitant. Imò videre licet omnes istos ære alieno obstrictos, non tantùm illo quo Athleticam exercent tempore, verùm etiam postquàm eâ exercitatione soluti quiescunt. Athletam quóuis vulgari, viri diuitis œconomo locupletiorem nullum comperies. Neque tamen vniuersè præclarum est, ipsas artificio comparare diuitias, sed talem scire artem quæ cum naufragis simul enatet, quod neque res diuitum administrantibus, neque publicanis, aut mercatoribus *consuetum* est, tametsi suis hi artificijs maximè ditescant. At si pecuniarum iacturam fecerint, iis ipsis simul pereunt commercia, ad quæ *obeunda* aliquo pecuniarum subsidio opus habent, quo semel destituti pristina commercia instaurare nequeunt. His enim nullus absque pignoribus aut hypothecis mutuum dabit. Proinde si quis vestrûm pecuniarum quæstum solidum, nec sordidum facere efflagitet, ars exercenda est, toto vitæ curriculo permansura. At quum prima diuisione duplex sit artium differentia, quædam etenim ex his rationales, nobiles, ac liberales existunt; quædam verò ignobiles ac contemnendæ, propter corporis labores quibus sua edunt opera, quas sordidas, mechanicas, & manuarias appellant. Satius hercle fuerit prioris generis artium aliquam studio consequi; posterius siquidem artium genus, senio confectos artifices solet destituere. Prioris porrò generis sunt Medicina, Rhetorica, Musica, Geometria, Arithmetica, Logica, Astronomia, Grammatica, & Iurisprudentia; his si velis, adde Plasticen, & Picturam. Nam licet hæ manuum opera operentur, illarum tamen opus iuuenili non eget robore. Ex his igitur artibus aliquam deligere, atque exercere oportet, cui animus nullo prorsus modo pecudis instar hebes sit, ac potiùs EARUM OMNIUM PRÆSTANTISSIMAM, QUÆ, mea quidem sententia, MEDICINA EST. Hoc autem deinceps nobis erit demonstrandum.

Εἰ δὲ καὶ τὴν ἡδονὴν τοῦ σώματός τις ἀγαθὸν εἶναι φαίη, οὐδὲ ταύτης αὐτῆς αὖθις μέτεστιν οὔτ' οὖν ἀθλοῦσιν, οὔτε καταλύσασιν· εἴγε παρὰ μὲν τὸν τῆς ἀθλήσεως χρόνον, ἐν πόνοις τε καὶ ταλαιπωρίαις εἰσὶν, οὐ γυμναζόμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίοντες· ἡνίκα δὲ καὶ καταλύσαντες τύχοιεν, ἀνάπηροι τὰ πλεῖστα μέρη τοῦ σώματος γίνονται. τάχ' οὖν ἐπὶ τοῖς χρήμασι πάντων ἀθροίζειν πλεῖστα, σεμνύνονται· καὶ μὴν ἔστιν ὑμῖν θεάσασθαι πάντας αὐτοὺς ὀφείλοντας, οὐ μόνον ἐκεῖνον τὸν χρόνον καθ' ὃν ἀθλοῦσιν, ἀλλὰ καὶ καταλύσαντας τὴν ἄσκησιν· οὐδ' ἂν εὕροις ἀθλητὴν οὐδένος πλουσιώτερον ἑνὸς τῶν ἐπιτυχόντων οἰκονόμων ἀνδρὸς πλουσίου· ἔστι δ' οὐδ' αὐτὸ τὸ πλουτεῖν ἐξ ἐπιτηδεύματος, ἀξιόλογον ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ τοιαύτην ἐπίστασθαι τέχνην, ἣ καὶ ναυαγήσασι συνεκκολυμβήσει, ὅπερ οὔτε τοῖς διοικοῦσι τὰ τῶν πλουσίων, οὔτε τοῖς τελώναις, ἢ τοῖς ἐμπόροις ὑπάρχει, καίτοι πλουτοῦσιν ἐξ ἐπιτηδευμάτων οὗτοι μάλιστα· ἀλλ' ἐὰν ἀπολέσωσι τὰ χρήματα, συναπολλύουσιν αὐτοῖς καὶ τὰς πράξεις, ἀφορμῆς μὲν τινος χρημάτων εἰς αὐτὰς δεόμενοι, τῶν δ' οὐκ ἔχειν ταύτην, ἄρξασθαι τῆς ἀρχαίας πράξεως ἀδυνατοῦντες· οὐδὲ γὰρ δανείζει τις αὐτοῖς χωρὶς ἐνεχύρων, ἢ ὑποθήκης· ὥστ' εἰ καὶ πρὸς χρηματισμὸν ἀσφαλῆ τε, καὶ οὐκ ἄδοξον ἀξιοῖ τις ἡμᾶς παρεσκευάσθαι, τέχνην ἀσκητέον ἐστὶ διὰ παντὸς τοῦ βίου, καὶ παραμένουσαν. ἀλλὰ διττῆς οὔσης διαφορᾶς τῆς πρώτης ἐν ταῖς τέχναις, ἔνιαι μὲν γὰρ αὐτῶν λογικαί τ' εἰσὶ καὶ σεμναὶ, τινὲς δὲ εὐκαταφρόνητοι, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πόνων, ἃς δὴ βαναύσους τε καὶ χειρωνακτικὰς ὀνομάζουσιν, ἄμεινον ἂν εἴη, τοῦ προτέρου γένους τῶν τεχνῶν μετέρχεσθαι τινά· τὸ γάρ τοι δεύτερον γένος αὐτῶν, ἀπολείπειν εἴωθε γηράσαντας τοὺς τεχνίτας· εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ προτέρου γένους, ἰατρική τε, καὶ ῥητορική, καὶ μουσική, γεωμετρία τε καὶ ἀριθμητική, καὶ λογιστική, καὶ ἀστρονομία, καὶ γραμματική, καὶ νομική· πρόσθες δ' εἰ βούλει ταύταις, πλαστικήν τε καὶ γραφικήν· εἰ γὰρ καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργοῦσιν, ἀλλ' οὐκ ἰσχύος νεανικῆς δεῖται τὸ ἔργον αὐτῶν· ἐκ τούτων οὖν τινὰ τῶν τεχνῶν ἀναλαμβάνειν τε καὶ ἀσκεῖν χρὴ τὸν νέον, ὅτῳ μὴ παντάπασιν ἡ ψυχὴ βοσκηματώδης ἐστὶ· καὶ μᾶλλόν γε τὴν ἀρίστην ἐν ταύταις, ἥτις, ὡς ἡμεῖς φαμὲν, ἐστὶν ἰατρική· τοῦτο δ' αὖ δεικτέον ἐφεξῆς.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ.

GALENI DE OPTIMA DOCTRINA LIBER.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Κατὰ τοῦ Φαβωρίνου καὶ τῶν ἄλλων τὸ κριτήριον τῆς ἀληθείας ἀφαιρούντων.

ARGUMENTUM LIBRI.

Aduersus Fauorinum & reliquos, qui iudicium veritatis è rerum natura sustulerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α΄.

Η τοῦ Φαβωρίνου καὶ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν γνώμη.

ΤΗΝ εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν, ἀρίστην εἶναι διδασκαλίαν ὁ Φαβωρῖνος φησίν. ὀνομάζουσι δ᾽ οὕτως οἱ Ἀκαδημαϊκοί, καθ᾽ ἣν τὰ ἀντικείμενα προσαγορεύουσι. οἱ μὲν οὖν παλαιότεροι, τελευτὰν αὐτὴν εἰς ἐποχὴν ὑπολαμβάνουσι, ἐποχὴν καλοῦντες τὴν, ὡς ἂν εἴποι τις ἀοριστίαν, ὅπερ ἐστὶ περὶ μηδενὸς πράγματος ὁρίσασθαι, μηδὲ ἀποφήνασθαι βεβαίως. οἱ νεώτεροι δὲ, οὐ γὰρ μόνος ὁ Φαβωρῖνος, ἐνίοτε μὲν εἰς τοσοῦτον προάγουσι τὴν ἐποχὴν, ὡς μηδὲ τὸν ἥλιον ὁμολογεῖν εἶναι καταληπτόν. ἐνίοτε δὲ, εἰς τοσοῦτον τὴν γνῶσιν, ὡς καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐπιτρέπειν αὐτὴν, ἄνευ τοῦ διδαχθῆναι πρότερον ἐπιστημονικὸν κριτήριον. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τί ἐστιν, ὃ Φαβωρῖνος εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς διαθέσεως, ὃ Πλούταρχος ἐπιγέγραπται. λέγει δὲ αὐτὸ ἐν τῷ πρὸς Ἐπίκτητον, ἐν ᾧ δήπουθεν ἐστὶν Ὀνήσιμος ὁ Πλουτάρχου δοῦλος Ἐπικτήτῳ διαλεγόμενος. καὶ μέντοι κἀν τῷ μετὰ ταῦτα γραφέντι βιβλίῳ, Ἀλκιβιάδη, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς ἐπαινεῖ, προσαγορεύοντας μὲν ἑκατέρῳ τῶν ἀντικειμένων ἀλλήλοις λόγων, ἐπιτρέποντας δὲ τοῖς μαθηταῖς αἱρεῖσθαι τοὺς ἀληθεστέρους· ἀλλ᾽ ἐν τούτῳ μὲν εἴρηκε, πιθανὸν ἑαυτῷ φαίνεσθαι, μηδὲν εἶναι καταληπτόν. ἐν δὲ τῷ Πλουτάρχῳ συγχωρεῖν ἔοικεν, εἶναί τι βεβαίως γνωστόν. ἄμεινον γὰρ οὕτως ὀνομάζειν τὸ καταληπτὸν, ἀποχωροῦντας ὀνόματι Στωϊκῷ. καὶ ἔγωγε ἐθαύμαζον νὴ τοὺς θεοὺς, ὅπως ὁ Φαβωρῖνος εἰς τὴν τῶν Ἀττικῶν φωνὴν εἰωθὼς μεταλαμβάνειν ἕκαστα τῶν ὀνομάτων, οὐ παύεται λέγων, οὔτε τὸ καταληπτὸν, οὔτε τὴν κατάληψιν, οὔτε τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, οὔτε τὰ τούτοις ἀντικείμενα διὰ στερητικῶς λεγόμενα, ἀκα-

CAPUT PRIMUM.

Opinio Fauorini & Academicorum.

A ARGUMENTATIONEM in vtramque partem, optimam esse doctrinam censet Fauorinus, sic autem nominant Academici eam secundum quam oppositam enunciant. Antiquiores igitur eam in epochen terminari autumant; epochen vocantes, ac si quis dixerit, indefinitionem, *ancépsue iudicium*, quod est nulla de re determinare, nec certò enunciare. Recentiores autem (non enim solus Fauorinus) aliquando eò promouent epochen, vt ne solem quidem fateantur esse comprehensibilem: B Aliquando verò in tantum cognitionem promouent, vt discipulis eam permittant nondum priùs edoctis de scientifico iudicandi instrumento. Nec enim aliud est, quod Fauorinus dixit in libro de constitutione Academicâ, qui Plutarchus inscribitur. Idem autem dicit in libro ad Epictetum, in quo scilicet est Onesimus Plutarchi seruus cum Epicteto disputans; ac certè eo in libro quem postea scripsit, Alcibiadem & cæteros Academicos laudat, disputantes quidem inter se contrariis rationibus, permittentes autem discipulis ex his eligere veriores; sed in hoc quidem ipso C dixit, probabile sibi videri, nihil esse comprehensibile; in Plutarcho verò concedere videtur aliquid certò posse cognosci; Præstat enim sic appellare comprehensibile, abstinentes à Stoico nomine. Atque ego, per Deos, mirabar, quomodo Fauorinus assuetus Atticæ dictioni, singula nomina commutare non desinat, dicens neque comprehensibile, neque comprehensionem, neque comprehensiuam imaginationem; neque his opposita, vt quæ priuatiuè dicuntur, incom-

prehensibilem imaginationem, vel ipsam incomprehensionem. vt autem tres libros scripsit, vnum ad Adrianum, secundum ad Drusonem, & tertium ad Aristarchum; hos omnes inscripsit de imaginatione comprehensiua, & per omnes hos libros strenuè disputat, conatus demonstrare non dari comprehensiuam imaginationem.

CAPVT II.

Improbat opinionem Fauorini & Academicorum.

EGo verò nihil aliud comprehensibile puto significare, quàm cognoscibile; neque aliud comprehendere, quàm certò cognoscere; similem verò his dici comprehensionem, & comprehensiuam imaginationem. Cùm enim quędam putamus vel videre, vel audire, vel omnino sentire quemadmodum in somniis & deliriis; quædam verò non arbitramur solùm, sed reuera videmus, vel omnino sensu percipimus. Hæc quidem posteriora omnes homines, præter Academicos & Pyrrhonios, ad certam cognitionem venire credunt; quæ verò per somnia, aut quæ delirantium fingit animus, falsa esse hæc omnia. Si autem sic rem se habere concedant, deleant ea quæ sunt in libris, in quibus scribunt neque sapientem insano, neque sanum ægro, neque vigilantem dormiente, fide digniorem ad rerum cognitionem esse. Si verò nihil magis ipsis, quàm contrario modo affectis cognoscibile, confusa sunt certè cognoscendæ veritatis instrumenta; neque ipse præceptor Academicus, nec eius discipulus poterit iudicare de rationibus dictis in vtramque partem oppositorum. Præterea non indigebimus à principio eiusmodi præceptoribus, cùm & ipsi possimus scripta, quæ à sectarum authoribus sunt ex opposito diuisa perlegere; nec minùs quàm ipsi Academici dignoscere; & si quid ipsorum obscurum sit; id quod apud Chrysippum, Stoicis præceptoribus; quod autem apud Theophrastum & Aristotelem, ipsis Peripateticis certiùs nominare liceat; & sic de cæteris, ita vt nihil Academicis ad doctrinam sit reliquum iuxta Fauorini rationem. Senioribus enim hoc erat præceptum, nullum esse iudicandi instrumentum homini concessum à natura, quô cuncta, comparatione facta, accuratè cognosceret. Quapropter nihil de vlla re volebant affirmare, sed de omnibus semper anceps ferre iudicium. Sed si nobis concedant, vt decet, naturalibus iudicandi instrumentis sensum sufficienter inesse, nulla iam nobis opus erit argumentatione in vtramque partem, sed alia quadam repetitione, vt artifices non statim artem discipulis præbent, sed aliam argumentationem, à multis dictam calculis computationem hoc est, præesse ei qui exercetur, & attendere in quibus hic fallitur, eáque sola corrigere. Similiter & puerorum gubernator, luctantium errores emendat, & Grammaticus, & Rhetor, & Geometra, & Musicus sic docent non labefactantes, neque conuellentes quam discipuli fidem habent de naturalibus instrumentis iudicandi, sed ipsis exercendis præfecti, donec singulas actiones edant inculpatas; non verò ad Epochen adducunt, ipsi enim sunt qui in actionibus cum sensibus diffidentiam afferunt, vel ea contemnunt quæ ab aliquo certò cognoscuntur. Carneades igitur neque id

ταληπτὸν φαντασίαν, ἢ τὴν ἀκαταληψίαν αὐτήν. ὡς δὲ καὶ τρία βιβλία γράψας, ἓν μὲν πρὸς Ἀδριανόν, ἕτερον δὲ πρὸς Δρύσωνα, καὶ τρίτον πρὸς Ἀρίσταρχον, ἅπαντα περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας ἐπέγραψε. καὶ καθ' ὅλα γε αὐτὰ γενναίως ἀγωνίζεται, πειρώμενος ἐπιδεικνύναι τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν ἀνύπαρκτον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ἀντιλέγει τῇ τοῦ Φαβωρίνου καὶ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν γνώμῃ.

ΕΓΩ δ' οὔτ' ἄλλο τι καταληπτὸν ἡγοῦμαι σημαίνειν, παρὰ τὸ γνωστόν, οὔτ' ἄλλο τι τὸ καταλαμβάνεσθαι, τοῦ βεβαίως γιγνώσκειν, ἀνάλογον δ' αὐτοῖς λέγεσθαι τήν τε κατάληψιν, καὶ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν. ἐπεὶ γὰρ ἔνια μὲν οἰόμεθα ἢ βλέπειν, ἢ ἀκούειν, ἢ ὅλως αἰσθάνεσθαι, καθάπερ ἐν ὀνείροις καὶ μανίαις. ἔνια δὲ οὐκ οἰόμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀλήθειαν ὁρῶμεν, ἢ ὅλως αἰσθανόμεθα. ταυτὶ μὲν τὰ δεύτερα πάντες ἄνθρωποι, πλὴν Ἀκαδημαϊκῶν τε καὶ Πυῤῥωνείων, εἰς βεβαίαν γνῶσιν ἥκειν νομίζουσιν. ἃ δ' ὄναρ ἢ παραπαιόντων ἡ ψυχὴ φαντάζεται, ψευδῆ ταῦθ' ὑπάρχειν. εἰ μὲν δὴ συγχωροῦσιν αὐτὰ τοῦθ' οὕτως ἔχειν, ἐξαλειψάτωσαν, ἐν οἷς γράφουσι, μήτε τοῦ μαινομένου τὸν σωφρονοῦντα, μήτε τοῦ νοσοῦντος τὸν ὑγιαίνοντα, μήτε τοῦ κοιμωμένου τὸν ἐγρηγορότα πιστότερον ὑπάρχειν εἰς τὴν τῶν πραγμάτων γνῶσιν. εἰ δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐκείνοις ἐστίν, ἢ τοῖς ἐναντίως διακειμένοις γνωστόν, συγκέχυται μὲν δήπου τὰ τῆς ἀληθείας κριτήρια, οὔτ' αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ὁ Ἀκαδημαϊκός, οὔτ' ὁ μαθητὴς αὐτοῦ δυνήσεται κρῖναι, τοὺς εἰς ἑκάτερα τῶν ἀντικειμένων εἰρημένους λόγους. ἔτι δὲ οὐ δεησόμεθα τὴν ἀρχὴν τοιούτων διδασκάλων, δυνάμενοί γε καὶ αὐτοὶ τὰ γεγραμμένα τοῖς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἀντιδιῃρημένων ἀναγινώσκειν, καὶ οὐδὲν ἧττον τῶν Ἀκαδημαϊκῶν εἰδέναι, κἂν ἀσαφές αὐτῶν τι ᾖ, τὸ μὲν παρὰ τῷ Χρυσίππῳ τοῖς Στωϊκοῖς διδασκάλοις ἀσφαλέστερον ὀνομάζειν ἐστί, τὸ δὲ παρὰ Θεοφράστῳ, καὶ Ἀριστοτέλει τοῖς περιπατητικοῖς. οὕτω δὲ κἀπὶ τῶν ἄλλων, ὥστ' οὐδὲν ἄν τι λείποιτο πρὸς διδασκαλίαν τοῖς Ἀκαδημαϊκοῖς, ὅσον ἐπὶ τῷ Φαβωρίνου λόγῳ. τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις αὐτὸ δὴ τοῦτο ἦν δίδαγμα, τὸ μηδὲν εἶναι κριτήριον ἀνθρώπῳ δεδομένον ὑπὸ τῆς φύσεως, ᾧ παραβάλλων ἕκαστον τῶν ὄντων ἀκριβῶς διαγνώσεται. διὸ μηδ' ἀποφήνασθαι περὶ μηδενὸς ἠξίουν, ἀλλὰ περὶ πάντων ἐπέχειν ἀεί. ἀλλ' εἰ δὴ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις αἴσθησιν ἱκανῶς συγχωρήσουσιν ἡμῖν, οὐδὲν ἔτι δεησόμεθα τῆς εἰς ἑκάτερα ἐπιχειρήσεως, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς ἀπαιτήσεως, μᾶλλον μὲν τοὺς τεχνίτας παρέχοντας τοῖς μαθηταῖς εὐθέως, ἀλλ' ἕτερον τὸ λογίζεσθαι, τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν ψηφίζειν. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἐπισταθῆναι τῷ γυμναζομένῳ, καὶ τούτῳ προσέχειν τὸν νοῦν, ἐν οἷς σφάλλεται, καὶ ταῦτα ἐπανορθούμενον μόνα. παραπλησίως δὲ καὶ ὁ παιδοτρίβης ἐπανορθοῦται τὰ τῶν παλαιόντων ἁμαρτήματα. καὶ ὁ γραμματικός, καὶ ὁ ῥήτωρ, καὶ γεωμέτρης, καὶ μουσικός, οὕτω διδάσκουσιν οὐ διασείοντες, οὐδὲ σαλεύοντες τῶν μαθητῶν ἣν ἔχουσι πίστιν ἐπὶ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις, ἀλλ' ἐφεστῶτες αὐτοῖς γυμναζομένοις, ἄχρι περ ἂν ἀναμαρτήτους ἀποδείξωσι, τὰς κατὰ μέρος ἐνεργείας, ἀλλ' οὐχὶ τὴν ἐποχὴν εἰσάγοντες. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ καὶ τὰς ἐνεργείας σὺν αἰσθήσεσιν ἀπιστεῖν ἀνατιθέντες, ἢ τοῖς ὑπό του βεβαίως γιγνωσκομένοις καταφρονεῖν. ὁ γοῦν Καρνεάδης, οὐδὲ

τοῦτο δὲ πάντων ἐναργέστατον συγχωρεῖ πιστεύειν, ὅτι τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα μεγέθη, καὶ ἀλλήλοις ἴσα γίγνεται. τοὺς μὲν οὖν λόγους, οἷς ἐπιχειρεῖ λύειν καὶ ταῦτα καὶ ἄλλα πάμπολλα τῶν ἐναργῶς τι εἶναί σοι φαινομένων τε καὶ πιστευομένων, ἔτι καὶ εἰς τόδε σωζομένους ἔχομεν. ἀπόκεινται γὰρ ἐν γράμμασιν ὑπὸ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ συναθροισθέντες. αἱ λύσεις δ' οὔθ' ὑπ' ἐκείνων, οὔθ' ὑπ' ἄλλου τινὸς εἴρηνται τῶν μετ' αὐτὸν Ἀκαδημαϊκῶν. ἆρ' οὖν εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τοῦτο γοῦν ἐδήλωσε μόνον, ὅτι σοφίσματά εἰσιν οἱ λόγοι πάντες οὗτοι, καὶ ζητητέον τὴν λύσιν αὐτῶν ὑμῖν, ὦ μαθηταί. μοχθηρὸν μὲν γὰρ τοῦτο, σμικρότερον δ' ὅμως οὐ πεποιήκασιν, οἱ γράψαντες μὲν αὐτοὺς, μὴ δηλώσαντες δ' ὑμῖν, ὁποῖοί τινές εἰσι.

quod est omnium euidentissimum credendum esse concedit, quod magnitudines vni æquales, sunt & æquales inter se. Habemus igitur rationes quibus hæc soluere contendit, & alia quamplurima eorum, quæ euidenter existere tibi apparent, ac creduntur, adhuc ad id conseruatas; ab eius enim discipulis collectæ scriptis mandatæ fuerunt; solutiones verò neque ab ipsis, nec ab vllo alio Academicorum post eum allatæ sunt. Igitur si nihil aliud saltem hoc vnum demonstrauit, quod fallaces sint eiusmodi rationes, & quærendam esse nobis, harum solutionem, ô discipuli? improbum illud est, nec tamen minùs improbè fecerunt, qui has scripsêre rationes, nec quales essent, nobis indicarunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Διατελεῖ γνώμη Φαβωρίνου καὶ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν ἀντιλέγων.

Ἡδέως δ' ἂν ἠρόμην, εἴπερ ἦν ὁ Φαβωρῖνος, ἆρά γε κελεύει με πείθεσθαι αὐτοῖς ἅπασι τοῖς λόγοις, ἢ σκοπεῖσθαι πότερον ἀληθεῖς εἰσίν, ἢ ψευδεῖς. ἓν δὴ γὰρ σκοπεῖσθαι συνεχώρησεν. ἠρόμην δ' ἂν ἐπὶ τῷδε πάντως, εἰ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει διακρίνειν ἀληθεῖς λόγους, ψευδῶν, ἢ μέθοδος ἐστὶ τῆς ἑκατέρων γνώσεως; εἰ μὲν γὰρ φύσει, πῶς οὐχ ὁμολογοῦμεν ἀλλήλοις ἅπαντες, οὐδ' ὡσαύτως ἀποφαινόμεθα περὶ τῶν αὐτῶν; εἰ δὲ μέθοδός τις ἐστιν, αὐτὴν πρώτην μαθεῖν ἐχρῆν. ἑξῆς δὲ ἐπιστάτου τινὰς αὐτοὺς γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἐπὶ παραδειγμάτων πλειόνων, ὥσπερ οἱ παλαίειν μανθάνοντες, ἢ σκυτοτομεῖν, ἢ οἰκοδομεῖν, ἢ ναυπηγεῖν, ἢ ῥητορεύειν, ἢ ἀναγινώσκειν, ἢ γράφειν, ἢ ὅλως ὁπωσοῦν ἐνεργεῖν κατὰ τέχνην. εἰ μὲν οὖν ἔγραψέ τις τῶν Ἀκαδημαϊκῶν, οἷον μέν τι χρῆμά ἐστιν ἡ ἀπόδειξις, οἷον δὲ σόφισμα, καὶ ὡς χρὴ διαγινώσκειν αὐτὰ, καὶ ὡς χρὴ γυμνάζεσθαι κατὰ ταῦτα, ὡς ὁ Φαβωρῖνος ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν, ὡς εἰς ἑκάτερα ἐπιχειρουμένων τῶν μαθητῶν, πλὴν ὅτι περιττός ἐστιν, ἐδίδασκεν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς ἕκαστον τῶν εἰρημένων, ἔχομεν τε ἡμεῖς τοὺς ἰδίους τῶν δογμάτων διδασκάλους. εἰ δ' οὔτ' ἔγραψέ τις περὶ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, οὔτ' ἐγύμνασεν, ὅμοιόν τι ποιεῖ τέκτονι κελεύοντι τῷ μαθητῇ μετρῆσαί τε καὶ στῆσαι καὶ ἀποτεῖναι, καὶ κύκλον γράψαι, χωρὶς τοῦ πήχεως δοῦναι, καὶ ζυγὸν, καὶ κανόνα, καὶ κιρκῖνον. ἀλλ' ἴσως φησὶ μηδὲν εἶναι τοιοῦτον ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ δόγμασι. μὴ τοίνυν ἔτι προσποιοῦ γιγνώσκειν τι, μηδ' ἀποφαίνου, μηδ' ἀπόδιδρασκε τὴν ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων Ἀκαδημαϊκῶν εἰσαγομένην ἐποχὴν, μηδὲ σεμνυνοῦ γραμματικοῦ ποιῶν ἔργον, ἃ μὲν εἰρήκασιν οἱ παλαιόθεν ἐκμεμελετηκώς· ὅτι δὲ αὐτῶν ὑγιὲς ἐστιν οὐδὲν, εὔδηλον ἐννόῳ. οὐδὲ γὰρ διδασκάλου τό γε τοιοῦτον ἐστὶν, ἀλλ' ἀδολεσχία τις ἢ λῆρος. πόθεν οὖν ἐλπὶς ὑπολείπεται τῆς τῶν ἀληθῶν εὑρέσεως; ᾧ γὰρ οὐδὲν ὑπάρχει κριτήριον ἀληθῶν καὶ ψευδῶν, ἀνέλπιστος ἡ γνῶσις αὐτοῦ. ἐγχείρησον δὲ διδάξαι μόνον σοφιστὰς, μηδὲν ἡμῖν ὑπάρχειν κριτήριον σύμφυτον, ὥστε γε μετὰ τοῦτο τολμηρῶς. ἡμῖν μέντοι ἴσως φησὶν, αἴσθησίν τε καὶ νόησιν ἐναργῆ κριτήρια τοῦ ἀληθοῦς εἶναι, συγχωρήσειεν ἄν τις ἐν λογικοῖς κυλινδεῖσθαι βουλόμενος ἐλπίσι ματαίαις. ὅσοι

CAPVT III.

Quam improbauit Fauorini & Academicorum sententiam persequitur.

LIBENTER quærerem, si Fauorinus adesset, an iubeat omnibus his rationibus assensum me præbere, vel considerare vtrum veræ sint, vel falsæ; vnum enim considerandum esse concessit. Quærerem autem in vniuersum, num à natura singulis hominibus insitum sit discernere veras rationes à falsis; vel sit aliqua ratio artificiosa ad vtrarumque cognitionem. Si enim à natura, quidni omnes inter nos consentimus? & eadem de iisdem rebus pronunciamus? Si verò sit quædam methodus, ipsam primò oportuit addiscere, deinde ludo præfectos, ipsos discipulos vario modo, exemplis quamplurimis exercere; vt eos qui luctandi artem discunt, vel sutoriam, vel ædificatoriam, vel naues compingendi, vel Rhetoricam, vel legendi, vel scribendi vel alio quouis modo secundum artem operari. Si igitur quispiam Academicus scripserit, quid sit demonstratio, quid sophisma, & quomodo oportat ea dignoscere, & quemadmodum circa ea sese decat exercere, vt Fauorinus permittit iudicium discipulis, in vtramque partem disputantibus, nisi cùm aliquid superuacaneum fuerit; docuerit Academicus singula quæ dicta sunt: nos verò habemus singularum præceptionum doctores. Si verò nullus de ipsorum differẽtia scripserit, aut exercitationem formauerit, simile quid agit, ac faber præcipiens discipulo vt metiatur, dirigat, extendat, ac circulum describat, nec illi præbet cubitum, libram, regulam, aut circinum. Sed nihil fortassis, inquit, in philosophia, & præceptis inest simile. Ne igitur assimules te aliquid cognoscere, aut enunciare, aut discedere ab allata à veteribus Academicis epoche, nec te iactes dum grammatici opus perficis, qui te exerces in iis, quæ antiqui dixerunt. Apud ipsos autem nihil esse præclari manifestissimum est animaduertenti, neque enim id proprium præceptoris est, sed nugacitas quædam & deliramentum. vnde igitur spes veritatis inueniendæ relinquitur? cui enim nullum est veri & falsi iudicandi instrumentum, eius est insperata cognitio. Aggredere autẽ solùm Sophistas docere, nobis à natura nullum insitum esse iudicandi instrumentum, vt certè postea audacter asseuerasti. Nobis autem fortasse dicit, sensum & intellectum certa esse veri iudicandi instrumenta, quod quis concederet in logicis volens inani quadam spe volutari. qui-

Atque autem omnem spem sustulerunt, quemadmodum ipse, frustra nugantur. Conspicuus igitur est Fauorinus, quem pudet dum omnia subuertit, & fatetur se ignorare, vnde orta sint ea; quæ veteres Academici & Pyrrhonij dixêre, simulans discipulis se iudicium permittere, quod nec sibi ipsis illi, qui ante ipsum fuere, permiserunt.

CAPVT IV.

Declarat suam opinionem, & Fauorini damnat sententiam.

QVOD verò hæc via docendi eos qui aliquid addiscunt, qualem Fauorinus intelligit, non solùm inter cæteras non sit optima, sed nec doctrinam esse, ab initio abundè demonstratum arbitror. Reliquæ verò omnes doctrinæ quidem sunt; an vero sint optimæ videamus, primùm ab iisdem rursus incipientes: id enim nobis & manifestum apparet, quamuis illud incredibile reddere conentur Sophistæ, nullum videlicet esse naturale iudicandi instrumentum. Circinus enim circulum describit, cubitus magnitudinem discernit, vt libra, quæ pondus habent. Hæc autem omnia ipse sibi parauit homo naturalibus organis, & iudicandi impulsus instrumentis, vltra quæ iudicandi instrumentum nec antiquius habemus, nec præstantius; hinc igitur oportet auspicari. Rursus enim dicit animus, quod nobis possibile est credere, vel non credere naturali iudicandi instrumento, hoc verò non est possibile alio instrumento iudicare; quo enim iudicantur cætera omnia, quomodo & illud ab alio iudicaretur? vis credere oculis clarè videntibus, & lingua gustanti hoc esse pomum, illud ficum, vel non credere? Concedam quicquid nobiscum volueris facere, si cupias mecum disputare: à te verò non credente recedam tanquam ab affecto præter naturam. Primò supponatur te non credere, nec quicquam sperare ex me discere, hoc enim nuper abstinui dicere. Supponatur verò te credere, sperare ex me iudicium addiscere. Ego verò sensilia, per ea quæ euidenter à sensibus percipiuntur, intelligibilia verò per ea quæ intellectu concipiuntur, credibilia iudico. Cùm autem ex naturalibus instrumentis iudicandi artes omnes constituantur, organa verò & instrumenta iudicandi artificialia, per quæ alia ipsi sibi componunt, alia autem ab aliis composita iudicant, & ego ostendam in vniuersum, organa & instrumenta iudicandi, tùm ea quibus parabis veras rationes, cùm ea quibus ab aliis allatas iudicabis. Totum enim sic se habet, si quid enim ex seipso appareat sensui, vel intellectui manifestè, disquisitione non indigebit; at si quid tale non existat, quæ ab alio sumitur, eget cognitione. Ego verò me polliceor te docturum quædam instrumentis quæ ab arte fiunt respondentia, quibus quæsitum inuenias; alia verò iudicandi instrumentis, quibus, quod tibi videbitur, inuentum fuisse iudicabis. Cùm autem hæc didiceris, multis te exemplis exercebo vt celeriter & perfectè inuenire possis, & iudicare id quod quæritur; ita vt nullo iam ampliùs libro indigeas ad inuentionem veri, nullâue alia institutione, & statim dignoscas eos qui dicunt alia ab iis quæ inueneris.

δ' ἀνῃρήκασιν ὅλην τὴν ἐλπίδα, καθάπερ ἐκεῖνος, μάτην φλυαροῦσι. εὔδηλος οὖν ἐστὶν ὁ Φαβωρῖνος, αἰδοῖ μὲν ἀνατρέπων πάντα, καὶ ἀγνοεῖν ὑπάρχειν ὁμολογῶν, ὅθεν ὑπῆρχεν οἱ πρόσθεν ἔλεγον Ἀκαδημιακοί τε καὶ Πυῤῥώνειοι· προσποιούμενος δ' ἐπιτρέπειν τὴν κρίσιν τοῖς μαθηταῖς, ἣν οὐδὲ ἑαυτοῖς ἐπέτρεψαν οἱ πρὸ αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀποφαίνει, καὶ τὴν Φαβωρίνου καταγινώσκει.

ΟΤι μὲν οὖν ἡ τοιαύτη διδασκαλία τῶν μανθανόντων ὁποιοῦν, οἵαν ἐννοεῖται Φαβωρῖνος, οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἀρίστη τῶν ἄλλων, ἀλλ' οὐδὲ διδασκαλία, τὴν ἀρχὴν ἐναργῶς οἶμαι δεδιδάχθαι. αἱ δ' οἱ λοιποὶ πάντες, διδασκαλίαι μὲν εἰσιν, εἰ δ' ἀρίσται, σκοπῶμεν, ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὖθις ἀρξάμενοι. φαίνεται γὰρ ἡμῖν ἐναργῶς τοῦτο, κἂν ὅτι μάλιστα αὐτοῖς ἄπιστον ἐργάσασθαι σπουδάζωσιν οἱ σοφισταὶ, μηδὲν εἶναι κριτήριον φυσικόν· ὁ μὲν γὰρ καρκῖνος γράφει τὸν κύκλον, ὁ δὲ πῆχυς διακρίνει τὰ μήκη, καθάπερ ὁ ζυγὸς τὰ βάρη. ταῦτα δὲ αὐτὸς κατεσκεύασεν ἄνθρωπος, ἐκ τῶν φυσικῶν ὀργάνων τε καὶ κριτηρίων ὁρμώμενος, ὧν ἀπωτέρω κριτήριον, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε σεμνότερον ἔχομεν. ἐκ τούτων ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι δεῖ, λέγει γὰρ πάλιν ὁ νοῦς, ὅτι πιστεῦσαι μὲν, ἢ ἀπιστῆσαι ὡς τῷ φυσικῷ κριτηρίῳ δυνατὸν ἡμῖν ἐστι, κρῖναι δ' οὐ δυνατὸν αὐτὸ δι' ἑτέρου τινός. ᾧ γὰρ κρίνεται τ' ἄλλα πάντα, πῶς αὐτὸ τοῦτο πρὸς ἄλλου κριθείη; πιστεύειν βούλει τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐναργῶς ὁρῶσι, καὶ τῇ γλώσσῃ γευομένῃ, τουτὶ μὲν μῆλον εἶναι, τουτὶ δὲ σῦκον, ἢ μὴ πιστεύειν; ὑπείσομαι ὃ βούλει ποιεῖν ἐφ' ἡμῖν, εἰ μέντοι σπουδάζεις διαλέγεσθαί μοι. μὴ πιστεύοντος δὲ, ὡς παρὰ φύσιν ἔχοντος ἀφίσταμαι. κείσθω πρότερον ἀπιστεῖν σε, μηδὲν ἐλπίζειν μαθήσεσθαι παρ' ἐμοῦ. τοῦτο γὰρ ἄρτι πέπαυμαι λέγων. ὑποκείσθω δέ σε πιστεύειν, ἐλπίζεσθαι μαθήσεσθαι παρ' ἐμοῦ κρίνειν. ἀλλ' ἐγὼ τὰ μὲν αἰσθητὰ τοῖς ἐναργῶς αἰσθήσει φαινομένοις, τὰ δὲ νοητὰ, τοῖς ἐναργῶς νοουμένοις. ἐπεὶ δ' ἐκ τῶν φυσικῶν κριτηρίων, αἱ τέχναι πᾶσαι κατασκευάζουσιν ὄργανά τε καὶ κριτήρια τεχνικὰ, δι' ὧν τὰ μὲν αὐτοῖς συντιθέασι, τὰ δὲ ὑφ' ἑτέρων συγκείμενα κρίνουσιν, κἀγὼ διδάξω ὅλως, ὄργανά τε καὶ κριτήρια, τὰ μὲν οἷς κατασκευάσεις τοὺς ἀληθεῖς λόγους, τὰ δ' οἷς τοὺς ἐφ' ἑτέρων κρινεῖς γεγονότας. ἔχει γὰρ οὕτως τὸ πᾶν. εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ τι φαίνοιτο πρὸς αἴσθησιν, ἢ νόησιν ἐναργῶς, οὐ χρῄζει τοῦτο ζητήσεως. εἰ δὲ μήτε τι τοιοῦτον ὑπάρχει, τῆς ἐξ ἑτέρου προσδεῖται γνώσεως. ἐγὼ μὲν ἐπαγγέλλομαί σοι διδάξειν ἔνια μὲν τοῖς κατὰ τὰς τέχνας ὀργάνοις ἀνάλογα, ἐξ ὧν εὑρήσεις τὸ ζητούμενον. ἔνια δὲ τοῖς κριτηρίοις, ἐξ ὧν τὸ δοκοῦν εὑρῆσθαι, κρινεῖς. ἐπειδὰν δὲ μάθῃς ταῦτα, ἐπὶ πολλῶν παραδειγμάτων γυμνάσω σε ταχέως τε ἅμα, καὶ ἀκριβῶς εὑρίσκειν, καὶ κρίνειν τὸ ζητούμενον, ὥστ' οὐδὲ βιβλίου δεήσῃ τινὸς ἔτι ἤδη πρὸς τὴν τῶν ἀληθῶν εὕρεσιν, οὔτε διδασκαλίας ἑτέρας, εὐθύς τε δήπου καὶ τοὺς ἄλλο τι λέγοντας ὧν εὗρες, ἑτοίμως γνωρίσεις.

ὥσπερ γὰρ ὁ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν γιγνώσκων εὐθεῖαν οὖσαν, οὐ δεῖται διδασκαλίας ἑτέρας εἰς ἔλεγχον τῶν πεπλανημένων, οὕτω καὶ ὁ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν τῆς ἀποδείξεως ἐκμαθὼν, εὐθὺς ἅμα ταύτῃ καὶ τὰς πεπλανημένας γνωρίζει.

quemadmodum enim qui cognoſcit rectam eſſe rectam, non indiget alia doctrina ad redarguendum eos qui aberrant: ſic & qui rectam demonſtrationis viam didicit, ſtatim ſimul per ipſam cognoſcit erroneas.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ἐπιλογίζεται ἀντιλέγων τῇ τοῦ Φαβωρίνου γνώμῃ.

Φαβωρῖνος δέ μοι δοκεῖ παραπλήσιόν τι ποιεῖν τῷ φάσκοντι σε εἶναι τυφλὸν, δύνασθαι δὲ κρίνειν, πότερος ἡμῶν ἐστι ῥυπαρώτερος ἢ λευκότερος· οὐκ ἐννοῶν, ὅτι τῷ μὲν μέλλοντι τὰ τοιαῦτα κρίνειν, ὑπάρχειν χρὴ πρότερον ὄψιν. οὐ μὴν οὐδὲ διαφέρει πρὸς τὴν κρίσιν, ἢ μηδ' ὅλως ἔχειν ὄψιν, ἢ ἔχοντα μὴ πιστεύειν αὐτῇ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅτι ᾧ κρινόμεθα, ὁποῖόν ἐστί τι, καὶ ὅτι τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἴσα ὑπάρχει, καθάπερ τοῖς ὄνοις οὐκ ἄν τις ἐπιτρέψειεν, ὅτι μηδ' ὅλως ἔχουσι νοῦν, οὕτως οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις, εἰ μηδὲ οὗτοι πιστὸν ἔχουσι τὸν νοῦν. οὐδὲν γὰρ διαφέρει πρὸς τὴν τῶν κρινομένων διδασκαλιῶν ἀπιστίαν, ἢ μηδ' ὅλως ἔχειν τι κριτήριον, ἀλλ' ἢ ἀπιστεῖν αὐτῷ. γελοῖος οὖν ἐστιν ὁ Φαβωρῖνος ἐπιτρέπων κρίνειν τοῖς μαθηταῖς, ἄνευ τοῦ συγχωρῆσαι τὴν πίστιν τοῖς κριτηρίοις. εἰ γὰρ οὐδέν ἐστιν ἐναργὲς τῷ νῷ, ἢ πιστὸν ἐξ ἑαυτοῦ, διέφθαρται πάντων ἡ κρίσις. εἰ δ' ἔστι μὲν, ὥσπερ ὀφθαλμὸς τῷ σώματι, τοιοῦτος ἐν τῇ ψυχῇ νοῦς, οὐ μὴν ἅπασί γε ὁμοίως ὀξὺς, ἐγχωρεῖ, καθάπερ ὁ βλέπων ὀξύτερον ἐπάγει πρὸς τὸ θέαμα τὸν ἀμβλύτερον ὁρῶντα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν νοημάτων, ὑπὸ τῶν φθασάντων ἰδεῖν ἐναργῶς τὸ νοητὸν, ἐπάγεσθαι πρὸς τὴν θέασιν αὐτοῦ τὸν ἀμβλύτατον. καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὁ διδάσκαλος, ὡς ὅ τε Πλάτων φησὶ, κἀγὼ πείθομαι. καὶ γέγραπταί γέ μοι περὶ τούτων ἐπὶ πλέον ἐν τῇ τῆς ἀποδείξεως πραγματείᾳ, ὅτι τοιαύτη τις οὖσα ἡ πρὸς τὴν νόησιν ἐναργὴς ἡ διδασκαλία. γέγραπται δὲ καὶ ὅπως ἄν τις ὁρμώμενος ἀπὸ τῶν ἐν ἑκάστῳ στοιχείων τε καὶ ἀρχῶν, ἀποδεικνύει ἂν μάλιστα πλὴν, ὅσον ἀποδειχθῆναι δυνατὸν, οὐχ ὡς ὁ θαυμαστὸς Φαβωρῖνος, ἓν ὅλον γράψας βιβλίον, ἐν ᾧ δείκνυσι μηδὲ τὸν ἥλιον εἶναι καταληπτὸν, ὡς ἐπιλήσμοσιν ἡμῖν ἑτέρωθι διαλέγεται, συγχωρεῖ τέ τι βεβαίως εἶναι γνωστὸν καὶ τοῦτ' ἐπιτρέπων αἱρεῖσθαι τοῖς μαθηταῖς.

CAPVT V.

Concludit improbando Fauorini opinionem.

FAVORINVS verò mihi videtur ſimiliter facere, ac ſi quis diceret te eſſe cæcum, poſſe verò iudicare quis noſtrûm ſit ſordidior, aut candidior, non cogitans quòd qui talia iudicaturus eſt, ei priùs oporteat ineſſe viſum: atqui nihil refert ad iudicandum, non omnino viſum habere, aut cùm habeas, ei non credere. Eodem quoque modo, quoniam id quo iudicamus, tale aliquid eſt, & quoniam quæ eidem ſunt æqualia, inter ſe ſunt æqualia. Quemadmodum aſinis nemo iudicare permittet, quia mente carent: ita nec hominibus, ſi mentem habeant, cui fides non poſſit haberi. Nihil enim differt ad iudicandum doctrinarum incertitudinem, vel nullomodo habere inſtrumentum iudicandi, vel ipſi non credere. Ridiculus eſt igitur Fauorinus, permittens iudicium diſcipulis, niſi concedat fidem ipſis inſtrumentis iudicandi. Si enim nihil euidens intellectui, quamuis ex ſe credibile, rerum omnium perit iudicium; ſi autem ſit quidem, vt oculus in corpore, ita mens in anima, non equidem omnibus æquè perſpicax, conſentaneum eſt, quemadmodum qui cernit acutiùs, adducit ad viſibile eum qui videt obſcuriùs; ſimili modo in intellectionibus; qui enim cæteris antecellit in euidenti cognitione rei intelligibilis, ad eius contemplationem adducit maximè cæcutientem, & hic eſt præceptor, vt inquit Plato, & ego fateor, & de his ſcriptum eſt à me fuſiùs in tractatu de demonſtratione, quoniam talis eſt quædam euidens doctrina ad intellectionem. Scriptum eſt autem quomodo quis exorſus in vnaquaque re, ab elementis & principiis, poſſit maximè demonſtrare quicquid poſſibile eſt demonſtrari; non vt mirandus ille Fauorinus, qui totum vnum librum ſcripſit, in quo oſtendit ne ſolem quidem eſſe comprehenſibilem, & quaſi cum obliuioſis nobiſcum alibi diſputat, concedítque aliquid certò eſſe cognoſcibile, & illud diſcipulis eligere permittit.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

GALENI DE HISTORIA PHILOSOPHICA LIBER SPVRIVS.

CAPVT PRIMVM.

Qualis Philosophia fuerit ante Socratem, quas ipse partes addiderit; ac de libri Proposito.

A QVVM qui ab initio philosophati sunt, ij solùm Physicam elegissent, eámque suæ philosophiæ finem constituissent; multis post temporibus natus Socrates, ipse id *philosophiæ genus* hominibus inaccessum esse censuit. Rerum enim abditarum cognitionem certam assequi, perarduum esse existimauit. At quærere quomodo quis emendatiùs viueret, & à malis auocaretur, necnon bonorum quamplurimorum particeps fieret, id magis profuturum. Quumque hoc vtilius iudicasset, Physicam neglexit ad vsum vitæ non multùm conferentem; Moralem B verò quandam disciplinam excogitauit, quæ eorum est, quæ bona, vel mala *ducuntur*; turpia, vel honesta; honore digna, vel his contraria, arbitratus eos qui hæc prouidissent, ab omnibus *vitæ* incommodis se facilè explicaturos. Quamobrem pars philosophiæ ipsa Moralis accessit, quæ eorum, quibus visum est honestissimè viuere, propositum astruit. Prospiciens autem oportere huius auctorem artem callere suasoriam, & hoc futurum, si rationibus dialecticis præclarè vti videretur apud eos, qui eum conuenirent, differendi facultatem meditatus, qua persuasi ab iis quæ noxia sunt liberi; ad ea euehimur, quæ omnino prodesse nata sunt, eam constituit. Sic itaque à Socrate tres C in partes philosophia diuisa est, quæ priùs sola rerum naturalium speculatione circumscripta videbatur. Hoc igitur præfari oportebat, vt ex quodam initio philosophicam historiam conderemus. At de ista *materia* disserere proposuimus, non quòd proprium quid inuenerimus; sed quòd, quæ ab antiquioribus sparsim fuséque dicta sunt, ea colligentes dilucidè ac concisè studuerimus de ea disserere; vt qui discendi studio ducti ad hæc accesserint, interpretibus non indigeant, sed seipsis, quæ dicta sunt singula apertiùs intelligant. Sed tutiùs enitamur de eo verba facere, captiosis & multopeer exornatis dialecticorum *ratiocinationibus* prætermissis. Non enim ostentationis gratiâ de eo studium suscepimus, sed quòd voluerimus his *honestè prodesse*, qui priùs aliquod ex philosophia emolumentum promere decreuerunt, arbitrati philo-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ποία πρὸ τοῦ Σωκράτους ἦν ἡ φιλοσοφία, τίνα μέρη αὐτῆς προσετέθη, καὶ περὶ τῆς τοῦ βιβλίου ὑποθέσεως.

A ΤΩΝ ἐξ ἀρχῆς φιλοσοφησάντων, φυσιολογεῖν μόνον προελομένων, καὶ τοῦτο τέλος τῆς κατ' αὐτοὺς φιλοσοφίας πεποιημένων, ἐπιγενόμενος πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Σωκράτης, τοῦτο, τὸ μὲν ἀνέφικτον φησὶν ἀνθρώποις ὑπάρχειν. τῶν γὰρ ἀδήλων κατάληψιν βεβαίαν, λαβεῖν τῶν χαλεπωτάτων εἶναι ἐνόμισε, τὸ δὲ ζητεῖν ὅπως ἄμεινον διάγοι τίς, καὶ τῶν μὲν κακῶν ἀποτραπῇ, τῶν δὲ καλῶν ὡς πλείστων μετάσχῃ, τοῦτο μᾶλλον συνοίσειν. καὶ τοῦτο νομίσας χρησιμώτερον, τὸ μὲν φυσιολογίας ἠμέληκεν, οὐ πάνυ τι πρὸς τὸν χρήσιμον βίον συμβαλλομένης, ἠθικὴν δὲ B τινα διάθεσιν ἐπινενοηκὼς, ἀγαθῶν τε, καὶ κακῶν, αἰσχρῶν τε, καὶ καλῶν, τιμίων τε, καὶ τῶν ἐναντίων, τοῖς προνοουμένοις ταῦτα, πάντων ἀπηλλάχθαι τῶν ἀλυσιτελῶν ἡγεῖτο ῥᾳδίως, διὸ προσεπάγεται τῇ φιλοσοφίᾳ τὸ ἠθικὸν, καθ' ὃ συνέστησε τὴν προαίρεσιν τῶν κάλλιστα ζῆν πειθησομένων. κατιδὼν δὲ, ὅτι δεήσει τὸν τούτων προστησόμενον εὐπειθείας μετέχειν. τοῦτο δ' ἂν ὑπάρξειεν, εἰ λόγοις διαλεκτικοῖς, φαίνοιτο πρὸς τοὺς προσιόντας καλῶς κεχρημένος, καὶ τὴν διαλεκτικὴν δύναμιν, τελέως ἐπινενοηκὼς, δι' ἧς πειθόμενοι ἀπαλλαξόμεθα τῶν βλαβερῶν, ἐπελευσόμεθα δὲ ἐπὶ τὰ πάντως ὠφελεῖν πεφυκότα ταύτην συνέστησεν. ὥς τε διὰ τὸν Σωκράτην C γενέσθαι τριμερῆ τὴν φιλοσοφίαν, πρότερον ἐπὶ τοῖς φυσικοῖς μόνοις ὁρίζεσθαι δοκοῦσαν. ταῦτα μὲν οὖν ἐχρῆν προειπεῖν, ἵνα ἔκ τινος ἀρχῆς, ποιησώμεθα τὸν περὶ φιλοσοφίας λόγον. προὐθέμεθα δὲ διαλεχθῆναι περὶ τούτου, οὐδὲν μὲν ἴδιον εὑρηκότες, τὰ δὲ παρὰ τοῖς προτέροις σποράδην καὶ χύδην εἰρημένα συναγαγόντες, σαφῶς τε καὶ συντόμως σπουδάσαντες περὶ τούτου διαλεχθῆναι, ἵνα οἱ φιλομαθεῖς τούτοις προεντυγχάνοντες, μὴ δέοιντο τῶν ἐξηγουμένων, ἀλλὰ δι' ἑαυτῶν γιγνώσκοιεν τὰ καθ' ἕκαστα τῶν εἰρημένων σαφέστερον. ἀσφαλέστερον δὲ πειρώμεθα περὶ τούτου εἰπεῖν, τὰ σοφιστικὰ καὶ πάνυ κεκοσμημένα τῶν διαλεκτικῶν παρεληλυθότες. οὐ γὰρ ἐπιδείξεως ἕνεκα προὐστησάμεθα τὴν περὶ τούτου σπουδὴν, ἀλλὰ χρησιμότητα ποιῆσαι βουληθέντες, τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λαβεῖν τι χρήσιμον προεγνωκόσιν. οἱ νομίσαντες φιλοσο-

φεῖν, οὐ μόνον τοὺς τὰ τριβώνια περικειμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρόοδον μετὰ τοῖς πολλοῖς ὁμοίαν ἐνστησαμένους, τὴν δὲ διάνοιαν φιλοσοφωτάτην ἔχειν σπουδάσαντας. ἁπλουστέρως δὲ, ὅσα παρὰ τῶν πεπαιδευκότων ἡμᾶς ἀκηκόαμεν, καὶ δι' ἀναγνωσμάτων ἐμάθομεν, νῦν συνάγειν ἐπεχειρήσαμεν, ἵνα ἐξ ἁπάντων ἔχῃ τις γινώσκειν, πόθεν τε φιλοσοφία πρῶτον μὲν εἰς τοὺς Ἕλληνας παρεληλυθε. καὶ τίνες οἱ ταύτην εἰσαγαγόντες, καὶ τοὺς δοκοῦντας κατὰ τὴν παιδείαν διενηνοχέναι, τῶν ἐπὶ ταῦτα τετραμμένων.

sophari, non solùm detrita veste indutos, sed & eos qui consimili cæteris incessu gradientes mentem maximè philosophicam habere studuerunt. Paucioribus autem quæcunque ab iis, qui nos edocuerunt, audiuimus, & quæ ipsi perlegendo didicimus, nunc in vnum cogere tentauimus, vt ex omnibus alicui notum sit, vnde primùm philosophia ad Græcos peruenerit, qui ipsam introduxerint, qui denique doctrina æstimati fuerint præcellere cæteris, qui ad hæc animum appulerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τῶν φιλοσόφων κατὰ τὴν διαδοχὴν λελοιπότων.

ΕΣΤΙ τοίνυν, ὁ πρῶτος ὑπὸ τῶν πλείστων ὑπειλημμένος, τὸν φιλόσοφον τρόπον εἰς τοὺς Ἴωνας εἰσηγμένος, Θαλῆς ὁ Μιλήσιος. δι' ὃν καὶ τὴν κατ' ἐκεῖνον σοφίαν, Ἰωνικὴν ἅπαντες ὀνομάζουσιν. τούτου δὲ γνώριμος Ἀναξίμανδρος γεγονὼς, ὁμοίως φιλοσοφῶν γέγονε. καὶ τὸν Ἀναξιμένην μετὰ ταῦτα ζηλωτὴν εἶναι τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως πεποιηκὼς, Ἀναξαγόρου καθηγητὴν γενέσθαι παρεσκεύασεν. οὗτος δὲ τὴν Μίλητον ἀπολελοιπὼς, ἧκεν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ τὸν Ἀρχέλαον Ἀθηναῖον, πρῶτον εἰς φιλοσοφίαν παρώρμησεν. οὗ περ Σωκράτης ἀκροατὴς, κατὰ τὰ πολλὰ, καὶ τῶν ὕστερον γεγονότων, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν, αἴτιος τοῦ φιλοσοφεῖν εἰλικρινῶς γέγονε. καὶ τοὺς ἐπιγινομένους σχεδὸν ἅπαντας, ὡς εἰπεῖν, φιλοσοφίας ἐπιθυμητὰς ἀπέφηνε. τῶν δὲ Σωκρατικῶν πολλῶν γεγονότων, ἀναγκαῖόν ἐστι νῦν μόνον ποιήσασθαι μνήμην τῶν κατὰ διαδοχὴν λελοιπότων. Πλάτων τοίνυν μάλιστα διενήνοχε τῶν ἄλλων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἐλθὼν, ὡς ἂν φαίη τις ἀνεπίφθονον Σωκρατικὴν μαρτυρίαν παρεσχηκὼς τῆς ἀρχαίας δεχομένης Ἀκαδημίας κατῆρξε διαβεβοημένος. Σπεύσιππος μὲν οὖν χρόνον τινὰ βραχὺν ἐπὶ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως διαμεμενηκὼς, ἀρθριτικοῖς δὲ νοσήμασι περιπεσὼν, Ξενοκράτην ἀντ' αὐτοῦ κατέστησε τῶν Πλατωνικῶν δογμάτων ἐξηγητήν. μετὰ δὲ τοῦτον Πολέμων. ἐπεὶ καὶ ἦν αὐτὸς ἐπὶ τοὺς λόγους τοῦ Πλάτωνος, καὶ Κράντορος γέγονε καθηγητής· εἰς ὃν κατέληξεν ἡ ἀρχαία Ἀκαδημία. τοῦ δὲ Κράντορος ἀκουστὴς ἦν Ἀρκεσίλαος, καὶ τὴν μέσην Ἀκαδημίαν καὶ τὴν ἐποχὴν ἐπινενόηκεν, ὥς τις μέχρι σιγῆς ἐπινενόηκε. τούτου δὲ Καρνεάδης κατέστη διάδοχος, τῆς νέας Ἀκαδημίας τὰς ἀρχὰς συνεώρακεν. οὗ Κλειτόμαχος μετέσχεν. εἰσὶ δὲ πρὸς ταύτας πάσας Ἀκαδημίαι δύο νεώταται. ὧν τῆς μὲν προτέρας προέστη Φίλων. Ἀντίοχος δὲ τῆς ἐφεξῆς. ἡγοῦμαι δὲ τῶν Σωκρατικῶν πάνυ πολλῶν γενομένων, ὅτι πολλοῖς μὲν ἴσος, οὐδενὸς δὲ καταδεέστερος Ἀντισθένης ἦν, ὃς τὴν Κυνικὴν εἰς τὸν βίον παρήγαγε. οὗ Διογένης γέγονε ζηλωτὴς, καὶ προσωμοιώθη κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα. τούτου δὲ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἀκήκοεν. ὃς καὶ τὴν Στωϊκὴν φιλοσοφίαν ἐξεῦρεν. οὗ μετειλήφει τῶν λόγων Κλεάνθης. καὶ τούτου Χρύσιππος ἀκροώμενος. τὴν ὁμοίαν ἀγωγὴν μετελήλυθε. τοῦ δὲ Διογένης ὁ Βαβυλώνιος ἀκροατὴς γεγονὼς, Ἀντιπάτρου καθηγητὴς γέγονε. τούτου δὲ Ποσειδώνιος ἠκροᾶτο. Ἀρίστιππος δὲ Κυρηναῖος ὢν, τῆς Σωκρατικῆς ἀκροάσεως μετέσχεν. ἀφ' οὗ τὴν Κυρηναϊκὴν φιλοσοφίαν ἔγνωμεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν Μεγαρικὴν ἐριστικὴν δίκαιον παριδεῖν. ὡς τῶν Σωκρατικῶν, οὐδενὸς δεύτερος τὴν διάνοιαν γεγονώς. ὃς Στίλπων μεγαρικὸς τῶν αὐτῶν δογμάτων, εὑρετὴς ἦν. τοῦτον δὲ Μενέδημος ὁ Ἐρετριεὺς διεδέξατο, ἀφ' οὗ Ἐρετρικὴ φιλοσοφία ἐπικέ-

CAPVT II.

De successione Philosophorum.

PRIMVS est igitur, (vt quamplurimi augurantur) qui philosophiam disciplinam apud Ionas introduxit Thales Milesius, à quo & sapientiam, quæ eius ætatis fuit, Ionicam omnes appellant. Huic familiaris factus Anaximander eodem modo philosophatus est, qui Anaximenem doctrinæ suæ æmulum successorem constituit, Et Anaxagoræ præceptorem fieri curauit. Hic Mileto relicta venit Athenas, & Archelaum Atheniensem primum ad philosophiam concitauit. Cuius auditor fuit Socrates qui in multis, posteris, & coæuis causa fuit, vt syncerè philosophiæ incumberent. Qui namque ad ipsum accedebant prope omnes, vt dicitur, philosophiæ desiderio inflammatos dimisit. Quum autem Socratici multi extiterint, necesse est nunc solùm eorum mentionem facere, qui eiusdem *sectæ* relicti fuere successores. Plato igitur plurimùm cæteris præcelluit, philosophiæ adyta ita penetrans, vt quis diceret, inuidia superata Socratici nomen assequutus est, susceptæ veteris Academiæ princeps fuit, fama celebratissimus. Speusippus autem breui aliquo tempore eadem in secta mansit, sed arthriticis morbis obsessus in suum locum Xenocratem dogmatum Platonicorum Interpretem constituit. Huic autem successit Polemon qui iurabat in verba Platonis, necnõ Crantoris prȩceptor factus est, in quo vetus academia finẽ habuit. Crantoris auditor fuit Arcesilaus, qui mediam Academiam inuexit, & Epochen, hoc est tacitam sententiam excogitauit. Huius Carneades successor constitutus, nouæ Academiæ principia lustrauit, quem sequutus est Clitomachus. Sunt verò præter has omnes duæ recentissimæ Academiæ, quarum priori Philo præfuit, posteriori Antiochus. Quum autem permulti extiterint Socratici, plerisque æqualem, inferiorem nemini fuisse Antisthenem arbitror, qui Cynicam *philosophiam* vitæ addidit, cuius Diogenes factus est sectator, ac in vitæ institutis similis. Hunc Zeno Citieus audiuit, qui & Stoicã philosophiam adinuenit. Zenonis huius sententias excepit Cleantes, & huius Chrysippus auditor simile vitæ institutum sequutus est. Chrysippi Diogenes Babylonius auditor factus, Antipatri præceptor fuit. *Antipatrum* audiuit Posidonius. Aristippus autem Cyrenæus, à quo philosophiam Cyrenaicam accepimus, Socraticæ auscultationis fuit particeps. Sed neque æquum est contentiosam *dialecticam* Megarensium philosophiam spernere, quam incepit Euclides Megarensis qui Stilponem docuit, quíque nulli Socraticorum ingenij subtilitate inferior factus est. Eorundem dogmatum inuentor fuit Stilpo Megaricus, quem sequutus est. Menedemus Eretriensis à quo Eretrica philosophia denomi-

nata est. Phœdonem Eliensem primas obtinuisse inter Socraticos nullus ignorauit; cuius rationes quum memoriæ mandasset Anaxagoras Abderites, Pyrrhonem docuit auctorem Scepticæ philosophiæ. Aristoteles autem quum diu Platonis placitis adhæsisset, aliis postea seipsum addixit, qui Theophrastum suæ sectæ præfecit, qui & Stratonem adduxit ad peculiarem quamdam speculationis Physicę formulam. Epicurus autem (vt nonnulli tradiderunt) spreta philosophiæ grauitate, ad quamdam disciplinæ rationem deuenit, ab accuratis philosophis non omnino approbatam. Hunc Metrodorus audiuit, & Hermachus, qui Epicuro successit.

De generibus philosophorum.

At duo sunt celebrium philosophorum genera, Ionicum, & Italicum. At de Ionico, multa satis iam dicta sunt. Italici verò, eius quidem, quod Crotone, & Tarento viguit, princeps extitit Pythagoras; eius autem quod Elææ floruit, Xenophanes Colophonius princeps fuit, qui Dubitatoriæ potiùs, quàm Dogmaticæ philosophiæ sectator plerisque esse videbatur. Postea verò huius placitis delectati sunt Melissus, & Parmenides, quem rerum abditarum notitiam, adeptum fuisse ferunt. Sed Zeno Elæates Contentiosæ philosophiæ princeps fuisse commemoratur. Huius auditor Leucippus Abderites, primus atomorum inuentionem excogitauit. Ab eo verò depromptum dogma Democritus, id magis stabiliuit. Democriti successor æmulus fuit Protagoras Abderites, qui oratoriam artem philosophiæ coniunxit.

CAPVT III.

De cognominibus philosophiæ.

AT philosophia quæque finita est, partim quidem à viro *præceptore*, quemadmodum Epicurea, quæ ab Epicuro emanauit; *& Pythagorica, quæ à Pythagora. Partim ab authorum patria, vt Eretrica, Megarica.* Partim à fine, ac dogmate, vt Eudæmonica. Anaxarchus siquidem, suæ probæ institutionis finem, esse fœlicitatem dicebat. Partim ab actione, vt Peripatetica; Aristoteles namque, quòd deambulando familiarem ad discipulos sermonem haberet, hoc cognomine suam philosophiam appellandam censuit. Partim à pugnaci contentione, vt Cynica, & dialectica. *Partim a parte, aliqua philosophiæ*, cui præ cæteris operã dederint, vt dialectica. Partim a locis, in quibus diuersabantur, vt Stoica, & Academica. Partim ab affectu, quo docẽtes vtebantur, vt Sceptica. Partim ab authore, dogmate, fine, & patria simul; vt quam Aristippus introduxit, quæ quidem ab ipso inuentore Aristippica dicta est; Cyrenaica verò, ab eius patria, quam ille habuit; voluptuaria denique à fine suæ philosophiæ. Aristippum tamen voluptatem accusasse, & damnasse potiùs, suspicati sunt nõnulli. Et voluptatem appellasse putarunt, non illã quæ ex sensuum actione oritur, delectationem; sed eum animi statũ, qui molestia careat, nullisque mulceatur illecebris.

De Logica philosophiæ parte.

Logicam philosophiæ partem, ortu posteriorem, ordine priorẽ posteriores philosophi constituerũt; arbitrantes accuratè philosophaturos oportere, nõ prius aliis partibus operam nauare, quàm *disceptãdi peritiam adepti sint*, & quid sit eorum *quæ sunt* vnum-

A κλῆσθαι. Φαίδωνα τὸν Ἠλεῖον οὐδεὶς ἠγνόησε τῶν Σωκρατικῶν εἰς πρῶτα ἥκειν ὑπειλημμένον. οὗπερ Ἀναξαγόρας ὁ Ἀβδηρίτης τῶν λόγων εἰς μίμησιν ἀφικόμενος, ὃς Πύῤῥωνι καθηγήσατο, Σκεπτικῆς οὖν φιλοσοφίας. Ἀριστοτέλης δὲ Πλάτωνος πάνυ πολὺν χρόνον συνδιαγεγονὼς δόγμασιν, ἑτέροις ἑαυτὸν προσνενέμηκεν. ὅσπερ Θεόφραστον προεστήσατο τῆς κατ' αὐτὸν αἱρέσεως, καὶ τὸν Στράτωνα προσήγαγεν εἰς ἴδιόν τινα χαρακτῆρα φυσιολόγως. Ἐπίκουρος δέ, καταλιγωρήσας, ὥς τινες ὑπειλήφασι, τῆς κατὰ φιλοσοφίαν σεμνότητος, ἐπί τινα τρόπον μετελήλυθεν, οὐ πάνυ παρὰ τοῖς ἀκριβέσι τῶν φιλοσόφων εὐδοκιμώτατον. τούτου δὲ Μητρόδωρος ἠκροᾶτο, καὶ Ἕρμαχος ὁ αὐτὸν
B Ἐπίκουρον διαδεξάμενος.

Περὶ εἰδῶν τῶν φιλοσόφων.

Εἰσὶ δὲ τῶν ἐλλογιμωτέρων φιλοσόφων εἴδη δύο, Ἰταλικὸν, καὶ Ἰωνικόν. ἀλλὰ περὶ τοῦ μὲν Ἰωνικοῦ ἱκανῶς πρότερον εἴρηται. τοῦ δ' Ἰταλικοῦ τοῦ μὲν κατὰ τὴν Κρότωνα καὶ Τάραντα ἀκμάσαντος ὁ Πυθαγόρας εὑρετὴς γεγένηται. καὶ τοῦ κατὰ τὴν Ἐλαίαν ἀκμάσαντος. ταύτης δὲ λέγεται κατάρξαι Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, ἀπορητικῆς μᾶλλον, ἢ δογματικῆς τοῖς πολλοῖς εἶναι δοκῶν. μετὰ δὲ τοῦτον τοῖς αὐτοῦ βουλήμασιν εὐαρεστηθεὶς Μέλισσος καὶ Παρμενίδης, ὃς τῶν ἀφανεστέρων ἀποβεβηκέναι δοκεῖ. Ζήνων
C δὲ ὁ Ἐλεάτης τῆς ἐριστικῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς μνημονεύεται γεγονώς. τούτου δὲ Λεύκιππος Ἀβδηρίτης ἀκουστὴς, τὴν τῶν ἀτόμων εὕρεσιν ἐπινενόηκε πρῶτος. Δημόκριτος δέ, παρ' αὐτοῦ τὸ δόγμα παρειληφώς, μᾶλλον ἐκράτυνεν, οὗ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης ζηλωτὴς, ὃς καὶ συστάτης τῆς κατὰ φιλοσοφίαν τέχνης.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τῶν ἐπωνυμιῶν τῆς φιλοσοφίας.

D
ΩΡίσθη δὲ τῶν φιλοσοφιῶν, ἡ μὲν ἐξ ἀνδρὸς, ὥσπερ ἡ κατ' Ἐπίκουρον συμβέβηκεν, καὶ ἡ κατὰ Πυθαγόραν. ἡ δὲ ἐκ τῆς πατρίδος, ὥσπερ ἡ Ἐρετρικὴ, ἥ τε Μεγαρική. ἐκ τέλους, καὶ δόγματος, ὥσπερ ἡ εὐδαιμονική. ὁ γὰρ Ἀνάξαρχος, τέλος τῆς κατ' αὐτὸν, εὐαγωγῆς τὴν εὐδαιμονίαν ἔλεγεν. ἡ δὲ ἐξ ἐνεργείας, ὡς ἡ περιπατητική· ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης κατὰ τοὺς περιπάτους συνουσίας πρὸς ὁμιλητὰς ποιούμενος, τῆς ἐπωνυμίας ταύτης κατηξίωκε τὴν κατ' αὐτὸν φιλοσοφίαν. ἡ δὲ δι' ἔνστασιν, ὡς Κυνικὴ, διαλεκτική·
E ἡ δ' ἀπὸ μέρους τῆς φιλοσοφίας ὃ μάλιστ' ἐπιτήδευσαν, ὡς διαλεκτική· ἡ δ' ἀπὸ τόπου, ὡς Στωϊκὴ, καὶ Ἀκαδημαϊκή· ἡ δὲ ἀπὸ διαθέσεως, ὡς Σκεπτική· ἡ δὲ ἐξ ἀνδρὸς, καὶ δόγματος, καὶ πατρίδος, καὶ τέλους, ὡς ἡ κατὰ Ἀρίστιππον μὲν ἀπὸ τοῦ εὑρηκότος. Κυρηναϊκὴ δὲ, ἀπὸ τῆς πόλεως, ἧς ἐκεῖνος μετεῖχεν. ἡδονικὴ δὲ, ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς κατ' αὐτὸν φιλοσοφίας, τὸν γὰρ Ἀρίστιππον τὴν ἡδονὴν προσκεκλῆσθαι μᾶλλόν τινες ὑπενόησαν, μηδὲ τὴν ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἐνεργείας ἡδονὴν, ἀλλὰ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς διάθεσιν, δι' ἧς γίνεταί τις ἀνάλγητος καὶ δυσγοήτευτος.
F

Περὶ τοῦ λογικοῦ μέρους τῆς φιλοσοφίας.

Τὸ λογικὸν μέρος τῆς φιλοσοφίας, ἀπὸ τῶν ὑστέρων γεγονότων προτέτακται· ἡγουμένων δεῖν τοὺς μέλλοντας ἀκριβῶς φιλοσοφεῖν, μὴ πρότερον τοῖς ἄλλοις μέρεσιν ἐπιχειρεῖν, πρὶν ὅ, τι τούτων ἕκαστόν ἐστι

γιγνώσκειν· οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν τὴν φιλοσοφίαν εἶναι δύναμιν γνωστικὴν, καὶ ἐκποιητικὴν ἀρίστου βίου. ἄριστον βίον εἰπόντες, τὸ ζῆν ἕκαστον κατ' ἀρετήν. οἱ δὲ ἄσκησιν ἀνθρώποις ἀρίστης ζωῆς ἐπιτηδείου τέχνης ὡρίσαντο· ἄσκησιν μὲν, τὴν φιλοσοφίαν πάντες· ἐπιτήδειον τέχνην, τὴν σοφίαν νομίσαντες, ἥ τις ἐστὶ κατάληψις θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· οἱ δὲ θεωρητικὴν ἕξιν τοῦ αἱρετοῦ καὶ φευκτοῦ ὑπέλαβον χρῆναι μᾶλλον ὀνομάσαι αὐτήν· αἱρετὰ μὲν, τὰ ἀγαθὰ φήσαντες εἶναι, φευκτὰ δὲ τὰ κακά· τὸ ἀγαθὸν τὸ δι' ἑαυτὸ αἱρετὸν, ὠφελείας τῷ μετιόντι γινόμενον αἴτιον. κακὸν δὲ, τὸ δι' ἑαυτὸ ἐκκλινόμενον, βλάβης καθιστάμενον αἴτιον.

Περὶ μερῶν τῆς φιλοσοφίας.

Μέρη δὲ τῆς φιλοσοφίας, κατὰ τοὺς πλείστους ἀκριβεστάτους εἶναι δοκοῦντας τρία παρειλήφαμεν. τό, τε λογικὸν, δι' οὗ καταμανθάνομεν τῶν ὄντων ἕκαστον κατ' οὐσίαν, καὶ κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ τὰς διαφορὰς τούτων πρὸς ἄλληλα, καὶ τὰ τοιαῦτα γινώσκομεν· καὶ τὸ φυσικὸν, δι' οὗ πάρεστι καθορᾶν, τίς ἡ τοιαύτη αἰτία τοῦ τάξει προϊέναι τὴν οὐρανίων τὴν κίνησιν ὅσα φαίνεσθαι δοκεῖ. καὶ τίνες αὐτῶν ταχυτῆτες, ἢ βραδυτῆτες πρὸς ἄλληλα· καὶ ὅσα τούτων ἐστὶν ὅμοια· καὶ τρίτον, τὸ πάντων ἀναγκαιότατον, καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι χρησιμώτατον, τὸ ἠθικὸν, δι' οὗ μανθάνομεν ἀλλήλοις ὁμιλεῖν, καὶ συμβάλλειν προσηνῶς· καὶ τοὺς μὲν θρασυτάτους ὑπερορᾶν, οὐ μισοῦντες, ἀλλὰ γελῶντες, καὶ ἐλεοῦντες· τοὺς δὲ σπουδαιοτάτους, καὶ ἐπιεικεστάτους στέργοντες. τούτων μὲν τὸν βίον ῥᾷον ἀσκεῖν, καὶ βέλτιον, τὰς πρὸς ἀλλήλους ἐντεύξεις ἀγαθὰς ποιουμένων. ἐκείνων δὲ τὸ ἦθος δυσπρόσοδον, καὶ παντάπασιν ἀνομίλητον τὸν βίον ἀπεργαζομένων.

Περὶ αἱρέσεων.

Τὴν αἵρεσιν ὑπολαμβάνουσί τινες εἰρῆσθαι τριχῶς, κοινῶς, καὶ ἰδίως, καὶ ἰδιαίτατα. κοινῶς μὲν, τὴν ἔν τινι πράγματι τὴν κατὰ τὸν βίον σύνθεσιν. ἰδίως δὲ, τὴν ἐν τέχνῃ. ἰδιαίτατα δὲ, τὴν ἐν φιλοσοφίᾳ· κατ' ἔννοιαν δὲ, τὴν αἵρεσιν εἶναι πρόσβλησιν δογμάτων πολλῶν πρὸς ἄλληλα συμφώνων, καὶ πρὸς ἓν τέλος ἀναφερόντων. τέσσαρες δὲ εἰσὶν, ἃς γενικωτάτας νομίζουσιν οἱ περὶ τούτων διειληφότες. μίαν μὲν τὴν δογματικὴν, τοῖς πολλοῖς κατατιθεμένην, καὶ βεβαιοτέραν. τὴν σκεπτικὴν, τὴν περὶ πάντων ζητητικήν. πρὸς δὲ τούτοις εἶναι τρίτην τὴν ἐριστικὴν, τὴν διὰ σοφισμάτων νικᾶν ἐν τοῖς νείκεσιν ἐσπουδακυῖαν. σοφίσματα δὲ τοιαῦτα νομίζουσιν, οἷον· ὅπερ εἰμὶ ἐγὼ, οὐκ εἶ σύ, ἄνθρωπος δὲ εἰμί. σὺ ἄρα οὐκ ἄνθρωπος· καὶ τοὺς τοιούτους μειρακιώδεις λόγους, καὶ ἐριστικούς. μικτὴν δὲ αἵρεσιν προσειρήκασι, τὴν τισὶ μὲν δόγμασι κατατιθεμένην, περὶ πολλῶν δὲ ἠπορηκυῖαν, καὶ μὴ πάντα διεξιοῦσαν συγκαταθετικῶς. εἶναι δὲ δογματικοὺς τοὺς τῷ Πυθαγόρᾳ, καὶ τῷ Ἐπικούρῳ προσῳκειωμένους. σκεπτικοὺς δὲ, Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην, καὶ Ἀνάξαρχον τὸν Ἀβδηρίτην, καὶ τὸν ἄγαν ἠκριβωκέναι τὴν Ἀπορητικὴν ὑποληφθέντα Πύῤῥωνα· ἐριστικοὺς δὲ κεκλήκασιν, Εὐκλείδην, καὶ Μενέδημον, καὶ Κλειτόμαχον. τοὺς δὲ κατὰ μικτὴν αἵρεσιν μετεληλυθότας ὑπάρχειν, Ξενοφάνην μὲν περὶ πάντων ἠπορηκότα, δογματίσαντα δὲ μόνον τὸ εἶναι πάντα ἓν, καὶ τοῦτο ὑπάρχειν

quodq; cognouerint. Quidam enim aſſeruerunt, philoſophiam eſſe facultatẽ cognoſcendi, & efformandi optimam vitã. Optimam autem vitam eſſe dixerũt, vnumquemq; ſecundum virtutem viuere. Quidam verò exercitationem artis, hominibus ad optimã vitam efformandã neceſſariæ definierunt. At exercitationem quidem, philoſophiam omnes exiſtimant; Idoneam verò artem, ſapientiam, quæ diuinarum, humanarúmque rerum comprehenſio eſt. Quidam verò ſpeculatiuum habitũ eligendi, & vitandi, quod magis oporteat, coniectarũt, ipſámque nominarunt. Eligenda quidem & bona eſſe; fugienda verò, & mala cenſuerũt. Bonum enim eſſe, quod propter ſe ſequendum eſt, & comparatum; poſſidẽti vtilitatis cauſa fit. Malum verò, quod propter ſe fugiendum, & obtentum, damni cauſa eſt.

De philoſophiæ partibus.

At philoſophiæ partes, quæ ex ſententia plurium, abſolutiſſimæ eſſe creduntur, tres deprehendimus; Primam Logicam *rationalem*, quâ entium quodque ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum accidẽs, mutuas eorum differentias perdiſcimus, & alia conſimilia cognoſcimus. Secundam Phyſicam *naturalem*, per quam conſpicere licet, quænam ea cauſa ſit, qua & ordine cœleſtium corporum quæcumque apparere videntur, motus procedit, & quæ ſit ipſorum inter ſe tarditas, aut velocitas, & quæcumque his ſunt ſimilia. Tertiam omnium maximè neceſſariam, vitæque inſtitutis vtiliſſimam, Moralem, quâ mutuo colloqui, & placidè conuerſari diſcimus; temerarios autem ac elatos non odio proſequendo, ſed eludendo, ac miſerando contemnere. Bene moratos verò ac manſuetos diligere. At facilius eſt, eorum ſectari vitam qui mutuas, eáſque probas conſuetudines meliùs inſtituunt; quàm illorum qui conſuetudinem acceſſu difficilem, prorſúſque ab omni ſocietate alienam inducunt.

De Sectis.

Sectam aliqui tribus modis dici arbitrantur, communiter, propriè, & propriiſſimè. Communiter quidem opinionum conſpirationem eſſe aliquin re quæ ad vitam degendam ſpectat; Propriè verò conſenſum in arte, Propriiſſimè autem conſenſum in philoſophia. Ex notione verò ſectam eſſe aſſerunt collectionem multorum dogmatum ſibi inuicem concordantium, & ad vnum finẽ tendentium. Quatuor autem ſectæ ſunt, quas maximè generales exiſtimant ij qui de earum diſtinctione curã ſuſceperunt. Vna eſt Dogmatica quæ in multis poſita & ſtabilior eſt. Altera Sceptica, quæ de omnib. rationes inquirit. Tertia prẹterea eſt Cõtentioſa, quẹ ſophiſmatis ſuperior eſſe in concertationibus ſtudet. Sophiſmata autem eiuſmodi exiſtimant, vt, Quod ego ſum; tu nõ es: At homo ſum: Ergo tu non es homo: Et id genus alias pueriles, & litigioſas ratiocinationes. Quartam denique ſectam mixtam appellarũt, quæ quibuſdam in decretis, collocata eſt, ac de multis dubitat, neq; omnia, vt approbet, ediſſerit. Dogmaticos autem Pythagoram *Samium.* & Epicurum *Athenienſem* eſſe ſtatuũt. Scepticos verò Zenonem Elæatem, & Anaxarchum Abderitam, & Pyrrhonem qui quum Aporeticam *dubiam* ſectam eſſet amplexus, eam quã accuratiſſimè coluit. Contentioſos verò appellarũt Euclidem, & Menedemum, & Clitomachũ. Mixtæ autem ſectæ ſectatores eſſe Xenophanẽ (qui de omnibus dubitauit, ac tantum decreuit omnia vnum eſſe, ídque *vnum* eſſe

esse Deum & finitum, & ratione præditum, & immutabilem) atque Democritum simili modo, qui de nulla re alia suam protulit sententiam, sed de atomis, de vacuo, & de infinito documentum reliquit.

Quodnam sit Philosophiæ principium?

Principium tribus modis dicitur, primum vt causale; secundum vt per modum constitutionis; tertium demonstrationis. Causale igitur principium est quum inuestigamus, quid sit quod primos homines in philosophiæ opinionem venire impulerit. Per modum autem constitutionis, seu constituendi principium, quum quærimus, qualis sit pars quæ prior in artem redacta fuit. Demonstrationis verò, quum quæ à nobis inuenta sunt, ea demonstramus. Porrò inuentionis philosophiæ causa est, secundum Xenocratem, quicquid est in vita turbulentum, placare.

CAPVT IV.

De signo.

SIGNVM definiunt Dialectici enunciatum sanæ menti consentaneum, & antecedens concludens quod consequitur. Signorum verò alia sunt indicantia, alia verò admonentia. Signum indicans est quod rem significatam ita proponit, vt simul ac illud conspectum est, in rei significatæ cognitionem nos adducat, quale in fumo signum est. Eo namque conspecto, protinus, quod ex igne ortum ipse habeat, cognoscimus. Signum admonens est, quo non nisi priùs obseruato signo apparenti in rei significatæ cognitionem deuenimus, vt quæ lac habet, eam illicò peperisse intelligimus.

De syllogismo.

Syllogismus est oratio quæ ex concessis responsionibus de iis quæ disseruntur, inexpectatam conclusionem colligit, vt apud Platonem primo de Republica. Thrasymacho enim cōcedente, iustum esse potentioris vtilitatem præstare: & id potentius esse quod imperium habet in quaque ciuitate: principes autem ciuitatum singularum posse quoque aberrare, ac sibi inutilia facienda imperare subditis. Colligit Socrates id quóque iustum esse, ipsis magistratibus vtilitatem non præstare.

De definitione.

Definitio autem oratio est concisa, quæ nos ducit in cognitionem vniuscuiusque rei. Vel definitio est oratio, quæ breui commemoratione rem propositam nobis dilucidam efficit. At definitionum aliæ quidem sunt essentiales, aliæ verò notionales, *speculatiuæ, & accidentales.*

De diuisione.

Diuisionem existimant eorū, quæ in vnum coierint, seiunctionem, distinctionémve esse. Diuidi verò censent nomina in significantia, & non significantia, totum in particulares partes, genera in species, & differentias in singularia, & *hæc* in accidentia, *accidentia in seipsa, tum in subiecta.*

De iudicio.

Iudicium est rem discernens animaduersio. Duplex autem est iudicium, alterum cuius vsu vitam ducimus; alterum quo res existere, vel non existere diiudicamus. Dicitur verò iudiciū tribus maximè modis, communiter, propriè, & maximè propriè.

A θεὸν πεπερασμένον, λογικὸν, ἀμετάβλητον. τὸν δὲ Δημόκριτον ὁμοίως, περὶ μὲν τῶν ἄλλων μηδενὸς ἀποφηνάμενον, ἔνδειγμα δὲ καταλέλοιπε τὸ περὶ τῶν ἀτόμων, καὶ τοῦ κενοῦ, καὶ τοῦ ἀπείρου.

Τίς ἀρχὴ φιλοσοφίας;

Ἀρχὴ δὲ λέγεται τριχῶς· ἡ μὲν ὡς αἰτιώδης. ἡ δὲ ὡς ἐν τρόπῳ συστάσεως· ἡ δὲ ἀποδείξεως. αἰτιώδης μὲν οὖν ἐστιν ἀρχὴ, ὅταν ζητῶμεν τί ποτ᾽ ἐστὶ τὸ πεποιηκὸς εἰς ἐπίνοιαν τοὺς πρώτους ἐλθεῖν φιλοσοφίας· ἐν τρόπῳ δὲ συστάσεως, ὅταν ζητῶμεν ποῖον μέρος ἐστὶ πρῶτον, ὃ ἐκ τῆς B τέχνης συνέστηκεν· ἀποδείξεως δὲ, ὅταν τὰ ὑφ᾽ ἡμῶν κατασκευαζόμενα ἀποδείκνυμεν· αἰτία δὲ φιλοσοφίας εὑρέσεώς ἐστι κατὰ μὲν Ξενοκράτη, τὸ ταραχῶδες ἐν τῷ βίῳ καταπαῦσαι τῶν πραγμάτων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δʹ.

Περὶ σημείου.

ΣΗμεῖον τοίνυν, οἱ μὲν διαλεκτικοί φασιν ἀξίωμα ἐν ὑγιεῖ συνημμένον, καὶ ἡγούμενον ἐκκαλυπτικὸν τοῦ λήγοντος. τῶν δὲ σημείων τὰ μὲν ἐστὶν ἐνδεικτικὰ, τὰ δὲ, C ὑπομνηστικά· ἐνδεικτικὸν μὲν οὖν ἐστιν, ὅπερ παρατίθησι τὸ σημειούμενον ἅμα τῷ φανῆναι τὸ σημεῖον, καὶ τοῦ εἰς γνῶσιν σημειουμένου ἡμᾶς ἀγαγεῖν. ὁποῖόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ καπνοῦ. τοῦτον γὰρ ἰδόντες, εὐθὺς γινώσκομεν ὅτι ἐκ πυρὸς γεγονώς ἐστιν. ὑπομνηστικὸν δέ ἐστι σημεῖον, ὃ μὴ πρότερον παρατηρηθέντος τοῦ σημείου τοῦ διαφανέντος, εἰς γνῶσιν οὐκ ἀφικόμεθα τοῦ σημειουμένου, ὥσπερ ἐπὶ τῆς γάλα ἐχούσης, εὐθὺς γινώσκομεν, ὅτι τετοκυῖά ἐστι.

Περὶ συλλογισμοῦ.

Συλλογισμὸς δέ ἐστι λόγος διδομένων ἀποκρίσεων περὶ D τῶν διαλεγομένων συνάγων συμπέρασμα ἀπροσδόκητον, ὡς ἐν τῇ πολιτείᾳ παρὰ Πλάτωνι. τοῦ γὰρ Θρασυμάχου εἰρηκότος, ὅτι τὸ δίκαιόν ἐστι τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον ποιεῖν· καὶ τοῦτο κρατεῖ ἐν ἑκάστῃ πόλει τὸ ἄρχον· οἱ ἄρχοντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσταις οἷοί τε καὶ ἁμαρτεῖν, καὶ τὰ αὑτοῖς ἀξύμφορα κελεύειν τοῖς ἥττοσί τε καὶ ἀρχομένοις ποιεῖν. συνάγει ὁ Σωκράτης, ὅτι καὶ δίκαιόν ἐστι τὸ αὐτοῖς προεστῶσι μὴ ξυμφέρον ποιεῖν.

Περὶ ὅρου.

Ὅρος δέ ἐστι λόγος σύντομος, εἰς γνῶσιν ἡμᾶς ἄγων E ἑκάστου πράγματος· ἢ λόγος, διὰ βραχείας ὑπομνήσεως ἐμφανὲς ἡμῖν ἀπεργαζόμενος τὸ ὑποκείμενον πρᾶγμα· τῶν δὲ ὅρων, οἱ μὲν, εἰσὶν οὐσιώδεις. οἱ δὲ, ἐννοηματικοί.

Περὶ διαιρέσεως.

Τὴν διαίρεσιν ὑπολαμβάνουσι, χωρισμὸν εἶναι τῶν συνεληλυθότων εἰς ἕν· διαιρεῖσθαι δὲ νομίζουσιν ὀνόματα εἰς σημαίνοντα καὶ ἄσημα, καὶ ὅλον εἰς μερικὰ μέρη, καὶ γένη εἰς εἴδη, διαφορὰς εἰς τὸ καθ᾽ ἕκαστον, καὶ εἰς συμβεβηκότα.

F

Περὶ κριτηρίου.

Κριτήριόν ἐστι πράγματος διαγνωστικὴ καταδόκησις. κριτήριον δέ ἐστι διττόν. τό, τε ᾧ χρώμενοι βιοῦμεν, καὶ τὸ περὶ ὑπάρξεως, καὶ ἀνυπαρξίας. λέγεται δὲ τὸ κριτήριον τριχῶς, κοινῶς, ἰδίως, ἰδιαίτατα.

Περὶ ἀληθοῦς.

Ἀληθές ἐστι, τὸ ἀντικείμενόν τινι. διηλλαγμένον δὲ τὸ ἀληθὲς τῆς ἀληθείας τριχῶς, οὐσίᾳ, συστάσει, δυνάμει· οὐσίᾳ μὲν, ἐπεὶ τὸ ἀληθὲς ἀσώματόν ἐστιν. ἀξίωμα γάρ ἐστι, καὶ λεκτόν. ἡ δὲ ἀλήθεια, σῶμά ἐστιν. ἐπιστήμη γὰρ πάντων ἐστὶν ἀληθῶν δι' ἐπιστήμη. πῶς ἡγεμονικόν ἐστι. τὸ δὲ ἡγεμονικὸν, πνεῦμα εἶναι δοκεῖ, ὅπερ σωματοφυὲς μάλιστα ἂν εἰκότως δοκῇ. τῇ δὲ συστάσει διήλλακται ταῦτα. τῷ, τὸ μὲν ἀληθὲς δῆλον εἶναι. διὸ ἐγὼ διαλέγομαι τὴν ἀλήθειαν ἡμῖν εὑρῆσθαι, περιληπτικὴν οὖσαν πάντων ἀγαθῶν. δυνάμει δὲ ἐξήλλακται τῷ, τὸ μὲν ἀληθὲς, καὶ φαύλῳ τινὶ ἐπιγίνεσθαι. λέγει γάρ ποτε ἀληθῶς, καὶ ὁ μὴ πάνυ ἐσπουδασμένος. τὴν δὲ ἀλήθειαν μόνην ἔνδοξον εἶναι τοῖς τρόπον εἶναι σπουδαίοις.

Περὶ ἀποδεικτικῆς.

Ἐπειδὴ δοκεῖ τῷ λογικῷ μέρει τῆς φιλοσοφίας προσήκειν ὁ περὶ τῶν ἀποδείξεων λόγος, εὔλογόν ἐστι καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν· ἀποδείξεις καλῶ συλλογισμοὺς τοὺς διὰ τὰς ἐναργεῖς πρόθεσιν, καὶ λῆψιν, συμπέρασμα ἀποδεικνῦντας· ἢ οὐ δεομένους ἑτέρου μηνύματος. εἰσὶ δὲ οἵδε, πρῶτος ὁ ἐκ συνημμένου τοῦ ἡγουμένου, τὸ λῆγον ἐπιφέρων· οἷον ἡμέρα ἐστὶ, ἄρα φῶς ἐστι. δεύτερος δὲ ὁ ἐξ ἡγουμένου, καὶ τοῦ ἀντικειμένου τοῦ λήγοντος, τὸ ἀντικείμενον τοῦ ἡγουμένου ἐπιφέρων, οἷον εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστι, φῶς οὐκ ἔστι, ἄρα γ' ἡμέρα οὐκ ἔστι. τρίτος δὲ ὁ ἐξ ἀποφατικῆς συμπλοκῆς, καὶ ἑνὸς τῶν ἐν τῇ συμπλοκῇ, τὸ ἀντικείμενον, τὸ λοιπὸν ἐπιφέρων. οἷον εἰ οὐχὶ ἡμέρα ἐστὶ, νὺξ ἐστι. ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστίν. νὺξ ἄρα οὐκ ἔστι. τέταρτος δὲ ὁ ἐκ διεζευγμένου, καὶ ἑνὸς τῶν ἀντικειμένων τὸ λοιπὸν ἐπιφέρων. ἢ ἡμέρα ἐστὶ, ἢ νὺξ ἐστιν. ἀλλὰ μὴν ἡμέρα οὐκ ἔστι, νὺξ ἄρα ἐστί. πέμπτος ὁ ἐκ διεζευγμένου καὶ τοῦ ἀντικειμένου ἑνὸς τῶν ἐν τῷ διεζευγμένῳ, τοῦ ἀντικειμένου τὸ λοιπὸν ἐπιφέρων. οἷον εἰ ἡμέρα ἐστὶ, νὺξ οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ μὴν ἡ νὺξ οὐκ ἔστιν. ἡμέρα οὖν ἔστιν.

De vero.

Verum eſt, quod alicui oppoſitum *cum re conuenit*. Differt autem verum à veritate, ſubſtantiâ, conſtitutione, potentiâ. Subſtantiâ, quoniam verum incorporeum eſt, effatum enim eſt, & dictum, veritas autem corpus: nam omnium rerum ſcientia eſt, ac præcipuè verarum. Princeps facultas ſpiritus eſſe videtur, qui meritò corporeus exiſtimatur: Conſtitutione verò hæc differunt, quia euidens eſt, vt ego diſputo ideo veritatem nobis eſſe indagandam, quòd vniuerſa comprehendat: Potentiâ quoniam verum peſſimo cuique ineſt: nam vera interdum dicit, vel mediocriter literis inſtructus: veritas autem nonniſi probis, & eruditis viris ineſſe poteſt.

De demonſtratione.

Quandoquidem ad rationalem philoſophiæ partem ſpectare videtur ſermo de demonſtrationibus, conſentaneum eſt de iis verba facere. Demonſtrationes voco ſyllogiſmos, qui ex euidentibus propoſitione, & aſſumptione concluſionem inferunt, vel qui nullâ aliâ opus habent probatione. Sunt autem eiuſmodi. Primus quando ex coniuncto antecedentis conſequens infertur, vt, dies eſt, ergo lux eſt. Secundus quando ex antecedenti & oppoſito conſequẽtis, antecedentis oppoſitum infertur, vt, ſi dies eſt, lux eſt, atqui lux non eſt, dies igitur non eſt. Tertius in quo ex negato connexo, & vnius partis oppoſito, alterius partis oppoſitum deducitur, vt, ſi non dies eſt, nox eſt, ſed dies eſt, igitur nox non eſt. Quartus in quo ex diſiuncto, & vnius partis oppoſito reliquum infertur, vt, vel dies eſt, vel nox eſt. Atqui dies non eſt, igitur nox eſt. Quintus in quo ex diſiuncto & oppoſito vno eorum, quæ ſunt in diſiuncto, oppoſiti reliquum infertur. vt, ſi dies eſt, nox non eſt: atqui nox non eſt: ergo dies eſt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τοῦ φυσικοῦ.

Ὅσα μὲν εἰκὸς ἦν περὶ τῶν συντελούντων εἰς τὸ λογικὸν μέρος τῆς φιλοσοφίας εἰπεῖν, ἐν ἑτέρῳ διήλθον διὰ πλειόνων. ἡμεῖς δὲ, συντομώτατα περὶ τούτων διαλεχθέντες, συμμετρίᾳ μὲν ἐπὶ τὰ φυσικώτερα. καὶ περὶ τούτων εἰ λέγοι τις, πᾶσι ῥᾳδίως ἐπιτιμῶντες, μὴ πάνυ δυσχεραίνομεν· καὶ περὶ τούτου δυνατὸν εἶναι νομίζομεν ἐμφανῆ καθεστάναι· καὶ τοῖς πρῶτα μαθοῦσιν, οὕτως ἂν ὑπολάβωμεν διὰ ῥᾳστώνην ὑπάρχειν ἀπὸ τούτων, τὰ προτέλεια τῆς κατὰ φιλοσοφίαν. λαμβανόμεν τοίνυν πρότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν τε, καὶ τῶν δραστικῶν, καὶ τῶν ὑλικῶν ἡγημένων τῆς φυσικῆς πραγματείας. τούτοις μὲν εἰκότως διανοηθέντες, ἁρμόττειν νομίζομεν ποικίλα τῶν παλαιῶν φιλοσόφων δόγματα ὑπὲρ ἐκείνων, καὶ ὑπὲρ τοῦ θεοῦ, ὅσπερ δραστικώτατος μὲν ἐστι πάντων τῶν ὄντων καὶ τῶν γινομένων αἴτιος, καὶ, ὡς εἰπεῖν, ποιητής, εἰς μέσον προάγειν. Πλάτων μὲν οὖν, καὶ Ζήνων ὁ Στωϊκὸς περὶ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ διεληλυθότες, οὐ κόσμον, ἀλλὰ παρὰ ταῦτα διενοήθησάν τι ἄλλο· ὁ μὲν Πλάτων, θεὸν ἀσώματον. Ζήνων δὲ, σῶμα. περὶ δὲ μορφῆς, μηδὲν εἰρηκότες. Ἐπίκουρος δὲ ἀνθρωπόμορφον τύπον ὑπέλαβεν.

CAPVT V.

De Phyſica, ſeu rerum naturalium ſcientia.

Qvæcvmqve igitur par fuit de iis agere, quæ ad rationalem philoſophiæ partem attinent, alio in opere pluribus verbis enarrauimus. Nos autem pauca de his ſolummodò perſtringentes adhibito quodam diſputandi modo ad ea recenſenda properamus, quæ de natura rerum antiqui tradidere. Atque de his ſi quiſquam dicat, licet omnes facilè reprehendamus, non moleſtè tamen feremus, & hac de re manifeſta conſtitui poſſe arbitramur, & ſanè primùm diſcentibus tyronibus ab his propter facilitatem philoſophiæ exordium capiendum cenſuerimus. Initium ergo petemus á primis rerum naturalium principijs, tam efficientibus, quàm materialibus: quæ quidem, vt par fuit, vbi agitauimus animo, aptum eſſe & conſentaneum iudicauimus varias antiquorum de illis Philoſophorum opiniones, ac de Deo, qui eſt prima, & efficientiſſima rerum omnium quæ ſunt, quæque in dies gignuntur, cauſa, &, vt ita dicam, opifex, in medium afferre. Plato ſiquidem & Zeno Stoicus de Dei eſſentia diſputantes, non mundum ipſum eſſe dixerunt, ſed præter hæc omnia quiddam aliud: incorporeum quidem Deum eſſe Plato ſentit; corpus verò ſeu corporeum Zeno aſſeuerat. Tamen de eius forma nihil ſtatuerunt. Epicurus autem humanam ipſum habere figuram credidit,

Stoici propriam quidem eum semper nō retinere, sed igneus spiritus cū sit, omnium, quibus affluxerit, formam facilè suscipere, illísque similem effici, certum & definitum locum habere, & digrediendo ipsum moueri Epicurus asseuerare conatus est. Stoici insitum & innatum per omnia penetrare; & singulis rebus seu naturis similem effectum, cum eisdem & moueri, & locum mutare dicunt, atque ex ingenita sibi virtute, rebus sibi coniunctis prospicere: iidem quoque Deum quidem cuncta gubernare dixerunt, sed nullius rei curam peculiariter habere. At verò Epicurus affirmat beatam, incorruptibilémque naturam, neque ipsam in se molestias vllas habere, neque alicui alteri negocium facessere, vniuersis tamen hominibus bona Deum elargiri. Plato autem opinatus est Deum largitorem esse rerum omnium quæ ad vitam spectant, non alium esse sensit. Quicunque mundum genitum esse putauerunt, Deum dixerunt ipsius opificem fuisse: alij verò qui genitum mundum concesserunt, non eamdem de ipsius fine sententiam habuerunt. Verùm Plato immortalem esse atque interitus expertē propter opificis industriam existimat. Stoici contrà interire mundum putant, atque ignis operâ, qui in infinitum diffunditur, ipsius mutationem contingere materiâ aliquod tempus quiescente & cessante: rursus verò in contrarium statum ex igne vergentibus rebus, & conuersis quoad principia in aliorum elementorum naturam, & rursus coagmentatis, atque à Deo in vnum corpus redactis, ac omnino ex noua natura in mundum coalescentibus. Ac cæteri quidem omnes, qui Deum cunctarum rerum autorem crediderunt, ipsum quoq; vnum horum omnium causam statuere conati sunt. Solus Plato ideas introduxit in quas intuens Deus potest operari: item materiam introducunt omni qualitate carentem, ex qua singula quæque non inæqualia conficeret; sed ab ipsa omnes gignerentur effectus. *Verùm quoniam de efficiente principio satis multa attulimus*, tempus est, vt de materia quoque aliquid dicamus. Cynici qui de ea locuti sunt, principium materiale esse vna & mente & voce omnes consenserunt, quodnam verò sit, non omnes consentiunt. Sed Pherecydes Syrus terrā id esse credidit. Thales autem aquam. Anaximander infinitum. Anaximenes & Diogenes Apolloniata aërem. Heraclitus & Hippasus Metapontinus ignem. Xenophanes Colophonius terram, & aquam. Hippo Rheginus ignem & aquam. Oenopio Chius ignem & aërem. Democritus verò in sophisticis terram, & ignem, & aquam. Stoici quatuor elementa terram, & ignem, & aquam, & aërem. Aristoteles autem his addidit corpus quod in orbem agitur. Empedocles quatuor elementis amicitiam & litem adiungit: cùm enim quatuor sint elementa materialia, amicitia hæc copulat, lis verò eadem dissoluit, & dissipat. Democritus & Epicurus atomos omnium rerum principia esse opinantur. Heraclides Ponticus, & Asclepiades Bithynus rerum principia faciunt moles quasdam non compactas. Anaxagoras Clazomenius minimas quasdam similes rerum particulas. Diodorus qui Cronus cognominatus est, indiuidua, minimáque corpuscula. Pythagoras, numeros. Mathematici corporum fines. Strato cognomine Physicus qualitates.

Στωϊκοὶ δὲ ἰδίαν μὲν ἰδέαν οὐκ ἔχειν διηνεκῶς, πνεῦμα δὲ πυρῶδες, ὁμοιούμενον πᾶσι ῥᾳδίως, οἷς ἂν προσερρύη. τόπον δὲ κρατεῖν ὡρισμένον, καὶ κινεῖσθαι μεταβατικῶς μὲν Ἐπίκουρος αὐτὸν εἰπεῖν ἐπεχείρησεν· οἱ δὲ Στωϊκοὶ, ἔμφυτον μὲν διὰ πάντων διήκειν, ὁμοιούμενον δὲ ἑκάστῳ, κινούμενον, καὶ μεταλλάττειν, προνοεῖν τε τῶν ἀποτελουμένων κατ᾽ ἀρετήν. αὐτοὶ δὲ καὶ τὸν θεὸν διοικητικὸν εἰρήκασι, μηδενὸς δὲ τῶν ἁπάντων ἐπιμέλειαν ἔχειν. Ἐπίκουρος δὲ διαφέρεται, λέγων τὸ μακάριον, καὶ ἄφθαρτον, οὔτ᾽ αὐτὸ πραγματείας ἔχειν, οὔθ᾽ ἑτέρῳ παρέχειν. ἀγαθὸν δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις τὸν θεὸν διατελεῖν. Πλάτων δ᾽ ὑπείληφε, καὶ πάντων συλλήβδην τῶν κατὰ τὸν βίον καθηγητικὸν, οὐκ ἄλλον νενόμικε. τὸν κόσμον, οἱ μὲν, γεννητὸν εἶναι νομίσαντες, τὸν θεὸν ἔφασαν γεγονέναι τούτου δημιουργόν. ἄλλοι δὲ γεννητὸν εἶναι συγκεχωρηκότες οὐχ ὁμοίως περὶ τοῦ τέλους κεκρίκασιν. ἀλλὰ Πλάτων μὲν ἀόλεθρον εἶναι νομίζει, καὶ ἀθάνατον διὰ τὴν εὐτεχνίαν τοῦ πεποιηκότος. Στωϊκοὶ δὲ, φθορᾶς ἐπιδεκτικὸν εἶναι, καὶ διὰ πυρὸς εἰς τὸ ἄπειρον χεομένου γίνεσθαι τούτου τὴν μεταβολὴν, καὶ ἵνα χρόνον τῆς ὕλης ἀναπαυομένης. καὶ τῆς ἐπὶ λῆξιν λαμβανούσης. αὖθις δὲ τῶν ὄντων ἀναλυομένων ἐκ πυρὸς, καὶ μεταβαλλόντων κατ᾽ ἀρχὰς εἰς τὴν τῶν ἄλλων στοιχείων φύσιν, καὶ πάλιν συγκρινομένων, καὶ σωματοποιουμένων ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ πάντα ἐκ νέας κοσμοποιουμένων. οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ὑπολαμβάνοντες εἶναι τὸν θεὸν ἁπάντων δημιουργὸν, αὐτῷ μόνῳ τὴν αἰτίαν τῶν γινομένων προσάπτειν ἐπικεχειρήκασι. Πλάτων δὲ, καὶ τὰς ἰδέας εἰσήγαγεν, εἰς ὅσα μὲν ἀπεργάσασθαι δύναται. εἰσάγουσι δὲ καὶ τὴν ἄποιον ὕλην, ὡς οὐκ ἄνισα τὰ καθ᾽ ἕκαστα συντελεῖσθαι, ἀλλὰ πάντα τε ὑπ᾽ αὐτῆς τὰ ἀποτελέσματα γίνεσθαι. καὶ περὶ μὲν τῆς δραστικῆς διεξελθεῖν ἂν εἴη καιρός. οἱ Κυνικοὶ δὲ, περὶ ταύτης εἰπόντες εἶναι μὲν ἀρχὴν ὑλικὴν ἅπαντες ὁμοίως δεδώκασιν. οὐ μὴν ἅπαντες εἶναι τὴν αὐτήν. ἀλλὰ Φερεκύδης μὲν ὁ Σύριος, γῆν εἶναι ταύτα ἐνόμισε. Θαλῆς δὲ ὕδωρ. Ἀναξίμανδρος δὲ ἄπειρον. Ἀναξιμένης δὲ, καὶ Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης, ἀέρα. πῦρ δὲ, Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος. Ξενοφάνης δ᾽ ὁ Κολοφώνιος, γῆν καὶ ὕδωρ. Ἵππων δὲ ὁ Ῥηγῖνος, πῦρ καὶ ὕδωρ. Οἰνοπίδης δὲ ὁ Χῖος, πῦρ καὶ ἀέρα. Δημόκριτος δὲ ἐν τοῖς σοφιστικοῖς, γῆν, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ. οἱ Στωϊκοὶ δὲ, τέσσαρα στοιχεῖα, γῆν, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα. Ἀριστοτέλης δὲ τούτοις προσέθηκε καὶ τὸ κυκλοφορικὸν σῶμα. Ἐμπεδοκλῆς δὲ, τέτρασι στοιχείοις φιλίαν καὶ νεῖκος προσήγαγε, τῶν μὲν τεσσάρων στοιχείων ὑλικῶν ὄντων, τῆς φιλίας ταῦτα συγκρινούσης, τοῦ δὲ νείκους διαλύοντος, καὶ διακρίνοντος. Δημόκριτος δὲ, καὶ Ἐπίκουρος τὰς ἀτόμους, ἀρχὰς πάντων νομίζουσιν. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Βιθυνὸς ἀναρμόστους ὄγκους τὰς ἀρχὰς ὑποτιθέντες τῶν ὅλων. Ἀναξαγόρας δὲ ὁ Κλαζομένιος τὰς ὁμοιομερείας. Διόδωρος δὲ ὁ Κρόνος ἐπικεκλημένος, ἀμερῆ καὶ ἐλάχιστα σώματα. Πυθαγόρας δὲ τοὺς ἀριθμούς. Μαθηματικοὶ δὲ, τὰ πέρατα τῶν σωμάτων. Στράτων δὲ ὁ φυσικὸς ἐπονομαζόμενος τὰς ποιότητας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Περὶ διαφορᾶς ἀρχῆς καὶ αἰτίας.

Ἀρχὴν δὲ καὶ αἰτίαν, τινὲς μὲν ᾠήθησαν μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν. τινὲς δὲ, τὴν ἀρχὴν καθηγητικὴν πάντων εἶναι νομίζουσιν, οὐκ αἰτίαν οὖσαν τοῦ παντὸς ἀποτελέσματος. ἀλλὰ τὸ δι᾽ ὃ ἐν ἑκάστῳ τρόπῳ γίγνεται τὰ ἀποτελέσματα. αἴτια δὲ ὑπέθεντο τέσσαρα, προκαταρκτικὸν τὸ χωριστὸν ἀπὸ τοῦ ἀποτελέσματος, καὶ τοῦτο, ὃ πεποίηκε, παραμένει. συμπλεκτικὸν, ὅπερ τὸ ἔργον μὴ ἀπολείπει, καὶ οὗ παρόντος τὸ ἀποτέλεσμα πάρεστι, καὶ πεπαυμένου παρεναλλάττεται, καὶ αὐξομένου εἰς ἐπίδοσιν προέρχει, καὶ μειουμένου ἐλαττοῦται. αὐτοτελὲς, τὸ αὐτὸ μόνον ἀποτελοῦν. καὶ συναίτιον, ὃ μὲν ὑπὸ τὴν ἰδίαν δύναμιν συμβάλλεται πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα, ὡς ἐπὶ τὴν ἀροτικὴν συνεργεῖν δοκεῖ τὸ μικρὰν ῥοπὴν πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα εἰσάγον, ὡς κατὰ δεῖν δυοῖν βοοῖν· ἀλλὰ δὲ ὁ βουκόλος, ἢ ἀρότης ῥᾷον γεωργήσει καὶ τὴν γεωργίαν διατελέσει, εἰ τρίτος ἐπήγετο συνεπικουφίζων.

Περὶ διαφορᾶς στοιχείων, καὶ ἀρχῆς.

Τῶν ἀπὸ Ἰωνίας φιλοσόφων οὐδὲν διαλλάττειν αὐτὰ νομιζόντων, Πλάτων πλεῖστον διενηνοχέναι ταῦτα κέκρικε τῆς μὲν ἀρχῆς. καὶ γὰρ οὐδὲν εἶναι πρότερον, ἀφ᾽ ἧς γίνεσθαι ταῦτα. συμβέβηκε τῶν δὲ στοιχείων προτέραν εἶναι τὴν ἀειδῆ καὶ ἄμορφον οὐσίαν. ἣν, οἱ μὲν ἄποιον ὕλην ὀνομάζουσιν. οἱ δὲ ἐντελέχειαν, καὶ στέρησιν. ἔτι δὲ, τὰ μὲν στοιχεῖα. οἱ μὲν σύνθετα, καὶ ἀποτελέσματα. τὴν δ᾽ ἀρχὴν οὐδετέραν τούτων ὑπάρχειν. ὥστ᾽ εἰκότως ὁ Πλάτων τὴν ἐν τούτοις παραλλαγὴν κατειληφὼς ἀποφαίνεται.

Περὶ φύσεως.

Φύσιν τινὲς εἶναι λέγουσι, πνεῦμα ἔντεχνον, ὁδοποιητικόν. ἄλλοι δὲ τὴν τῶν σωμάτων σύγκρισιν εἶναι, καὶ διάκρισιν τὴν φύσιν ὑπολαμβάνουσιν. Ἀριστοτέλης δὲ, ἀρχὴν τε κινήσεως καὶ ἠρεμίας εἴρηκεν, ἐν ᾧ ὑπάρχει πρώτως καθ᾽ αὑτὸ, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς γενηθῆναι νομίζων. φυσικὰ δὲ εἶναι λέγει τὰ στοιχεῖα τέσσαρα, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν γινόμενα ζῶα, φυτὰ, μέταλλα, καὶ τὰ περὶ τὸν ἀέρα, ὄμβρους καὶ τὰ τοιαῦτα.

Περὶ κινήσεως.

Τὴν κίνησιν, σχεδὸν τῶν φιλοσόφων πάντες οἱ ἀκριβέστατοι, γίνεσθαι νομίζουσιν. τὴν μὲν γὰρ τοπικὴν μετάβασιν, ὅταν τι ἀπὸ τόπου εἰς τόπον ἕτερον φαίνεται μεταβαῖνον. τὴν δὲ φυσικὴν· ὅταν εἰς ἕτερον ἐξ ἑτέρου γινόμενον, ἀποφαίνωνταί τινες. τρίτον δὲ, τὴν γένεσιν, ὅταν ἐξ οὐκ ὄντων γένηταί τι. τὴν διαφθορὰν, ὅταν ἐξ ὄντος πρὸς τὸ μὴ εἶναι καθίσταται, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀπογινομένων ζώων. τὴν δ᾽ αὐξητικὴν, ὅταν τι ἀπὸ βράχεος πρὸς τὸ μεῖζον μέτεισι. τὴν δὲ μειωτικὴν, ὅταν ἐκ μείζονος βραχύνηταί τι, καὶ πρὸς ἔλαττον μεθαρμόζηται.

Περὶ σωμάτων.

Σῶμα τινῶν ὑπολαβόντων τὸ, εἴτε ποιεῖν, εἴτε πάσχειν, ἕτεροι τὸ τριχῇ διαστατὸν μετὰ ἀντιτυπίας, τὸ σῶμα καθεστάναι φασίν. εἶναι μὲν γὰρ σημεῖον, οὗ μέρος οὐδέν. τὴν δὲ γραμμὴν μῆκος ἀπλατές. ἐπιφάνειαν δὲ, τὸ μήκους καὶ πλάτους μετέχον. τοῦτο δὲ, ὁπότ᾽ ἂν βάθους προσλάβῃ, σῶμα νομίζουσιν εἶναι. τινὲς δὲ τὰ πέρατα σώματα εἶναι ὑπειλήφασιν.

CAPVT VI.

De principij & causæ differentia.

PRINCIPIVM & causam aliqui nihil inter se differre putant: aliqui principium quidem rerum omnium originem præcedere existimant, non tamen ipsum euentus cuiuscunque causam esse dicunt, sed id, quo secundum vnumquemque modum res fiunt. Causarum genera quatuor iidem statuunt. Antecedens, quod ab euentu separari potest, idque quod iam effecit permanet. Continens, quod rem quam facit, non deserit, & quo præsente adest effectus, & cessante immutatur, crescente augescit, & decrescente decrescit. Perfectum, quod per se solùm rem peragit. Adiuuans, quod cæteris pares vires in effectum confert, vt in arando videmus, in quo vel plurimùm adiuuare videtur, quod leue & exiguum ad effectum affert momentum, vt bobus quidem duobus sit opus: attamen arator multò faciliùs arabit, opúsque absoluet, si tertius adducatur qui aliorum laborem subleuet.

De elementorum & principij differentia.

Cùm Ionici philosophi elementum à principio nihil differre arbitrarentur, plurimùm Plato interesse iudicauit, nihil enim priùs esse censuit principio ex quo gigni potuerit. Contingit verò elementis priorem esse informem substantiam, quam alij materiam qualitatis expertem nominant; alij formam, seu perfectionem, & priuationem. Præterea elementa aliqui composita, & effectus nominant. Principium verò neutrum horum esse censent. Quamobrem meritò Plato deprehensam in his differentiam demonstrat.

De natura.

Naturam definiunt aliqui spiritum arte præditum, & ad aliud aditum facientem. Alij corporum concretionem & dissolutionem. Aristoteles principium motus & quietis eius in quo est primo per se, & non per accidens esse existimauit. Naturalia vocat tum elementa quatuor, tum cætera quæ ex eis fiunt, animalia, stirpes, metalla, & quæ in aëre generantur, imbres, & alia id genus.

De motu.

Motum omnes penè concedunt quicunque paulò diligentiùs philosophati sunt, locorum commutationem, vt cùm quis à loco ad locum videtur transire. Physicum cùm quidam vnum ex alio genitum in aliud transire demonstrant. Tertiò ortum, cùm ex non entibus fit aliquid, interitum verò quando ex ente ad non ens transit, vt in animalibus quæ corrumpuntur. Motum accretionis, vt cùm quid è paruo ad aliquid maius transit. Denique motum diminutionis, vt cùm ex maiori aliquid breue redditur, & ad minus transmutatur.

De corpore.

Nonnullis corpus esse dicentibus quodcumque siue agat, siue patiatur. Alij corpus esse definiunt quod triplici dimensione constat cum renixu. Punctum namque esse cuius pars nulla: lineam verò longitudinem latitudinis expertem: Superficiem, quæ longitudinis, & latitudinis est particeps. Hanc verò cùm profunditatem assumpserit, corpus esse existimant. Quidam etiam corporum extrema, & terminos corpora esse crediderunt.

De figura.

Figura, corporis superficies, circumscriptio, & terminus est. *Figurarum verò aliæ rotundæ sunt, aliæ angulares, quarum infinita penè variatio est.*

De idea seu forma.

Idea est substantia incorporea, sui similium causa, & naturalium substantiarum sub sensum cadentium exemplar, ipsa quidem ex se non subsistens; sed formis carentes materias sibi similes reddens, earúmque constitutionis causa. Plato verò concedit, quantùm fieri potest, quærendas esse ideas in mente & cogitatione Dei. Aristoteles autem formas quidem & ideas non abstulit, sed eas materiæ coniunctas esse voluit. Stoici nostras cogitationes ideas appellarunt.

CAPVT VII.

De mundo.

STOICI mundum vnum esse dixerunt, & hunc totum esse & corporeum. Empedocles verò mundum quidem vnum esse concedit, non tamen vniuersum esse, sed exiguam quandam vniuersi particulam, reliquum verò ociosam materiam. Plato mundum vnum esse, & vniuersum *tribus argumentis coniectat.* quia perfectus non esset, si omnia non contineret; nec exemplari, id est, mortali mundo similis, si vnicus non esset, nec æternus, si quid extra se haberet. Metrodorus præceptor Epicuri ait absurdum esse in magno campo spicam vnam produci, & vnum in infinito mundum. Quòd autem sit infinitus ex eo patet, quòd infinitæ sint causæ. Etenim si mundus sit finitus, causæ verò illius infinitæ, ex quibus prodiit, necesse est mundos dari infinitos. Siquidem vbi omnes causæ, ibi etiam sunt effectus. Causæ autem sunt atomi & elementa.

Quomodo constitit mundus.

Constitit igitur mundus rotundâ figurâ formatus hoc pacto, vt grauissima corpora deorsum ferantur, leuia verò sursum, circum denique & in orbem quæ ex his sunt composita.

CAPVT VIII.

De Deo.

QVÆ de Deo inter initia omisimus, ea nunc dicemus. Nam ex antiquis philosophis quosdam inuenimus qui Deos ignorarunt, vt Protagoram Elæum, Theodorum Cyrenaicum, Euemerum Tegeatam, non enim Deos esse asserere ausi sunt. Videtur verò huius opinionis fuisse Euripides, quanquam id ipse non dicit, ob metum Areopagitarum, sed Sisyphum id dicentem introducit. Sed istos missos faciamus, & Anaxagoram potius audiamus, qui diuinam mentem asserit res omnes à primordiis mundi inter se confusas distinxisse, atque ita res omnes procreasse. Plato verò supposuit prima corpora non constitisse, sed inordinatè mota, à Deo in ordinem fuisse coacta, & ad id, quod erat conueniens, reuocata. Thales verò

Περὶ σχήματος.

Σχῆμά ἐστιν ἐπιφάνεια, καὶ περιγραφή, καὶ πέρας σώματος. τῶν δὲ σχημάτων τὰ μὲν στρογγύλα, τὰ δὲ γωνιώδη, ὧν σχεδὸν ἄπειρος ποικιλία.

Περὶ ἰδέας.

Ἰδέα ἐστὶν οὐσία ἀσώματος, αἰτία τῶν οἷά ἐστιν αὐτή, καὶ παράδειγμα τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων αἰσθητῶν ὑποστάσεων. αὐτὴ μὲν οὐχ ὑφεστῶσα καθ᾽ ἑαυτήν. ἐνεικονίζουσα δὲ τὰς ἀμόρφους ὕλας, καὶ αἰτία γινομένη τῆς τούτων διατάξεως. Πλάτων δὲ συγχωρεῖ, ὅσον δυνατόν, ὅτι ἐν τοῖς νοήμασι, καὶ ταῖς φαντασίαις, δεῖ ζητεῖν ἰδέας τοῦ θεοῦ. Ἀριστοτέλης δὲ εἴδη μὲν καὶ ἰδέας ἀπέλιπεν, οὐ μὴν κεχωρισμένας τῆς ὕλης. οἱ δὲ Στωϊκοί, ἐννοήματα ἡμέτερα τὰς ἰδέας εἶναι νομίζουσι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ κόσμου.

abſcondatur, id illi contingere Solis vicinitate: ſic enim à natura comparatum vt maioris acceſſu lux minor obruatur; quod etiam reliquis ſtellis euenit. Thales, & qui ipſum ſequuti ſunt, à Sole Lunam dixerunt illuminari. Heraclitus idem Lunæ, quod Soli contingere defendit. Stellæ enim quoniam concauæ ſunt, & vapores excipiunt, lucere videntur, ac Sol quidem ſplendidiùs cùm in puriori aëre, Luna autem obſcurari videtur, quòd in aëre turbidiori feratur.

ἀποκρυπτομένην περὶ αὐτὴν ὑπὸ τῆς προσβολῆς τοῦ ἡλίου ἀμαυροῦσθαι· πεφυκότος τοῦ ἰσχυροτέρου πυρὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν· ὃ δὴ συμβαίνει καὶ περὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. Θαλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὑπὸ τοῦ ἡλίου φωτίζεσθαι τὴν σελήνην. Ἡράκλειτος τὸ αὐτὸ πεπονθέναι τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην. σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασι τοὺς ἀστέρας, δεχομένους δὲ τὰς ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, αὐγὰς φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν, λαμπρότερον μὲν τὸν ἥλιον· ἐν καθαρωτέρῳ γὰρ ἀέρι φέρεσθαι, τὴν δὲ σελήνην, ἐν θολερωτέρῳ διὰ τοῦτο καὶ ἀμαυροτέραν φαίνεσθαι.

De Lunæ defectu ſeu Ecclipſi.

Anaximander coniecit Lunam deficere quum oſculum quod circum rotam eſt, obturatur, Beroſſus ex obuerſione in nos facta reſtinctæ partis. Heraclitus ex gibbæ partis conuerſione. Pythagoreorum aliqui per reflexionem & obturationem terræ tum noſtræ, tum oppoſitæ. Plato autem, Ariſtoteles, Stoici, & Mathematici menſtruales occultationes ipſam efficere, quando cum Sole congreditur, & eius radiis obruitur, ac vndique illuſtratur, deficere verò quando obumbratur à terra, vtriuſque ſideris in medio conſtituta, aut potius cùm eius illuminationi afficitur à terra.

Περὶ ἐκλείψεως σελήνης.

Ἀναξίμανδρος μὲν ὑπέλαβε τοῦ στομίου τοῦ περὶ τὸν τροχὸν ἐπιφραττομένου, καὶ τὴν σελήνην ἐκλείπειν. Βήρωσος κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐπιστροφὴν τοῦ ἀπυρώτου μέρους. Ἡράκλειτος κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς συστροφήν. τῶν Πυθαγορείων δέ τινες κατ' ἀνταύγειαν, καὶ ἐπίφραξιν τῆς τε γῆς καὶ ἀντίχθονος. Πλάτων δὲ καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ Στωϊκοὶ, καὶ οἱ μαθηματικοὶ τὰς μὲν μηνιαίας ἀποκρύψεις συνοδευούσης αὐτὴν τῷ ἡλίῳ, καὶ περιλαμπομένην ποιεῖσθαι, τὰς δὲ ἐκλείψεις σκιαζομένην ὑπὸ τῆς γῆς, μεταξὺ μὲν ἀμφοτέρων τῶν ἄστρων γινομένης, μᾶλλον δὲ τῆς σελήνης ἀντιφραττομένης.

Qui Luna terreſtris appareat.

Lunam ideo terreſtrem exiſtimant Pythagorici, quòd ipſam incolant *proceriores* arbores, & animalia maiora, atque præſtantiora, quàm hîc apud nos. Eſſe verò decies quinquies, quæ circa ipſam ſunt, animalia illa noſtris robuſtiora, nihilque excrementi communis emittentia, ac tantò diem eſſe noſtro longiorem. Anaxagoras eius inæqualitatem fieri à concretione frigidi & terreſtris, quæ ſimul miſcentur · miſceri autem igneo caliginoſum, ſtellámque lucis ementitiæ Lunam ideo nuncupari. Stoici quoque negant propter diuerſas facies eius ſubſtantiæ compagem eſſe inſolubilem.

Διά τι γεώδης φαίνεται ἡ σελήνη.

Οἱ Πυθαγόρειοι γεώδη φαίνεσθαι τὴν σελήνην οἴονται, διὰ τὸ περιοικεῖσθαι ταύτην ὑπὸ μειζόνων ζώων, καὶ φυτῶν καὶ καλλιόνων, ἢ παρ' ἡμῖν. εἶναι γὰρ πεντεκαιδεκαπλασίονα τὰ ἐπ' αὐτῆς ζῶα τῇ δυνάμει, μηδὲν περιττωματικὸν κοινὸν ἀποκρίνοντα· καὶ τὴν ἡμέραν τοσαύτην εἶναι τῷ μήκει. Ἀναξαγόρας ἀνωμαλότητα τοῦ συγκρίματος, διὰ τὸ ψυχρομιγὲς ἅμα καὶ γεῶδες· περιμεμῖχθαι δὲ τῷ πυρώδει τὸ ζοφῶδες, ὅθεν ψευδοφανῆ λέγεσθαι τὸν ἀστέρα. οἱ Στωϊκοὶ διὰ τὸ ἑτεροειδὲς τῆς οὐσίας μὴ εἶναι αὐτῆς ἀκήρατον τὸ σύγκριμα.

De Lunæ diſtantia.

Empedocles plùs duplo Lunam diſtare putat à Sole, quàm à terra. Mathematici decies octies. Eratoſthenes Solem à terra diſtare quadringentis & octo myriadibus. Lunam verò à terra diſtare ſeptuaginta octo millibus ſtadiorum.

Περὶ τῶν διαστημάτων τῆς σελήνης.

Ἐμπεδοκλῆς διπλάσιον ἀπέχειν τὴν σελήνην ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἤπερ ἀπὸ τῆς γῆς· οἱ μαθηματικοὶ ὀκτωκαιδεκαπλάσιον. Ἐρατοσθένης τὸν ἥλιον ἀπέχειν τῆς γῆς σταδίων μυριάδας, τετρακοσίας καὶ στάδια ὀκτάκις μύρια· τὴν δὲ σελήνην τῆς γῆς ἀπέχειν σταδίων μυριάδας ἑβδομηκονταοκτώ.

CAPVT XVI.

De Anno, quantus cuiuſque planetarum ſit Magnus annus.

ANNVS Saturni annorum eſt triginta; Iouis duodecim; Martis duorum; Solis menſium duodecim; Veneris, & Mercurij totidem (nam æquales his curſus) Lunæ triginta dierum, tot enim diebus menſis abſoluitur, ab apparitione Lunæ ad eius cùm Sole congreſſum. Annum quem Magnum appellant, quidam octauo quoque anno compleri dicunt, alij decimo nono, quidam ſexageſimo primo. Heraclitus decem & octo millibus annorum Solarium. Diogenes trecentis ſexaginta quinque annis, tantus quantus eſt vnus annus Heraclito. Nonnulli ſeptem millibus ſeptingentis ſeptuaginta ſeptem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Περὶ ἐνιαυτοῦ, πόσος ἑκάστου τῶν πλανωμένων ὁ μέγας ἐνιαυτός.

ΕΝιαυτὸς μὲν Κρόνου ἐστὶν ἐτῶν τριάκοντα. Διὸς δὲ δώδεκα. Ἄρεως δυοῖν· ἡλίου ιβ' μῆνες· οἱ δὲ αὐτοὶ Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης· ἰσόδρομοι γάρ· σελήνης ἡμέραι λ'. οὗτος γὰρ ὁ τέλειος μὴν ἀπὸ φάσεως εἰς σύνοδον· τὸν δὲ μέγαν ἐνιαυτὸν, οἱ μὲν ἐν τῇ ὀκταετηρίδι τίθενται· οἱ δὲ ἐν τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι· οἱ δὲ ἐν τοῖς ἑξήκοντα ἑνὸς δέουσιν. Ἡράκλειτος ἐκ μυρίων ὀκτακισχιλίων ἡλιακῶν. Διογένης ἐκ πεντεκαιεξήκοντα, καὶ τριακοσίων ἐνιαυτῶν τοσούτων, ὅσων ὁ κατὰ Ἡράκλειτον ἐνιαυτός· ἄλλοι δὲ δι' ἑπτακισχιλίων ψοζ'.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ γαλαξίου.

Ο Γαλαξίας κύκλος ἐστὶ νεφελοειδής, ἐν μὲν τῷ ἀέρι διὰ παντὸς φαινόμενος, διὰ δὲ τὴν λευκόχροιαν ὀνομαζόμενος γαλαξίας· καὶ τῶν Πυθαγορείων τινὲς ἀστέρος εἶναι διάκαυσιν, ἐκπέσοντος μὲν ἀπὸ τῆς ἰδίας ἕδρας, δι' οὗ δὲ ἐπέδραμε χωρίου κυκλοτερῶς αὐτὸ καταφλέξαντος, ἐπὶ τοῦ κατὰ Φαέθοντα ἐμπρησμοῦ διὰ τὴν ἐκείνου πρόοδον· οἱ δὲ ἡλιακὴν ταῦτά φασι καὶ ἀρχὰς γεγονέναι δίοδον. τινὲς δὲ τοῦτο μικρὰν εἶναι φαντασίαν τοῦ πλείονος οὐρανίου πυρὸς πρὸς τὸν οὐρανὸν τὰς αὐγὰς ἀνακλῶντα· ὅπερ ἐπὶ τῶν τῆς Ἴριδος νεφῶν συμβαίνειν εἴωθεν. Μητρόδωρος διὰ τὴν πρόοδον τοῦ ἡλίου. τοῦτον γὰρ εἶναι τὸν ἡλιακὸν κύκλον. Παρμενίδης δὲ τοῦ πυκνοῦ καὶ ἀραιοῦ μίγμα γαλακτοειδὲς ἀποτελεῖν χρῶμα. Ἀναξαγόρας τὴν σκιὰν τῆς γῆς κατὰ τοῦτο δὲ μέρος ἵστασθαι τοῦ οὐρανοῦ· ὅταν τὰ ὑπὸ τὴν γῆν ὁ ἥλιος μὴ πάντη περιφωτίζῃ. Δημόκριτος πολλῶν καὶ μικρῶν, καὶ συνεχῶν ἀστέρων συμφωτιζομένων εἶναι ἀλλήλοις συναύγασμον. Ἀριστοτέλης ἀναθυμιάσεως ξηρᾶς ἔξαψιν πολλῆς τε καὶ συνεχοῦς, καὶ οὕτω κόμην πυρὸς ὑπὸ τὸν ἀέρα κατωτέρω τῶν πλανητῶν φαίνεσθαι· οἱ Στωϊκοὶ τοῦ αἰθερίου πυρὸς ἀραιότητα ἀνώτερον τῶν πλανητῶν. Ποσειδώνιος πυρὸς σύστασιν ἄστρου μὲν λαμπρότερον, αὐγῆς δὲ πυκνότερον.

CAPVT XVII.

De Circulo lacteo.

CIRCVLVS lacteus nebulosus est, in aëre semper apparens, lacteúsque est à suo colore nuncupatus. Pythagoreorum aliqui crediderunt ipsum esse stellæ cuiusdam incendium, quæ suis sedibus excidit, & locum per quem circumuoluta est, exussit, eo tempore quo Phaëtontis incendium per illam viam grassabatur: alij dicunt ab initio Solem illac iter suum peregisse: quidam volunt hoc exiguam esse apparitionem plurimi cælestis ignis, cuius splendor ad cælum reflectitur; id quod arcus cælestis nubes facere consueuerunt. Metrodorus propter transitum Solis, illum enim esse circulum Solis existimat. Parmenides rarum denso commistum, lacteum colorem conficere putat. Anaxagoras terræ putat vmbram esse, & aliquam cæli partem occupare, quia cùm Sol terræ subest, non illuminat omnia. Democritus esse splendorem multarum exiguarum, & cohærentium stellarum se inuicem collustrantium. Aristoteles siccæ exhalationis incendium, quæ iugiter, & abundè succedit, ac eodem modo fieri crinitum ignem infra aërem, sub planetis. Stoici ignis ætherei raritatem ipsúmque superiorem planetis. Posidonius ignis aceruum stella clariorem, splendore verò *obscuriorem*, densiorem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ κομήτου, καὶ διαττόντων ἀστέρων, καὶ δοκίδων.

ΤΩΝ Πυθαγορείων τινὲς μὲν ἀστέρα φασὶν εἶναι τὸν κομήτην, τῶν οὐκ ἀεὶ φαινομένων, διά τινος δὲ ὡρισμένου χρόνου περιοδικῶς ἀνατελλόντων· ἄλλοι δὲ ἀνάκλασιν τῆς ἡμετέρας ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιον παραπλησίαν ταῖς κατοπτρικαῖς ἐμφάσεσιν. Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος σύνοδον ἀστέρων δυοῖν ἢ πλειόνων κατὰ συναυγασμόν. Ἀριστοτέλης δὲ τῆς ξηρᾶς ἐκ τῆς γῆς ἀναθυμιάσεως διάπυρον σύστασιν. Στράτων ἄστρου φῶς περιληφθὲν νέφει πυκνῷ, καθάπερ ἐπὶ τῶν λαμπτήρων γίνεται. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς νέφος μετάρσιον ὑπὸ μεταρσίου φωτὸς καταυγαζόμενον· ὁμοίως δὲ αἰτιολογεῖ πωγωνίαν, ἅλω, δοκίδα, κίονα, καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις, καθάπερ ἀμέλει πάντες οἱ Περιπατητικοί, περὶ τοὺς τοῦ νέφους ταύτῃ γίνεσθαι σχηματισμούς· Ἐπιγένης πνεύματος ἀναφορὰν γεωμιγοῦς πεπυρωμένου. Βοηθός, ἀέρος ἀνειμένου φαντασίαν. Διογένης ἀστέρας εἶναι τοὺς κομήτας. Ἀναξαγόρας τοὺς καλουμένους διάττοντας ἀπὸ τοῦ αἰθέρος· σπινθήρων δίκην καταφέρεσθαι, διὸ καὶ παραυτίκα κατασβέννυσθαι. Μητρόδωρος τὴν εἰς τὰ νέφη τοῦ ἡλίου βιαίαν ἔμπτωσιν, ὡς βέλος πολλάκις σπινθηρίζειν. Ξενοφάνης πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν νεφῶν πεπυρωμένων συστήματα, ἢ κινήματα.

CAPVT XVIII.

De cometa, stellis discurrentibus, & trabibus.

PYTHAGOREORVM aliqui cometas dicunt esse stellas, quæ non semper apparent, sed certis quibusdam temporibus sua reuolutione oriuntur: alij repercussionem visus nostri ad Solem, similem imaginibus, quæ in speculis cernuntur. Anaxagoras, & Democritus concursum duarum, aut plurium stellarum sese illustrantium. Aristoteles siccæ exhalationis congeriem accensam. Strato sideris alicuius lucem densâ nube compresensam, id quod & laternis euenit. Heraclides Ponticus nubem prealtam, illic à luce superna illuminatam: eandem hic barbatis, areis, trabibus, columnis, & id genus aliis causam assignat: vt omnes Peripatetici, qui ex accensis vaporibus species hasce fieri dicunt. Epigenes vaporem terræ commistum, in altum eleuatum, ibique accensum. Boëthus, ardentis aëris id speciem esse credidit. Diogenes stellas esse cometas putat. Anaxagoras quas discurrentes stellas vocant, perinde atque scintillas ex æthereo igne cadere putat, & ideo statim quoque extingui. Metrodorus ex Solis radiis, violenter in nubem, vt sagitta solet, irruentibus, discurrentis stellæ speciem excitari. Xenophanes id genus omnia, nubium accensarum constitutiones, vel incursiones existimat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ βροντῶν, καὶ ἀστραπῶν, κεραυνῶν, πρηστήρων, καὶ τυφώνων.

ΑΝαξίμανδρος ἐκ τοῦ πνεύματος ὑπιόντος ταῦτα πάντα συμβαίνειν, ὅταν περιληφθὲν νέφει παχεῖ βια-

CAPVT XIX.

De tonitruis, coruscationibus, turbinibus, & conuolutionibus.

ANAXIMANDER à flatu subeunte hæc omnia fieri putat, quando inclusus densâ nube nititur

erumpere, quâ parte tenuior est, & leuior; ipsa ruptio sonum edit, ipsa autem diuulsio iuxta nigredinem nubis, coruscationem. Metrodorus, cùm in nubem densitate compactam flatus irruit, disruptione, sonum facit, percussione, & diuulsione micat; velocitate autem motûs à Sole calorem accipiens, fulminat: fulminis autem imbecillitas in turbinem degenerat. Anaxagoras, quando calidum in frigidum incidit, hoc est, cùm ætherea pars aëreæ miscetur, coruscationem facit; colore verò qui est ad nigredinem nebulosæ partis, fulgur; multitudine & magnitudine lucis, fulmen; cùm magis in corpus cogitur ignis, vorticem; cùm est nubiliosior, turbinem. Stoici nubium concursum tonitru definiunt; coruscationem, earumdem inflammationem attritu excitatam; fulmen, vehementer actæ nubis incensionem; turbinem, segniorem. Aristoteles autem hæc omnia fieri putat à siccis exhalationibus, quæ cùm inciderint in humida, conantur erumpere, dum igitur impellunt sicca, atque discindunt humida, tonitru sonus excitatur, accensione siccitatis fit fulgur, turbinem & vorticem materiæ quam vterque trahit, copia generat, calidior tamen turbo, densior autem est vortex.

De nubibus, pluuiis, niuibus, & grandinibus.

Anaximenes dicit fieri nubes ex aëre plurimùm densato; & ex ipso magis coacto exprimi pluuiam; niuem autem fieri, quando aqua sursum eleuata condensatur à frigore; grandinem verò, quum à vento comprehenditur humido. Et Metrodorus è vaporibus aquosis sursum elatis nubes coalescere putat; Epicurus ex atomis; rotundam verò reddi grandinem, & pluuiam fieri cùm à longiori delatione per aërem repercuti contingit.

De Iride seu arcu cælesti.

Eorum quæ in sublimi fiunt, quædam reuera subsistunt, vt imber & grando: quædam sunt merum substantiæ simulachrum, propriam non habentia subsistentiam, eo modo quo moueri terra nobis nauigantibus videtur. Est autem arcus cælestis tantùm species apparens, de quo dicemus, si priùs docuerimus quomodo ipsum videamus. Videmus autem lineis vel rectis, vel curuis, vel fractis, obscuris, & quæ solâ ratione spectari possint, incorporeis. Rectis autem lineis videmus ea, quæ in aëre sunt, quæque per lapides pellucidos & per cornua; omnia enim hæc tenuium sunt partium. Curuis autem lineis aspicimus quæ in aquis, visus enim vi propter crassitiem materiæ ipsius aquæ incuruatur, ideo remos in mari fractos eminus videmus. Tertius modus videndi refracta est in speculis. eiusmodi autem arcus cælestis est species. Oportet enim concipere humidam exhalationem in nubem mutari, tum statim roris instar, ex ipsa minutas guttas manare: cùm igitur Sol in occasu fuerit, necesse est enim omnem arcum cælestem ex aduerso Solis apparere, cùm visus in guttulas incidens refrangitur, vt arcus cælestis fiat, non sunt autem guttæ species figuræ, sed colores videntur: tres autem colores habet arcus cælestis, primum puniceum, secundum violaceum seu purpureum: tertium cæruleum & viridem: nonnunquam igitur puniceum quidam splendor Solis occurrens fulgórque integer refractus, rubrum ac puniceum parit colo-

ζόμενον ἐκπέσῃ τῇ λεπτομερείᾳ, καὶ κουφότητι, τότε ἡ μὲν ῥῆξις τὸν ψόφον ἀποτελεῖ, ἡ δὲ διαστολὴ παρὰ τὴν μελανίαν τοῦ νέφους τὸν διαυγασμὸν ἀποτελεῖ. Μητρόδωρος ὅταν εἰς νέφος πεπηγὸς ὑπὸ πυκνότητος ἐμπέσῃ πνεῦμα, τῇ μὲν θραύσει, τὸν κτύπον ποιεῖ, τῇ δὲ πληγῇ καὶ τῷ σχισμῷ διαυγάζει, τῇ δὲ ὀξύτητι τῆς φορᾶς προσλαμβάνον τὴν ἀπὸ τοῦ ἡλίου θερμότητα, κεραυνοβολεῖ· τοῦ δὲ κεραυνοῦ τὴν ἀσθένειαν εἰς πρηστῆρα περιίστησιν. Ἀναξαγόρας δὲ ὅταν τὸ θερμὸν εἰς τὸ ψυχρὸν ἐμπέσῃ (τοῦτο δὲ ἐστὶν αἰθέριον μέρος εἰς ἀερῶδες) τῷ μὲν ψόφῳ τὴν βροντὴν ἀποτελεῖ, τῷ δὲ παρὰ τὴν μελανίαν τοῦ νεφώδους χρώματι τὴν ἀστραπήν· τῷ δὲ πλήθει, καὶ μεγέθει τοῦ φωτὸς τὸν κεραυνόν. τῷ δὲ πολυσωματωτέρῳ πυρὶ τὸν τυφῶνα, τῷ δὲ νεφελομιγεῖ, τὸν πρηστῆρα. οἱ Στωϊκοὶ βροντὴν μὲν συγκρουσμὸν νεφῶν, τὴν δ' ἀστραπὴν ἔξαψιν ἐκ παρατρίψεως, κεραυνὸν δὲ σφοδροτέραν ἔλλαμψιν, πρηστῆρα δέ, νωχελεστέραν. Ἀριστοτέλης δὲ ἐξ ἀναθυμιάσεως πάντα τὰ τοιαῦτά φησι συμβαίνειν τῆς ξηρᾶς· ὅταν οὖν ἐντύχῃ τῇ ὑγρᾷ, παραβιάζηται τὴν ἔξοδον, καὶ τῇ μὲν παρατρίψει, καὶ τῇ ῥήξει τὸν ψόφον τῆς βροντῆς γίνεσθαι· τῇ δὲ ἐξάψει τῆς ξηρότητος τὴν ἀστραπήν· πρηστῆρα δὲ καὶ τυφῶνα πλεονασμῷ τῆς ὕλης, ἣν ἑκάτερος αὐτῶν συνεφέλκεται, θερμότερος μὲν ὁ πρηστήρ, παχύτερος δὲ ὁ τυφών.

Περὶ νεφῶν, ὑετῶν, χιόνων, χαλαζῶν.

Ἀναξιμένης ἔφη συμβαίνειν παχυνθέντος ἐπὶ πλεῖστον τοῦ ἀέρος, μᾶλλον δὲ ἐπισυναχθέντος ἐκθλίβεσθαι καὶ τοὺς ὄμβρους γίνεσθαι. χιόνα δ' ἐπειδὰν τὸ καταφερόμενον ὕδωρ παγῇ ὑπὸ ψύξεως· χάλαζαν δὲ ὅταν περισυλληφθῇ τῷ ὑγρῷ πνεύματι. καὶ Μητρόδωρος ἀπὸ τῆς ὑδατώδους ἀναφορᾶς συνίστασθαι τὰ νέφη. Ἐπίκουρος ἀπὸ τῶν ἀτόμων· στρογγυλίζεσθαι δὲ τὴν χάλαζαν, καὶ τὸν ὑετὸν γίνεσθαι ἀπὸ τῆς μακροτέρας φορᾶς διὰ τοῦ ἀέρος συμβαινούσης ἀποπληττομένων.

Περὶ ἴριδος.

Τῶν μεταρσίων παθῶν τὰ μὲν καθ' ὑπόστασιν γίνεται, οἷον ὄμβρος, χάλαζα· τὰ δὲ κατ' ἔμφασιν, ἰδίαν οὐκ ἔχοντα ὑπόστασιν. αὐτίκα γοῦν πλεόντων ἡμῶν ἡ ἤπειρος κινεῖσθαι δοκεῖ. ἔστιν οὖν κατ' ἔμφασιν ἡ ἶρις, περὶ ἧς μὲν λεξόμεθα, εἰ πρότερον διδάξομεν, πῶς αὐτὴν ὁρῶμεν. κατὰ γὰρ γραμμάς, ἢ κατ' εὐθείας, ἢ κατὰ καμπύλας, ἢ κατ' ἀνακλωμένας γραμμὰς ἀδήλους, λόγῳ θεωρητάς, καὶ ἀσωμάτους ὁρῶμεν· κατὰ μὲν οὖν εὐθείας ὁρῶμεν τὰ ἐν ἀέρι, καὶ τὰ διὰ τῶν λίθων τῶν διαυγῶν, καὶ κεράτων (λεπτομερῆ γὰρ ταῦτα πάντα) καμπύλας δὲ γραμμὰς καθ' ὕδατος βλέπομεν γινομένας. κάμπτεται γὰρ ἡ ὄψις βίᾳ διὰ τὴν πυκνοτέραν τοῦ ὕδατος ὕλην. διὸ καὶ τὴν κώπην ἐν τῇ θαλάσσῃ μακρόθεν καμπτομένην ὁρῶμεν. τρίτος δὲ τρόπος τοῦ βλέπειν τὰ ἀνακλώμενα, ὡς τὰ κατοπτρικά· ἔστιν οὖν τὸ τῆς ἴριδος πάθος τοιοῦτον. δεῖ γὰρ ἐπινοῆσαι τὴν ἀναθυμίασιν τὴν ὑγρὰν εἰς νέφος μεταβάλλεσθαι, εἶτα ἐκ τοῦ κατὰ βραχὺ εἰς μικρὰς ῥανίδας δροσίζειν νοτιζούσας, ὅταν οὖν ὁ ἥλιος γένηται εἰς δυσμάς, ἀνάγκη γὰρ πᾶσαν ἶριν ἀντικρὺς τοῦ ἡλίου φαίνεσθαι, ὅτε ἡ ὄψις προσπεσοῦσα ταῖς ῥανίσιν ἀνακλᾶται, ὥστε συμβαίνειν τὴν ἶριν· εἰσὶ δὲ αἱ ῥανίδες οὐ σχήματος μορφαί, ἀλλὰ χρώματα φαίνεται. τρία γὰρ ἶρις ἔχει χρώματα· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἔχει φοινικοῦν, τὸ δὲ δεύτερον ἁλουργὲς καὶ πορφυροῦν, τὸ δὲ τρίτον κυανέον, καὶ πράσινον· μή ποτε τὸ μὲν φοινικοῦν, ὅτι ἡ λαμπρότης τοῦ ἡλίου προσπίπτουσα, καὶ ἡ ἀκραιφνὴς λαμπηδὼν ἀνακλωμένη, ἐρυθρὸν ποιεῖ, καὶ φοινι-

κοῦν τὸ χρῶμα· τὸ δὲ δεύτερον μέρος ἐπιθολούμενον, καὶ ἐκλυόμενον μᾶλλον τῆς λαμπηδόνος διὰ τὰς ῥανίδας ἁλουργές. ἄνεσις γὰρ τοῦ ἐρυθροῦ τοῦτο ἐστι· τὸ δὲ πάλιν ἐπιθολούμενον τὸ διορίζον μεταβάλλεται εἰς τὸ πράσινον· ἔστιν οὖν τοῦτο δοκιμάσαι δι' ἔργων· εἰ γάρ τις εἰς τὸ ἄντικρυ τοῦ ἡλίου λάβῃ ὕδωρ καὶ πτύσῃ, αἱ δὲ ῥανίδες ἀνάκλασιν λάβοιεν πρὸς τὸν ἥλιον, εὑρήσει γινομένην ἶριν· καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες δὲ τοῦτο πάσχουσιν, ὅταν εἰς τὸν λύχνον ἀποβλέψωσιν. Ἀναξιμένης δὲ ἶριν γίνεσθαι νομίζει κατ' αὐγασμὸν ἡλίου πρὸς νέφει πυκνῷ, καὶ παχεῖ, καὶ μέλανι, παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰς ἀκτῖνας εἰς τὸ πέρας διακόπτειν ἐπισυνισταμένας αὐτῷ. Ἀναξαγόρας ἀνάκλασιν ἀπὸ νέφους πυκνοῦ τῆς ἡλιακῆς περιφερείας. κατ' ἀντικρὺ δὲ τοῦ κατοπτρίζοντος αὐτὸν ἀστέρος διὰ παντὸς ἵστασθαι. παραπλησίως δὲ φυσιολογεῖται τὰ καλούμενα παρήλια, γινόμενα δὲ κατὰ τὸν πόντον. Μητρόδωρος δὲ ὅταν διὰ νεφῶν ὁ ἥλιος διαλάμψῃ, τὸ μὲν νέφος κυανίζειν, τὴν δ' αὐγὴν ἐρυθραίνεσθαί φησι.

rem: Secunda autem pars turbidior splendore à guttis dissoluto; purpureum, qui rubri coloris est imminutio; cùm adhuc turbidior nubes rorem fundens in viridem transit. Id exemplis comprobare licet. Si quis è regione radiorum Solis aquam accipiat, & expuat, guttæ autem à Sole refractionem suscipiant, inueniet factum arcum cælestem, & qui ophthalmiâ laborant idem patiuntur, si ad lucernam respiciant. Anaximenes arcum cælestem fieri putat à splendore Solis in nube densa, crassa, & nigra, quòd non possit eius superficiem penetrare, sed in ea consistat. Anaxagoras refractionem lucis Solaris esse à nube crassa, quæ semper ex aduersa parte Solis est, qui in ea tanquam in speculo apparet: eam quoque causam affert cur duo Soles frequenter in Ponto contingant. Metrodorus quando in nube Sol fulget, nubem cæruleam fieri ait, fulgorem verò rubrum.

Περὶ ῥάβδων.

Τὰ κατὰ τὰς ῥάβδους, καὶ ἀνθηλίους συμβαίνοντα, μίξει τῆς ὑποστάσεως, καὶ ἐμφάσεως ὑπάρχειν οἴονται, τῶν μὲν νεφῶν ὁρωμένων, οὐ κατ' οἰκεῖον χρῶμα, ἀλλ' ἕτερον, ὅπερ κατὰ τὴν ἔμφασιν φαίνεται· ἐν δὲ τούτοις πᾶσι τά τε κατὰ φύσιν, καὶ κατ' ἐπίκτησιν ὅμοια συμβαίνει πάθη.

De virgis.

Quæ circa virgas & Soles oppositos contingunt, mixtione subsistentiæ, & apparitionis, fieri putant, cùm nubes videantur, non tamen proprio colore, sed alieno, qui visui exhibetur. in his autem omnibus, tam qui secundum naturam, quàm qui secundum adumbrationem, similes contingunt effectus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κʹ.

Περὶ ἀνέμων.

Ἀναξίμανδρος οἴεται ἄνεμον εἶναι ῥύσιν ἀέρος τῶν λεπτοτάτων ἐν αὐτῷ, καὶ ὑγροτάτων ὑπὸ τοῦ ἡλίου τηκομένων ἢ κινουμένων. Στωϊκοὶ δὲ πᾶν πνεῦμα ἀέρος εἶναι ῥύσιν λέγουσιν· ἡγοῦνταί τε κατὰ τὰς τῶν τόπων παραλλαγὰς τὰς ἐπωνυμίας παραλλάττειν, οἷον ἀπὸ ζόφου καὶ τῆς δύσεως, ζέφυρον ὠνόμαζον· τὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, καὶ τοῦ ἡλίου ἀπηλιώτην· τὸν ἀπὸ ἄρκτων, βορέαν· τὸν ἀπὸ τῆς μεσημβρίας, νότον. Μητρόδωρος δὲ ὑδάτων ἀναθυμίασιν διὰ τὴν ἡλιακὴν ἔκκαυσιν γίνεσθαι ὁρμὴν πνευμάτων· τοὺς δὲ ἐτησίας πνεῖν τοῦ πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἀέρος παχυνθέντος, ὑποχωροῦντος δὲ τοῦ ἡλίου κατὰ τὴν θερινὴν τροπήν.

Περὶ χειμῶνος καὶ θέρους.

Ἐμπεδοκλῆς, καὶ οἱ Στωϊκοὶ χειμῶνα μὲν γίνεσθαι τοῦ ἀέρος ἐπικρατοῦντος τῇ πυκνώσει, καὶ εἰς τὸ ἀνώτερον βιαζομένου· θέρος δὲ τοῦ πυρός, ὅταν εἰς τὸ κάτω βιάζηται.

CAPVT XX.

De ventis.

Anaximander ventum existimat fluxum aëris esse, motis aut colliquatis à Sole, quæ in eo sunt, partibus tenuissimis & humidissimis. Stoici dicunt esse spiritum aëris, arbitrantúrque pro locorum diuersitate varias appellationes sortiri, nam & ventum qui ab occasu spirat, fauonium appellarunt, qui ab ortu Solis, subsolanum, à Septentrione, Aquilonem, à meridie Austrum. Metrodorus autem aqueam exhalationem propter Solis æstum fieri ventorum impetum. Etesias autem spirare densato aëre qui ad Septentrionem est, & Sole à nobis recedente solstitio æstiuo.

De hyeme & æstate.

Empedocles & Stoici hyemen fieri dicunt aëre præualente, sursúmque suâ se densitate protrudente: æstatem autem contrà igne superante, ac se deorsum ad nos agente.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑʹ.

Περὶ γῆς.

Θαλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ μίαν εἶναι τὴν γῆν ὑπολαμβάνουσι· τῶν δὲ Πυθαγορείων τινὲς δύο, καὶ ταύτην εἶναι, καὶ τὴν ἀντίχθονά φασιν. οἱ Στωϊκοὶ δὲ γῆν εἶναι μίαν, καὶ πεπερασμένην. Μητρόδωρος δὲ τὴν γῆν ὑπόστασιν εἶναι, καὶ οἱονεὶ τρύγα τοῦ ὕδατος νομίζει, ὡς τὸν ἥλιον τοῦ ἀέρος.

Περὶ σχημάτων γῆς.

Θαλῆς, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, σφαιροειδῆ τὴν γῆν νομίζουσιν. Ἀναξίμανδρος δὲ λίθῳ κίονι τὴν γῆν προσφερῆ

CAPVT XXI.

De terra.

Thales, & qui ipsum sequuti sunt, vnicam esse terram existimant. Pythagoreorum aliqui, & hanc esse, & aliam huic oppositam dicunt. Stoici autem dicunt vnam esse terram, eamque finitam. Metrodorus terram esse sedimentum, & tanquam faecem aquæ putat, vt Solem aëris.

De figuris terræ.

Thales, & qui eum sequuti sunt, rotundam terram existimant. Anaximander autem terram lapi-

deæ columnæ planæ similem. Anaximenes mensæ figuram obtinere; Leucippus tympani; Democritus disco quidem similem latitudine, verùm in medio concauam putat.

De situ terræ.

Qui Thaletem sequuti sunt, terram in medio positam existimãt. Xenophanes primam docuit terram in infinitam profunditatem radices mittere ex inferiori parte: compactam verò ex aëre & igne. Philolaus Pythagoricus ignem esse in medio, ipsum enim esse quasi focum vniuersi. Secundam *ab ipso terram* primæ oppositam, tertiam verò habitabilem ex aduerso positam & circũductam terræ Antipodum. Parmenides primus desiniuit ea loca quæ habitantur sub duobus tropicis circulis esse terram.

De inclinatione terræ.

Leucippus terram in partes Austrinas propendere putat, ob raritatem quæ inest illis partibus, compactâ nimirum frigore Septentrionali plaga, & oppositâ combustâ. Democritus, quòd imbecillior sit pars austrina ambitus, ideo terram mole auctam eò inclinare. Partes enim Septentrionales sunt intemperatæ, Meridionales verò temperatæ. Vnde terra eò deprimitur, vbi fructibus abundat & incremento.

De motu terræ.

Alij quidem immotam manere terram existimant. Philolaus autem Pythagoricus circulariter moueri circum ignem per obliquum circulum, eo modo quo Sol & Luna. Heraclides autem Ponticus & Ecphantus Pythagoricus mobilem terram, non vt suum locum transiliat, sed rotæ instar circonferatur, ab occasu ad ortum circa proprium suum centrum. Democritus initio terram, ob tenuitatem & leuitatem errasse dicit, verùm procedente tempore densiorem, & grauiorem factam, constitisse.

De diuisione terræ.

Quidam è Pythagoreis terram eâdem proportione, quâ totius cæli globus diuisus est, diuidunt in quinque circulos, septentrionalem, meridionalem, *solstitialem*, æstiuum, & hybernum, atque æquinoctialem; horum medius medium terræ torridæ definit, atque habitabilis est Zona illa quæ media est inter circulum æstiuum & hybernum, quòd sit temperata.

De terræ motibus seu concussionibus.

Thales & Democritus aquæ terræ motus caussam tribuunt. At Stoici dicunt terræ concussionem esse humidi vaporis è terra in aërem descendentis ac erumpentis *impetum*. Anaximenes terræ siccitatem & humiditatem concussionis *huius* caussam *assignat*, quarum illam quidem ardores, hanc verò pluuiæ gignant. Anaxagoras terræ motum fieri excussione aëris, qui quum in densitatem superficiei terræ irrumpat, nec expulsionem pati valeat, ambientem *locum* tremore concutit. Aristoteles autem flatum motionis qui quum intro fluit, extra exhalat, ob ambientem vndique frigoris antiperistasin, sursum deorsúmque ipso circumstante. Nam calidum superius fieri properat, quum leue sit, ob ídque interceptione facta humidæ exhalationis, reuulsionibus, adacti cunei instar, oppositísque conuolutionibus terræ concussiones creari. Metrodorus nullum in proprio loco corpus moueri nisi quis impellat, aut actu detrahat. Quamobrem terram quoque sua in sede morantem naturaliter moueri non posse, quædam tamen

A τῶν ἐπιπέδων. Ἀναξιμένης τραπεζοειδῆ. Λεύκιππος τυμπανοειδῆ, Δημόκριτος δισκοειδῆ μὲν τῷ πλάτει, κοίλην δὲ τὸ μέσον τῷ μεγέθει.

Περὶ θέσεως γῆς.

Οἱ ἀπὸ Θάλεω, μέσην τὴν γῆν οἴονται εἶναι. Ξενοφάνης πρώτην τὴν γῆν ἐκ τοῦ κατωτέρου μέρους εἰς ἄπειρον βάθος ἐρριζῶσθαι, ἐξ ἀέρος δὲ καὶ πυρὸς συμπαγῆναι. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος τὸ μὲν πῦρ μέσον. τοῦτο γὰρ εἶναι τοῦ παντὸς ἑστίαν· ἑτέραν δὲ τὴν ἀντίχθονα. τρίτην δὲ τὴν οἰκουμένην ἐξ ἐναντίας κειμένην, καὶ περιφερομένην τῇ ἀντίχθονι.
B Παρμενίδης ὁ πρῶτος ἀφώρισε τοὺς οἰκουμένους τόπους ὑπὸ ταῖς δύο ζώναις τροπικαῖς εἶναι τὴν γῆν.

Περὶ ἐγκλίσεως γῆς.

Λεύκιππος παρεκπεσεῖν τὴν γῆν εἰς τὰ μεσημβρινὰ μέρη, διὰ τὴν ἐν τοῖς μεσημβρινοῖς ἀραιότητα, ἅτε δὴ πεπηγότων τῶν βορείων, διὰ τὸ κατεψῦχθαι τοῖς κρυμοῖς, τῶν δὲ ἀντιθέτων πεπυρωμένων. Δημόκριτος, διὰ τὸ ἀσθενέστερον εἶναι τὸ μεσημβρινὸν τοῦ περιέχοντος, αὐξομένην τὴν γῆν κατὰ τοῦτο ἐγκλιθῆναι. τὰ γὰρ βόρεια ἄκρατα, τὰ δὲ μεσημβρινὰ κέκραται. ὅθεν κατὰ τοῦτο βεβάρυται, ὅπου περισσή
C ἐστι τοῖς καρποῖς, καὶ τῇ αὐξήσει.

Περὶ κινήσεως γῆς.

Οἱ μὲν ἄλλοι μένειν τὴν γῆν ὑπολαμβάνουσι. Φιλόλαος δὲ ὁ Πυθαγόρειος κύκλῳ περιφέρεσθαι περὶ τὸ πῦρ κατὰ κύκλου λοξοῦ, ὁμοιοτρόπως ἡλίῳ καὶ σελήνῃ. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς καὶ Ἔκφαντος ὁ Πυθαγόρειος κινοῦσι τὴν γῆν οὐ μήν γε μεταβατικῶς, ἀλλὰ τροχοῦ δίκην ἐνζωνισμένην ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὴν περὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς κέντρον. κατ' ἀρχὰς μὲν πλάζεσθαι τὴν γῆν φησιν ὁ Δημόκριτος διά τε μικρότητα καὶ κουφότητα, πυκνωθεῖσαν δὲ τῷ χρόνῳ, καὶ
D βαρυνθεῖσαν καταστῆναι.

Περὶ διαιρέσεως γῆς.

Τῶν Πυθαγορείων τινὲς τὴν γῆν ἀναλόγως τῇ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ σφαίρᾳ διῃρῆσθαι εἰς πέντε ζώνας, ἀρκτικὴν, ἀνταρκτικὴν, θερινὴν, χειμερινὴν, ἰσημερινήν· ὧν ἡ μέση τὸ μέσον τῆς γῆς ὁρίζεται διακεκαυμένης. ἡ δὲ οἰκητή ἐστι μέση τῆς θερινῆς, καὶ τῆς χειμερινῆς εὔκρατος οὖσα.

Περὶ σεισμῶν γῆς.

E Θαλῆς μὲν καὶ Δημόκριτος ὕδατι τὴν αἰτίαν τῶν σεισμῶν προσάπτουσιν· οἱ δὲ Στωϊκοὶ σεισμὸν εἶναι λέγουσι τὸ ἐκ τῆς γῆς ὑγρὸν εἰς ἀέρα διακρινόμενον καὶ ἐκπίπτον. Ἀναξιμένης ξηρότητα καὶ ὑγρότητα τῆς γῆς, αἰτίαν τῶν σεισμῶν, ὧν τὴν μὲν αὐχμοὶ γεννῶσι, τὴν δὲ ἐπομβρίαι. Ἀναξαγόρας, ἀέρος ὑποδύσει, τῇ μὲν πυκνότητι τῆς ἐπιφανείας προσπίπτοντος, τῷ δὲ ἔκκρισιν λαβεῖν μὴ δύνασθαι τρόμῳ τὸ περιέχον κραδαίνοντος. Ἀριστοτέλης δὲ, πνεῦμα τῆς κινήσεως, ὅταν ἔσω τύχῃ ῥυὲν τὸ ἔξω ἀναθυμιώμενον, διὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ πανταχόθεν ἀντιπερίστασιν κάτωθεν καὶ ἄνωθεν αὐτοῦ περιστάντος· τὸ γὰρ θερμὸν ἀνωτέρω γε-
F νέσθαι σπεύδει, ἅτε δὴ κοῦφον ὄν· καὶ διὰ τοῦτο ἐν ἀπολείψει γενομένης τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, τῇ ἀντισπάσει καὶ τοῖς ἀντελιγμοῖς, τὸν σεισμὸν ποιεῖ. Μητρόδωρος, μηδὲν ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ σῶμα κινεῖσθαι, εἰ μή τις προσώσειεν ἢ καθελκύσειεν κατ' ἐνέργειαν· διὸ μηδὲ τὴν γῆν ἅτε δὴ κειμένην φυσικῶς κινεῖσθαι, τόπους δέ τινας αὐτῆς νοσεῖν τοῖς

ἄλλοις. Παρμενίδης, καὶ Δημόκριτος διὰ τὸ πανταχόθεν ἴσον ἀφεστῶσαν μένειν ἐπὶ τῆς ἰσοῤῥοπίας, οὐκ ἔχουσαν αἰτίαν δι᾽ ἣν δεῦρο μᾶλλον ἢ ἐκεῖσε ῥέψειεν ἄν. Διὰ τοῦτο μόνον μὲν κραδαίνεσθαι, μὴ κινεῖσθαι δέ. Ἀναξιμένης, διὰ τὸ πλάτος ἐποχεῖσθαι τῷ ἀέρι· οἱ δέ φασιν, ἐφ᾽ ὕδατος καθάπερ τὰ πλατυμώδη καὶ σανιδώδη ἐπὶ τῶν ὑδάτων, διὰ τοῦτο κινεῖσθαι. Πλάτων, πάσης μὲν κινήσεως ἓξ εἶναι περιστάσεις, ἄνω, κάτω, ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ θάτερα, ἔμπροσθεν, καὶ ὄπισθεν· κατ᾽ οὐδεμίαν δὲ τούτων ἐνδέχεσθαι τὴν γῆν κινεῖσθαι, ἐν τῷ πανταχόθεν κατωτάτην κειμένην, μένειν μὲν ἀκίνητον, μηδὲν ἔχουσαν ἐξαίρετον εἰς τὸ ῥέπειν μᾶλλον, τόποις δὲ αὐτῆς κατ᾽ ἀραιότητα σαλεύεσθαι. Ἐπίκουρος ἐνδέχεσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ πάχους ἀέρος τοῦ ὑποκειμένου, ὑδατώδους ὄντος, ἀνακρουομένην αὐτὴν καὶ οἷον ὑποτυπτομένην κινεῖσθαι. ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ συραγγώδη τοῖς κατωτέρω μέρεσι καθεστῶσαν ὑπὸ τοῦ διασπειρομένου πνεύματος εἰς τὰς ἀντροειδεῖς κοιλότητας ἐμπίπτοντας σαλεύεσθαι.

ipsius loca aliò tendere. Parmenides & Democritus terram æqualiter vndique recessisse, æqualiter quoque protendere dicunt, nec habere causam, ob quam huc potius quàm illuc vergat, proindéque concuti tantùm, non moueri. Anaximenes terræ planitiem aëri insidere; Alij verò aquis innatare instar foliorum platani, aut asserum, ideóque moueri. Plato omnis motus sex circumstantias enumerat, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, antrorsum, retrorsum; horum verò nullum posse terræ accidere, quum vndique ima sit, maneátque immota. Epicurus, fieri posse vt terra aëris subiecti, qui aquosus est, crassitie impulsa ac quasi succussa moueatur, fieri etiam posse vt infimis suis partibus cauernosa cùm sit, spiritu qui per eam dispergitur, in cauernas antrorum similes incidente quassetur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ θαλάττης, διὰ τί ἁλμυρά ἐστιν.

Ἀναξίμανδρος τὴν θάλασσαν φησὶν εἶναι τῆς πρώτης ὑγρασίας λείψανον, ἧς τὸ μὲν πλεῖον μέρος ἀνεξήρανε τὸ πῦρ, τὸ δὲ ὑπολειφθὲν διὰ τὴν ἔκκαυσιν μετέβαλεν. Ἀναξαγόρας τοῦ κατ᾽ ἀρχὴν λιμνάζοντος ὑγροῦ περικαέντος ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς περιφορᾶς, καὶ τοῦ λιπαροῦ ἐξατμισθέντος, εἰς ἁλυκίδα καὶ πικρίαν τὸ λοιπὸν ὑποστῆναι. Ἐμπεδοκλῆς, ἱδρῶτα τῆς γῆς ἐκκαιομένης ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Ἀντιφῶν ἱδρῶτα θερμοῦ ἐξ οὗ τὸ περιληφθὲν ὑγρὸν ἀπεκρίθη τῷ καθεψηθῆναι παρακυλίσασα, ὅπερ ἐπὶ παντὸς ἱδρῶτος συμβαίνει. Μητρόδωρος, διὰ τὸ διηθῆσαι διὰ τῆς γῆς, μετειληφέναι τοῦ περὶ αὐτὴν πάχους, καθάπερ τὰ διὰ τῆς τέφρας ὑλιζόμενα. οἱ ἀπὸ Πλάτωνος τοῦ στοιχειώδους ὕδατος τὸ μὲν ἐξ ἀέρος κατὰ περίψυξιν συνιστάμενον γλυκὺ γίνεσθαι· τὸ δ᾽ ἀπὸ τῆς γῆς κατὰ περίκαυσιν καὶ ἐκπύρωσιν ἀναθυμιώμενον, ἁλμυρόν.

CAPVT XXII.

De Mari, & cur salsum sit.

Anaximander esse dicit mare prioris humoris reliquum, cuius maiorem portionem ignis exiccauit, residuum verò propter exustionem transmutauit. Anaxagoras cum humor per initia stagnans à solari circumuentione esset adustus, exhalassétque pars pinguis, reliquum salsuginem & amarorem subiisse. Empedocles terræ sudorem à Sole vstæ. Antiphon sudorem calidi à quo excretum est, quod supererat humidi elixando in salsuginem conuersum, quod in quouis fit sudore. Metrodorus quia mare sit percolatum per terram, ideo crassitiem eius participasse: sicut euenit iis quæ per cinerem colantur. Platonici aquæ elementaris partem aliam ex aëre frigore coactam exstitisse dulcem, aliam quæ à terra ex ardore & incendio exhalasset, salsam.

Πῶς ἀμπώτιδες γίνονται καὶ πλημμυρεῖαι.

Ἀριστοτέλης ὑπὸ τοῦ ἡλίου τὰ πλεῖστα τῶν πνευμάτων κινεῖσθαι, καὶ περιφέρεσθαι, ὧν ἐμβαλόντων ἐνοιδεῖν τὴν Ἀτλαντικὴν θάλασσαν, καὶ κατασκευάζειν τὰς πλημμύρας· ληγόντων δὲ καὶ ἀντιπερισπωμένων ὑποβαίνειν, ὅπερ εἶναι τὴν ἄμπωσιν. Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης τῇ πληρώσει τῆς σελήνης τὰς πλημμύρας, τῇ δὲ ἐκλείψει τὰς ἀμπώτιδας. Τίμαιος τοὺς ἐμβάλλοντας ποταμοὺς εἰς τὴν Ἀτλαντικὴν διὰ τῆς κελτικῆς ὀρεινῆς αἰτιᾶται· προσωθοῦντας μὲν τὰς ἐφόδους, καὶ πλημμυρεῖαν ποιοῦντας, ληγόντων δὲ τὰς ἀμπώτιδας γίνεσθαι.

Quî fiant æstus accedentes & recedentes maris.

Aristoteles plures ventos à Sole moueri & circumduci putat, iisque ingruentibus Atlanticum mare intumescere, æstúsque effici recedentes, cessantibus verò, illud retrahi ac subsidere, ídque esse æstus accedentes. Pytheas Massiliensis Lunæ incremento mare increscere, decremento verò decrescere. Timæus plures fluuios descendentes in Atlanticum mare per montes Celticos causam esse dicit, qui iter suum promouentes, maris recessum faciunt, cùm verò desinunt, maris accessum fieri.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ ἀναβάσεως τοῦ Νείλου.

Θαλῆς τοὺς ἐτησίους ἀνέμους οἴεται πνέοντας τῇ Αἰγύπτῳ ἀντιπροσώπους ἐπαίρειν τοῦ Νείλου τὸν ὄγκον, διὰ τὸ τὰς ἐκροὰς αὐτοῦ τῇ παροιδήσει τοῦ ἀντιπαρήκοντος πελάγους ἀνακόπτεσθαι. Εὐθυμένης ὁ Μασσαλιώτης ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ τῆς ἔξωθεν θαλάττης πλημμυρεῖν τὸν ποταμὸν οἴεται. Ἀναξαγόρας ἐκ τῆς χιόνος τῆς ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ, τηκομένης μὲν τῷ θέρει, ψυχομένης δὲ τῷ χειμῶνι. Δημόκριτος χιόνος τῆς οὔσης τοῖς πρὸς ἄρκτον μέρεσιν ὑπὸ θερινὰς τροπὰς ἀναλυομένης, νέφη

CAPVT XXIII.

De incremento Nili.

Thales Etesias ventos aduersus Ægyptum flantes Nili aquas attollere putat, quod ostia ipsius quibus se exonerat maris, obtrusi influxu obturentur. Euthymenes Massiliensis, ab aquis Oceani & externi maris inundare Nilum existimat. Anaxagoras à niuibus Æthiopiæ, quæ per hyemem densatæ, æstiuo tempore liquantur. Democritus putat fieri à niuibus in partibus Septentrionalibus circa Solstitium æstiuum liquatis, & nubes com-

pacta ex halitibus, & ab Eteſiis ventis ſimul aduecta verſus meridiem & Ægyptum, vehementes imbres fundere quibus Nilus redundat. Herodotus æqualiter moueri hyeme & æſtate propter fontes; id autem minus apparere hyeme, quia hac tempeſtate Sol vicinior Ægypto aquas in vapores redigit. Ephorus hiſtoricus æſtate ait relaxari totam Ægyptum, ac quaſi exudare copioſam aquam, ac conferre ad hoc etiam Arabiam, & Africam ob raritatem & ſabuloſum ſolum. Eudoxus ait ſacerdotes imbribus & oppoſitis temporum anni rationibus rem imputare: quando enim apud nos æſtas eſt, qui ſub æſtiuo habitamus Tropico, tum iis qui è regione ſub hyemali circulo degunt, hyemem eſſe, à quibus tum exundans aqua prorumpat.

ἐκ τῶν ἀτμῶν πληροῦσθαι, καὶ συνελαυνόμενα πρὸς τὴν μεσημβρίαν, καὶ τὴν Αἴγυπτον ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἀνέμων, ἀποτελεῖν ῥαγδαίους ὄμβρους, ὑφ' ὧν ἐγείρεσθαι τὸν Νεῖλον ποταμόν. Ἡρόδοτος, ἴσον μὲν φέρεσθαι καὶ χειμῶνος καὶ θέρους ἐκ τῶν πηγῶν· φαίνεσθαι δὲ ἐλάττονα τοῦ χειμῶνος, διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ πλησίον ὄντα τὸν ἥλιον τῆς Αἰγύπτου ἐξατμίζειν τὰ νάματα. Ἔφορος ὁ ἱστοριογράφος κατὰ θέρος φησὶν ἀναχαλᾶσθαι τὴν ὅλην Αἴγυπτον, καὶ οἱονεὶ ἐξυδροῦν τὸ πολὺ νᾶμα. συνδίδωσι δ' αὐτῇ, καὶ ἡ Ἀραβία, καὶ ἡ Λιβύη διὰ τὸ ἀραιὸν καὶ ὑπόψαμμον. Εὔδοξος τοὺς ἱερέας φησὶ λέγειν τὰ ὄμβρια τῶν ὑδάτων, καὶ τὴν ἀντιπερίστασιν τῶν ὡρῶν, ὅταν γὰρ ἡμῖν εἴη θέρος τοῖς ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν οἰκοῦσιν, τότε τοῖς ὑπὸ τὸν χειμερινὸν τροπικὸν ἀντοίκοις χειμών ἐστιν, ἐξ ὧν τὸ πλημμυροῦν ὕδωρ καταρρήγνυται.

CAPVT XXIV.

De ſenſu & ſenſili.

SENSVS, ſecundum Stoicos, eſt obiecti ſenſilis per ſentiendi organum comprehenſio, ſeu perceptio. Senſus autem multis modis dicitur. Nam & habitus, & facultas, & functio, & imaginatio apprehendens, ſentiendi organo fiunt, ipſa quoque octaua animæ facultas, à qua ſentiendi vis manat. Rurſus autem ſenſus organa ſunt ſpiritus intelligentes à principe facultate ad ſenſuum organa protenſi. Epicurus, particula eſt ſenſus, quæ tum ſentiendi facultas eſt, tum functio, ac proinde effectus, adeo vt ab ipſo dupliciter dicatur, ſenſus quidem facultas, & ſenſilis functio. Plato ſenſum enunciat animæ & corporis ſocietatem ad externa *cognoſcenda*. Facultas quidem eſt animæ, inſtrumentum verò corporis; at ambo per imaginationem externa apprehendunt. Leucippus & Democritus ſenſum & intelligentiam obtingere coniiciunt rerum ſimulachris foris occurſantibus, neutrum autem horum obire poſſe, cui obiecti ſimulachrum non occurrat.

An verus ſenſus, veráque ſit imaginatio.

Stoici ſenſus quidem veros *arbitrantur*, imagitionum verò quaſdam veras, quaſdam falſas. Epicurus, ſenſum omnem, omnémq; imaginationem veram; opinionum alias veras *eſſe*, alias falſas; ſenſúſque vno tantùm modo falli in notionibus, imaginationibus verò duobus; Etenim & ſenſilium eſt imaginatio, & eorum quæ ſub intelligentiam cadunt. Empedocles & Heraclides pro meatuum commoderatione ſenſus fieri, quum quoduis ſenſile ſuo ſenſui accommodetur.

Quot ſint ſenſus.

Stoici quinque particulares ſenſus enumerant, viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum. Ariſtoteles ſextum quidem non profert, ſed communem ſenſum compoſitarum ſpecierum iudicem *conſtituit*, ad quem ſinguli *ſenſus* ſimplices propria cuique viſa renunciant, in quo ab altero ad alterum fit tranſitus, quemadmodum figuræ & motus, oſtenditur. Democritus plures ſenſus brutis, quàm Diis & ſapientibus ineſſe cenſuit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔʹ.

Περὶ αἰσθήσεως, καὶ αἰσθητοῦ.

ΚΑΤΑ τοὺς Στωϊκοὺς αἴσθησίς ἐστιν ἀντίληψις αἰσθητοῦ δι' αἰσθητηρίου, ἢ κατάληψις· ἡ δὲ αἴσθησις πολλαχῶς λέγεται· ἥτε γὰρ ἕξις, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ φαντασία ἡ καταληπτικὴ δι' αἰσθητηρίου γίνονται· καὶ αὐτὸ τὸ ὄγδοον ἡγεμονικόν, ἀφ' οὗ ἡ αἰσθητικὴ βία συνίσταται· πάλιν δὲ αἰσθητήρια λέγεται πνεύματα νοερά, ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐπὶ τὰ ὄργανα τεταμένα. Ἐπίκουρος, τὸ μόριόν ἐστιν ἡ αἴσθησις, ἥτις ἐστὶν ἡ δύναμις, καὶ τὸ ἐπαίσθημα, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐνέργημα, ὥστε διχῶς παρ' αὐτοῦ λέγεσθαι, αἴσθησιν μὲν τὴν δύναμιν, αἰσθητικὸν δὲ τὸ ἐνέργημα. Πλάτων τὴν αἴσθησιν ἀποφαίνεται ψυχῆς, καὶ σώματος κοινωνίαν πρὸς τὰ ἐκτός· ἡ μὲν γὰρ δύναμις, ψυχῆς, τὰ δὲ ὄργανα, σώματος· ἄμφω δὲ διὰ φαντασίαν ἀντιληπτικὰ τῶν ἔξωθεν γίνεται. Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος τὴν αἴσθησιν, καὶ τὴν νόησιν γίνεσθαι εἰδώλων ἔξωθεν προσιόντων· μηδενὶ γὰρ ἐπιβάλλειν μηδετέραν χωρὶς τοῦ προσπίπτοντος εἰδώλου.

Εἰ ἀληθὴς ἡ αἴσθησις, καὶ ἡ φαντασία.

Οἱ Στωϊκοὶ τὰς μὲν αἰσθήσεις, ἀληθεῖς, τῶν δὲ φαντασιῶν τὰς μὲν ἀληθεῖς, τὰς δὲ ψευδεῖς. Ἐπίκουρος πᾶσαν αἴσθησιν καὶ πᾶσαν φαντασίαν, ἀληθῆ· τῶν δὲ δοξῶν τὰς μὲν ἀληθεῖς, τὰς δὲ ψευδεῖς· καὶ ἡ μὲν αἴσθησις μοναχῶς ψευδοποιεῖται τὰ κατὰ τὰ νοήματα, ἡ δὲ φαντασία διχῶς· καὶ γὰρ αἰσθητῶν ἐστι φαντασία καὶ νοητῶν. Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἡρακλείδης παρὰ τὰς συμμετρίας τῶν πόρων τὰς κατὰ μέρος αἰσθήσεις γίνεσθαι, τοῦ οἰκείου τῶν αἰσθητῶν ἑκάστῃ ἁρμόζοντος.

Πόσαι εἰσὶν αἱ αἰσθήσεις.

Οἱ Στωϊκοὶ πέντε τὰς ἰδικὰς αἰσθήσεις, ὅρασιν, ἀκοήν, ὄσφρησιν, γεῦσιν, ἁφήν. Ἀριστοτέλης ἕκτην μὲν οὐ λέγει, κοινὴν δὲ αἴσθησιν τὴν τῶν συνθέτων εἰδῶν κριτικήν, εἰς ἣν πᾶσαι συμβάλλουσιν αἱ ἁπλαῖ τὰς ἰδίας ἑκάστη φαντασίας, ἐν ᾗ τὸ μεταβατικὸν ἀφ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον, οἱονεὶ σχήματος καὶ κινήσεως, δείκνυται. Δημόκριτος πλείους εἶναι αἰσθήσεις περὶ τὰ ἄλογα ζῷα, ἢ περὶ τοὺς θεοὺς καὶ σοφούς.

Πῶς γὰρ ἡ αἴσθησις, καὶ ἡ νόησις, καὶ ὁ διὰ κατάθεσιν λογισμός.

A

Οἱ Στωϊκοί φασιν ὅταν ἄνθρωπος γίνηται, ἔχει τὸ ἡγεμονικὸν μέρος τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, ὥσπερ χάρτην ἐνεργοῦντα εἰς ἀπογραφήν, εἰς τοῦτο γὰρ μία ἑκάστη τῶν ἐννοιῶν ἐναπογράφεται· πρῶτος δὲ ὁ τῆς ἀναγραφῆς τρόπος, ὁ διὰ τῶν αἰσθήσεων· αἰσθανόμενοι γάρ τινος, οἷον λευκοῦ χιτωνίου, ἀπελθόντος αὐτοῦ μνήμην ἔχομεν, ὅταν δὲ ὁμοειδεῖς πολλαὶ μνῆμαι γίνωνται, τότε φαμὲν ἔχειν ἐμπειρίαν· ἐμπειρία γάρ ἐστιν ὁμοειδῶν φαντασιῶν πλῆθος· τῶν δὲ ἐννοιῶν αἱ μὲν φυσικῶς γίνονται κατὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους, καὶ οὐ τεχνικῶς· B αἱ δὲ ἤδη δι' ἡμετέρας ἐπιμελείας καὶ διδασκαλίας· αὗται μὲν καὶ ἔννοιαι καλοῦνται μόναι, ἐκεῖναι δὲ καὶ προλήψεις· ὁ δὲ λόγος καθ' ὃν προσαγορευόμεθα λογικοί, ἐκ τῶν προλήψεων συμπληροῦσθαι λέγεται κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα· τοῦτο γάρ ἐστι νόημα, φάντασμα διανοίας λογικοῦ ζώου· τὸ γὰρ φάντασμα ἐπειδὰν λογικῇ προσπίπτῃ ψυχῇ, ἐννοήματος δεῖται, εἰληφότος τοὔνομα παρὰ τοῦ νοῦ· διόπερ τοῖς ἄλλοις ἀλόγοις ζώοις οὐ προσπίπτει φαντάσματα· ὅσα δὲ καὶ τοῖς θεοῖς, καὶ ἡμῖν γε, ταῦτα φαντάσματα μόνον ἐστίν· ὅσα δὲ ἡμῖν, ταῦτα καὶ φαντάσματα κατὰ γένος, καὶ C ἐννοήματα κατ' εἶδος· ὥσπερ τὰ δηνάρια καὶ οἱ στατῆρες, αὐτὰ μὲν καθ' αὑτὰ ὑπάρχει δηνάρια, καὶ στατῆρες· ἐὰν δὲ εἰς πλοίου δοθῇ μίσθωσιν, τηνικαῦτα πρὸς τῷ δηνάρια εἶναι καὶ ναῦλα λέγεται.

Quomodo fiat sensus, notio, pranotio, & interior ratio.

Quum, inquiunt Stoici, homo procreatur, tum principem habet partem animæ ipsius, per æquè ac chartam descriptioni rerum delineandæ aptam, in ea enim parte vnaquæque notionum delineatur. Primus autem delineandi modus per sensus fit: quum enim aliquid sensu percipitur, vt alba tunica, eius remotæ memoriam habemus, at quum multæ memoriæ eiusdem formæ nobis fiunt, tunc dicimus nos habere experientiam; Experientia nanque est imaginationum eiusdem generis multitudo. Notionum autem aliæ natura, eo quo diximus pacto, fiunt, non arte; aliæ verò iam nostra industria & doctrina parantur, atque hæ solæ notiones vocantur, illæ verò prænotiones. At ratio, qua rationales dicimur, ex prænotionibus primo septenario compleri dicitur. Id enim conceptus mentis est, phantasma intelligentiæ animalis ratione præditi. Phantasma nanque vbi ad rationalem animam accidit, ratiocinio indiget, quod nomen à mentis ratiocinatione dictum est, quapropter reliquis brutis animantibus non accidunt phantasmata; quæ verò & Diis & nobis, ipsa quoq; phantasmata tantùm sunt, quæ verò nobis, ea & phantasmata in genere sunt, & in specie notiones: quemadmodum denarij ac stateres, ipsi quidem per se sunt denarij & stateres, at si ad nauigij conductionem dentur, tunc iis accedit quòd & denarij sint, & naula dicantur.

Περὶ φαντασιῶν.

Χρύσιππος φησὶ διαφέρειν ἀλλήλων τέτταρα ταῦτα, φαντασίαν, φανταστόν, φανταστικόν, φάντασμα· φαντασία γὰρ οὖν ἐστι πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενον, καὶ ἐνδεικνύμενον αὐτό τε καὶ τὸ πεποιηκός· οἷον ἐπειδὰν ἴδωμεν τὸ λευ- D κὸν ὅ ἐστι πάθος ἐγγεγενημένον διὰ τῆς ὄψεως ἐν τῇ ψυχῇ ἐναλλακτικὸν τοῦ πεπονθότος· εἴρηται δὲ φαντασία ἐκ τοῦ φαίνεσθαι αὐτήν τε καὶ τὸ πεποιηκός, ἢ ἀπὸ τοῦ φωτός· καθάπερ γὰρ τὸ φῶς αὐτὸ δείκνυσι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐν αὐτῷ περιεχόμενα, καὶ ἡ φαντασία δείκνυσιν ἑαυτήν, καὶ τὸ πεποιηκὸς αὐτήν· φανταστὸν δὲ τὸ ποιοῦν τὴν φαντασίαν, οἷον τὸ λευκὸν καὶ τὸ ψυχρόν, καὶ εἴ τι ἄλλο διὰ τῶν αἰσθήσεων δύναται κινεῖν τὴν ψυχήν, φανταστόν ἐστι· φανταστικὸν δέ ἐστι διάκενος ἑλκυσμός, πάθος ἐν τῇ ψυχῇ ἀπ' οὐδενὸς φανταστοῦ γινόμενον, καθάπερ ἐπὶ τοῦ σκιαμα- E χοῦντος. τῇ γὰρ φαντασίᾳ ὑπόκειταί τι φανταστόν, τῷ δὲ φανταστικῷ οὐδέν· φάντασμα δέ ἐστιν ἐφ' ὃ ἑλκόμεθα κατὰ τὸν φανταστικὸν διάκενον ἑλκυσμόν· ταῦτα δὲ γίνεται ἐπὶ τῶν μελαγχολικῶν καὶ μεμηνότων, ὥσπερ ἐπὶ Ὀρέστου, καὶ τοῦ παρ' Ὁμήρῳ Θεοκλυμένου.

De phantasiis, seu imaginationibus.

Chrysippus inter se differre quatuor hæc existimat phantasiam; phantastum, phantasticum, & phantasma. Enimuerò phantasia *imago* affectio est quæ in anima nascitur, seque ipsam ac affectionis causam ostendit; vt quum album cernimus quo affectio insidet animæ per aspectum oborta, qua affecta anima immutatur. Phantasia nomen duxit, ἐκ τοῦ φαίνεσθαι, quòd seipsam affectionisque causam declaret; vel ἀπὸ τοῦ φωτός, *à lumine*, nam sicut lumen seipsum ostendit, & quæ cætera ipsum ambiunt; ita phantasia & se se, & quod ipsam affecit, demonstrat. Phantastum autem *imaginarium* est quod phantasiam afficit, & album, & frigidum, & si quid aliud per sensus *reliquos* animam mouere queat, id phantastum existit. Phantasticum verò, *imaginatio* inanis tractus in anima affectio à nullo phantasto, seu imaginario obiecto producta, vt aduertitur in eo qui cum vmbra concertat, & vacuo aëri manus infert. Phantasiæ nanque aliquid subiicitur, phantastico verò, nihil. Phantasma denique *imaginabile* est ad quod trahimur inani tractu phantasticæ motionis; atque hæc in melancholicis & furentibus, vt in Oreste & Theoclymo apud Homerum contingunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Περὶ ὁράσεως, καὶ πῶς ὁρῶμεν.

F

Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος κατ' εἰδώλων εἴσκρισιν οἴονται τὸ ὁρᾶν συμβαίνειν· ἕτεροι κατ' ἀκτίνων ἔκχυσιν μετὰ τῆς πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἔνστασιν πάλιν ὑποστραφείσης τῆς ὄψεως. Ἐμπεδοκλῆς τοῖς εἰδώλοις τὰς ἀκτῖνας ἀνέμιξε προσαγορεύσας τὸ γινόμενον, ἀκτῖνας εἰδώλου συνθέτου. Ἵππαρχος τὰς ἀκτῖνάς φησιν ἐφ' ἑκα-

CAPVT XXV.

De visu, & quomodo videamus.

DEMOCRITVS & Epicurus imaginum intromissione *ab obiectis* visionem fieri arbitrantur. Alij radiorum effusione qui post intensionem ad obiectum depulsam, rursum ad oculos reuertuntur. Empedocles simulachris radios adiunxit, & quod producitur ad radios simulachri compositi appellauit. Hipparchus radios, inquit, vtroque ad

oculo porrectos suis extremis tanquam manuum apprehensionibus, externis corporibus sensum alligantibus ad cernendum adducere. Plato luminis, vnius quidem effluentis collustratione ad interuallum quoddam in consimilem aërem, alterius verò à corporibus exurgentis, ac per intermedium aërem qui perfunditur, ac facile immutatur se se ad igneos oculos extendentis visionem dimanare protulit. Atque hæc est quæ Platonis collustratio dicitur.

A πέρυ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποτεινομένας ταῖς ἄκραις αὐτῶν, οἱ χειρῶν ἐπαφαῖς περικαθαπτούσαις τοῖς ἐκτὸς σώμασι τὴν ἀντίληψιν πρὸς τὸ ὁρᾶν προσάγειν. Πλάτων κατὰ συναυγασμὸν, τοῦ μὲν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν φωτὸς ἐπὶ ποσὸν ἀπορρέοντος εἰς τὸν ὅμοιον ἀέρα, τοῦ δὲ ἀπὸ τῶν σωμάτων φερομένου ἀπορρέν· τοῦ δὲ μεταξὺ ἀέρα εὐδιάχυτον ὄντα καὶ εὔτρεπτον, συνεκτείνοντος τῷ πυρώδει τῆς ὄψεως, αὕτη λέγεται Πλατωνικὴ συναύγεια.

De speculo, & speculi imaginibus.

Empedocles *speculi imagines fieri censet* per radiorum quidem in superficie speculi coëuntium effluentias, quæ efficiuntur ab ignea vi à speculo prodeunte, appositúmque aërem in quem radiorum effluentiæ feruntur, secum trahente. Democritus & Epicurus speculares inspectiones fieri *contendunt* ex simulachrorum substantia quæ à nobis quidem feruntur; in speculo verò consistunt per contrariam conuersionem, vt ad nos. Pythagorei ex refracto visu, ferri nanque visum intensum, vt ad æs, læui verò densóque obiecto occurrentem, rursúsque repulsum in se ipsum reuerti. Ac simile quippiam ei accidat cum manu quæ extenditur, & ad humerum rursum deducitur.

Περὶ κατόπτρου, καὶ τῶν κατοπτρικῶν ἐμφάσεων.

B Ἐμπεδοκλῆς, κατὰ ἀπορρόιας μὲν τὰς συνισταμένας ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κατόπτρου πυρώδεις, καὶ τὸν περικείμενον ἀέρα εἰς ὃν φέρεται τὰ ῥεύματα συμμεταφέροντος. Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος τὰς κατοπτρικὰς ἐμφάσεις γίνεσθαι κατ' εἰδώλων ὑποστάσεις, ἃ ἵνα φέρεσθαι μὲν ἀφ' ἡμῶν, συνίστασθαι δὲ ἐπὶ τοῦ κατόπτρου κατὰ τὴν ἀντιπεριστροφήν. οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου κατὰ τὰς ἀνακλάσεις τῆς ὄψεως· φέρεσθαι μὲν γὰρ τὴν ὄψιν τεταμένην ὡς ἐπὶ τὸν χαλκὸν, στίχουσαν δὲ πυκνῷ καὶ λείῳ, πληχθεῖσαν ὑποστρέφειν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτήν· ὅμοιόν τι πάσχουσαν τῇ ἐκτάσει τῆς χειρὸς, καὶ τῇ ἐπὶ τὸν ὦμον ἀντεπιστροφῇ.

Vtrum videantur tenebræ.

C Stoici tenebras videri deprehendunt; ex oculis enim prodeuntem radium quemdam ad ipsas penetrare: neque falli visum, ab ipso namque reuera cernuntur comprehenduntúrque tenebræ. At excurrunt ex oculis radij ignei, haud nigri, vel caliginosi: tenebræ verò visum colligunt, concitant, ac obtrudunt: lux autem visum nostrum dispergit, & ad res videndas per medium aërem deducit: quamobrem non in tenebris, sed ipsas tenebras duntaxat nos intueri licet. Chrysippus contentione intermedij aëris videre nos *arbitratur* icto quidem à spiritu visorio, qui à principe facultate adusque pupillam exporrigitur, post impulsum verò ad vicinum aërem ipsum in coni formam contendente, quum eiusdem sit generis aër.

Εἰ ὁρατὸν τὸ σκότος.

Οἱ Στωϊκοὶ ὁρατὸν εἶναι τὸ σκότος ἐπιλαμβάνουσιν, ἐκ γὰρ τῆς ὄψεως ἐξιέναι τινὰ εἰς αὐτὸ αὐγήν· καὶ οὐ ψεύδεται ἡ ὅρασις. βλέπεται γὰρ ταῖς ἀληθείαις ὑπ' αὐτῆς τὸ σκότος· προέρχονται δὲ ἐκ τῆς ὄψεως ἀκτῖνες πύριναι, οὐχὶ μέλαιναι, ἢ ὁμιχλώδεις· τὸ μὲν σκότος συνάγει, καὶ συγκινεῖ τὴν ὅρασιν, καὶ ἀμβλύνει· τὸ δὲ φῶς διακρίνει, καὶ ποδηγεῖ τὴν ὅρασιν ἡμῶν ἐπὶ τὰ ὁρατὰ διὰ τοῦ μεταξὺ ἀέρος. διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν ἡμᾶς ἐν τῷ σκότει, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ σκότος. D Χρύσιππος, κατὰ τὴν συνέντασιν τοῦ μεταξὺ πνεύματος, ὅπερ ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι τῆς κόρης διήκει, μετὰ δὲ τὴν πρὸς τὸν παρακείμενον ἀέρα ἐπιβολὴν, ἐντείνοντος αὐτὸν κωνοειδῶς, ὅταν ᾖ ὁμογενὴς ὁ ἀήρ.

CAPVT XXVI.

De Auditu.

EMPEDOCLES auditum fieri appulsu spirantis aëris in cartilaginosam *auris* cochleam, quem censet ad interiorem aurem delatum esse, & ad tympani vacuum sublatum & percussum. Alcmæon audire nos dicit, quòd interior auris vacua sit. Etenim hoc esse quod spiritus impetu personat, omnia namque vacua resonant. Diogenes aëre capiti incluso qui voce percutitur ac commouetur. Plato, quique ipsum sequuti sunt, aërem capiti inclusum percuti, eum autem ad principem facultatem reflecti, auditúsque sensum creari.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϛ'.

Περὶ ἀκοῆς.

E ΕΜπεδοκλῆς τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι κατὰ ἔμπτωσιν τοῦ πνεύματος τῷ κοχλιώδει χόνδρῳ, ὅπερ φησὶν ἐξηρτῆσθαι ἐντὸς τοῦ ὠτὸς, κώδωνος τρόπον αἰωρούμενον, καὶ τυπτόμενον. Ἀλκμαίων ἀκούειν ἡμᾶς φησι τῷ κενῷ τῷ ἐντὸς τοῦ ὠτός· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ περιηχοῦν κατὰ τὴν τοῦ πνεύματος εἰσβολήν· πάντα γὰρ τὰ κενὰ ἠχεῖ. Διογένης τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ ἀέρος ὑπὸ φωνῆς τυπτομένου, καὶ κινουμένου. Πλάτων, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, πλήσσεσθαι τὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ἀέρα· τοῦτον δ' ἀνακλᾶσθαι εἰς τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ γίνεσθαι τῆς ἀκοῆς τὴν αἴσθησιν.

De odoratu.

F Alcmæon in cerebro principem esse facultatem censet, proindéque quum respiratione attrahit odores, ipsam sentire. Empedocles ab ea, quæ à pulmone perficitur, respiratione, odores percipi, discernique: ideóque quum respiratio grauis sit ob scabritiem, eum non sentiri, quemadmodum in humorum defluxu laborantibus deprehenditur.

Περὶ ὀσφρήσεως.

Ἀλκμαίων ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ φησὶν εἶναι τὸ ἡγεμονικὸν, τούτου οὖν ὀσφραίνεσθαι ἕλκοντος διὰ τῶν ἀναπνοῶν τὰς ὀσμάς. Ἐμπεδοκλῆς ταῖς ἀναπνοαῖς ταῖς ἀπὸ τοῦ πνεύμονος συνεκκρίνεσθαι τὴν ὀσμήν· ὅταν οὖν ἡ ἀναπνοὴ βαρεῖα γένηται κατὰ τραχύτητα μὴ συναισθάνεσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ῥευματιζομένων.

Περὶ γεύσεως.

Ἀλκμαίων οἴεται τῷ ὑγρῷ, καὶ τῷ χλιαρῷ τῷ ἐν τῇ γλώττῃ πρὸς τῇ μαλακότητι κρίνεσθαι τοὺς χυμούς. Διογένης, τῇ ἀραιότητι τῆς γλώττης, καὶ τῇ μαλακότητι, καὶ διὰ τὸ συνάπτειν τὰς διὰ ἀπὸ τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν φλέβας, καὶ διαχεῖσθαι τοὺς χυμοὺς ἑλκομένους εἰς τὴν αἴσθησιν, καὶ τὸ ἡγεμονικὸν, καθάπερ ἀπὸ σπογγιᾶς.

De gustu.

Alcmæon arbitratur tum humore ac tepore linguæ, tum mollitie internosci sapores. Diogenes raritate linguæ & mollitie, & propter venas quæ à corpore in ipsam deriuantur, & diffundi sapores attractos in sensum, & in principem facultatem, vt à spongia.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Περὶ φωνῆς.

Πλάτων φωνὴν ὁρίζεται πνεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας ἠγμένον, καὶ πληγὴν ὑπ' ἀέρος δι' ὤτων καὶ ἐγκεφάλου, καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς διαδιδομένην. [λέγεται δὲ καὶ καταχρηστικῶς ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων φωνὴ, καὶ τῶν ἀψύχων, ὡς χρεμετισμοὶ καὶ ψόφοι· κυρίως δὲ φωνὴ ἡ ἔναρθρός ἐστιν, ὡς φωτίζουσα τὸ νοούμενον. Ἐπίκουρος, τὴν φωνὴν εἶναι ῥεῦμα ἐκπεμπόμενον ἀπὸ τῶν φωνούντων, ἢ ἠχούντων, ἢ ψοφούντων· τοῦτο δὲ τὸ ῥεῦμα εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι θραύσματα· ὁμοιοσχήμονα δὲ λέγεται τὰ στρογγύλα τοῖς στρογγύλοις, καὶ σκαληνὰ καὶ τρίγωνα τοῖς ὁμοιογενέσι· τούτων δὴ ἐμπιπτόντων ταῖς ἀκοαῖς, ἀποτελεῖσθαι τὴν αἴσθησιν τῆς φωνῆς· φανερὸν δὲ τοῦτο γίνεσθαι ἀπὸ τῶν ἀσκῶν ἐκρεόντων, καὶ τῶν ἐκφυσώντων κναφέων τοῖς ἱματίοις. Δημόκριτος καὶ τὸν ἀέρα φησὶν εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι σώματα, καὶ συγκαλινδεῖσθαι τοῖς ἐκ τῆς φωνῆς θραύσμασι· κολοιὸς γὰρ παρὰ κολοιὸν ἱζάνει, καὶ ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον· καὶ γὰρ ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς αἱ ὅμοιαι ψῆφοι κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους ὁρῶνται, καὶ ἄλλο μὲν αἱ σφαιροειδεῖς, καὶ ἄλλο δὲ αἱ ἐπιμήκεις· καὶ ἐπὶ τῶν κοσκινιζόντων δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναυλίζεται τὰ ὁμοιοσχήμονα, ὥστε χωρὶς εἶναι τοὺς κυάμους καὶ ἐρεβίνθους. ἔχοι δ' ἄν τις πρὸς τούτοις εἰπεῖν· πῶς ὀλίγα θραύσματα πνεύματα μυρίανδρον ἐκπληροῖ θέατρον.] Οἱ δὲ Στωϊκοί φασι τὸν ἀέρα μὴ συγκεῖσθαι ἀπὸ θραυσμάτων, ἀλλὰ συνεχῆ εἶναι δι' ὅλου μηδὲν κενὸν ἔχοντα· ἐπειδὰν δὲ πληγῇ τῷ πνεύματι κυματοῦται κατὰ κύκλους ὀρθοὺς εἰς ἄπειρον, ἕως πληρώσῃ τὸν περικείμενον ἀέρα, ὡς ἐπὶ τῆς κολυμβήθρας πληγείσης λίθῳ, κινουμένης μὲν αὐτῆς κυκλοειδῶς, τοῦ δ' ἀέρος σφαιροειδῶς. Ἀναξίμανδρος τὴν φωνὴν γίνεσθαι πνεύματος ἐμπεσόντος μὲν στερεμνίῳ ἀέρι, τῇ δ' ὑποστροφῇ τῆς πλήξεως, μέχρι τῶν ἀκοῶν προσενεχθέντος καθ' ὃ καὶ τὴν λεγομένην ἠχὼ γίνεσθαι.

Εἰ ἀσώματος ἡ φωνὴ, καὶ πῶς ἦχος γίνεσθαι.

Πυθαγόρας, καὶ Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης ἀσώματον εἶναι τὴν φωνὴν ὑπολαμβάνουσιν. οὐ γὰρ τὸν ἀέρα, ἀλλὰ τὸ σχῆμα τὸ περὶ ἀέρα καὶ τὴν ἐπιφάνειαν κατὰ ποιὰν πληγὴν γίνεσθαι φωνήν· πᾶσα δὲ ἐπιφάνεια, ἀσώματος· συγκινεῖται μὲν γὰρ τοῖς σώμασιν, αὐτὴ δὲ ἀσώματος πάντως καθέστηκεν· ὥσπερ ἐπὶ τῆς καμπτομένης ῥάβδου, ἡ μὲν ἐπιφάνεια· οὐδὲν πάσχει, ἡ δὲ ὕλη ἐστὶν ἡ καμπτομένη· Οἱ δὲ Στωϊκοὶ, σῶμα εἶναι τὴν φωνήν· πᾶν γὰρ τὸ ποιοῦν καὶ δρώμενον, σῶμα εἶναι· καὶ γὰρ ἡ φωνὴ καὶ δρᾷ καὶ ποιεῖ, ἀκούομεν γὰρ αὐτῆς, καὶ αἰσθανόμεθα προσπιπτούσης τῇ ἀκοῇ καὶ ἐκτυπούσης, καθάπερ δακτύλιον εἰς κηρόν· ἔτι πᾶν τὸ κινοῦν καὶ ἐνοχλοῦν· σῶμά ἐστι· κινεῖ δ' ἡμᾶς ἡ εὐμουσία, ἐνοχλεῖ δὲ ἡ ἀμουσία· ἔτι πᾶν τὸ κινούμενον, σῶμά ἐστι. κινεῖται δ' ἡ φωνὴ, καὶ

CAPVT XXVII.

De Voce.

PLATO vocem definit spiritum per os ab animo eductum, impulsúmque aërem qui per aures, cerebrum, & sanguinem adúsque animam transfunditur. [At impropriè vox quoque brutis animalibus, & rebus inanimis tribuitur, vt hinnitus, strepitus. Propriè autem vox articulata est, vt quæ mentis conceptum in lucem proferat. Epicurus, vocem esse fluxum qui à rebus loquentibus, aut resonantibus, aut strepentibus emittitur; Eum autem fluxum in conformia segmenta confringi. Conformia verò dicuntur fragmenta rotunda rotundis, & scalena, & triangula quæ cum suis similes sunt eiusdem generis. His autem ad aures appellentibus impleri vocis sensum. At hoc manifestum fieri ex vtribus qui effluunt, & fullonibus qui vestes inflant. Democritus etiam censet aërem in conformia corpora secari, atque vnà cum vocis segmentis *ad aures* conuolui: graculus enim graculo assidet, sempérque similem provt similem ducit *coniungítque* Deus. Etenim in littoribus similes calculi iisdem in locis conspiciuntur; in alio quidem globosi, in alio verò oblongi, ac inter cribrandum congregantur quæ sunt eiusdem generis, adeo vt à ciceribus fabæ secernantur. Ad hæc dicere aliquis possit: quomodo exigua aëris frustula implere possint theatrum aliquot hominum millibus refertum.] Stoici dicunt aërem non ex fragmentis, seu atomis compositum, sed per totum continuum esse, nec vacuum habere. Quum autem impulsus est aër spiritu fluctuat per rectos circulos innumeros quoad ambientem impleuerit, veluti in piscina lapide percussa, *cuius aqua* in circulos ac orbes mouetur, verùm aqua circulariter, aër verò sphæricè mouetur. Anaximander, vocem creari spiritu in solidum aërem incidente, ac ipsius ictus reflexione adúsque aures perueniente, quemadmodum generatur id quod Echo appellatur.

Vtrum incorporea vox, & quomodo Echo fiat.

Pythagoras, Plato, & Aristoteles incorpoream esse vocem existimant, non enim aërem ipsam esse, sed figuram in aëre, & superficiem impulsu quodam fieri vocem. At omnis superficies incorporea. Etenim cum corporibus quidem mouetur, ipsa verò incorporea, motus est expers, quemadmodum in virga cum flectitur, nihil quidem superficies patitur, at materia flectitur. Stoici, corpus esse vocem; quicquid enim agit ac efficit, id corpus esse: at vox agit & efficit, eam enim & audimus, & sentimus, quum ad aures irruit, & aliquid effingit, quomodo annulus ceræ sigillum imprimit. Rursum quicquid mouet, & molestiam infert, corpus est; mouet autem nos concentus, molestiam verò parit discrepantia. Præterea quicquid mouetur, corpus est; vox autem mouetur, & in loca

in loca læuia incidit, & sicut pila in parietem coniecta reflectitur. Itaque pyramidibus Ægypti vna voce edita, quatuor aut quinque soni redduntur.

CAPVT XXVIII.

Vnde sentiat anima, & quæ pars eius sit princeps.

STOICI dicunt supremam animæ partem esse principem facultatem effectricem imaginationum, assensionum, sensuum, & appetitus, ac eam ratiocinationem vocant. Ab hac autem principe facultate septem partes sunt animæ propagines, quæ, vt polypi acetabula in corpus propagantur. Ex his autem septem animæ partibus, quinque sunt quidem proprij sensus, visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus; quorum quidem visus, est spiritus qui à principe facultate ad oculos vsque protenditur; auditus autem, spiritus qui à principe facultate ad aures vsque excurrit; odoratus verò, spiritus qui à principe facultate adusque nares attenuando se se porrigit; at gustus, spiritus qui à principe parte adusque linguam propagatur; tactus denique, spiritus qui à principe facultate propagatur adusque superficiem eorum quæ sub tactum facile sentientem incidunt. Reliquarum autem partium, altera quidem seminis procreatrix dicitur, quæ & ipsa spiritus est, qui à principe parte adusque parastatas, *testiculorum assistites* diffunditur, altera verò vocalis facultas à Zenone dicta (quámque vocem vocitant) spiritus est, qui à principe facultate adusque pharyngem & linguam, & propria *vocis formandæ* organa expanditur. Ista autem princeps facultas in nostro globoso capite tanquam in mundo stabulatur.

Quæ sit pars princeps animæ, & in quo sit.

Democritus & Plato principem facultatem in toto capite collocant. Strato in superciliorum interstitio. Erasistratus in membrana cerebri quam epicranida vocat. Herophilus in ventriculis cerebri. Parmenides & Epicurus in toto pectore. Stoici omnes in toto corde, vel in cordis spiritu. Diogenes, in arterioso cordis ventriculo qui est spiritualis. Empedocles, in sanguinis substantia. Quidam in ceruice cordis. Alij in membrana cordis. Alij in septo transuerso. Iuniores quidam à capite adusque diaphragma exporrigi. Pythagoras vitalem facultatem in corde, mentem & rationem in capite.

De motu animæ.

Plato semper moueri animam, mentem autem non moueri locali motu. Aristoteles animam immobilem & omni motu priorem, per accidens autem *motus* participem esse, quemadmodum figuræ, termini, omninóque corporum formæ.

De immortalitate animæ.

Pythagoras & Plato interitus expertem esse animam censent, decedentem enim *è viuis* in consortem vniuersi animam commigrare. Stoici exeuntem è corpore simul cum eo concreto interire, eam scilicet quæ imbecillior euadit, (quales sunt ineruditorum animæ) validiorem autem (quales sunt sapientum) durare vsque ad flagrationem. Democritus & Epicurus caducam esse, & simul cum corpore interire. Pythagoras & Plato

ἐμπίπτῃ εἰς τοὺς λείους τόπους, καὶ ἀντανακλᾶται, καθάπερ ἐπὶ τῆς σφαίρας τῆς βαλλομένης εἰς τεῖχος· ἐν γοῦν τῇ κατ' Αἴγυπτον πυραμίσιν ἔνδον φωνὴ μία ῥηγνυμένη τέτταρας, ἢ καὶ πέντε ἤχους ἀπεργάζεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗʹ.

Πόθεν αἰσθητικὴ γίνεται ἡ ψυχή, καὶ τί αὐτῆς τὸ ἡγεμονικόν.

ΟΙ Στωϊκοί φασιν εἶναι τῆς ψυχῆς τὸ ἀνώτατον μέρος τὸ ἡγεμονικόν· τὸ ποιοῦν τὰς φαντασίας, καὶ τὰς συγκαταθέσεις, καὶ αἰσθήσεις, καὶ ὁρμάς, καὶ τοῦτο λογισμὸν καλοῦσιν· ἀπὸ δὲ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἑπτὰ μέρη ἐστὶ τῆς ψυχῆς ἐκπεφυκότα, καὶ ἐκτεινόμενα εἰς τὸ σῶμα, καθάπερ αἱ ἀπὸ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι· τῶν δὲ ἑπτὰ μερῶν τῆς ψυχῆς, πέντε μέν ἐστι τὰ αἰσθητήρια, ὅρασις, ἀκοή, ὄσφρησις, γεῦσις, καὶ ἁφή· ὧν ἡ μὲν ὅρασίς ἐστι πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ ἡγεμονικοῦ μέχρις ὀφθαλμῶν· ἀκοὴ δέ, πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ ἡγεμονικοῦ μέχρις ὤτων· ὄσφρησις δέ, πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι γλώττης· ἁφὴ δέ, πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρις ἐπιφανείας εἰς θίξιν εὐαίσθητον προσπιπτόντων· τῶν δὲ λοιπῶν, τὸ μὲν λέγεται σπερματικόν, ὅπερ καὶ αὐτὸ πνεῦμά ἐστι διατεῖνον ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι τῶν παραστατῶν· τὸ δὲ φωνητικὸν ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος εἰρημένον (ὃ καὶ φωνὴν καλοῦσιν) ἔστι πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι φάρυγγος, καὶ γλώττης, καὶ τῶν οἰκείων ὀργάνων, αὐτὸ δὲ τὸ ἡγεμονικὸν ὥσπερ ἐν κόσμῳ κατοικεῖ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σφαιροειδεῖ κεφαλῇ.

Τί τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικόν, καὶ ἐν τίνι ἐστίν.

Δημόκριτος καὶ Πλάτων τὸ ἡγεμονικὸν ἐν ὅλῃ τῇ κεφαλῇ καθίζουσι. Στράτων ἐν τῷ μεσοφρύῳ. Ἐρασίστρατος, περὶ τὴν μήνιγγα τοῦ ἐγκεφάλου ἣν ἐπικρανίδα λέγει. Ἡρόφιλος ἐν τῇ τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίαις. Παρμενίδης καὶ Ἐπίκουρος ἐν ὅλῳ τῷ θώρακι. οἱ Στωϊκοὶ πάντες ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, ἢ ἐν τῷ περὶ τὴν καρδίαν πνεύματι. Διογένης ἐν τῇ ἀρτηριακῇ κοιλίᾳ τῆς καρδίας ἥτις ἐστὶ πνευματική. Ἐμπεδοκλῆς, ἐν τῇ τοῦ αἵματος συστάσει. οἱ δὲ ἐν τῷ τραχήλῳ τῆς καρδίας. οἱ δὲ ἐν τῷ περὶ τὴν καρδίαν ὑμένι. οἱ δὲ ἐν τῷ διαφράγματι. τῶν νεωτέρων δέ τινες, διήκειν ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι τοῦ διαφράγματος. Πυθαγόρας τὸ μὲν ζωτικὸν περὶ τὴν καρδίαν, τὸ δὲ λογικὸν καὶ νοερὸν περὶ τὴν κεφαλήν.

Περὶ κινήσεως ψυχῆς.

Πλάτων, ἀεικίνητον τὴν ψυχήν, τὸν δὲ νοῦν ἀκίνητον τῆς μεταβατικῆς κινήσεως. Ἀριστοτέλης ἀκίνητον τὴν ψυχήν, καὶ πάσης κινήσεως προηγουμένην, τῆς δὲ κατὰ συμβεβηκὸς μετέχειν καθάπερ σχήματα, καὶ τὰ πέρατα, καθάπερ τὰ περὶ τοῖς σώμασιν εἴδη.

Περὶ ἀφθαρσίας τῆς ψυχῆς.

Πυθαγόρας καὶ Πλάτων, ἄφθαρτον εἶναι τὴν ψυχὴν οἴονται· ἐξιοῦσαν γὰρ εἰς τὴν τοῦ παντὸς ψυχήν, ἀναχωρεῖν πρὸς τὸ ὁμογενές. οἱ Στωϊκοί, ἐξιοῦσαν τῶν σωμάτων ὑποφέρεσθαι, τὴν μὲν ἀσθενεστέραν, ἅμα τοῖς συγκρίμασι γενέσθαι, (ταύτην δὲ εἶναι τῶν ἀπαιδεύτων) τὴν δὲ ἰσχυροτέραν (οἵα ἐστὶ περὶ τοὺς σοφούς) καὶ μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως. Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος φθαρτὴν εἶναι, καὶ τῷ σώματι συνδιαφθειρομένην. Πυθαγόρας καὶ Πλάτων

τὸ μὲν λογικὸν, ἄφθαρτον, (καὶ γὰρ τὴν ψυχὴν, οὐ θεὸν, ἀλλ᾽ ἔργον τοῦ ἀϊδίου θεοῦ ὑπάρχειν·) τὸ δὲ ἄλογον, φθαρτὸν νομίζουσι.

ratione præditam partem immortalem (esse quippe animam, non Deum, sed opus æterni Dei) brutam verò mortalem arbitrantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Περὶ ἀναπνοῆς.

Ἐμπεδοκλῆς τὴν πρώτην ἀναπνοὴν τοῦ πρώτου ζώου γενέσθαι, τῆς ἐν τοῖς βρέφεσιν ὑγρασίας ἀποχώρησιν λαμβανούσης· πρὸς δὲ τὸ παρακενωθὲν ἐπεισόδου τοῦ ἔξωθεν τοῦ ἐκτὸς ἀερώδους γινομένης εἰς τὰ παρανοιχθέντα τῶν ἀγγείων· τὸ δὲ μετὰ τοῦτο ἤδη τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ τῇ πρὸς τὸ ἐκτὸς ὁρμῇ τὸ ἀερῶδες ὑποθλίβοντος τὴν ἐκπνοήν, τῇ δὲ εἰς τὸ ἐντὸς ἀνθυποχωρήσει τοῦ ἀερώδους τὴν ἀντεπείσοδον παρεχομένου τὴν εἰσπνοήν· τὴν δὲ νῦν κατέχουσαν φερομένου τοῦ αἵματος, ὡς πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὸ ἀερῶδες διὰ τῶν ῥινῶν τῇ ἑαυτοῦ ἐπιρροίᾳ ἀναθλίβοντος, καὶ τὴν ἐκχώρησιν αὐτοῦ γίνεσθαι τὴν ἐκπνοήν· παλινδρομοῦντος δὲ, καὶ τοῦ ἀέρος ἀντεπεισαχθέντος εἰς τὰ διὰ τοῦ αἵματος ἀραιώματα, τὴν εἰσπνοήν. ὑπομιμνήσκει δὲ αὐτὸ ἐπὶ τῆς κλεψύδρας Ἀσκληπιάδης, τὸν μὲν πνεύμονα χώνης δίκην συνίστησιν, αἰτίαν δὲ τῆς ἀναπνοῆς εἶναί φησι τὴν ἐν τῷ θώρακι λεπτομέρειαν, πρὸς ἣν τὸν ἔξωθεν ἀέρα ῥεῖν τε καὶ φέρεσθαι παχυμερῆ ὄντα, πάλιν δὲ ἀπωθεῖσθαι, μηκέτι τοῦ θώρακος οἵου τε ὄντος, μήτ᾽ ἐπεισδέχεσθαι, μήθ᾽ ὑστερεῖν. ὑπολειπομένου δέ τινος ἐν τῷ σώματι ἀπὸ λεπτομερεστέρου ἀεὶ βραχέος· (οὐ γὰρ ἅπαν ἐκκρίνεται) καὶ πρὸς τοῦτο τὸ εἴσω ὑπομένον βαρύτητα τοῦ ἐκτὸς ἀντεπεισφέρεται· ταῦτα δὲ ταῖς σικύαις ἀπεικάζει· τὴν δὲ κατὰ προαίρεσιν ἀναπνοὴν γίνεσθαί φησι συναγομένων τῶν ἐν τῷ πνεύμονι λεπτοτάτων πόρων, καὶ τῶν βρόγχων στενουμένων· τῇ γὰρ ἡμετέρᾳ ταῦθ᾽ ὑπακούει προαιρέσει. Ἡρόφιλος δὲ δύναμιν ἀπολείπει περὶ τὰ σώματα κινητικὴν ἐν νεύροις, καὶ ἀρτηρίαις καὶ μυσί· τὸν δὲ πνεύμονα νομίζει μόνον προσορέγεσθαι διαστολῆς τε καὶ συστολῆς φυσικῶς, εἶτα δὲ καὶ τἄλλα· ἐνέργειαν μὲν εἶναι τοῦ πνεύμονος τὴν ἔξωθεν τοῦ πνεύματος ὁλκήν, ὑπὸ δὲ τῆς πληρώσεως τῆς ἔξωθεν γινομένης μὴ δυνάμενον εἰς τὸν θώρακα ἐφέλκεσθαι τὸ περιττὸν ἀναπέμπειν, τὸν δὲ εἰς τὸν ἔξωθεν ἀέρα ἀπωθεῖν· ὡς τέτταρας μὲν γίνεσθαι κινήσεις περὶ τὸν πνεύμονα, τὴν μὲν πρώτην καθ᾽ ἣν ἔξωθεν ἀέρα δέχεται· τὴν δὲ δευτέραν, καθ᾽ ἣν τοῦθ᾽ ὅπερ ἐδέξατο θύραθεν, ἐντὸς αὐτοῦ πρὸς τὸν θώρακα μεταρρεῖ· τὴν δὲ τρίτην, καθ᾽ ἣν τὸ ἀπὸ τοῦ θώρακος συστελλόμενον, αὖθις εἰς αὐτὸν ἐκδέχεται· τὴν δὲ τετάρτην καθ᾽ ἣν καὶ τὸ ἐξ ὑποστροφῆς ἐν αὐτῷ γινόμενον θύραζε ἐξερᾷ. τούτων δὲ τῶν κινήσεων δύο μὲν εἶναι διαστολάς, τήν τε ἔξωθεν, τήν τε ἀπὸ τοῦ θώρακος; δύο δὲ συστολάς; τὴν μὲν ὅταν ὁ θώραξ ὑπ᾽ αὐτὸν τὸ πνευματικὸν ἑλκύσῃ· τὴν δὲ ὅταν αὐτὸς εἰς τὸν κόλπον ἀέρα ἀποκρίνῃ· δύο γὰρ μόναι γίνονται περὶ τὸν θώρακα, διαστολὴ μὲν ὅταν ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ἐφέλκηται, συστολὴ δὲ ὅταν αὐτὸν πάλιν ἀνταποδιδῷ.

CAPVT XXIX.

De respiratione.

EMPEDOCLES primam primi animalis respirationem fieri *autumat*, quum humor in fœtibus editis secessum comperit, & ad euacuatum *replendum* exterioris aëris per aperta vasa fit aditus. Postea verò quum iam innatus calor educto foras impetu aërem elideret, expirationem, quum verò impulsus intro reditu aëri vicissim aditum præberet, inspirationem. Nunc autem sanguine vt ad superficiem effertur, aërémque per nares suo influxu foras impellente, succedentem ipsius excretionem fieri expirationem, recursante verò aëre ad loca rara ac peruia vicissim se se insinuante, inspirationem. Rem autem ipsam clepsydræ exemplo memorat Asclepiades, pulmonem quidem in hydriæ loco modum constituit, causam verò respirationis esse censet eam quæ thoraci inest partium tenuitatem, ad quam fluit & fertur externus aër qui crassior existit, rursúmque expellitur, quum thorax talis sit, vt neque amplius vltrò admittere, neque eo carere queat, quum & in corpore aliqua portio aëris tenuioris perpetuò pauca relinquatur, (non enim totus excluditur) ad hoc rursum quod intus remoratur, id grauitate exterioris intrò petentis foras effertur. Hæc autem cucurbitulis comparat. Voluntariam autem fieri dicit respirationem quum qui in pulmonis tenuissimi sunt meatus contrahuntur, & bronchia coarctantur. Hæc enim nostræ voluntati obtemperant. Herophilus facultatem corporum motricem in neruis, arteriis, & musculis relinquit, pulmonem autem censet solum diastolen & systolen naturaliter appetere, deinde quoque cætera. Actionem quidem esse pulmonis attractionem externi spiritus, ob repletionem autẽ quæ extrinsecus accidit, quum attrahere nequeat in thoracem, superuacaneum amandare, ipsúmque foras in aërem expellere, proindéque quatuor contingere motus pulmonis; primum quidem quo ipse externum excipit aërem; secundum quo id quod foris exceptum est, intus in thoracem diuoluit; tertium autem quo id quod à thorace exprimitur rursum ipse recipit; quartum denique quo quod ex reuersione in ipso fit, foras eiicit. At horum motuum duas quidem esse diastolas, vnam quidem extrinsecus, alteram verò à thorace: duas verò systolas; alteram quidem quum thorax spiritum ad se attrahit; alteram verò quum ipse in sinum aërem expellit. Thoracis enim duo soli sunt *motus*, diastole *dilatatio* quidem quum à pulmone *aërem ad se* trahit, systole verò *contractio* quum acceptum ipsum aërem restituit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Περὶ παθῶν.

Οἱ Στωϊκοὶ τὰ μὲν πάθη ἐν τοῖς πεπονθόσι τόποις, τὰς δὲ αἰσθήσεις ἐν τῷ ἡγεμονικῷ. Ἐπίκουρος, καὶ τὰ μὲν πάθη, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐν τοῖς πεπονθόσι τόποις, τὸ δὲ ἡγεμονικὸν ἀπαθὲς νομίζει. Στράτων δὲ καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς,

CAPVT XXX.

De affectibus.

STOICI affectus quidem in partibus affectis, sensus verò in principe *animæ* facultate collocant. Epicurus, & affectus & sensus in partibus affectis esse, at principem facultatem affectus expertem existimat. Strato autem & affectus animæ,

& sensus in ipsa facultate principe, non in partibus affectis constitui; in illa siquidem tolerantiam sitam esse, vt in doloribus, & cruciatibus, vtque in fortibus & meticulosis conspicitur.

καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐν τῷ ἡγεμονικῷ, οὐκ ἐν τοῖς πεπονθόσι τόποις συνίστασθαι, ἐν γὰρ ταύτῃ κεῖσθαι τὴν ὑπομονὴν ὥσπερ ἐπὶ τῶν δεινῶν καὶ ἀλγεινῶν, καὶ ὥσπερ ἐπὶ ἀνδρείων καὶ δειλῶν.

De diuinatione.

Plato & Stoici diuinationem introducunt: etenim à Deo missum esse quod est diuino afflatum numine, & ex diuinitate animæ, quod Dei præsentia vaticinatur, quod somnia interpretatur, quod astrorum peritiam explicat, & quod auguratur. Xenophanes, & Epicurus diuinationem tollunt. Pythagoras solam haruspicinam non tollit. Aristoteles & Dicæarchus *diuinationes* solùm admittunt, quæ ex afflatu numinis & insomniis fiunt: licet enim immortalem animam non existiment, eam tamen rei alicuius diuinæ esse participem credunt.

Περὶ μαντικῆς.

Πλάτων καὶ οἱ Στωϊκοὶ τὴν μαντικὴν εἰσάγουσι, καὶ γὰρ θεόπεμπτον εἶναι ὅπερ ἐστὶν ἐνθεαστικόν, καὶ κατὰ θειότητα τῆς ψυχῆς, ὅπερ ἐστὶν ἐνθουσιαστικόν, καὶ τὸ ὀνειροπολικόν, καὶ τὸ ἀστρονομικόν, καὶ τὸ ὀρνεοσκοπικόν. Ξενοφάνης καὶ Ἐπίκουρος ἀναιροῦσι τὴν μαντικήν. Πυθαγόρας μόνον τὸ θυτικὸν οὐκ αἱρεῖ. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Δικαίαρχος τὸ καθ' ἐνθουσιασμὸν μόνον, καὶ τοὺς ὀνείρους παρεισάγουσιν· ἀθάνατον μὲν τὴν ψυχὴν οὐ νομίζοντες, θείου δέ τινος μετέχειν αὐτήν.

Quomodo fiant somnia.

Democritvs somnia fieri arbitratur simulachrorum obseruationibus. Strato bruta quadam natura mentis in somnis quæ sensus magis nanciscatur, atque ideo magis etiam cognoscat. Herophilus ex somniis alia putat necessariò contingere quæ à Deo mittuntur; alia verò naturalia quum anima rerum sibi vtilium & futurarum formas effingit; alia denique mixta casu, & fortuito fieri occursu imaginum, quum quæ volumus ea spectamus, vt amantibus contingit qui per somnia amicas amplecti videntur.

Πῶς οἱ ὄνειροι γίνονται.

Δημόκριτος ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τὰς τῶν εἰδώλων παρατηρήσεις. Στράτων ἀλόγῳ τινὶ φύσει τῆς διανοίας ἐν τοῖς ὕπνοις αἰσθητικωτέρας μὲν πως τῆς ψυχῆς γινομένης, δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο γνωστικῆς γινομένης. Ἡρόφιλος τῶν ὀνείρων τοὺς μὲν θεοπνεύστους κατ' ἀνάγκην γίνεσθαι, τοὺς δὲ φυσικοὺς ἀνειδωλοποιουμένης τῆς ψυχῆς τὸ συμφέρον αὐτῇ, καὶ τὸ πρὸς τούτοις ἐσόμενον· τοὺς δὲ συγκριματικοὺς ἐκ τοῦ αὐτομάτου κατ' εἰδώλων πρόσπτωσιν, ὅταν ἃ βουλόμεθα βλέπωμεν, ὡς ἐπὶ τῶν φιλούντων γίνεται τὰς ἐρωμένας ἐρώντων εἰς ὕπνοις.

CAPVT XXXI.

De seminis essentia.

Aristoteles semen esse dicit excrementum alimenti vltimi, aut sanguinem, aut quid analogum, aut ex his aliquid, quod facultate pollet mouendi ac in seipso producendi, quoad quid absoluat, quale est id vnde fuit excretum. Pythagoras spumam vtilissimi sanguinis, vel residuum alimenti. Alcmæon cerebri partem. Plato spinalis medullæ effluuium. Epicurus animæ & corporis partem auulsam. Democritus à totis corporibus, ac principibus partibus semen deriuari dicit, vt carnibus, ossibus, fibris.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Περὶ οὐσίας σπέρματος.

Ἀριστοτέλης σπέρμα εἶναι φησὶ τὸ περίττωμα τροφῆς καὶ τῆς ἐσχάτης, ἤτοι αἷμα, ἢ τὸ ἀνάλογον, ἢ ἐκ τούτων τι, τὸ δυνάμενον κινεῖν ἐν ἑαυτῷ πρὸς τὸ ἀποτελέσαι τι τοιοῦτον, οἷόν ἐστιν ἐξ οὗ συνεκρίθη. Πυθαγόρας ἀφρὸν τοῦ χρηστοτάτου αἵματος, ἢ περίττωμα τῆς τροφῆς. Ἀλκμαίων ἐγκεφάλου μέρος. Πλάτων τοῦ νωτιαίου μυελοῦ ἀπόρροιαν. Ἐπίκουρος ψυχῆς, καὶ σώματος ἀπόσπασμα. Δημόκριτος ἀφ' ὅλων τῶν σωμάτων, καὶ τῶν κυριωτάτων μερῶν, οἷον τῶν σαρκικῶν, ὀστῶν, καὶ ἰνῶν τὸ γόνον ἀπορρεῖν.

Vtrum semen sit corpus.

Leucippus & Zeno corpus esse dicunt, semen enim auulsam esse animæ portionem. Pythagoras, & Plato, & Aristoteles, incorpoream quidem esse seminis facultatem *asseuerant* sicut mentem mouentem, corpoream verò materiam quæ effunditur. Strato & Democritus facultatem quoque corpus esse, spiritus quippe est.

Εἰ σῶμα τὸ σπέρμα.

Λεύκιππος καὶ Ζήνων σῶμα εἶναι· ψυχῆς γὰρ εἶναι ἀπόσπασμα. Πυθαγόρας, καὶ Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης ἀσώματον μὲν εἶναι τὴν δύναμιν τοῦ σπέρματος, ὥσπερ νοῦν τὸν κινοῦντα· σωματικὴν δὲ τὴν ὕλην τὴν προχεομένην. Στράτων καὶ Δημόκριτος, καὶ τὴν δύναμιν σῶμα, πνευματικὴ γάρ.

An fœminæ semen emittant.

Pythagoras, Democritus, & Epicurus semen putant fœminas effundere, quum habeant parastatas inuersos, ob ídque eas etiam præter vsum appetere. Aristoteles & Zeno humidam quidem materiam effundere (ceu ab exercitatione sudores) non tamen vim seminis habere. Hippo non minus seminis effundere fœminas quàm mares, nec tamen ad generationem animalis id conferre, quia extra vterum decidit. Hinc aliquot multoties emittere semen absque viris maximè viduas, & ossa fieri à semine maris, carnes à semine fœminæ.

Εἰ καὶ θήλειαι προΐενται σπέρμα.

Πυθαγόρας, καὶ Δημόκριτος, καὶ Ἐπίκουρος, καὶ τὸ θῆλυ προΐεσθαι σπέρμα· ἔχει γὰρ παραστάτας ἀπεστραμμένους, διὰ τοῦτο καὶ ὀρεκτικῶς ἔχειν περὶ τὰς χρήσεις. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Ζήνων, ὕλην μὲν ὑγρὰν προΐεσθαι, οἱονεὶ ἀπὸ τῆς συγγυμνασίας ἱδρῶτας, οὐ μὴν σπερματικήν. Ἵππων προΐεσθαι μὲν σπέρμα τὰς θηλείας, οὐχ ἥκιστα τῶν ἀρρένων, μὴ μέντοι γε εἰς ζωογονίαν τοῦτο συμβάλλεσθαι, διὰ τὸ ἐκτὸς πίπτειν τῆς ὑστέρας· ὅθεν ἐνίας προΐεσθαι πολλάκις δίχα τῶν ἀνδρῶν σπέρμα, καὶ τὰς μάλιστα χηρευούσας· καὶ εἶναι τὰ μὲν ὀστᾶ παρὰ τοῦ ἄρρενος, τὰς δὲ σάρκας παρὰ τῆς θηλείας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Πῶς αἱ συλλήψεις γίνονται.

Ἀριστοτέλης ὑπολαμβάνει τὰς μὲν συλλήψεις γίνεσθαι προσανελκομένης μὲν ὑπὸ τῆς καθάρσεως τῆς μήτρας, τῶν δὲ καταμηνίων συνεπισπωμένων ἀπὸ τοῦ παντὸς ὄγκου μέρος τι τοῦ καθαροῦ αἵματος, ὡς συμβαίνειν τῷ τοῦ ἄρρενος γόνον· μὴ γίγνεσθαι δὲ τὰς κυήσεις παρὰ ἀκαθαρσίαν τῆς μήτρας, ἢ ἐμπνευμάτωσιν, ἢ φόβον, ἢ λύπην, ἢ ἀσθένειαν τῶν γυναικῶν, ἢ δι' ἀτονίαν τῶν ἀνδρῶν.

Πῶς ἄρρενα καὶ θήλεα γίνονται.

Ἐμπεδοκλῆς οἴεται, καὶ Ἀσκληπιάδης ἄρρεν καὶ θῆλυ γίνεσθαι παρὰ θερμότητος, καὶ ψυχρότητος· ὅθεν ἱστορεῖται τοὺς μὲν πρώτους ἄρρενας πρὸς ἀνατολῇ, καὶ μεσημβρίᾳ γίγνεσθαι μᾶλλον ἐκ τῆς γῆς, τὰς δὲ θηλείας πρὸς ταῖς ἄρκτοις. Παρμενίδης δ' ἀντιστρέφει πρὸς τοῖς ἄρκτοις ἄρρενας γίγνεσθαι τοῦ πυκνοῦ μετέχειν πλείονος· τὰς δὲ θηλείας πρὸς τὴν μεσημβρίαν δι' ἀραιότητα. Ἱππῶναξ παρὰ τὸ συνεστὼς, ἢ καὶ ἰσχυρὸν παρὰ τὸ ῥευστικόν τε καὶ ἀσθενέστερον σπέρμα. Ἀναξαγόρας καὶ Παρμενίδης, τὰ μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν καταβάλλεσθαι εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῆς μήτρας, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν εἰς τὰ ἀριστερά· εἰ δὲ ἐναλλαγῇ τὰ τῆς καταβολῆς γίνεσθαι θήλεα. Κλεοφάνης (οὗ μέμνηται Ἀριστοτέλης) τὰ μὲν ἐκ τοῦ δεξιοῦ διδύμου, τὰ δὲ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ. Λεύκιππος παρὰ τὴν παραλλαγὴν τῶν μορίων, καθ' ἣν ὁ μὲν καυλὸν, ἡ δὲ μήτραν ἔχει, τοσοῦτον γὰρ μόνον λέγει. Δημόκριτος τὰ μὲν κοινὰ μέρη, ἐξ ὁποτέρου ἂν τύχῃ· τὰ δ' ἰδιάζοντα, καὶ κατ' ἐπικράτειαν. Ἱππῶναξ δὲ, εἰ μὲν ἡ γονὴ κρατήσειεν, ἄρρεν· εἰ δὲ ἡ ὕλη, θῆλυ.

Πῶς τέρατα γίνεται.

Ἐμπεδοκλῆς νομίζει ἢ παρὰ πλεονασμὸν σπέρματος, ἢ παρ' ἔλλειμμα, ἢ παρὰ τὴν τῆς κινήσεως ἀρχὴν, ἢ παρὰ τὴν εἰς πλείω διαίρεσιν, ἢ παρὰ τὸ ἀπονεύειν τέρατα γίγνεσθαι· οὕτω προειληφὼς φαίνεται σχεδόν τι πάσας τὰς ἀπολογίας. Στράτων παρὰ πρόσθεσιν, ἢ ἀφαίρεσιν, ἢ μετάθεσιν, ἢ ἐμπνευμάτωσιν· τῶν ἰατρῶν τινες δὲ παρὰ τὸ διεστράφθαι τὴν μήτραν ἐμπνευματουμένην.

Διά τι ἡ γυνὴ πολλάκις συνουσιάζουσα οὐ συλλαμβάνει.

Διοκλῆς ὁ ἰατρὸς, ἢ παρὰ τὸ μηδ' ὅλως ἐνίας σπέρμα προΐεσθαι, ἢ παρὰ τὸ ἔλαττον τοῦ δέοντος, ἢ διὰ τὸ τοιοῦτον ἐν ᾧ τὸ ζωοποιητικὸν οὐκ ἔστιν, ἢ διὰ θερμασίας, ἢ ψύξεως, ἢ ὑγρασίας, ἢ ξηρότητος πλεονασμὸν, ἢ ἔνδειαν, ἢ κατὰ παράλυσιν τῶν μορίων. Οἱ Στωϊκοὶ κατὰ λοξότητα τοῦ μορίου μὴ δυναμένου εὐθυβολεῖν τὸν γόνον· ἢ παρὰ τὸ ἀσύμμετρον τῶν μορίων, ὡς πρὸς τὴν ἀπόστασιν τῆς μήτρας. Ἐρασίστρατος παρὰ τὴν μήτραν, ὅταν τύλους ἔχῃ, ἢ σαρκώδης, ἢ εὐρυτέρα, ἢ μικροτέρα ᾖ τοῦ κατὰ φύσιν.

Πῶς δίδυμα καὶ τρίδυμα γίγνεται.

Ἐμπεδοκλῆς οἴεται δίδυμα καὶ τρίδυμα γίγνεσθαι κατὰ πλεονασμὸν, καὶ περισχισμὸν τοῦ σπέρματος. Ἀσκληπιάδης παρὰ τὴν τῶν σπερμάτων διαφορὰν, ὥσπερ τὰς κριθὰς τὰς διστίχους, καὶ τριστίχους· εἶναι γὰρ σπέρματα γονιμώτατα. Ἐρασίστρατος διὰ τὰς ἐπισυλλήψεις γίνεσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων· ὅταν γὰρ ἡ μήτρα εἴη κεκαθαρμένη, τότε ἐπὶ σύλληψιν ἔρχεται. οἱ Στωϊκοὶ παρὰ τοὺς ἐν τῇ μήτρᾳ τόπους· ὅταν

CAPVT XXXII.

Quomodo conceptiones fiant.

ARISTOTELES conceptionem fieri putat vtero à menstruali purgatione sursum attracto, & menstruis ipsis simul attrahentibus ab vniuersa mole partem aliquam sanguinis puri, vt accedat ad semen maris. Conceptus autem non fieri propter impuritatem vteri, vel inflationem, motum, mœstitiam, infirmitatem mulierum, vel propter virorum impotentiam.

Quomodo mares & fœminæ generentur.

Empedocles putat & Asclepiades marem & fœminam procreari à calore & frigore, vnde narrant primos mares ad ortum solis & meridiem è terra procreatos fuisse, fœminas verò in septentrionalibus. Parmenides autem aduersatur, docétque mares in septentrione gigni eò quòd hæ partes plurimùm habeant densitatis, fœminas autem in meridie propter raritatem. Hipponax, vel quòd semen consistat & validum sit, vel quòd diffluat & imbecillius. Anaxagoras & Parmenides tùm masculos procreari dicit, quum ex dextra parte semen in dextram vteri inciderit, & à sinistra in sinistram; fœminas autem si constitutionis permutatio facta fuerit. Cleophanes, cuius meminit Aristoteles, mares à dextro, fœminas à sinistro testiculo prodire credidit. Leucippus, secundum varietatem partium qua mas colem, matricem fœmina habet, tantum enim duntaxat dicit. Democritus communes partes, ex vtro contigerint: peculiares, prout præualuerint. Hipponax verò si semen præualuerit, marem; si materia *sanguinea*, fœminam concipi existimat.

Quomodo monstra procreentur.

Empedocles existimat vel abundantia seminis, vel defectu, aut à motus initio, aut diuisione in plura, vel quòd aliò vergat, monstra generari: sic videtur ferè omnes causas complexus. Strato propter additionem vel detractionem, vel transpositionem, vel inflationem. Medicorum aliqui propter vteri distortionem à flatibus.

Cur mulier ex frequenti coitu non concipiat.

Diocles medicus, quòd vel omnino nullum, vel parcius quàm oporteat alicuius semen emittatur, aut quòd id desit in quo facultas prolifica fuerit; aut caloris, vel frigoris, vel humiditatis, vel siccitatis exuperantia, aut penuria, aut partium paralysi. Stoici propter obliquitatem partis virilis quæ rectà semen eiaculari nequeat; aut propter partium incommoderationem vt ad vteri distantiam. Erasistratus propter vterum, quum callos contraxerit, aut magis carnosus fuerit, aut laxior, aut angustior quàm natura exigat.

Quomodo gemini & trigemini nascantur.

Empedocles, geminos & trigeminos fœtus nasci arbitratur vbertate & separatione seminis. Asclepiades ob seminum differentiam, vt hordeaceas spicas duplici aut triplici granorum serie constantes, sic semina esse fœcundissima. Erasistratus ob conceptiones fieri, vt in brutis animalibus. Quum enim vterus purgatus est, tunc ad conceptionem semen descendere. Stoici ob vteri loculos, quum

enim in primum & secundum incidit semen, tunc fieri superfœtationes, & geminos & trigeminos.

Vnde parentum & auorum similitudo procreetur.

Empedocles similitudinem ex seminum potentia oriri existimat, dissimilitudinem verò ob seminis calorem exhalatum. Parmenides, quum à dextra parte vteri semen excernitur, patrum; quum verò à sinistra, matrum *similes nasci*. Stoici à toto corpore & anima fieri semen, exprimíque similitudines & effigies ex eadem gente, perinde atque si pictor rei conspectæ similitudinem coloribus similibus referat; præterea à muliere quoque semen emitti, quod si præualeat mulieris *semen*, matri: si viri, patri similem prolem nasci.

Quomodo soboles aliis quàm parentibus similis nascatur.

Medicorum plurimi, fortuitò & casu refrigeratis maris & fœminæ seminibus, dissimiles gigni infantes putant. Empedocles, imaginatione mulieris inter concipiendum formari fœtus. Sæpe enim imagines etiam & statuæ sunt à mulieribus adamatæ, similísque earum proles in lucem edita. Stoici ob consensum quendam ac similem animi affectionem fluxuum & radiorum non imaginum, insertione mutuas similitudines effici.

Quomodo steriles fiant mulieres, & viri infœcundi.

Medici fœminas steriles fieri dicunt, aut quod iis vterus sit angustior, aut densior, aut rarior, aut durior, aut ob callosam concretionem, aut carnis excrescentiam, aut animi langorem, aut defectum nutritionis, malum habitum, peruersionem figuræ, aut euulsionem. Diocles, infœcundos mares fieri arbitratur, aut quòd semen prorsus quidam non eiaculentur, aut parciùs quàm oporteat, aut quòd semen infœcundum; aut ob paralysim partium, aut talem colis distortionem, vt in vterum semen eiaculari rectà non possit, aut ob incommoderationem partium ad vteri distantiam. Stoici discrepantes coëuntium facultates & qualitates, causas esse augurantur, quas si quis separet, & sui generis alteri coniungat, euincet natura, fœtúmque procreabit.

Cur muli steriles.

Alcmæon mulos mares infœcundos censet propter seminis exilitatem & frigiditatem; fœminas autem steriles, quòd ipsarum vuluæ sursum non dehiscant, hoc est, non aperiantur. Empedocles, ob paruitatem, demissionem, & angustiam vuluæ inuersè ventri adiunctæ, vt rectà in eam semen neque euibretur, neque si id fiat, excipiatur. Huic Diocles testimonio annuit, qui in distortionibus multoties tales se mularum vteros deprehendisse narrat, & iisdem de causis mulieres quoque sint steriles.

CAPVT XXXIII.

An fœtus in vtero sit animal.

PLATO fœtum in vtero esse animal arbitratur, ipsum siquidem & moueri in ventre, & nutriri, & augeri. Stoici partem ventris, non animal esse fœtum existimant, quemadmodum enim fructus, qui sunt partes plantarum, vbi maturue-

γὰρ εἰς πρῶτον καὶ δεύτερον ἐμπέσῃ τὸ σπέρμα, τότε γίνεσθαι τὰς ἐπισυλλήψεις, καὶ διδύμους καὶ τριδύμους.

Πόθεν γίνεται τῶν γονέων ὁμοίωσις, καὶ τῶν προγόνων.

Ἐμπεδοκλῆς οἴεται ὁμοιότητα γίνεσθαι κατ' ἐπικράτειαν τῶν σπερμάτων· ἀνομοιότητα δὲ τοῦ ἐν τῷ σπέρματι θερμασίας ἐξατμισθείσης. Παρμενίδης ὅταν μὲν ἀπὸ τῶν δεξιῶν μερῶν τῆς μήτρας τὸ σπέρμα ἀποκριθῇ, τοῖς πατράσιν· ὅταν δὲ ἀπὸ ἀριστερῶν, ταῖς μητράσιν· οἱ Στωϊκοὶ ἀπὸ τοῦ σώματος ὅλου καὶ τῆς ψυχῆς φέρεσθαι τὸ σπέρμα, καὶ τὰς ὁμοιότητας ἀναπλάττεσθαι ἐξ αὐτοῦ τοὺς τύπους, καὶ τοὺς χαρακτῆρας, ὥσπερ ἂν εἰ ζωγράφον ἀπὸ τῶν ὁμοίων χρωμάτων ὁμοιότητα τοῦ βλεπομένου· προΐεσθαι δὲ καὶ τὴν γυναῖκα σπέρμα· κἂν μὲν ἐπικρατῇ τὸ τῆς γυναικὸς, ὅμοιον εἶναι τὸ γεννώμενον τῇ μητρί, ἐὰν δὲ τὸ τοῦ ἀνδρὸς, τῷ πατρί.

Πῶς ἄλλοις ὅμοια γίνεται τὰ γεννώμενα καὶ οὐ τοῖς γονεῦσιν.

Οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν τυχικῶς, καὶ ἐκ τοῦ αὐτομάτου, ὅταν μὲν διαψυχθῇ τὸ σπέρμα, καὶ τὸ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὸ τῆς γυναικὸς, ἀνόμοια γίνεσθαι τὰ παιδία. Ἐμπεδοκλῆς τῇ κατὰ τὴν σύλληψιν ὄψει τε καὶ φαντασίᾳ τῆς γυναικὸς μορφοῦσθαι τὰ βρέφη· πολλάκις γὰρ ἀνδριάντων, καὶ εἰκόνων ἠράσθησαν, καὶ ὅμοια τούτοις τετόκασιν· οἱ Στωϊκοὶ κατὰ συμπάθειαν τῆς διανοίας κατὰ ῥευμάτων, καὶ ἀκτίνων εἴσκρισιν γίνεσθαι τὰς ὁμοιότητας.

Πῶς στεῖραι γίνονται γυναῖκες, καὶ ἄγονοι ἄνδρες.

Οἱ ἰατροὶ στείρας φασὶ γίνεσθαι παρὰ τὸ τὴν μήτραν στενωτέραν εἶναι, ἢ παρὰ τὸ πυκνοτέραν, ἢ παρὰ τὸ ἀραιοτέραν, ἢ παρὰ τὸ σκληροτέραν, ἢ παρά τινας ἐπιπωρώσεις, ἢ σαρκώσεις, ἢ παρὰ μικροθυμίαν, ἢ παρ' ἀτροφίαν, ἢ παρὰ καχεξίαν, ἢ παρὰ τὸ διαστρέφεσθαι τὸν σχηματισμὸν, ἢ διὰ παρασπασμόν. Διοκλῆς ἀγόνους τοὺς ἄνδρας, ἢ διὰ τὸ μὴ δ' ὅλως προΐεσθαι γονήν, ἢ παρὰ τὸ ἔλαττον εἶναι τοῦ δέοντος, ἢ παρὰ τὸ ἄγονον εἶναι τὸ σπέρμα, ἢ κατὰ παράλυσιν τῶν μορίων, ἢ κατὰ λοξότητα τοῦ καυλοῦ μὴ δυναμένου τὸν γόνον εὐθυβολεῖν, ἢ παρὰ τὸ ἀσύμμετρον τῶν μορίων πρὸς τὴν ἀπόστασιν τῆς μήτρας. οἱ Στωϊκοὶ αἰτιῶνται τὰς ἀσυμφύλους εἰς ἑκάτερα τῶν πλησιαζόντων δυνάμεις τε καὶ ποιότητας, αἷς ὅταν συμβῇ χωρισθῆναι μὲν ἀπ' ἀλλήλων, συνελθεῖν δὲ ἑτέροις ὁμοφύλοις συνεκρατήθη τὸ κατὰ φύσιν, καὶ βρέφος τελεσιουργεῖται.

Διὰ τί ἡμίονοι στεῖραι.

Ἀλκμαίων τῶν ἡμιόνων τοὺς μὲν ἄρρενας ἀγόνους παρὰ τὴν λεπτότητα τῆς θορῆς καὶ ψυχρότητα· τὰς δὲ θηλείας παρὰ τὸ ἄνω μὴ ἀναχάσκειν τὰς μήτρας· ὅ ἐστιν ἀναστομοῦσθαι. Ἐμπεδοκλῆς διὰ τὴν σμικρότητα καὶ ταπεινότητα, καὶ στενότητα τῆς μήτρας κατεστραμμένως προσπεφυκυίας τῇ γαστρὶ, μήτε τοῦ σπέρματος εὐθυβολοῦντος εἰς αὐτὴν, μήτε εἰ καὶ φθάσειεν αὐτῆς ἐκδεχομένης. Διοκλῆς δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ λέγων πολλάκις ἑωρακέναι τοιαύτην μήτραν ἐκ τῆς ἀνατομῆς τῶν ἡμιόνων, καὶ ἐνδέχεσθαι διὰ τὰς αἰτίας ταύτας, καὶ τὰς γυναῖκας στείρας εἶναι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Εἰ τὸ ἔμβρυον ζῷον.

ΠΛάτων ζῷον εἶναι τὸ ἔμβρυον ὑπείληφε· καὶ γὰρ καὶ κινεῖσθαι ἐν τῇ γαστρὶ, καὶ τρέφεσθαι, καὶ αὔξεσθαι. Οἱ Στωϊκοὶ, μέρος εἶναι γαστρὸς τὸ ἔμβρυον, οὐ ζῷον· ὥσπερ γὰρ τοὺς καρποὺς μέρη τῶν φυτῶν ὄντας πεπαινομένους ἀπορ-

ρεῖν, οὕτω καὶ τὸ ἔμβρυον. Ἐμπεδοκλῆς, μὴ εἶναι μὲν ζῶον τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἔμπνουν ὑπάρχειν ἐν τῇ γαστρί· πρώτην δὲ ἀναπνοὴν τοῦ ζώου γίνεσθαι κατὰ τὴν ἀποκύησιν, τῆς μὲν ἐν τοῖς βρέφεσιν ὑγρασίας ἀποχώρησιν λαμβανούσης, πρὸς δὲ τὸ παρακενωθὲν ἐπεισόδου τοῦ ἐκτὸς ἀέρος γινομένης εἰς τὰ παρανοιχθέντα τῶν ἀγγείων. Διογένης, γεννᾶσθαι μὲν τὰ βρέφη ἄψυχα, ἐν θερμασίᾳ δέ· ὅθεν τὸ ἔμφυτον θερμὸν εὐθέως προχυθέντος τοῦ βρέφους, τὸ ψυχρὸν εἰς τὸν πνεύμονα ἐφέλκεσθαι. Ἡρόφιλος κίνησιν ἀπολείπει φυσικὴν τοῖς ἐμβρύοις, οὐ πνευματικήν· τῆς δὲ κινήσεως αἴτια νεῦρα· τότε δὲ ζῶα γίνεσθαι ὅταν προχυθέντα προσλάβῃ τι τοῦ ἀέρος.

A rint, decidunt: ita & fœtus. Empedocles fœtum quidem ipsum animal non esse, sed respirare in ventre, ac primùm respirationem animalis fieri in parte, quum qui humor in fœtu morabatur, secessum reperit, & ad quod euacuatum est externi aëris per aperta vasa datur aditus. Diogenes, fœtus inanimatos nasci, sed cum calore: vnde calidum innatum statim edito fœtu frigidum in pulmonem attrahere putat. Herophilus, motum naturalem ipsi fœtui relinquit, non autem animalem. Nerui autem sunt motus causæ. Tunc verò animalia fieri, quando in lucem edita aliquid aëris excipiunt.

B

Πῶς τὰ ἔμβρυα τρέφεται.

Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος τὸ ἔμβρυον ἐν τῇ μήτρᾳ διὰ τοῦ στόματος τρέφεσθαι ὑπολαμβάνουσιν· ὅθεν εὐθέως γεννηθὲν ἐπὶ τὸν μαζὸν φέρεσθαι τῷ στόματι· εἶναι γὰρ καὶ ἐν τῷ σώματι θηλάς τινας ἐπινενησμένας, καὶ στόματα δι' ὧν τρέφονται. Οἱ Στωϊκοὶ, διὰ τοῦ χορίου, καὶ τοῦ ὀμφαλοῦ· ὅθεν τοῦτον εὐθέως ἀποδεῖν τὰς μαιουμένας, καὶ ἀνευρύνειν τὸ στόμα, ἵνα διὰ τοῦ στόματος αἰσθητῶς τρέφεσθαι. Ἀλκμαίων, δι' ὅλου τοῦ σώματος τρέφεσθαι· ἀναλαμβάνειν γὰρ αὐτὸ, ὥσπερ σπογγίαν, τὰ ἀπὸ τῆς τροφῆς θρεπτικά.

Quomodo fœtus in vtero nutriatur.

Democritus & Epicurus in vtero per os nutriri fœtum existimant; hinc, statim editum, ore mammas inuadere, esse enim in corpore mammas quasdam oppletas & oscula per quæ nutritur. Stoici per secundinam & vmbilicum, vnde ipsum statim ligant obstetrices, & os dilatant, vt per os manifeste nutriatur. Alcmæon ali per totum corpus, ipsum enim vt spongiam nutritias alimenti partes excipere censet.

C

Τί πρῶτον τελειοῦται τοῦ βρέφους.

Οἱ Στωϊκοὶ ἅμα ὅλον γίνεσθαι νομίζουσιν. Ἀριστοτέλης, πρῶτον τὴν ὀσφὺν ὥσπερ τρόπιν νεώς. Ἀλκμαίων, τὴν κεφαλὴν ἐν ᾗ ἐστὶ τὸ ἡγεμονικόν. Οἱ ἰατροὶ τὴν καρδίαν, ἐν ᾗ καὶ φλέβες, καὶ ἀρτηρίαι· οἱ δὲ τὸν μέγαν δάκτυλον τοῦ ποδός· οἱ δὲ τὸν ὀμφαλόν.

Quid primum in fœtu absoluatur.

Stoici totum corpus procreari simul existimant. Aristoteles primùm spinam conflari putat vt nauis carinam. Alcmæon, caput in quo princeps animæ facultas *residet*. Medici, cor in quo venæ & arteriæ sunt. Alij magnum pedis digitum. Alij vmbilicum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Διά τι ἑπτάμηνα γόνιμα.

Ἐμπεδοκλῆς, ὅτε ἐγεννᾶτο τῶν ἀνθρώπων γένος ἐκ τῆς γῆς, τοσαύτην γενέσθαι τῷ μήκει τοῦ χρόνου (διὰ τὸ βραδυπορεῖν τὸν ἥλιον,) τὴν ἡμέραν, ὁπόση νῦν ἐστὶν ἡ δεκάμηνος· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τοσαύτην γενέσθαι τὴν ἡμέραν, ὁπόση νῦν ἐστὶν ἡ ἑπτάμηνος, διὰ τοῦτο καὶ τὰ δεκάμηνα γόνιμα, καὶ τὰ ἑπτάμηνα, τῆς φύσεως τοῦ κόσμου οὕτω μεμελετηκυίας αὔξεσθαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ᾗ τίθεται νυκτὶ τὸ βρέφος. Τίμαιος δὲ οὐ δέκα μῆνάς φησιν, ἐννέα δὲ νομίζεσθαι παρὰ τὰς ἐπισχέσεις τῶν μηνιαίων τῆς πρώτης συλλήψεως, οὕτω καὶ τὰ ἑπτάμηνα νομίζεσθαι, οὐκ ὄντα ἑπτάμηνα· ἔγνω τε γὰρ καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν παύσας καθάρσεως. Πόλυβος, Διοκλῆς, οἱ Ἐμπειρικοὶ, καὶ τὸν ὄγδοον μῆνα ἴσασι γόνιμον, ἀτονώτερον δέ πως, τῷ πολλάκις διὰ τὴν ἀτονίαν πολλοὺς φθείρεσθαι· καθολικώτατον δέ, μηδένα βούλεσθαι τὰ ὀκτάμηνα τρέφειν, γεννῆσθαι δὲ πολλοὺς ὀκταμηνιαίους ἄνδρας. Ἱπποκράτης καὶ Ἀριστοτέλης οἴονται, ἐὰν πληρωθῇ ἡ μήτρα ἐν τοῖς ἑπτὰ μησὶ τότε προκύπτειν, καὶ τὸ γόνιμον γίνεσθαι, ἐὰν δὲ προκύψῃ μὲν, μὴ τρέφηται δὲ, ἀσθενοῦντος τοῦ ὀμφαλοῦ διὰ τὸ ἐπίπονον, ἔμβρυον ἄτροφον γίνεσθαι· διὰ τοῦτο τὰ ὀκτάμηνα οὐ περιγίνεσθαι· ἐὰν δὲ μείνῃ τοὺς ἐννέα μῆνας ἐν τῇ μήτρᾳ, τότε προκύψαν ὁλόκληρόν ἐστι. Πόλυβος ἑκατὸν ὀγδοήκοντα δύο καὶ ἥμισυ ἡμέρας γίνεσθαι εἰς τὰ γόνιμα τὰ ἔμβρυα ὑπολαμβάνει· εἶναι γὰρ ἑξάμηνα, ὅτι καὶ τὸν ἥλιον ἀπὸ τροπῶν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ παραγίνεσθαι· λέγεσθαι δὲ ἑπτάμηνα, ὅταν τὰς ἐλλειπούσας ἡμέρας τύπου τοῦ μηνὸς ἐν τῷ ἑπτὰ προσλαμβάνεσθαι, τὰ δὲ

CAPVT XXXIV.

Cur septimestres fœtus vitales.

D EMPEDOCLES quum humanum genus ex terra procreatum est, diem temporis longitudine tantum extitisse, (quòd lento gradu sol incedat) quantus nunc est decimestris: procedente verò tempore tantum fuisse diem, quantus nunc est septimestris, ac ea re decimestres ac septimestres fœtus editos vitales esse, natura mundi ita meditata vt fœtus vno die augesceret qui nocte vna fuisset conditus. Timæus non decem, inquit, menses, sed nouem censeri à retentione menstruorum primæ conceptionis: sic & septimestres existimari qui septem non sunt mensium, nouit enim post conceptionem purgationem desiisse. Polybus, Diocles, Empirici etiam octauum mensem vitalem agnoscunt, sed fœtum esse tum imbecilliorem, ac sæpenumero ob imbecillitatem multos interire. Id verò maxime vniuersale, nullum velle vt octimestres nutriantur, multos tamen octimestres viros euasisse. Hippocrates & Aristoteles censent si septem mensibus vterus impleatur, tunc ipsum deorsum procumbere, & fœtum edi vitalem: si verò procubuerit, nec nutriatur, debilitato ob laborem vmbilico, fœtus impastos edi, ac proinde octimestrem fœtum non viuere. Quòd si nouem menses in vtero maneat, tum procumbens perfectus editur. Polybus autem dies centum octoginta duos, & dimidium requiri coniicit vt fœtus editi sint vitales: hoc enim esse sex mensium tempus, quo etiam sol à tropico ad tropicum decurrat. Dici autem septimestres, quum dies qui huic sexto mensi desunt à septimo assumuntur. Octo verò

mensium fœtus non viuere, quòd vteri quidem fœtu foras procumbente vehementiùs vmbilicus distendatur, crucietúrque: nam fœtus alimento fraudatur, nutritionis siquidem causa est vmbilicus. At Mathematici disiuncta habere signa, ob ídque omni priuatos esse natalitio sydere pronunciant, septimestres verò coniunctorum esse participes, octimestres autem disiuncta animalia zodiaci habere domorum dominos sibi aduersarios planetas, siquis enim in his ortum & vitam sortitus fuerit, eum infortunatum & breuioris æui fore ipsa portendunt. Disiuncta verò sunt zodiaci signa quorum vnum ab altero octauum numeratur, vt Aries ad Scorpium, Taurus ad Sagittarium, Gemini ad Capricornum, Cancer ad Aquarium, Leo ad Pisces, Virgo ad Arietem. Propterea septimestres & decimestres vitales esse fœtus, octimestres verò propter defectum coniunctionum mundi interire. Timæus & duodecimestrem asserit aliquem fœtum vtero gestari ob suppressionem menstruorum quæ ante conceptionem prodibant, sic & septimestrem æstimari non existentem priusquam conceptio fuerit, sed cùm vterus ad menstrua & post conceptionem valet.

A ὀκτάμηνα μὴ ζῆν, ὅταν προεκκύψαντος μὲν τοῦ βρέφους τῆς μήτρας, ἐπὶ πλέον τε ὀμφαλὸς ἐβασανίσθη διατεινόμενος· ἄτροφον γὰρ γίνεται τὸ ἔμβρυον· τοῦ τρέφοντος αἴτιος ὁ ὀμφαλός. Οἱ δὲ Μαθηματικοὶ τοὺς ὀκτὼ μῆνας ἀσυνδέτους φασὶν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο ἐστερῆσθαι πάσης γενέσεως, τοὺς δὲ ἑπτὰ συνδετικούς· τὰ δὲ ἀσύνδετα ζῴδια, ἔχειν τοὺς οἰκοδεσποτοῦντας φαύλους τῶν ἀστέρων· ἂν γάρ τις τούτων τὴν ζωὴν καὶ τὸν βίον κληρώσῃ, δυστυχῆ ἔσεσθαι καὶ ἄχρονον σημαίνει· ἀσύνδετα δέ ἐστι ζῴδια ὀκτὼ ἀριθμούμενα, οἷον κριὸς πρὸς σκορπίον ἀσύνδετος, ταῦρος πρὸς τοξότην ἀσύνδετος, δίδυμοι πρὸς αἰγόκερων, καρκῖνος πρὸς ὑδροχόον, λέων πρὸς ἰχθύας, παρθένος πρὸς κριόν· διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἑπτάμηνα, καὶ δεκάμηνα γόνιμα εἶναι· τὰ δὲ ὀκτάμηνα διὰ τὸ ἀσύνδετον τοῦ κόσμου φθείρεσθαι. Τίμαιος καὶ δωδεκάμηνά φησί τινα κύεσθαι παρὰ τὴν ἐπίσχεσιν τῶν καταμηνίων τῆς πρώτης συλλήψεως, οὕτω καὶ ἑπτάμηνα νομίζεσθαι οὐκ ὄντα προσγεγενημένης τῆς συλλήψεως, δυναμένης δὲ τῆς μήτρας εἰς καταμήνια καὶ μετὰ σύλληψιν.

C

CAPVT XXXV.

Quomodo generentur ac intereant animalia.

EPICVRVS, si generatus est mundus, & animalia generata, ea quoque interitura protulit: quòd si ingenitus est, ex mutua commutatione generari: partes enim esse mundi hæc ipsa, vt Anaxagoras & Euripides, nihil eorum quæ generantur perit, sed ea quum soluuntur, alias aliorum formas diuersas inducunt. Anaximander putat in humido generata esse prima animalia, corticibus spinosis inuoluta, processu autem ætatis ad maiorem siccitatem desciuisse, ruptóque cortice ad modicum tempus superuixisse. Empedocles animalia primùm edita ac plantas nequaquam integra extitisse, sed parum conuenientibus partibus composita: Secundò nata, sic inter se partibus iuncta dicit, vt simulachri speciem referrent. Tertiò orta ex membris ex sese inuicem prodeuntibus: Quartò denique non iam ex similibus vt ex terra & aqua, sed ex sese vicissim cùm alimentum aliorum esset densatum, aliis mulierum venustas incitamentum emittendi seminis attulisset. Animalium porrò omnium genera discreta esse pro temperaturæ conditione, alia enim aquas appetunt, tanquam naturæ suæ plùs accommodas, alia ad aërem aspirant quòd eius in se plurimùm contineant: alia quæ grauiora sint, ad terram *suo appetitu* feruntur: quæ autem æquabili sunt temperamento, ex toto pectore vocem effundunt. Democritus genita esse animalia congressu, at si vnum astrum primum humidi extiterit, animalia gignere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Πῶς ἐγένετο τὰ ζῷα, καὶ εἰ φθαρτά.

D E F ΕΠίκουρος, εἰ ἐγένετο ὁ κόσμος, καὶ τὰ ζῷα γεννητά, καὶ φθαρτά, καὶ εἰ ἀγέννητος, ἐκ μεταβολῆς τῶν ἀλλήλων γίνεσθαι· μέρη γὰρ εἶναι τοῦ κόσμου ταῦτα, ὡς Αναξαγόρας καὶ Εὐριπίδης, ἴλεις δὲ οὐδὲν τῶν γινομένων φθείρεται, διακρινόμενα δὲ ἄλλο πρὸς ἄλλο μόρφας ἑτέρας ἐπέδειξεν. Αναξίμανδρος ἐν ὑγρῷ γεννηθῆναι τὰ πρῶτα ζῷα, φλοιοῖς περιεχόμενα ἀκανθώδεσι, προσβαινούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἀποβαίνειν ἐπὶ τὸ ξηρότερον, καὶ περιρρηγνυμένου τοῦ φλοιοῦ ἐπ' ὀλίγον χρόνον μεταβιῶναι. Εμπεδοκλῆς, τὰς πρώτας γενέσεις τῶν ζώων καὶ φυτῶν μηδαμῶς ὁλοκλήρους γενέσθαι· ἀσυμφυέσι δὲ τοῖς μορίοις διεζευγμένας· τὰς δὲ δευτέρας συμφυομένων τῶν μερῶν εἰδωλοφανεῖς· τὰς δὲ τρίτας, τῶν ἀλληλοφυῶν· τὰς δὲ τέτταρας, οὐκ ἔτι ἐκ τῶν ὁμοίων, οἷον ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, ἀλλὰ δι' ἀλλήλων ἤδη, τοῖς μὲν πυκνωθείσης τῆς τροφῆς, τοῖς δὲ τῆς εὐμορφίας τῶν γυναικῶν ἐπερεθισμὸν τοῦ σπερματικοῦ κινήματος ἐμποιησάσης· τῶν δὲ ζώων πάντων τὰ γένη διακριθῆναι διὰ τὰς ποιὰς κράσεις· τὰ μὲν οἰκότερα εἰς τὸ ὕδωρ τὴν ὁρμὴν ἔχειν, τὰ δὲ εἰς τὸν ἀέρα ἀναπνεῖν, ἕως ἂν πυρῶδες ἔχῃ τι πλέον· τὰ δὲ βαρύτερα ἐπὶ τὴν γῆν· τὰ δὲ ἰσόμοιρα τῇ κράσει, πᾶσι τοῖς θώραξι πεφωνηκέναι. Δημόκριτος γεγενημένα εἶναι τὰ ζῷα συστάσει, εἰ δὲ ἓν ἄστρον πρῶτον τοῦ ὑγροῦ ζωογονοῦντα.

Quot animalium genera & an omnia sensu, & ratione prædita.

Plato & Aristoteles quatuor esse animalium genera proferunt, (& ipsum mundum animal esse) terrestria, aquatica, volatilia, & cœlestia, etenim astra ipsa animalia esse, & mundum ipsum, at animal rationale, immortale. Democritus & Epicurus, cœlestia. Anaxagoras omnia animalia habere rationem agentem, & quodammodo mentem non

Πόσα γένη ζώων καὶ εἰ πάντα αἰσθητά, καὶ λογικά.

Πλάτων καὶ Αριστοτέλης τέσσαρα εἶναι ζώων γένη λέγουσι, (καὶ τὸν αὐτὸν κόσμον ζῷον) χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνά, οὐράνια, καὶ γὰρ τὰ ἄστρα ζῷα εἶναι, καὶ αὐτὸν τὸν κόσμον, ζῷον λογικόν, ἀθάνατον. Δημόκριτος καὶ Επίκουρος, τὰ οὐράνια. Αναξαγόρας πάντα ζῷα λόγον ἔχειν ἐνεργητικόν, τὸν δὲ οἱονεὶ νοῦν μὴ

ἔχειν τὸ παθητικόν, τὸ λεγόμενον τοῦ νοῦ ἑρμηνέα. Πυθαγόρας καὶ Πλάτων, λογικὰς μὲν εἶναι, καὶ τὰς τῶν ἄλλων, ζώων ἀλόγων καλουμένων, τὰς ψυχάς, οὐ μὴν λόγῳ ἐνεργούσας διὰ τὴν δυσκρασίαν τῶν σωμάτων, καὶ διὰ τὸ μὴ μετέχειν τοῦ φραστικοῦ λόγου, ὥσπερ ἐπὶ τῶν πιθήκων καὶ κυνῶν, λαλοῦσι μὲν γάρ, οὐ δύνανται δὲ φράζειν ἃ νοοῦσι. Διογένης, μετέχειν μὲν αὐτὰ τοῦ νοητοῦ καὶ ἀέρος, διὰ δὲ τὸ τὰ μὲν πυκνότητι τὰ δὲ πλεονασμῷ τῆς ὑγρασίας μήτε διανοεῖσθαι, μήτε αἰσθάνεσθαι, προσφερῶς δὲ αὐτὰ διακεῖσθαι τοῖς μεμηνόσι, παραπεπαικότος τοῦ ἡγεμονικοῦ.

A habere patientem quæ mentis interpres dicitur. Pythagoras & Plato rationales quidem esse cæterorum, quæ bruta dicuntur animalium animas, non tamen ea rationis effectus prodere dico, tum ob corporum intemperiem, tum quòd sermonem eloquentem minimè participent, quemadmodum in simiis & canibus aduertitur, quæ mente quidem concipiunt, sed mentis concepta proferre nequeunt. Diogenes, rationis & aëris partem ea percipere, sed vel ob crassitiem, vel ob abundantiam humoris neque intelligere, neque sentire: ac fere affecta esse eo modo quo sunt insanientes, qui de mentis exiuerunt potestate. B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λϛʹ.

Ἐν πόσῳ χρόνῳ μορφοῦνται τὰ βρέφη ἐν τῇ γαστρὶ ὄντα.

Ἐμπεδοκλῆς ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἄρχεσθαι τὸ διαρθρώσεως ἀπὸ ἕκτης καὶ τριακοστῆς ἡμέρας, τελειοῦσθαι δὲ τοῖς μορίοις ἀπὸ πεντηκοστῆς μιᾶς δεούσης. Ἀσκληπιάδης δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων, διὰ τὸ θερμοτέραν εἶναι τὴν κρᾶσιν, τὴν διάρθρωσιν γίνεσθαι ἀπὸ ἕκτης καὶ εἰκοστῆς, πληροῦσθαι δὲ ἀπὸ τῆς πεντηκοστῆς· τῶν δὲ θηλειῶν ἐν δʹ μησὶ γίνεσθαι τὴν διάρθρωσιν διὰ τὸ ἐνδεὲς τοῦ θερμοῦ· τὰ δὲ τῶν ἀλόγων ζώων ὁλοτελῆ παρὰ τὰς συγκράσεις τῶν στοιχείων.

CAPVT XXXVI.

Quanto tempore fœtus in vtero formentur.

EMPEDOCLES in hominibus fœtuum formationem incipere ait tricesimo sexto die, perfici verò partibus vndequinquagesimo die. Asclepiades masculorum quidem, quod calidiori sint temperamento, formationem fieri vigesimo sexto die, quinquagesimo verò perfici: in mulieribus autem quatuor mensibus fieri conformationem, quod caloris sint inopes: C brutorum verò fœtus totos & inchoari & perfici ex contemperatione elementorum.

Ἐκ πόσων στοιχείων συνίσταται ἕκαστον τῶν ἐν ἡμῖν μερῶν.

Ἐμπεδοκλῆς, τὰς μὲν σάρκας γίνεσθαι ἐκ τῆς ἰσοκρατείας τῶν δʹ στοιχείων· τὰ δὲ νεῦρα ἐκ τοῦ πυρὸς καὶ γῆς, ὕδατος διπλασίου μιχθέντος· τοὺς δὲ ὄνυχας γίνεσθαι τοῖς ζώοις ἐκ τῶν νεύρων καθ' ὃ τῷ ἀέρι συνέτυχε περιψυχθέντων τῶν λοιπῶν στοιχείων· ὀστᾶ δὲ δοκεῖ μὲν ὕδατος καὶ τῆς ἔσω γῆς, τεττάρων δὲ πυρὸς, γῆς, τούτων συγκραθέντων μερῶν, ἱδρῶτα καὶ δάκρυον γίνεσθαι τηκομένου τοῦ αἵματος, καὶ παρὰ τὸ λεπτύνεσθαι διαχεομένου.

Ex quibus elementis quæque pars corporis nostri constituitur.

Empedocles, carnes quidem ex æquali quatuor elementorum mixtione procreari *protulit*, neruos autem ex igne & terra, cum duabus aquæ partibus permixtis: at vngues gigni animalibus ex neruis prout aëri occurrerunt refrigeratis reliquis elementis. Ossa verò videntur ex aqua & terra interna *æqualiter composita*; D conferunt tamen è quatuor elementis in quibus ignis & terra dominantur, sudores & lachrymas oriri eliquato sanguine, qui quum attenuatus fuerit, diffunditur.

Πῶς ἄρχεται τῆς τελειότητος ὁ ἄνθρωπος.

Ἡράκλειτος καὶ οἱ Στωϊκοὶ ἄρχεσθαι ἡμᾶς τῆς τελειότητος περὶ τὴν βʹ ἑβδομάδα, περὶ ἣν ὁ σπερματικὸς κινεῖται πόρος, καὶ γὰρ τὰ δένδρα τελειοῦται, ὅταν ἄρχηται καρπὸν φέρειν, ἀτελῆ δὲ ἐστι καὶ ἄωρα καὶ ἄκαρπα ὄντα. Ἀριστοτέλης κατὰ τὴν αʹ ἑβδομάδα, καθ' ἣν ἔννοια γίνεται καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν διδασκαλίας ἀρχή. ἕτεροι δὲ νομίζουσι τελειοῦσθαι ἡμᾶς τῇ τρίτῃ ἑβδομάδι, ὅταν καὶ χνοῦα ἔχωμεν καὶ τῇ ἰσχύϊ χρώμεθα.

Quomodo exorditur perfectionem homo.

Heraclitus & Stoici perfectionem nos exordiri asserunt transacto secundo septenario, quo tẽpore spermatica vasa mouentur: etenim arbores perficiuntur quum fructus ferre incipiunt, imperfectæ autem sunt & immaturæ dum fructu carẽt. Aristoteles primo septenario, quo notitia oritur rerum honestarũ & turpium, quod est disciplinæ initium. E Alij denique existimant nos tertio perfici septenario, quum & pubescimus, & virium robore vtimur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖʹ.

Πῶς ὕπνος γίνεται καὶ θάνατος.

Ἀλκμαίων ἀναχωρήσει τοῦ αἵματος εἰς τὰς ὁμόρρους φλέβας ὕπνον γίνεσθαι, τὴν δὲ ἐξέγερσιν διαχύσει· τὴν δὲ παντελῆ ἀναχώρησιν διὰ τῆς ψύξεως θάνατον φέρειν. Ἐμπεδοκλῆς τὸν μὲν ὕπνον καταψύξιν τοῦ ἐν τῷ αἵματι θερμοῦ σύμμετρον· ἀσύμμετρον δὲ τὸν ἐπαγγέλλειν θάνατον. Πλάτων καὶ οἱ Στωϊκοὶ τὸν μὲν ὕπνον γίνεσθαι ἀνέσει τοῦ αἰσθητικοῦ πνεύματος, οὐ κατ' ἀναχαλασμὸν καθάπερ ἐπὶ τῆς γῆς, φερομένου δὲ ὡς ἐπὶ τὸ ἡγεμονικὸν μεσόφρυον, ὅταν δὲ παντελὴς γίνηται ἡ ἄνεσις τοῦ αἰσθητικοῦ πνεύματος, τότε θάνατον συμβαίνειν.

CAPVT XXXVII.

Quomodo somnus fiat & mors.

ALCMÆON sanguinis recessu in venas sanguifluas somnum fieri censet, diffusione verò, eiusdem solutionem: eum autem, qui per frigus plane fit, recessum: mortem afferre. Empedocles somnum quidem refrigerationẽ caloris qui in sanguine est moderatam esse vult, F immoderatã verò mortem denuntiare. Plato & Stoici somnum quidem sensifici spiritus quiete oboriri tradunt, non relaxatione sicut in terra, sed quum is ad interstitium superciliorum, id est ad partem principem fertur, quum autem prorsus sensus priuatio spiritui sensifico accesserit, mortem accedere.

Vtrùm somnus & mors corporis aut animæ sint.

Aristoteles somnum corporis & animæ esse scripsit, ipsius verò causam esse vaporem humidum à thorace in capitis domicilia assurgentem è subiecto alimento, & refrigerationem caloris in corde, mortem verò absoluta refrigeratione contingere. Anaxagoras propter corporeæ functionis lassitudinem somnum obrepere credidit, corporis enim esse non animæ affectum, animæ quoque mortem accidere ob separationem. Leucippus non solùm corporis somnum esse; verùm excedente partium tenuiorum temperamento nimiam animati calidi iacturam, causam mortis; corporis autem hæc esse, non animæ affectiones. Empedocles mortem esse separationem partis igneæ ab his ex quibus syntaxis hominis coaluit: ideóque communem esse corpori animæque mortem, somnum autem secretione quadam partis igneæ euenire.

Πότερον τοῦ σώματος ὁ ὕπνος καὶ θάνατος, ἢ τῆς ψυχῆς.

Ἀριστοτέλης, τὸν ὕπνον σώματος εἶναι καὶ ψυχῆς· αἴτιον δὲ αὐτοῦ τὸ ἀναθυμιαθὲν ἀπὸ τοῦ θώρακος ὑγρὸν εἰς τοὺς περὶ κεφαλὴν τόπους, καὶ τῆς ὑποκειμένης τροφῆς τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ καταψυχθὲν θερμόν· θάνατον δὲ γίνεσθαι διὰ τῆς παντελοῦς καταψύξεως. Ἀναξαγόρας κατὰ κόπον τῆς σωματικῆς ἐνεργείας γίνεσθαι τὸν ὕπνον· σωματικὸν γὰρ εἶναι τὸ πάθος, οὐ ψυχικόν· εἶναι δὲ καὶ τῆς ψυχῆς θάνατον διαχωρισμόν. Λεύκιππος, οὐ μόνον σώματος γίνεσθαι, ἀλλὰ κράσει τοῦ λεπτομεροῦς πλέονι τῆς ἐκκρίσεως τοῦ ψυχικοῦ θερμοῦ τὸν πλεονασμὸν αἰτίαν θανάτου· ταῦτα δὲ εἶναι πάθη σώματος οὐ ψυχῆς. Ἐμπεδοκλῆς τὸν θάνατον γεγενῆσθαι διαχωρισμὸν τοῦ πυρώδους, ἐξ ὧν ἡ σύγκρισις τῷ ἀνθρώπῳ συνεστάθη· ὥστε κατὰ τοῦτο κοινὸν εἶναι τὸν θάνατον σώματος καὶ ψυχῆς· ὕπνον δὲ γίνεσθαι διαχωρισμόν τινα τοῦ πυρώδους.

CAPVT XXXVIII.

Vtrùm stirpes sint animalia.

THALES & Plato stirpes animatas esse, & animalia proferunt. Patet verò, quòd ipsæ sese commoueant, seséque cum violentia colligant, rursúsque ita vehementer se explicent, laxéntque: vt etiam secum trahant grauia pondera. Aristoteles eas quidem dixit animatas esse, non tamen animalia, quum animalia sint alia appetendi, alia sentiendi, alia ratiocinandi facultate prædita. Stoici & Epicurei non animatas esse putant: animata enim quædam esse animæ appetentis & concupiscentis, quædam verò rationalis. Plantas autē sponte ac fortuitò non animæ dote natas esse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Εἰ ζῷα τὰ φυτά.

ΘΑλῆς καὶ Πλάτων τὰ φυτὰ ἔμψυχα, καὶ ζῷα φασιν· φανερὸν δὲ ἐκ τοῦ σαλεύεσθαι, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἔχειν μετὰ βίας, καὶ πάλιν σφοδρῶς ἀναχαλᾶσθαι, ὥστε καὶ συνέλκειν βάρη. Ἀριστοτέλης ἔμψυχα μέν, οὐ μὴν καὶ ζῷα· τὰ γὰρ ζῷα ὁρμητικὰ εἶναι, καὶ αἰσθητικά, καὶ λογικά. Στωϊκοὶ δὲ καὶ Ἐπικούρειοι οὐκ ἔμψυχα· τινὰ γὰρ ψυχῆς ὁρμητικῆς εἶναι, καὶ ἐπιθυμητικῆς, τινὰ δὲ καὶ λογικῆς· τὰ δὲ φυτὰ αὐτομάτως πως γεγενῆσθαι, οὐ διὰ ψυχῆς.

Quomodo stirpes augeantur.

Empedocles arbores prima animalium è terra productas fuisse profert, priusquam sol circumageretur, & priusquam nox à die discerneretur, ex temperamenti quoque commoderatione eas tum maris, tum fœminæ rationem habere. Crescere autem à caloris, qui telluri inest, distributione, adeo vt sint terræ partes, vt ipsi fœtus in vtero partes sunt matris, fructus autem stirpium aquæ & ignis recrementa esse. Iis quidem stirpibus folia defluere quibus haud integer secernitur humor qui æstate absumitur; quibus verò in foliis copiosus succus perpetuò manet, eas semper florere vt in lauro & olea aduertimus: succorum autem differentias oriri ex diuersitate cùm multitudinis partium, tum plantarum discrepantium à rebus alentibus quæ sibi similia sunt attrahentium, quemadmodum in vitibus innotescit. Non enim earum differentiæ vinorum diuersitatem efficiunt, sed nutrientis soli.

Πῶς αὐξάνεται τὰ φυτά.

Ἐμπεδοκλῆς τὰ δένδρα πρῶτα τῶν ζῴων ἐκ τῆς γῆς ἀναφῦναί φησι· πρὶν τὸν ἥλιον περιαπλωθῆναι, καὶ πρὶν ἡμέραν καὶ νύκτα διακριθῆναι· διὰ δὲ συμμετρίας τῆς κράσεως τὸν τοῦ ἄρρενος, καὶ τοῦ θήλεος περιέχειν λόγον· αὔξεσθαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ γῇ θερμοῦ διαιρουμένου, ὥστε γῆς εἶναι μέρη, καθάπερ καὶ τὰ ἔμβρυα τὰ ἐν τῇ γαστρὶ τῆς μήτρας μέρη· τοὺς δὲ καρποὺς περιττώματα εἶναι τοῦ ἐν τοῖς φυτοῖς ὕδατος, καὶ πυρός· καὶ τὰ μὲν ἐλλιπὲς ἔχοντα τὸ ὑγρὸν ἐξικμαζομένου τούτου· τῷ θέρει φυλλορροεῖν· τὰ δὲ πλείονα παραμένειν ἀεὶ φύλλοις τεθηλότα· ὥσπερ ἐπὶ δάφνης καὶ τῆς ἐλαίας· τὰς δὲ διαφορὰς τῶν χυμῶν παραλλαγὰς γίνεσθαι τῆς πολυμερείας, καὶ τῶν φυτῶν διαφόρων, ἑλκόντων τὰς ἀπὸ τῶν τρεφόντων ὁμοιομερείας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων· οὐ γὰρ αἱ διαφοραὶ τούτων ποιοῦσι τὸν οἶνον διαλλάττοντα, ἀλλὰ τοῦ τρέφοντος ἐδάφους.

De nutrimento & incremento.

Empedocles animalia quidem proprij alimenti concretione nutriri, caloris autem præsentia crescere; vtriusque verò defectu imminui ac tabescere. At nostræ ætatis homines priscis comparatos, infantium instar esse.

Περὶ τροφῆς καὶ αὐξήσεως.

Ἐμπεδοκλῆς τρέφεσθαι μὲν τὰ ζῷα διὰ τὴν ὑπόστασιν τοῦ οἰκείου, αὔξεσθαι δὲ διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ θερμοῦ· μειοῦσθαι δὲ καὶ φθίνειν διὰ τὴν ἔκλειψιν ἑκατέρων· τοὺς δὲ νῦν ἀνθρώπους τοῖς πρώτοις συμβαλλομένους, βρεφῶν ἐπέχειν τάξιν.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘʹ.

Περὶ πυρετοῦ.

Ἐρασίστρατος ὁρίζεται τὸν πυρετὸν κίνημα αἵματος παρεμπεπτωκότος εἰς τὰ τοῦ πνεύματος ἀγγεῖα ἀπροαιρέτως γινόμενον· καθάπερ ἐπὶ τῆς θαλάττης, ὅταν μηδὲν κινῇ αὐτὴν πνεῦμα ἠρεμεῖ· ἀνέμου δὲ ἐμπνέοντος βιαίου παρὰ φύσιν τότε ἐξ ὅλης κυκλοῦται, οὕτω καὶ ἐν τῷ σώματι, ὅταν κινηθῇ τὸ αἷμα, ἐμπίπτει μὲν εἰς τὰ ἀγγεῖα τῶν πνευμάτων, πυρούμενον δὲ θερμαίνει τὸ ὅλον σῶμα. Διοκλῆς δέ φησιν ἐπιγέννημα εἶναι τὸν πυρετόν· ἐπιγίνεται δὲ τραύματι, καὶ βουβῶνι. Ἡρόδοτός φησι μηδεμίας αἰτίας προηγησαμένης ἐνίοτε πυρέττειν τινάς.

B

Περὶ ὑγείας καὶ νόσου.

Ἀλκμαίων, τῆς μὲν ὑγείας εἶναι συνεκτικὴν ἰσονομίαν τῶν δυνάμεων ὑγροῦ, θερμοῦ, ξηροῦ, ψυχροῦ, πικροῦ, γλυκέος, καὶ τῶν λοιπῶν. τὴν δὲ ἐν αὐτοῖς μοναρχίαν, νόσου ποιητικήν· φθοροποιὸν γὰρ ἑκατέρου μοναρχία, καὶ νόσων αἰτία, ὡς μὲν ὑφ᾽ ἧς, ὑπερβολὴ θερμότητος ἢ ψυχρότητος, ὡς δ᾽ ἐξ ἧς διὰ πλῆθος, ἢ ἔνδειαν, ὡς δ᾽ ἐνίοις αἷμα ἐνδέον, ἢ ἐγκέφαλον· τὴν δὲ ὑγείαν σύμμετρον τῶν ποιῶν τὴν κρᾶσιν. Διοκλῆς δὲ πλείστας τῶν νόσων δι᾽ ἀνωμαλίαν γίνεσθαι τῶν ἐν τοῖς σώμασι στοιχείων, καὶ τοῦ καταστήματος ἀέρος. Ἐρασίστρατος τὰς νόσους γίνεσθαι διὰ πλῆθος τροφῆς, καὶ ἀπεψίας καὶ φθορᾶς· τὴν δὲ εὐταξίαν, καὶ αὐτάρκειαν εἶναι ὑγείαν. Πυθαγόρας φησὶ τὰς νόσους γίνεσθαι τοῦ σώματος διὰ τὸ θερμότερον ἢ κρυμωδέστερον γίνεσθαι τὸ σῶμα· τὸ μὲν γὰρ θερμότερόν ἐστι τὸ πλέον τοῦ μετρίου, τὸ δὲ κρυμωδέστερον ἔλαττον τούτου.

C

Περὶ γήρως.

Οἱ Στωϊκοὶ καὶ οἱ ἰατροὶ συμφώνως φασὶν παρὰ τὴν τοῦ θερμοῦ ὑπονόστησιν τὸ γῆρας γίνεσθαι· οἱ γὰρ αὐτοὶ πλέον ἔχοντες τὸ θερμὸν, ἐπὶ πλεῖον γηρῶσιν. Ἀσκληπιάδης δέ φησι τοὺς Αἰθίοπας ταχέως γηράσκειν, ἔτει τριακοστῷ διὰ τὸ ὑπερθερμαίνεσθαι τὰ σώματα ὑπὸ τοῦ ἡλίου διαφλεχθέντας· τοὺς δὲ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ ἑκατὸν εἴκοσιν ἐτῶν γηρᾷν διὰ τὸ στέγειν ἐν αὐτοῖς τὸ πυρῶδες· τὰ μὲν γὰρ τῶν Αἰθιόπων σώματα ἀραιότερα διὰ τὸ κεχαλάσθαι ἀπὸ τοῦ ἡλίου· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἄρκτων πεπυκνῶσθαι, καὶ διὰ τοῦτο πολυχρόνια.

D

CAPVT XXXIX.

De febre.

ERASISTRATVS febrem definit obortum sanguinis motum non sponte in spiritus vasa prolapsi, quemadmodum in mari: quando enim nullus ventus ipsum agitat, quiescit: flante autem vehementi vento contra naturam tunc totum cogitur in circulos: sic & in corpore; quando sanguis commotus fuerit incidit in vasa spirituum; cùm autem incaluerit, totum corpus calefacit. Diocles succedentem affectum esse febrem existimat; succedit autem vulneribus, & adenum tumoribus. Herodotus asserit nullâ causâ præcedente aliquos interdum febre corripi.

De sanitate & morbo.

Alcmæon quidem sentit causam sanitatis continentem esse æquabilitatem facultatis humidi, calidi, sicci, frigidi, amari, dulcis, ac reliquorũ. si qua verò harum qualitatũ sola præualeat cæteris, morbi causam efficientem: euertit enim sanitatem quæ sola exuperat & morborũ causa est: verbi gratia, si nimium possit calor aut frigus, aut reliquorum aliquid deficiat vel abundet, vt cum sanguinis aut cerebri non est satis: ideóque sanitatem esse temperiem qualitatum concinnam, hoc est commoderatam qualitatum temperiem. Diocles cùm ex inæqualitate elementorum quibus corpus compositum est, tum ex aëris constitutione morbos oboriri existimat. Erasistratus morbos contingere arbitratur ob alimentum vel nimium, vel incoctum, vel corruptum: sanos viuere, si ciborũ, quantùm sufficiat, assumpserimus. Pythagoras dicebat morbos corporis inde oriri quòd aut calidius, aut frigidius sit corpus, calidius quidem est, quod vltra temperiem calet, frigidius verò cum deficit iustus calor.

De senectute.

Stoici & Medici vno consensu ob caloris recessum senectutem oboriri proferunt, ac qui plus caloris habent, tardius senescere. Asclepiades verò dicit Æthiopas celeriter senescere, scilicet anno tricesimo, quòd eorum corpora ab æstuante sole adurantur. Britanniæ verò incolas centesimo vigesimo anno senescere, quòd ingenitus eorum calor diutiùs conseruetur. Enimuerò Æthyopum corpora rariora fiunt, quòd à sole laxentur. Britannorum verò, quòd sub vrsis degant, densiora, proindéque diuturnioris vitæ sunt.

FRAGMENTUM GALENI.

Ex Ioanne Grammatico Alexandrino cognomento Philopono, quod caput est quintum solutionis quæstionis decimæ septimæ Procli, de mundi æternitate.

Galeni testimonium ex libris de demonstratione; Quòd non quicquid interitus, omnino id & ortus expers esse necesse sit, & quod Plato eius sit sententiæ.

A AMBITIOSIS itaque contentionibus, & aduersus veritatem impudenter productis, abundè, mea quidem sententia, ratio demonstrauit, neque omne absolute interitus expers, ortu carere, etsi id natura, non tamen Plato natura interitus expertem mundum esse arbitratur, proindéque, neque ortus expertem. Quòd si idoneorum virorum testimoniis sermonem hunc comprobare oporteat, sique hîc videatur Galenus fide dignis esse horum testis, (vir in physicis maximè versatus, nihilóque minus in propria scientia; vt qui philosophiæ præcepta probè calluit) accedat ad B nostram causam patronus. Hîc itaque in quarto libro tractationis de demonstratione, quam conscripsit, hæc ad verbum profert. Composita est sempiterni notio, est enim & ortus & interitus expers. Alterutrum autem consequitur, alterum omnino, & cùm hîc ostendisset alterutrum illorum, deinde alterum sequi, illud assumens demonstrauit quod erat propositum. Si igitur probè ab omnibus concessum sit, ingenerabili incorruptibile esse consequens; id expendentes, simul quidem intelleximus axioma esse ex se primum fidem faciens, quódque demonstratione non egeat; C simul etiam ab altero quodam dilucido axiomate confirmari, quod paulo ante eiusmodi esse dictum est. Si quid nullam prorsus generationis rationem habeat, id eiusmodi nullam quoque corruptionis rationem habiturum est. Quòd igitur quicquid ab initio ingeneratum est, protinus incorruptibile sit, promptè mens admittit, & si quid etiam aliud eorum quæ intellectui perspicua sunt, primum sit, ac tale pronunciatum. At verò quodcunque interitus est expers, id quoque necessariò ortu careat, distinctione quadam indiget, vt id facile *mente* excipiamus. Quænam igitur est *illa* distinctio: quæ in diui- D sione modorum consistit, quibus incorruptibile esse, idq; aliquid concedendum sit, vtrùm eò quòd nullam prorsus corruptionis conditionē suscipiat, quale id, quod perfectè simplex est & affectionis cuiuscunque expers: vel quod rediuiuam immortalitatem sit consequutū, quale quiddam & de Diis in Timæo Plato proferre videtur, vbi ipsis primum Deum differentem effinxit. Hæcce autem est oratio. Quandoquidem generati estis, immortales quidem non estis; neque planè indissolubiles,

ΤΟΜΙΟΝ ΤΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ·

Ἐκ τοῦ Ἰωάννου τοῦ γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως τοῦ Φιλοπόνου, ὃ τὸ κεφάλαιόν ἐστι ε΄ τῆς λύσεως τοῦ ἑπτακαιδεκάτου λόγου τοῦ Πρόκλου, περὶ ἀϊδιότητος κόσμου.

Γαληνοῦ μαρτυρία ἐκ τῶν περὶ ἀποδείξεως· ὅτι οὐ πᾶν τὸ ἄφθαρτον, πάντως καὶ ἀγένητον εἶναι ἀνάγκη, καὶ ὅτι καὶ Πλάτων ταύτης ἐστὶ τῆς δόξης.

A ἹΚΑΝΩΣ μὲν οὖν, οἶμαι, τοῖς μὴ πάντη φιλονείκοις, καὶ ἀπηρυθριακόσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὁ λόγος ἀπέδειξεν· ὡς οὔτε πᾶν ἁπλῶς τὸ ἄφθαρτον ἀγένητον, ἀλλ' εἴπερ ἄρα τὸ φύσει, οὔτε Πλάτων φύσει ἄφθαρτον εἶναι τὸν κόσμον οἴεται. καὶ διὰ τοῦτο, οὐδὲ ἀγένητον· εἰ δὲ δεῖ καὶ μαρτυρίαις ἀξιοπίστων ἀνδρῶν βεβαιῶσαι τὸν λόγον, εἴ τε δοκεῖ Γαληνὸς ἀξιόπιστος εἶναι τούτων μάρτυρ, ἀνὴρ φυσικώτατός τε, καὶ οὐδὲν ἧττον τῆς ἰδίας ἐπιστήμης τὰ κατὰ φιλοσοφίαν ἠκριβω- B κὼς θεωρήματα, παρίτω τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ συνήγορος. οὗτος οὖν ἐν τῷ τετάρτῳ λόγῳ ὧν αὐτὸς συνέγραψεν περὶ ἀποδεικτικῆς πραγματείας, φησὶν ἐπὶ λέξεως ταῦτα. Σύνθετός ἐστιν ἡ νόησις τοῦ ἀϊδίου· καὶ γὰρ ἀγένητος καὶ ἄφθαρτος· ἕπεται δὲ ἑκατέρῳ θάτερον δηλονότι, κἀνταῦθα δείξας ὁπότερον αὐτῶν, εἶθ' ὡς ἕπεται θάτερον, ἐκεῖνο προσλαβὼν ἀποδέδειχεν ὡς ἂν εἴη τὸ προκείμενον. εἰ τοίνυν καλῶς ὑπὸ πάντων ὁμολογῆται, τῷ ἀγενήτῳ τὸ ἄφθαρτον ἕπεσθαι, σκοποῦντες, ἅμα μὲν ἀναπόδεικτόν τε καὶ πρῶτον, καὶ ἐξ αὐτοῦ πι- C στὸν εἶναι ἀξίωμα κατενοήσαμεν· ἅμα δὲ ὑφ' ἑτέρου τινὸς ἐναργοῦς μαρτυρούμενον ἀξιώματος· ὃ μικρὸν ἔμπροσθεν εἴρηται τοιοῦτον ὑπάρχειν, εἴ τι λόγον οὐδόλως ἔχει γενέσεως, οὐδὲ φθορᾶς ἕξει τὸ τοιοῦτο λόγον· ὅτι μὲν οὖν ἅπαν ἀγένητον, εὐθὺς καὶ ἄφθαρτόν ἐστιν, ἑτοίμως ἡ διάνοια δέχεται· καὶ εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν πρὸς νόησιν ἐναργῶν πρῶτον ὑπάρχει, καὶ τὸ τοιοῦτο ἀξίωμα· τὸ μέντοι πᾶν ὅσον ἄφθαρτον, ἐξ ἀνάγκης τοῦτο καὶ ἀγένητον εἶναι, διορισμοῦ δεῖταί τι- D νος, ἵν' ἑτοίμως αὐτὸ δεχώμεθα· τίς οὖν ὁ διορισμός; ἐν τῷ διελέσθαι πῶς ἄφθαρτον εἶναι τόδε τι συγχωρητέον, πότερον ὡς οὐδὲ τὸν λόγον ὅλως ἐπιδεχόμενον τῆς φθορᾶς, οἷον τὸ τελείως ἁπλοῦν ἐστι καὶ ἀπαθές, ἢ ὡς ἐπισκευαστῆς τῆς ἀθανασίας τετυχηκός· οἷόν τι δοκεῖ καὶ περὶ τῶν θεῶν ἐν Τιμαίῳ λέγειν ὁ Πλάτων· ἐν οἷς πεποίηκε τὸν πρῶτον θεὸν αὐτοῖς διαλεγόμενον· ἔστι δ' ἡ ῥῆσις, ἥδε. ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδὲ ἄλυτοι τὸ πάμπαν·

οὐ μέντοι οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας· τῆς ἐμῆς βουλήσεως, μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες, ἐκείνων, οἷς, ὅτ' ἐγίνεσθε, συνεδεῖσθε· ταὐτὸ δὲ τοῦτο κἀν τῷ πολιτικῷ, περὶ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ διεξέρχεται· ἐπινοεῖται γάρ τι, κἂν εἰ γέγονεν, ὅμως οὐ φθαρησόμενον· οἷον ἡ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις εἰ τύχοι· ἐγχωρεῖ γὰρ αὐτὴν φθαρῆναι μηδέποτε· καίτοι τῶν κατὰ μέρος οἰκιῶν ἁπασῶν, φθείρεσθαι φύσιν ἐχουσῶν· ἀλλὰ τῷ δύνασθαι κατὰ βραχὺ γίνεσθαι τὴν ἐπανόρθωσιν ἐνδέχεται, μὴ φθαρῆναι τὸ σύμπαν· οὐ μόνον δὲ πόλιν οὕτω δυνατὸν ἄφθαρτον ἐπινοεῖν, ἀλλὰ καὶ μίαν οἰκίαν· εἰ τὸ πονῆσαν αὐτῆς, ἐπανορθώσεως ἑκάστοτε τυγχάνοι· κατὰ λόγον οὖν, εἰ μὲν ἀγένητόν τι, πάντως καὶ ἄφθαρτον· εἰ δὲ ἄφθαρτον, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀγένητον. Σαφῶς ἄρα καὶ οὗτος ὁ ἀνὴρ, οὔτε τῷ ὁπωσοῦν ἀφθάρτῳ τὸ ἀγένητον εἶπεν ἕπεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ τὸν λόγον τῆς φθορᾶς ἔχοντι, καὶ Πλάτωνα οὕτω τὴν ἀφθαρσίαν διδόναι ὡμολόγηκε τῷ οὐρανῷ.

neutiquam tamen dissoluimini, neq; mortis fatum sortiemini; quum meam voluntatem maiorem, firmiúsque etiam vitæ vinculum sortiti sitis, quàm nexus illi, quibus, quum generabamini, colligati fuistis. Idem planè & de toto cœlo in politico adstruit. Animaduertitur nanque aliquid quod, etsi generatum sit, non tamen corruptioni obnoxium sit, quemadmodum Lacedæmoniorum ciuitas si contigerit. Nam si ita sors ferat, vt ipsa nunquam intereat, etiamsi ipsius ædes omnes structuram particulatim interitui obnoxiam habeant, quod verò earum instaurationem paulatim posse fieri contingat; tamen ciuitatem haud interire. Verùm non solùm ciuitatē incorruptibilem ita mente concipere possumus, sed & vnicam domum, si qua pars eius quæ corruit, aut corruerit, instaurationem vndiq; sortiatur. Itaque rationi consentaneum est, si quid ortus quidem prorsum est expers, id quoq; interitus: si verò interitui haud obnoxium, non necessariò ortus expers. Itaque dilucidè hic vir, neq; quicquam quantumcumq; interitus expers, quod ortu caret, dixit consequi, imò neque id quod interitus rationem habet, & Platonem ea ratione cœlo tribuisse æternitatem concessit.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΟΤΙ ΑΙ ΠΟΙΟΤΗΤΕΣ ΑΣΩΜΑΤΟΙ,

τὸ βιβλίον προσγεγραμμένον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τὰς ποιότητας, καὶ τ' ἄλλα συμβεβηκότα ἀπὸ τῶν Στωϊκῶν κακῶς τὰ σώματα καλεῖσθαι.

ΟΥΔΕΝ τῶν ἐμῶν ἀγνοεῖν βουλόμενος, οὐδ' ἂν πάνυ τι σμικρὸν εἶναι δοκῇ (αὐτὸ γὰρ τὸ λανθάνειν τι τὸν φίλον, οὐ σμικρόν ἐστιν) ὁμιλίαν μοι γενομένην πρός τινα δηλῶσαί σοι βούλομαι μετὰ τῆς ἐνδεχομένης ἀκριβείας ἐργασάμενος· ὁ γὰρ ἐξ ὑπογυίου λόγος περαινόμενος, τῆς ἀκριβείας λείπεται, ἄλλως τε, καὶ εἰ τύχοιεν κοινωνοῦντες τῷ λόγῳ ἀντιφιλοτιμούμενοί τε καὶ φιλόνεικοι· ἦν δὲ ὁ περὶ τῶν ποιοτήτων λόγος, καὶ τῶν συμβεβηκότων ἁπάντων ἅ φασιν εἶναι Στωϊκῶν παῖδες σώματα· πρὸς οὓς χρὴ τάδε λέγειν· ἆρ' οὐχὶ σῶμά τινος φήσαντος, εὐθὺς νοεῖν ἡμῖν συμβέβηκε τριχῇ τινὰ διαστατὴν τὴν οὐσίαν ἀντίτυπον; αὐτὸ δὲ μόνον εἰ φαίη τὴν τριχῇ διαστατὸν, οὐ μᾶλλον σῶμα νοῆσαι τὸ λεγόμενον, ἢ καὶ τὸ κενὸν καὶ τὸν τόπον, χρὴ δὲ τοὺς ὅρους καὶ τὰς ὑπογραφὰς, καὶ τὰς λογικὰς δηλώσεις, τινῶν αὐτῶν εἶναι καὶ μόνων ἐκείνων δηλωτικὰς, ἃ δηλοῦν βουλόμεθα, καὶ μὴ κοινὰς πρὸς ἑτέρας· ὅτε γε μὴν τὸν περὶ τῶν κοινῶν λόγον ἀπαιτούμεθα· ὅτι δὲ κοινόν ἐστιν, τοῦτο δῆλον. λέγω δὲ τὸ τριχῇ διαστατὸν, σώματός τε καὶ κενοῦ καὶ τόπου, Στωϊκοὺς μὲν ὁμολογεῖν ἀναγκαῖον, ἅτε κενὸν ἀπολιπόντας ἐν τῇ τῶν ὄντων πραγματείᾳ φύσει, κἂν ἐν τῷ κόσμῳ τοῦθ' ὑπάρχειν μὴ λέγωσι τοὺς ἄλλους φιλοσόφους, νοεῖν γε πάντως ἀναγκαῖον, πῶς γὰρ ἀπέφασκον τοῦ κενοῦ τὴν φύσιν, εἰ μηδὲ ἐν ἐννοίᾳ τὸ σύνολον; εἰ δὲ νοοῦσιν, οὐκ ἄλλο τι

GALENO ASCRIPTVS LIBER QVOD QVALITATES incorporeæ sint.

CAPVT PRIMVM.

Qualitates, reliquáque accidentia perperam à Stoicis corpora appellari.

QVVM nihil rerum mearum ignotum tibi velim, ne si id quidem minimum esse videatur (ipsum enim abscondere aliquid amico, non minimum est) concertationem mihi cum quodam susceptam tibi manifestare volo, cum decenti accuratione meo officio perfuncturus: sermo enim, qui ex improuiso habetur, diligentia caret, præsertimque si, quibus cum is habetur, ij de gloria concertent, & victoriæ æmulentur. Erat verò de qualitatibus sermo, déque accidentibus omnibus quæ Stoicorum posteri esse corpora proferunt. Aduersus quos dicere hæc oportet; num quum quis corpus dicit, quamprimùm intelligere nobis euenit, triplici contentam spatio substantiam solidam: si solum hoc dicat triplici contentam spatio, non erit vt corpus magis intelligamus id quod dicitur, quàm vacuum, & locum: oportet verò definitiones, & descriptiones, logicásque demonstrationes quorundam esse, & earum solum rerum demonstratiuas, quas demonstrare volumus, cum aliis haud communes: quandoquidem non de communibus rationem reddimus: quod autem cōmune est, id manifestum, quod triplici spatio contentum dico, corporis, vacuíque & loci: id Stoicos cōcedere necesse est, qui scilicet vacuum in tractatu *rerum* existentium naturæ reliquerunt: quamuis in mundo id esse non asserant; cæteros verò philosophos intelligere id omninò necesse est: quo modo enim vacui naturam negarent, si neque ipsum omninò mente conciperent, ac intelligerent? si verò intelligunt, non aliud quicquam

quam intelligere dicent (si verum fateri volunt omnes) corpus: quemadmodum non sine tempore patet, neque id sine loco, & hoc ipso quoque triplici contento spatio, vt in se ipsum rem triplici contentam spatio suscipiat: eius rei testimonium est sensibilium corporum vnumquodque: quod enim, verbi gratia, cubitali longitudine, palmari latitudine, & quatuor digitorum altitudine corpus est, idoneo loco eget, qui ipsum excipiat: hoc nobis statutum sit, & de ratione corporis omnis speculandum.

A νοεῖν φήσουσιν, τ' ἀληθὲς ὁμολογεῖν βουλόμενοι πάντες σῶμα· καθάπερ οὐ δίχα χρόνου· δῆλον ὡς οὐδὲ δίχα τόπου, καὶ τούτου, καὶ οἱ τοῦ τριχῆ διαστατοῦ, ἵνα δέξηται τὸ τριχῆ διαστατὸν εἰς ἑαυτό, μαρτύριον τούτων τῶν αἰσθητῶν σωμάτων ἕκαστον. πηχυαῖον γάρ τι φέρε τῷ μήκει, σπιθαμιαῖον δὲ τῷ πλάτει, καὶ βάθει τετραδάκτυλον σῶμα, ἀναλόγου δεῖται τόπου· τοῦ χωρήσοντος αὐτό. τοῦθ' ἡμῖν ἔστω διάταγμα καὶ περὶ τοῦ λόγου θεωρητὸν παντὸς σώματος.

CAPVT II.

Qualitates non esse corpora, alioqui corpus corpori accidere.

QVVM talis verò de corpore intelligentia sit, & secundum hanc oratio definitiua, patet quemque esse fateri paratum, nisi litigiosus sit, non eandem rationem accipere, neque intelligentiam, nec horum singula, id est spatiorum trium æqualem naturam habere, neque eandem definitionem accipere, neque omninò corpus dicere licet ipsam corporis longitudinem, preterquam sanè per complexum, sed corporis accidens: simili verò in latitudine, altitudinéque & grauitate, & figura ratio est, & in reliquis, vt summatim dicam, qualitatibus, accidentibúsque, sed secundum aliquos, sine corpore hæc neque esse, neque intelligi: quòd si considerauerimus horam vnam omnia facere, producere, & nihil aliud esse dicere, quam vnum solum corpus, erit absurdum: innumeræ namque sunt substantiarum naturæ secundum proprietatem, & qualitatum, accidentiúmque, quæ *inter se* differunt, variáque sunt, & contraria. In his igitur nullum alteri idem dicamus, vbi nobis est sermo de differentiæ: præterea, si figuram corpori accidentem corpus dicemus, patet nos corpus corpori accidere dicturos, quod absurdum est: quod enim eorum substantiam magis, quódve accidens dicemus? Si verò vnicam habemus intelligentiam corporis, vt corporis, qui figuram corpus dicit, aut vacuum intellectu nomen de accidente profert, aut vniuoce cum corpore nominat: vtrumque verò absurdum est: etenim significat aliquid, quamobrem nomen est, & notionem aliquam indicat à corpore diuersam, & si non est à figura separabile corpus. Similis autem in reliquis accidentibus ratio est, coloribus, saporibus, odoribus olfactum spectantibus, & ad auditum, vocibus, verbis, sibilis, stridoribus, popysmis, gemitibus, crepitibus, rhochasmis, bombis, sonis, strepitibus. Si verò quispiam dicat ipsa hæc, &, quæ talia sunt, omnia esse quodam modo percussum aërem, huic illud Menandri obiicere fas est. Hęc ô nequam perdidit id, quòd non sine corpore tale aliquid intelligitur. Quod ego quoque confiteor: nego tamen rem habentem, vnam & eandem habitæ rei existimandum esse: neque enim Cleanthes tuberculum erat, cum hoc ei contigisset ipso in morbo: neque Chrysippus, etiamnum Epicurus stranguria, postquam contigit his ex hoc morbo vitam auerti: neque igitur aëris percussio, aër est, sed & natura differt, & intellectu, & definitione, quid sit horum vtrumque declarante. Quod verò diuersæ sint inter se, & à corpore figuræ, petam in præsenti testes ad hunc sermonem. Aliam geometræ circulo, cæterísque figuris definitionem reddunt. aliam cor-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Τὰς ποιότητας οὐκ εἶναι σώματα, ἄλλοτε σῶμα σώματι συμβαίνειν.

B ΤΟιαύτης δὲ οὔσης τῆς τοῦ σώματος νοήσεως, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν ὁριστικοῦ λόγου, πᾶς ὁμολογήσει δῆλον, ὡς οὐκ ὢν δύσερις μὴ τὸν αὐτὸν ἐπιδέχεσθαι λόγον, καὶ νοεῖσθαι, ὡς οὐχὶ τούτων ἑκάστη, λέγω δὲ τῶν τριῶν διαστάσεων, τὴν ἴσην ἔχει φύσιν, οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἐπιδέχεται λόγον, οὔθ' ὅλον ἐστὶ λέγειν σῶμα τοῦ σώματος τὸ μῆκος, πλὴν εἰ μὴ ἄρα κατὰ συμ-
C πλοκήν, συμβεβηκὸς δὲ τῷ σώματι· οὔθ' ὅμοιος ἐπὶ τοῦ πλάτους, καὶ βάθους, καὶ βάρους, καὶ τοῦ σχήματος λόγος, καὶ τῶν λοιπῶν ἅπαξ ἁπλῶς ποιοτήτων τε καὶ συμβεβηκότων· ἀλλὰ κατά τινας τὸ μὴ δίχα σώματος ταῦτ' εἶναι, μηδὲ νοεῖσθαι, ὅπερ εἰ σκοποίημεν ὥραν μίαν πάντα ποιεῖν, μηκύνειν καὶ μηδὲν ἕτερον εἶναι λέγειν, ἀλλ' ἓν μόνον τὸ σῶμα· εἰ δὲ τοῦτ' ἄτοπον, ἀναρίθμητοι γάρ εἰσιν οὐσιῶν τε κατ' ἰδιότητα φύσεις, καὶ ποιοτήτων, καὶ συμβεβηκότων, διαφόρων τε καὶ ποικίλων, καὶ ἐναντίων· μὴ δὴ οὖν ἕτερον ἑτέρῳ τούτων, ταυτὸν λέγωμεν, ἔνθα τίς ἐστιν ἡμῖν λόγος περὶ διαφορᾶς, ἔτι καὶ τὸ
D συμβεβηκὸς τῷ σώματι σχῆμα φήσομεν σῶμα, σῶμα σώματι συμβεβηκέναι, δῆλον ὡς ἐροῦμεν, ὅπερ ἄτοπον· τί γὰρ μᾶλλον αὐτῶν οὐσίαν; τί δὲ συμβεβηκὸς φήσομεν; εἴτε μίαν ἔχομεν νόησιν σώματος ὡς σώματος, ὁ τὸ σχῆμα σῶμα λέγων, ἢ κενὸν νοήματος ὄνομα προσφέρεται τοῦ συμβεβηκότος, ἢ συνωνύμως ὀνομάζει τῷ σώματι· εἰ δὲ ἐστιν ἄτοπον ἑκάτερον, καὶ γὰρ καὶ σημαίνει τι, καὶ διὰ τοῦτο ἐστὶν ὄνομα, καὶ δηλοῖ τι νόημα τοῦ σώματος ἕτερον, εἰ καὶ μὴ χωριστικῶς, οὐκ ἔστι σχήματος σῶμα· ὁ δὴ ὅμοιος οὖν τῶν λοιπῶν συμβεβηκότων λόγος, χρωμάτων τε καὶ χυμῶν, καὶ τῶν πρὸς ὄσφρη-
E σιν, καὶ τῶν πρὸς ἀκοὴν φωνῶν, λόγων, συριγμῶν, νυγμῶν, ποππυσμῶν, στεναγμῶν, ῥυγμῶν, ῥιγχασμῶν, βόμβων, ἤχων, ψόφων· εἰ δὲ λέγοι τις ταῦτά τε καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα ὑπάρχειν ἀέρα πεπληγμένον πως, καλὸν ἐπειπεῖν αὐτῷ τὸ Μενάνδριον, ταῦτά τε ἀπολώλεκεν ὦ πονηρέ· τὸ μὴ δίχα σώματος νοεῖσθαί τι τοιοῦτο, ὅπερ ὁμολογῶ καὶ αὐτός, οὔ φημι δὲ δεῖν ἓν, καὶ ταυτὸν εἶναι νομίζειν, τὸ ἔχειν τῷ ἐχομένῳ· οὔτε γὰρ Κλεάνθης ἦν φῦμα ἐπισυμβεβήκει τοῦτ' αὐτῷ, κατ' αὐτὸ νόσημα, οὔτε Χρύσιππος, ἔτι δὴ Ἐπίκουρος στραγγουρία, ἐπεὶ ἐκ τούτου τοῦ
F πάθους αὐτοῖς συνέβη καταστρέψαι τὸν βίον· οὔκουν οὐδὲ πληγὴ τοῦ ἀέρος ἀήρ ἐστιν· ἀλλὰ διαφέρει καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ νοήσει, καὶ τῷ δηλοῦντι λόγῳ, τί ποτ' ἐστὶ τούτων ἑκάτερον· ὅτι δὲ ἐστιν ἀλλήλων τε καὶ τοῦ σώματος ἕτερα τὰ σχήματα, αἰτήσω γοῦν ἐπὶ τοῦτον νῦν τὸν λόγον μάρτυρας· γεωμέτραι ἕτερον κύκλου τε καὶ τῶν ἄλλων σχημάτων ὅρον ἀποδιδόντες, καὶ ἕτερον τοῦ σώ-

ματος, ὧν οἱ λόγοι τε συγχέουσιν ἕτεροι ὄντες, καὶ τὰ σημαινόμενα, καὶ πολὺ πρότερον αἱ νοήσεις. ταῦτα πάντα πως ἂν ἓν εἶναι λέγοι τις σωφρονῶν, εἴτε καὶ τὰ συμβεβηκότα φήσομεν τῷ σώματι σώματα, ὧν ἐροῦμεν τινὶ συμβεβηκέναι, πότερα ταῦτα τῶν συνήθως ὑφ' ἁπάντων καλουμένων, σώματ' εἴη, τούτοις ἅπασι κοινωνήσει, καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστῳ τῷ σώματι· ἑκάτερον γὰρ ἄτοπον, εἴτε γὰρ ταῦτα σωματικὴν οὐσίαν ἔχει, ἢ λεγόμενα, συμβέβηκε τῷ σώματι· εἰ μὲν οὖν σώματά ἐστιν συμβεβηκότα, καλοῦμεν πάντα γε ὄντα σώματα, καὶ οὐχὶ τὰ μὲν συμβεβηκότα, τὰ δὲ σώματα. εἰ δ' οὐχὶ σώματα, ἀλλὰ ἄλλα τινά, οὐκ ἄρα τὸ συμβεβηκὸς σῶμά ἐστιν, εἴτε τούτοις ἅπασι σώμασιν οὖσι σῶμα ὄντως συνήθως ὑφ' ἁπάντων καλούμενον συμβέβηκεν, τὸ δὲ παραπλήσιόν ἐστι λέγειν, κἀκεῖνο πυνθάνεσθαι, εἰ μένειν ἀδιαίρετον πᾶσιν αὐτοῖς συμβεβηκέναι λέγοιτο, μὴ μεριζόμενον ἰσαρίθμοις αὐτοῖς· τοῦτο γὰρ οὐδέ τι τοῦ χρόνου μεμένηκεν ἀναμφισβήτητον, οὐχ ἔτι σμικρότατον.

pori, quarum rerum diuersæ rationes sunt, significationésque, longéque ante animi conceptus: hæc omnia quo modo vnum esse quis sapienter dicet? vel, si, quæ corpori accidunt, corpora dicemus, quorum alicui accidere dicemus: vtrum hæc ex iis sunt, quæ ab omnibus corpora nominari solent, cum omnibus his communicatione, aut singillatim cuique corpori? vtrumque enim absurdum est, siue hæc corpoream substantiam habeant, siue dicantur corpori accidere. Si igitur corpora accidentia sunt, omnia entia corpora nominaremus, non autem alia accidentia, alia corpora: si verò non corpora, sed aliqua alia, non igitur ipsum accidens corpus est: vel, si cùm omnia hæc corpora sint, his ipsis, quod verè ab omnibus corpus vocari consueuit, accideret: id verò similiter dixeris, atque illud audiueris, si indiuisibile manere omnibus his accidere dicatur, non in æquales numeros diuisis: hoc enim nec aliquid temporis sine dubitatione mansit, ne minimum quidem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Τὰ σώματα τοῖς συμβεβηκόσι συμβεβηκέναι ἀδύνατον, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀτόπων ἐντεῦθεν ἐπακολουθεῖσθαι.

Ἀνάπαλιν φασί τινες τοῖς οὖσι συμβεβηκέναι πράγμασιν. εἰ δέ τις τοῦτο φεύγων, ὡς ἄτοπον, ἰσαρίθμως ἐρεῖ τοῖς καλουμένοις συμβεβηκόσιν (ἃ καὶ αὐτὰ καλεῖ σώματα) συμβεβηκέναι τὴν οὐσίαν, πολλά τε, ὧν ἀγνοεῖ, ἐπεὶ μεταπλάττει τὴν πραγμάτων τὴν φύσιν καὶ τὴν νόησιν, οὗ τὸ σῶμα εἰ τὰ συμβεβηκότα λέγων συμβεβηκέναι. τὸ δὲ σῶμα τοῖς συμβεβηκόσι, καὶ εἰ σῶμα σώμασι ποιεῖ συμβεβηκός, ὥς τε καὶ ἀπορεῖν εἰκότως τέ τινί φημι χρῆναι λέγειν συμβέβηκεν, εἴτε ἰσαρίθμως τοῖς συμβεβηκόσι· μερισθὲν τὸ συνήθως λεγόμενον σῶμα ἑκάστῳ. τούτων ἴδιόν τι συμβέβηκεν ἄλλο μέρος τοῦ σώματος, ἄλλῳ μέρει τοῦ συμβεβηκότος συμβήσεται· εἴτε καὶ συμβεβηκότα σώματά ἐστι, πᾶν δὲ σῶμα, ἐπ' ἄπειρον τέμνεται, ἕκαστον τῶν ἀπείρων τούτων σωμάτων πᾶσι τοῖς ἄλλοις συμβεβηκόσι σωματικοῖς οὖσι καὶ αὐτοῖς συμβέβηκεν. σκόπει τὸ πλῆθος τῶν ἀτόπων· καὶ τὸ δὲ σῶμα σώματι συμβέβηκεν ἀεί, καὶ τὸ ἓν εἶναι νομιζόμενον τοῖς ἀπείροις, καὶ τὸ ἅμα τε ὅλον καὶ μὴ ὅλον· ὅλον μέν, εἰ παμφερὲς τὸ σχῆμα, καὶ τὸ ποσὸν τῆς τοῦ μήλου στρογγυλότητος, πᾶσι τοῖς ἄλλοις συμβεβηκόσι τῷ μήλῳ συμβέβηκεν· οὐχ ὅλον δέ, ἢ ἕκαστον τῶν ἀπείρων τμημάτων οὐκ ἔστι ταὐτὸν τῷ ἀφ' οὗ τέτμηται, εἴτε καὶ τὸ σῶμα τοῦ μήλου σῶμά ἐστι, καὶ τὸ σχῆμα καὶ ἡ χρόα καὶ ἡ ὀσμή, καὶ ὁ πρὸς γεῦσιν χυμός, καὶ ἕκαστον τούτων ἐπ' ἄπειρον τέμνεται μόνον, οὐκ ἐξ ἀπείρων μήλων ἐστὶ συνεστηκός, ὧν ἕκαστον καὶ στρογγύλον ἔσται παραπλησίως ὅλῳ τῷ μήλῳ. εἴ γε ταὐτοῦ κεκοινώνηκε σχήματος, καὶ ὠχρὸν καὶ γλυκὺ φέρε, ἢ αὐστηρόν, καὶ τοιοῦτον ἢ πρὸς ὄσφρησιν, καὶ πάλιν ἕκαστον τῶν ἀπείρων τμημάτων μῆλον ἔσται, εἰ πάντα ταῦτα ἔχει. ἐξ ἀπείρων οὖν σωμάτων, μᾶλλον δὲ μήλων, τὸ ὀφθαλμοφανὲς μῆλον ἔσται συνεστηκός, ὅπερ γελοῖόν γε πολλαχῶς. ἀτὰρ δὴ καὶ τὸ τῶν τμημάτων ἕκαστον οὐκ ἔχον τὴν στρογγυλότητα, μηκέτι εἶναι μῆλον, μήλου δὲ μέρος· μετὰ γὰρ στρογγύλου, φέρε, σχήματος ἦν τὸ μῆλον, εἰ δὲ ἓν μῆλον μόνον ἔσται μὲν ἐκ μιᾶς οὐσίας σωματικῆς, πολλῶν δὲ καὶ διαφόρων συμβεβηκότων συνεστηκός, οὐκ ἔστι τοῦτο δῆλον, ὡς οὐδὲν σῶμα; πότερόν τε τούτων ἕκαστον ἴδιον ἐπέχει τόπον, ἢ πάντα τὸν αὐτόν; εἰ μὲν γὰρ ἴδιον, οὔτε συμμεταλαμβάνειν δῆλον, ὡς τὸ

CAPVT III.

Corpora non posse accidentibus accidere, & quæ hinc absurda sequantur.

Contra quidam existentibus rebus accidere dicunt; at si quis hoc, vt absurdum fugiens, æquali numero dicat vocatis accidentibus (quæ & ipsa vocat corpora) substantiam accidere, nescit se rerum naturam, conceptúmque immutare, si corpora accidentia dicat, corpúsque accidentibus accidere, accidénsque corporibus corpus faciat. Quare & iure dubitare quempiam dico, & dicere oportere, siue æquali numero accidentibus diuisum sit id, quod dici corpus solet, singulis horum proprium quoddam accidit, alia corporis pars, alij accidentis parti accidet: aut, si accidentia corpora sunt, omne verò corpus in infinitum diuiditur, singula horum infinitorum corporum omnibus aliis accidentibus, cùm hæc quoque corporata sint, accident. Considera, quam multa absurda eueniunt: corpus corpori accidet, idémque cùm vnum putetur, infinitis: simúlque & totum, & non totum: totum quidem, si vniuersa figura, rotunditásque mali, quanta est, omnibus aliis, quæ malo accidunt, accidat, non totum verò, si ex infinitis membris singula non eadem ei sunt, ex quo dissecta sunt: vel si corpus mali corpus est, & figura, colórque, & odor, & gustatum spectans sapor, & vnumquodque horum in infinitum scinditur per se, an non ex infinitis malis compositum erit, quorum vnumquodque & rotundum erit non aliter, quàm totum malum? siquidem eiusdem particeps est figuræ, pallidúmque, dulcéque verbi causa, aut austerum, taléque ad olfactum est: & rursus singulæ infinitæ partes malum erunt, si omnia hæc habent: ex infinitis igitur corporibus, & potius malis compositum erit, quod oculis malum elucet. quæ res multis modis ridicula est. Verùm sanè & partium vnaquæque rotunditatem non habens, non erit amplius malum, sed pars mali, cum figura enim rotunda erat malum: si verò vnum malum solum est, ex vnica corporea substantia, multis verò diuersis accidentibus constabit, an non manifestum est nullum corpus esse? vtrùm horum singulum proprium locum obtinet, an omnia eundem? si proprium, patet neque proprietatem, qua-

litatémque inter se habere mutuo communicatam, neque malum esse in rotundum formatum, neque pallore coloratum, neque ad gustum se certo modo, aut ad olfactum habere: si verò simul omnia sunt, & vnum locum occupant, proprietatum confusio est, vt in compositis, mistísque è pluribus, & diuersis speciebus medicamentis, in quibus proprietas, qualitásque vniuscuiusque mistæ materiæ syncera non seruatur, sed vnum quoddam vndique fit: non igitur syncera est singulorum cognitio generum, huius rotundæ mali figuræ, coloris huius, & singulorum accidentium cæterorum: itémque magis, nisi appositæ inter se tangant hæ partes, sed per totas totæ mistæ sint, propria vniuscuiusque qualitas perit, sed neque mistionem licet hanc propriè dicere: quo modo enim si per se proprietates aliquæ vnitæ non sunt, atque detentæ, hæc mista dicenda sunt? Ipsum verò infinitum intenditur orationis, si & longitudo corporis corpus est, si latitudo, & profunditas: simul enim infinitæ, inquam, erunt corporum infinitudines in breui loco ad sensum circunscripto: itémque multorum horum, magísque infinitorum corporum multitudo.

ἀλλήλων ἰδιότητος καὶ ποιότητος, οὔτε μῆλον ἔσται ἐσχηματισμένον στρογγύλον, καὶ κεχρωσμένον ὠχρότητι, καὶ πεποιημένον κατὰ γεῦσιν ὧδέ πως, καὶ κατ᾽ ὄσφρησιν οὕτως· εἰ δ᾽ ἅμα πάντ᾽ ἐστὶ καὶ ἕνα κατέχει τόπον, σύγχυσίς ἐστι τῶν ἰδιωμάτων, καθάπερ οὖν τῶν συνθέτων καὶ ἐκ πλειόνων καὶ διαφόρων εἰδῶν μεμιγμένων φαρμάκων, ἐφ᾽ ὧν ἡ ἑκάστου τῶν μεμιγμένων ὑλῶν ἰδιότης καὶ ποιότης εἰλικρινὴς οὐ σώζεται. ἓν δέ τι γίνεται παρ᾽ ἑκάτερον. οὐκ οὖν εἰλικρινής ἐστι γνῶσις ἑκάστου, ὡς εἰπεῖν, εἴδους· τουτὶ τὸ στρογγύλον σχῆμα τοῦ μήλου, καὶ τουτὶ τὸ χρῶμα, καὶ τῶν ἄλλων συμβεβηκότων ἕκαστον. εἴ τι δὲ μᾶλλον, εἰ μὴ παρατεθεικὼς ἀλλήλων ἅπτεται ταῦτα τὰ μόρια, ἀλλ᾽ ὅλα δι᾽ ὅλων μέμικται, ἡ ἑκάστου ἰδία ποιότης ἀπόλλυται· ἀλλ᾽ οὐδὲ μίξιν ἐστὶν εἰπεῖν ταύτην κυρίως· πῶς γὰρ αἱ καθ᾽ ἑαυτὰς τινὲς ἰδιότητες οὐκ εἰσὶν ἡνωμέναι καὶ κατειλημμέναι; ταῦτ᾽ ἔστι φάναι μεμίχθαι· ἐπιτείνεται δὲ τὸ ἄπειρον τοῦ λόγου, εἰ καὶ τὸ μῆκος τοῦ σώματος σῶμά ἐστι, καὶ τὸ πλάτος, καὶ τὸ βάθος· ἅμα γὰρ ἄπειροί φημι σωμάτων ἀπειρίαι γενήσονται ἐν βραχεῖ, κατὰ περιγραφὴν πρὸς αἴσθησιν τόπου· τό τε τῶν πολλῶν τούτων, μᾶλλον δὲ ἀπείρων σωμάτων πλῆθος.

CAPVT IV.

Si accidentia essent corpora, sequeretur corpora corporibus subitò cedere, aliáque incommoda multa.

AN igitur sempiterna, quomodóque substantiam primam qualitate carentem amplius dicent, ex qua & mundum ipsum, & vnamquamque speciem particularem factam esse dicunt? an è tempore quodam facta est, & omnia in idem conuenerunt, vt ex cooperatione syncrimata (hoc est res compositæ) fiant? verùm hoc quoque maximè absurdum esse dicimus, idémque multis modis: primùm, quòd non vnius esse materiæ corpora videntur: multæ autem infinitæq; doctrinæ communis substantiæ sunt, alia quidem figurarum specie infinitarum: alia verò coloris, huiúsque innumeri secundum speciem, alia saporis gustatum spectantis, cuius rursus interminata doctrina est: alia verò eius est, qui ad olfactum attinet, cùm hic quoque varietatem plurimam habeat: infinitæ igitur erunt in ipsis infinitates, & doctrinæ qualitatum corporatarum: vna autem erat, quæ facta est, quam super incertas scilicet partiri oportet: quamquam quæ necessitas est, vt corporeæ fiant? anteuertunt sanè corpus esse, substantiæque quædam factæ, singuláque corporum horum in infinitum si secentur, quomodo infinitates infinitæ concurrent, & quando? ipsum enim infinitum pertransiri non potest, & lumen corpus est, & albedo, calórque: omne verò corpus quotum est, & quantum, & coaugescentem naturam in se habere videmus: incalescénsque à sole aqua cumulatior maiórque fit, vt maiori loco egeat: quo modo verò in angustum locum nec milij, verbi gratia, corpus excedentem, figuratio, reliquorúmque accidentium singula conueniunt; símulque spirare, & ab æterno, neque mutari deberent in vniuersum, neque corrumpi: ipsum enim æternum immutabile est, quales sunt Deorum naturæ: si verò hoc verum est, quo modo aliquam transformabimus, verbi gratia, ceram? quídque fiet, si, cùm quadrancula sit, rotundam eam efficiamus? an substantiæ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Εἰ τὰ συμβεβηκότα ἦ σώματα, ἀκολουθεῖν τοῖς σώμασι σώματα ἐξαπίνης ὑπείκειν, καὶ ἄλλα πολλὰ ἄτοπα παρακολουθεῖσθαι.

ἈΡά γε οὖν ἀΐδιον, καί πως ἔτι φήσουσιν ἄποιον τὴν πρώτην οὐσίαν; ἐξ ἧς φασὶ τόν τε κόσμον, καὶ τῶν ἐπὶ μέρους εἰδῶν ἕκαστον γεγονέναι; ἢ γέγονεν ἔκ τινος χρόνου, καὶ συνῆλθεν εἰς ταὐτὸν ἅπαντα, ἵνα ἐκ συνεργείας γένηται τὰ συγκρίματα, ἀλλὰ καὶ τοῦτ᾽ ἀτοπώτατον εἶναι λέγομεν, καὶ κατὰ πλείους τρόπους· πρῶτον μὲν, ὅτι μὴ μιᾶς τῆς ὕλης φύσεως ἔοικεν ἀποσωματική· πολλαὶ δὲ καὶ ἄπειροι καὶ διάφοροι ἡμῖν σχήματος τῆς κοινῆς οὐσίας· ἡ μὲν τῶν ἐπ᾽ εἴδεσι μυρίων σχημάτων, ἡ δὲ χροιᾶς, καὶ ταύτης ἀριθμοῦ κατ᾽ εἶδος· ἡ δὲ χυμοῦ, τοῦ πρὸς γεῦσιν, οὗ πάλιν ἀτερμάτιστός τις ἐστὶν διαφορά· ἡ δὲ τοῦ πρὸς ὄσφρησιν, καὶ τούτου πολύτροπον ἔχοντος ἐξαλλαγήν· ἄπειροι τοίνυν ἔσονται κατ᾽ αὐτὰς ἀπειρίαι καὶ διαφοραὶ ποιοτήτων σωματικῶν· μία δὲ ἦν ἡ πεποιημένη· ἐπιμερισθῆναι χρὴ τοῖς ἀδήλοις δηλαδή, καίτοι τινά ποτέ τι χρείαν ταύτην ἔχουσιν ἵνα σωματικαὶ γίνωνται, φθάνουσί γε καὶ σῶμα εἶναι, καὶ πεποιημέναι τινὲς οὐσίαι· ἑκάστου τε τῶν ἀπείρων τούτων σωμάτων εἰς ἐπ᾽ ἄπειρον τέμνεται, ἄπειροι ἀπειρίαι πῶς συνέλθοιεν, καί ποτε, τὸ γὰρ ἄπειρον ἀδιεξίτητον, καὶ τὸ φῶς ἐστι σῶμα, καὶ ἡ λευκότης· πᾶν δὲ σῶμα ποσόν ἐστι καὶ πηλίκον, καὶ συναυξητικὴν φύσιν ἔχειν κατ᾽ αὐτὸ θεώμεθα, καὶ θερμανθὲν ὕδωρ ὑπὸ ἡλίου πλεῖόν τε καὶ μεῖζον γίνεται, καὶ διὰ τοῦτο μείζονος δεῖται τόπου· πῶς δὲ καὶ εἰς βραχὺν τόπον καὶ κεγχριαῖον αἱ οὕτω τύχοι, συνίασιν ἥτε σχηματότης, καὶ τῶν λοιπῶν συμβεβηκότων ἕκαστον, ἅμα τε πνεῖν, καὶ ἐξ ἀϊδίου· οὔτε μεταβάλλειν ὤφειλε τὸ σύνολον, οὔτε φθείρεσθαι· τὸ γὰρ ἀΐδιον, ἀμετάβλητον, καθάπερ τῶν θεῶν αἱ φύσεις· εἰ δὲ τοῦτ᾽ ἔστιν ἀληθές, πῶς ἂν μετασχηματίσομεν, φέρε εἰπεῖν, τὸν κηρόν, καὶ τί ποτε γίνεται; ἐὰν τετράγωνον ὄντα τε, ἐὰν ποιήσωμεν στρογγύλον· ἆρα τὴν

τετράγωνον τῇ οὐσίᾳ; εἰ γὰρ ἦν τῇ τοῦ κηροῦ, τέως νῦν ἐστὶν ἡ στρογγυλότης πόθεν ἐλήλυθεν, καὶ μετὰ ποίας αἰτίας τό τε ἄγουσιν, καὶ εἴτε διὰ σώματος ἄτοπον· σῶμα γὰρ διὰ σώματος χωρεῖν, ἀδιανόητον· εἰ ἐπιστήσειέ τις τὴν ἀντιτυπίαν, ἔστιν ἴδιον σώματος, ὡς ὁ περὶ αὐτοῦ διδάσκει λόγος προηγουμένως· εἴ τε διὰ κενοῦ, ὅτι τε μηδὲν εἶναι φασὶν ἐν τῷ κόσμῳ κενὸν οἱ Στωϊκοί, καὶ διότι δὲ σῶμα οὖσαν τὴν στρογγυλότητα, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ ἔχειν συμβεβηκότα, καὶ σχῆμα δὲ καὶ αὐτὸ πάλιν ἐξ ἑτέρου δῆλον· ὡς εἰς σωματικοῦ συνεστὼς ἔσται σχήματος· κἀκεῖνο ἐξ ἄλλου, καὶ τοῦτ' εἰς ἄπειρον, καὶ εἴτε ἐκ στρογγύλων τῶν ἐπ' ἄπειρον τεμνομένων σχημάτων, τὸ ἀθροῖσον τοῦτο κατὰ τὴν ὄψιν τὴν ἡμετέραν ἀποτετελεσμένον στρογγύλον συνέστηκεν· σκόπει τὸν μῦθον, καὶ πόσα τῷ δὲ τῷ πλάσματι παρακολουθεῖ τὰ ἄπειρα· εἴτε μὴ ἐκ στρογγύλων, πῶς ἐξ αὐτῶν γίνηταί τι στρογγύλον; γελοῖον δὲ καὶ τὸ λέγειν, εἰς στρογγύλα σχήματα τὸ στρογγύλον σχῆμα τέμνεσθαι ἀντιμαρτυρούσης τέμνεται, οὔτε τὸ τετράγωνον εἰς τετράγωνα· τί δὲ ἐπὶ τοῦ παρακαλέσαι μετασχηματισμοῦ κηροῦ φήσουσιν; πότερον ἀντιπαραχωροῦσιν ἀλλήλοις, ἅμα νοήματι, αἱ τῶν διαφόρων σωμάτων σχηματότητες; καὶ πῶς οὐ γελοῖον, καθάπερ ἐμψύχους καὶ λογικὰς οὐσίας ἐξίστασθαι καὶ παραχωρεῖν ἀλλήλαις, ὡς ἐκ συνθήματος; καὶ μᾶλλον ἄπειρον ἐπιγίνεται τὸ λεγόμενον, εἰ ἐκτείνομεν μὲν ἅμα νοήματος τοὺς δακτύλους καὶ συστέλλομεν· εἰ γὰρ μὴ συμβεβηκός ἐστιν ἡ πυγμή, μηδὲ ἡ ἔκτασις, ἀλλὰ σώματα, ἀπείρους ἅμα σχηματικὰς σχηματότητας χρὴ λέγειν ἀφίστασθαι καὶ παραγίνεσθαι, κἂν δύο δὲ μόνας εἶναι φήσῃς, καὶ μὴ ἰσαρίθμους τὰς ἐκτάσεσιν, καὶ συστολαῖς, ἔτι ποικίλως ἐστὶν ἄπορον τὸ λεγόμενον, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀπορώτερον, εἰ μηδὲ παραγίνονται αἱ τῆς συστολῆς καὶ ἐκτάσεως σχηματότητες, ἀλλ' ἑτέρα ἐφ' ἑτέρας τῆς χειρὸς ἀπορρέουσιν. ἔδει γὰρ ἐν ἀκαρεῖ χρόνου τὴν ὀρχηστὴν διαπεφορῆσθαι, ἀλλήλων ἐπ' ἄλλοις ἀδήκτως ἀπ' αὐτῶν σωμάτων ἀποχωρούντων· ἐπὶ δὲ τούτου φήσουσιν, εἴτε μὲν αἴτια τῆς κοινότητος ἀποτελεσματικὰ σώματα, ὅπως ὄξος γίνεται. πῶς δὲ ἀπεπτεῖ; πῶς δὲ οἴχεται; καὶ πόθεν ἥκει τὰ τῆς τοῦ ὄξους ποιότητος ἀποτελεσματικὰ σώματα; εἰ δὲ ἓν ὑπῆρχε τῷ οἴνῳ, καὶ τέως πῶς ἦν οἶνος, ἀλλ' οὐκ ὄξος; σημεῖόν τις ἐξ ἀμφοῖν τρίτη ποιότης, οὔτε οἶνος οὖσα, οὔτε ὄξος· εἴγε κατὰ τὴν μῖξιν ἐστὶν ἡ κρᾶσις· εἴτε κατὰ παράθεσιν.

figura quadrangularis erat? si enim substantiæ ceræ ante erat, nunc rotunditas est, vnde hæc venit? & qua causa inducta tum est? si per corpus, absurdum id est: corpus enim per corpus ire, cogitationem fugit: siquis renitentiam instituat, id proprium corporis est, vt de hoc ratio præcipuè docet: si per vacuum, absurdum nihilominus est, tum quoniam nihil esse in mundo Stoici vacuum dicunt, tum etiam quia rotunditas est corpus, & reliqua habet accidentia, & figuram, quæ & ipsa rursus ex altera corporata figura, fore, vt sit, patet, & illa ex altera, & hoc in infinitum: & si ex rotundis, quæ in infinitum secantur figuris, aggregatum hoc visui nostro rotundum factum constat, fabulam considera, quantáque figmentum hoc infinita sequuntur: si non ex rotundis, quo modo ex his aliquid rotundum fit? ridiculum quoque est, si dicas in figuras rotundas figuram rotundam diuidi, eo contra id teste adhibito, quòd quadrangulum in quadrangula non diuiditur: quid verò in transfiguratione ceræ dicent: vtrùm inter se cedunt vnà cum intellectu diuersorum corporum figurationes? & quo modo non ridiculum tanquam animatas, & rationales substantias exire, cederéque inter se, ceu è constituto: magísque infinitum etiam fit, quod dicitur, si porrigimus vnà cum cogitatione digitos, & contrahimus: si enim non accidens est pugnus, neque porrectio, sed in corpora, infinitas simul figuratas figurationes abscedere accederéque dicere oportet: quòd si duas solas esse dicas, nec numero æquales secundum porrectiones & contractiones, adhuc variè infinitum est, quod dicitur, adhúcque magis infinitum, nisi contractionis, porrectionísque figurationes accedant: sed altera ex manu altera defluit: oportebat enim momento temporis ordinem dissolui, inter se latenter ab hoc cedentibus corporibus. Ad hoc verò dicent, si quidem communitatis causa sunt effectitia corpora, quónam pacto acetum fiat? quo modo verò incoctionem parat? quo modo abit? vnde veniunt effectitia qualitatis aceti corpora? si verò vna res cum vino erat, quo modo tunc vinum erat, & non acetum? Signum quædam ex vtroque tertia qualitas est, quæ neque vinum, neque acetum est, siue per mistionem temperatura est, siue per appositionem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ἄτοπα τὰ πολλὰ κατὰ τὴν πρώτην ὕλην γίνεσθαι, εἰ ὁμολογήσεται τὰς ποιότητας εἶναι σώματα.

ΠΡΟΣ οἷς ἔφην ἀτόποις, οὐδὲν ἂν μέλλειν ἔτι χρὴ λέγειν ὑπάρχειν τὴν οὐσίαν, ἐκ πολλῶν τε καὶ ποικίλων καὶ διαφόρων, καὶ ἐναντίων, καὶ ἀπείρων, ἢ μόνων οὐκ ἀπείρων κατ' ἀριθμὸν συγκρίσεων συνεστηκυῖαν, καὶ εἰς ἀπείρους πάλιν συγκρίσεις τεμνομένην τὴν μίαν τὴν δὲ ταύτην τὴν ὁρωμένην, φέρε τοῦ μήλου φύσιν, ἥν τε λέγουσιν οἱ Στωϊκοὶ πρώτην ὕλην καὶ πρώτην οὐσίαν, ἐξ ἧς φασι τόν τε κόσμον, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων ἕκαστον πεποιημένον ἀεὶ καθάπερ αἱ ποιότητες σῶμα ἦν, πῶς οὐκ ἦν καὶ αὕτη ποιότης, εἰ εἶχέ γε ποιότητα· εἴτε τὰς ἄλλας ποιότητας οὐκ εἶχε δηλαδή, πάντως ὑπῆρχε βάρος, ὅπερ φασὶν εἶναι σώματος· πῶς ἁπλῆν ἔτι φασὶ τὴν πρώτην οὐσίαν, ἀλλ' οὐχὶ σύγκριμα. εἰ δὲ

CAPVT V.

Absurda pleraque circa primam materiam contingere, si detur qualitates esse corpora.

AD ea, quæ absurda dixi, nihilominus etiam dicere oportet substantiam esse è multis, variísque, & differentibus, atque contrariis, infinitísque, aut solis non infinitis numero syncrisibus (id est concretionibus) compositam, itémque in infinitas rursus syncrises diuisam, vnam hanc quandam, quæ cernitur, verbi gratia, mali naturam, quam Stoici primam materiam, primámque substantiam dicunt, ex qua mundum, ac in eo rerum vnamquamque semper factam esse asserunt, quemadmodum qualitates corpus erant, quomodo non erat hæc quoque qualitas? siquidem qualitatem habebat: si alias qualitates non habebat scilicet, omnino inesset pondus, quod corporis esse dicunt: quo modo simplicem etiam primam substantiam dicunt, non autem compositam? Si verò

terminatam esse dicunt, terminísque vtentem, patet huic figuram esse: absurdum enim est propriis circunscriptum terminis corpus non secundum figuram omnino esse: & si non mente conciperetur hoc ipsum secundum suppositionem: quare, si nouerunt hic omnia, hæc verò sunt (vt dicunt hi) corpora, neque qualitatis expers scilicet, neque simplex erat: verum multorum, & diuersorum corporum conuentus erat, atque syncrima: sic verò nihil non mistum erat secundum ipsos: sin autem nihil horum habebat, primum quidem animo incomprehensibile, & præter nomen nihil est: si enim tale esse non oportet, nihil est: si quale, non autem dimensiones tres habere, & figuras, omnino huic accidens proprium cogitationem fugit, neque graue hoc esse, neque leue. Non minus absurdum, si quispiam dicat hoc habere simul vtrumque, & secundum eadem, non ad diuersa comparatum: neque illa substantiam habente eorum, quæ ab ipsa (vt inquiunt) facta sunt, cùm singula quatuor qualitatem prima habeant: rationabilius enim est, si qualitatis expers erat, quæ ex ea fiunt, finguntúrque, illam (non) habere: si verò nec illa hanc haberent, neque vnum secundum suppositionem sunt, æthereus verò ignis ille esset, à quo & elementa, & mundum facta esse dicunt, quo modo hæc sese habent genita effectáque, & ficta, non magis auri qualitatem figulus iis, quæ è luto fingit, circumponet.

A περιγεγραμμένον εἶναι φασὶ καὶ πέρασι κεχρημένον· καὶ σχῆμα δῆλον ὡς ἐκέκτητο· ἄτοπον γάρ ἐστιν ἰδίοις περικλειόμενον σῶμα πέρασι μὴ κατὰ σχῆμα πάντως ὑπάρχειν, εἰ καὶ μὴ ἐννοοῖτο τοῦτ' αὐτὸ καθ' ὑπόθεσιν· ὡς εἴπερ εἶδεν ἅπαντα, ταῦτα δ' ἐστὶ καθάπερ αὐτοί φασι σώματα· οὔτε ἄποιος ἦν δηλαδὴ, οὔτε ἁπλῆ· πολλῶν δὲ καὶ διαφόρων σύνοδος ἦν σωμάτων καὶ σύγκριμα· ταύτῃ δὲ οὐδὲν ἀμιγὲς ἦν κατ' αὐτούς· εἰ δὲ μηδὲν εἶχεν τούτων· πρῶτον μὲν ἀδιανόητον καὶ πλὴν ὀνόματος οὐδὲν, εἴτε γὰρ μὴ δεῖ ποῖον εἶναι, ὅτι οὐδέν ἐστιν, εἴτε ποιόν, οὐχὶ δὲ καὶ τὰς τρεῖς διαστάσεις ἔχειν, καὶ σχήματα, πάντως αὐτῷ συμβεβηκὸς ἴδιον ἀδιανόητόν τε καὶ ὃ μήτε βαρὺ τοῦτ' ὑπάρχειν, μήτε κοῦφον· οὐχ ἧττον ἄτοπον εἰ λέγοι τις ἅμα τοῦτ' ἔχειν ἀμφότερα, καὶ κατὰ τὰ αὐτά, καὶ μὴ πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο κρινόμενον· τοῦτο μηδὲ ἐκείνης ἐχούσης οὐσίαν τῆς ἐξ αὐτῶν, ὥς φασι, γεγονότων· πρῶτον τεττάρων ἕκαστον ἔχειν ποιότητα· εὐλογώτερον γάρ ἐστιν εἴπερ ἦν ἄποιος, καὶ τὰ δι' αὐτῆς ἔχειν γινόμενα καὶ πλαττόμενα· εἰ δὲ μὴ δ' αὐτὸς εἶχε τοῦτον μηδὲ ἓν καθ' ὑπόθεσιν· ὁ αἰθέριον δ' ἦν ἐκεῖνο πῦρ, ὑφ' οὗ πᾶσι τά τε στοιχεῖα καὶ τὸν κόσμον γεγονέναι· πῶς ταῦτ' ἔχει τὰ C γεννήματα καὶ ποιήματα καὶ πλάσματα οὐ μᾶλλον χρυσοῦ περιθήσει, πόθ' ὁ κεραμεὺς ποιότητα τοῖς ἐκ πηλοῦ πλαττομένοις ὑπ' αὐτοῦ.

CAPVT VI.

Quæ absurda in ipsum Iouem cadant, si accidentia corpora sint: vt videlicet sit Proteo mutabilior.

MEDICVS igitur auctor vnus de multis medicamentis æquam qualitatem omnibus habentibus diuersum qualitate medicamentum, per mistionem efficit: Iouem autem negant etiam miscere primæ substantiæ figurationem, longitudinémve, aut aliud aliquod accidens: si verò miscet, cùm entia quoque ipsa sint: hæc æterna esse patet: quo modo dicunt solam primam materiam æternam, esse qualitatis expertem, non verò reliquas qualitates, omniáq; accidentia? neque enim effectorum esse veluti manualem artificem Iouem dicunt, sed totum per materiam totam illabentem rerum omnium creatorem factum, diuiníque ignis quantitatem, & singula, quæ quantitati accidunt, longitudinem, latitudinémque, & profunditatem, itémque eius rationabilitatem, & beatitudinem: si substantias esse dicent, & corporeas eas fatebuntur, è corporibus Iouem constare patet, nec simplex esse, sed syncrima: si verò sine substantia naturas ipsas in accidentibus dicent, confirmatur, quod à nobis dicitur, non corporatam naturam accidentibus esse, neque qualitatibus: si verò transformans se ipse Iuppiter æquali cum iis numero, quæ dixi, accidentibus, mutationes infinitarum qualitatum subit, peior fabulis narrato Proteo est: hic enim in paucas naturas seipsum transponebat, transformabátque, eásq; non indecoras.

Iubati in primis formam capit ille leonis.
Póstque draco, pardúsque fuit, sus deinde fit ingens.
Humida factus aqua est, atque arbor frondibus alta.

Ille autem, nihil tam turpe est, quod non fiat per virum quidem imprudentem, imprudens scilicet est: per sententiam autem de turpi, turpia efficiens:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Οἷα ἄτοπα ἐς τὸν Δία πίπτουσιν, εἰ τὰ συμβεβηκότα τὰ ἢ σώματα, ὡς εἶναι δηλαδὴ αὐτὸν τοῦ Πρωτέως μεταβλητικώτερον.

D Ὁ Μὲν οὖν ἰατρὸς αἴτιος εἷς ἐκ πολλῶν φαρμάκων, ἕτερον φάρμακον, ἴσην ποιότητα πάντων ἐχόντων, ποιὸν ἕτερον ἐκ τῆς μίξεως ποιεῖ· τὸν Δία δ' οὔ φασι μίξαι τῇ πρώτῃ οὐσίᾳ καὶ σχηματότητα, οὐδὲ μηκότητα, οὐδὲ τῶν ἄλλων τι συμβεβηκότων· εἰ δὲ μιγνύειν ὄντα καὶ αὐτά, δῆλον ὡς ἀΐδια ταῦτά ἐστι· πῶς ἔτι λέγουσι μόνην τὴν πρώτην ὕλην ἀΐδιον, τὴν ἄποιον; οὐχὶ δὲ καὶ τὰς ἄλλας ποιότητας, καὶ πάντα τὰ συμβαίνοντα· οὔτε γὰρ ποιητὴν εἶναι φασιν, καθάπερ τινὰ χειροτέχνην, τὸν Δία ἀλλ' ὅλον δι' ὅλης τῆς ὕλης διεληλυθότα πάντων δημιουργὸν γεγονέναι· τήν τε πηλικότητα τοῦ θείου πυρὸς, καὶ τὰ ἐπὶ μέρους τῇ πηλικότητι συμβεβηκότα, E τό, τε μῆκος, καὶ πλάτος, καὶ βάθος, καὶ πρὸς τούτοις τὸ λογικὸν αὐτοῦ καὶ τὴν μακαριότητα, εἰ μὲν οὐσίας εἶναι φήσουσιν, καὶ σωματικὰς αὐτὰς ἐροῦσιν, ἐκ σωμάτων, ὡς δῆλον ἦν ὁ Ζεὺς συνεστηκὼς, καὶ οὐχ ἁπλοῦν ἦν, ἀλλὰ καὶ σύγκριμα· εἰ δὲ ἀνουσίως αὐτὰς τοῖς συμβεβηκόσι φύσεις ἐροῦσι, τὸ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν, κρατύνεται, τὸ μὴ σωματικὴν ἔχειν φύσιν τὰ συμβεβηκότα, μηδὲ τὰς ποιότητας· εἰ δὲ μεταποιήσας αὑτὸν ὁ Ζεὺς ἰσαρίθμως οἷς ἔφην συμβεβηκόσι, τροπὰς ἔχει ποιοτήτων μυρίας, χείρων ἐστὶ τοῦ μυθολογουμένου Πρωτέως· ὁ μὲν γὰρ εἰς ὀλίγας φύσεις ἑαυτὸν μετεποίει, καὶ μετε- F μόρφου, καὶ ταύτας οὐκ ἀπρεπεῖς.

Ἀλλ' ἤτοι πρώτιστα λέων γένετ' ἠϋγένειος.
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς.
Γίγνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.

Ὁ δὲ, οὐκ ἔστιν ὅτι μηδὲ τῶν αἰσχίστων γίγνεται· διὰ μὲν ἀνδρὸς ἄφρονος, ἄφρων ἐστὶ δηλαδή· διὰ δὲ αἰσχροῦ γνώμης, αἰσχροποιός·

διὰ δὲ ζώων ἀλόγων, ἀποθηριούμενος· διὰ δὲ λίθων καὶ ξύλων, ἄψυχος γινόμενος· διὰ δὲ κοπρίου, βδελυρὰ φύσις. ἔτι δ' ἄχρηστον. εἰ δ' αὐτὸν μὲν οὕτω ἅτε τὴν ὕλην μεταπλάττειν καὶ σχηματίζειν καὶ ποιεῖν ζητεῖ, πῶς ἐστιν οἷός τε ταῦτα ποιεῖν, οὐ μᾶλλον ἢ πλάστης ποτ' ἀνδριάντα ποιεῖν χρυσοῦν ἐκ μολύβδου· κἀκεῖνα φιλεῖν τοῖς φιλονείκοις ἀνδράσιν, οὐκ ἄτοπον· καὶ γάρ τοι κινήσεις εἰ προσγίνεται τοῖς σώμασι, καὶ πάλιν ἀπογίνεται, σώματ' εἶναι φασιν, ὥρα λέγειν προϊόντων ἡμῖν σωμάτων κινεῖσθαι, καὶ πάλιν ἀπ' αὐτῶν ἠρεμεῖν, εἶτα πάθη προσγίνεται, καὶ πάλιν ἀπογίνεται, καὶ φασὶ ταῦθ' ὑπάρχειν σώματα· πῶς οὐ γελοῖον τὸ κνίσμα λέγειν σῶμα, καὶ μὴ μόνον τὸ κνῆσον, ἀλλὰ καὶ τὸ κνησόμενον.

per animalia irrationabilia, in ferinam naturam versus: per lapides, & ligna, expers animæ factus: per fœda tractantem abominabilis natura, itémque inutilis. Si ipse verò vtpote materiam transformare, figuraréque, & facere quærit, quomodo potest hæc ipsa facere non magis, quàm fictor statuam auream è plumbo facere potest? Illáque amare contentiosis viris non absurdum est: etenim, si motus, dum accedunt corporibus, rursúsque recedunt, corpora esse dicunt, iam, vt dicamus, hora est, moueri nos præcedentibus corporibus, rursúsque ab ipsis quiescere. deinde, dum affectus accedunt, rursúsque recedunt, dicúntque hæc corpora esse, quomodo non ridiculum est pruritum dicere corpus, nec solum quod scabit, sed etiam quod scabitur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ὁποίου τοῦ ἁμαρτήματος κινηθέντες οἱ Στωϊκοὶ τὰ συμβεβηκότα εἶναι σώματα λελέχωσι.

ΑΛΛ' ἐπεὶ δίχα σώματος, τοῦ τε δρῶντος καὶ τοῦ πάσχοντος οὐδὲν πάθος προσγίνεται, τοῦτ' αὐτοὺς ἠπάτησε, πρὸς τὸ καὶ τὰ πάθη καλεῖν σώματα. ἀλλ' εἰ μὲν τῷ κατὰ ἀναφορὰν τρόπῳ τῆς κλήσεως οὕτως ἐκάλουν, οὐδ' ἂν οὐδ' αὐτὸς ἐχαλέπαινον αὐτοῖς, οἶδα γὰρ οὕτω καὶ ἄμπελον λεγομένην λευκὴν κατὰ τὴν ἐπὶ τοὺς γινομένους ἀπ' αὐτῆς λευκοὺς βότρυας ἀναφοράν, καὶ χρόνον κακόν, διὰ τὰς ἐν αὐτῷ γινομένας συμφοράς, καὶ νύκτα ἀβοήθητον, ἐν ᾗ τῆς ἐπικουρείας οὐκ ἔτυχον· εἰ δὲ καὶ πρώτως καὶ κυρίως ἁμαρτάνουσιν. ἐσχηματισμένον γοῦν σῶμα λέγομεν καὶ πεπονθὸς καὶ κινούμενον, οὐ τὸ σχῆμα σῶμα, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν κίνησιν· οὐδὲ τὴν πυγμὴν σῶμα, ἀλλὰ χεῖρας πως ἐσχηματισμένας· ἔτι δὲ ποιήσουσιν πρὸς τὸ μηδὲ ποιεῖν φάσκοντας τὰ σώματα, μόνα δὲ τὰ ἀσώματα. τί δεῖ πρὸς Ἀριστοτέλην, ὡς καὶ αὐτὸς γενικὴν τῶν ὄντων διαίρεσιν ποιούμενος, τὰ μὲν εἶναι φησιν οὐσίας· τὰ δὲ συμβεβηκότα.

CAPVT VII.

Quo errore ducti Stoici dixerint accidentia corpora esse.

SED, quoniam sine corpore & agente, & patiente nullus affectus fit, eo capti sunt, vt & affectus ipsos corpora vocent: verùm, si per modum nominandi per relationem sic nominarent, neque ego in illos inueherer: noui enim sic quoque vitem dici albam per relationem ad albos ab ipsa factos racemos, & mala tempora propter calamitates, quæ in his accidunt, & noctem auxilij expertem, in qua auxilium non assequimur: si verò primùm, principalitérque vocent, errant: rem enim figuratam corpus dicimus, affectámque, & motam, non autem figuram, affectúmque, & motum: neque pugnum esse corpus, sed manus quodam modo figuratas: itémque facient aduersus eos, qui dicunt neque facere corpora, sed sola incorporea. Quid ad Aristotelem? qui & ipse generalem rerum diuisionem faciens, alias esse substantias dicit, alias accidentia.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Εἰ τὰ συμβεβηκότα ἐστὶ σώματα, ἐν τῷ ἑνὶ σώματι πολλὰ τὰ σώματα ἔσεσθαι.

ΤΙ δὲ καὶ αὐτοὶ βουλόμενοι λέγουσιν οὐσίας τε καὶ συμβεβηκότα, εἰ καὶ αὐτά φησι σώματα, καὶ ταῦτα μήθ' ὡς τὰ μέρη τοῦ σώματος ὀνομάζονται σώματα, καθάπερ χεῖρα καὶ δάκτυλον, μήθ' ὡς ἡ μνᾶ ἐν τῷ ταλάντῳ· εἴγε τὸ σχῆμα τοῦ ἀνθρώπου σῶμά φασιν, ὥρα καὶ τὴν ζωότητα σῶμα λέγειν, καὶ τὸ γεννητὸν εἶναι καὶ φθαρτόν, καὶ τὴν λογικότητα καὶ φρονιμότητα, καὶ τὴν Ἀθηναιότητα, καὶ τὸ φιλοσοφεῖν, καὶ Σωφρονίσκου παῖδας εἶναι, καὶ τὸ σιμόν, καὶ τὸ φαλακρόν, καὶ προγάστορα, καὶ τοῖς ἄλλοις συμβεβηκόσιν ἰσαρίθμους λέγειν σωματότητας, ὑπὲρ τὸν Βριάρεά τε καὶ Τύφωνα λέγειν αὐτόν, πολυπλοκώτερον, καὶ πολυσωματώτερον εἶναι ζῷον· εἴτε ζωότης, σῶμά ἐστι, πῶς πᾶσι τοῖς ζῴοις συμβέβηκεν; πῶς δὲ τὸ εἶναι; πῶς δὲ τὸ ἐν τόπῳ εἶναι; καὶ εἰ καθάπερ ἴδιον ἐπέχει τόπον πᾶς ὀφθαλμὸς διαφανὲς σῶμα, οὕτω καὶ τῶν συμβεβηκότων ἕκαστον· ἄτοπον. οὕτω γὰρ ἥ τε τούτων ἐπιμιξία, οὐδεμία τις αὐτῶν ἀποτελεσθήσεται φύσις. ἄπορον δὲ καθάπερ ἔφην, καὶ τὸ ἕνα τόπον ἐπέχειν ἅπαντα φάναι· συγχυθέντα γὰρ εἰς μισγαγγίαν, τὴν ἑτερότητα οὐ φυλάξειν, οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἕκα-

CAPVT VIII.

Si accidentia corpora sunt, in vno corpore multa corpora fore.

QVID ipsi quoque sibi volentes dicunt substantias, & accidentia, si & hæc corpora dicunt, quæ, neque vt partes corporis corpora nominantur, veluti manus, digitúsque, neque veluti in talento mina? si quidem figuram hominis corpus dicunt, iam tempus est, vt animalitas corpus dicatur, generabiléque, & corruptibile, rationabilitásque, atque prudentia, Atheniensémque esse, atque in philosophia versari, & Sophronisci filium esse, simúmque, & caluum, & prominens habere abdomen, cæterísque accidentibus paria numero si corpora dicas, vltra Briareum, Typhonémque ipsum, multiplicem magis, magísque corporatum esse animal dices. Síque animalitas corpus est, quo modo cunctis animalibus accidit? quo modo ipsum esse? quo modo in loco esse? ac si, quemadmodum proprium locum occupat transparens corpus omnis oculus, sic & accidentia singula, id absurdum est. sic enim horum admistio nulla aliqua ipsorum natura efficietur: difficiléque est, vt dixi, si omnia locum vnum occupare dicas. confusa enim dum miscentur in vase, alteritatem non seruarent, neque suam vnumquodque natu-

ram, vt in mistis medicamentis fieri dixi: vtrùm inquam totum animalitatis corpus tam multorum accidentium singulis accidit, an prout numero pari diuiditur? vtrumque enim absurdum esse præcedentia verba demonstrarunt. Quid autem, inquam, egent corpore singula eorum, si ipsa esse corpora dicunt?

στον· καθάπερ ἐπὶ τῶν μιγνυμένων φαρμάκων ἔφην μίγνυσθαι. πότερον ὅλον φημὶ τὸ σῶμα τῆς ζωότητος ἑκάστῳ τῶν τοσούτων συμβεβηκότων συμβέβηκεν, ἢ κατὰ διαιρούμενον ἰσαρίθμως; ἑκάτερον γὰρ ἄτοπον ὁ προειρημένος λόγος ἔδειξε. τί δὲ δεῖται (φημὶ) σωματότητος ἕκαστον αὐτῶν εἰ φασὶ καὶ αὐτὸ σῶμα ὄν.

CAPVT IX.

Corpus quomodo definiendum.

INDE verò accidens nullum esse corpus disceres: oculis enim occlusis corpus quidem tactu spatio temporis deprehendimus, colorem verò, aut saporem non vnà deprehendimus, neque figuram, corpus tangentes. Oportebat autem singula hæc à materia non tactus comprehensione deprehendi: neque enim ratione, mali (verbi gratia) rotunditas speculanda est. Similis de sapore ratio est. Ac, si vnumquodque accidens corpus est, quid sibi volentes inquiunt solum corpus in infinitum diuidi, non autem figuram, dulcedinémque (verbi gratia) & quæ reliqua sunt? non connexionis modo dico, neque relationis ad id, quod corpus vocari solet, sed recti modo. Cur verò solius, vt dixi, corporis hanc esse definitionem dicunt, triplici cum renitentia spatio contentum, non autem colorem, succúmque, & saporem, cæteráque accidentia singula sic definiunt, si corpus omnia hæc esse dicunt? & si enim specie differunt, communiter tamen omnia esse corpora dicunt. Quemadmodum igitur, quum hominem definio, quum equum, & bouem generabile animal, & mortale dicam, quæ communia sunt, proprietatem verò singulorum addam: sic quoque accidentia singula definientes, substantiam corporatam dicant triplici contentam spatio cum renitentia. Hæc à Stoicis, chare Pindare, solui dignum puta, non alios secum vnà trahere, vt iisdem erroribus implicitos, sed accusationes demolientes: non enim est falsarum opinionum contradictio, ipsa communicatio ad amicos, sed solutio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Τὸ σῶμά πως περιγραπτέον.

ΟΤΙ δὲ οὐκ ἔστι τῶν συμβεβηκότων ἕκαστον σῶμα κἀκ τούτου τις ἂν μάθοι. μύοντες γὰρ σῶμα μὲν τῇ θίξει χρόνῳ καταλαμβανόμεθα· χρόαν δὲ ἢ χυμὸν, οὐ συγκαταλαμβανόμεθα, οὐδὲ σχῆμα κατὰ τὴν θίξιν τοῦ σώματος· ἐχρῆν δὲ καὶ τούτων ἕκαστον ἀπὸ τῆς ὕλης, καὶ μὴ κατὰ περίληψιν θίξεως καταλαμβάνεσθαι. οὐδὲ γάρ ἐστι λόγῳ θεωρητὴ φέρ' ἔστι τοῦ μήλου στρογγυλότης. ὁ δ' ὅμοιος περὶ τοῦ χυμοῦ λόγος. εἴτε καὶ τῶν συμβεβηκότων ἕκαστον σῶμά ἐστι· τί βουλόμενοι; τὸ σῶμα μόνον φασὶν ἐπ' ἄπειρον τέμνεσθαι, οὐχὶ δὲ καὶ τὸ σχῆμα· φέρε καὶ τὴν γλυκύτητα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. οὐ τῷ κατὰ συμπλοκὴν τρόπῳ φημὶ, οὐδὲ κατὰ ἀναφορὰν, ἐπὶ τὸ συνήθως καλούμενον σῶμα, ἀλλ' ἀπ' εὐθείας· διὰ τί δὲ μόνου, καθάπερ ἔφην, τοῦ σώματος, τοῦτον ὅρον φασὶν εἶναι, τὸ τριχῇ διαστατὸν μετὰ ἀντιτυπίας, οὐχὶ δὲ καὶ χρόαν, καὶ χυλὸν, καὶ χυμὸν, καὶ τῶν λοιπῶν συμβεβηκότων ἕκαστον, οὕτως ὁρίζονται· εἰ δὲ σῶμα, πάντα ταῦτ' εἶναι φασι, κἂν γὰρ ἐπ' εἴδεσι διαφέρῃ κοινῶς γε καὶ πάντα σώματα εἶναι φασιν, ὥσπερ οὖν κἂν ἄνθρωπον ὁρίζωμαι, κἂν ἵππον, κἂν βοῦν, ζῶον θνητὸν καὶ θνητὸν ἐρῶ· ἅπερ ἐστὶ κοινά. προσαποδώσω δὲ τὴν ἑκάστου ἰδιότητα. οὕτω καὶ τῶν συμβεβηκότων ἕκαστον ὁριζόμενοι, λεγέτωσαν οὐσίαν διαστατὴν σωματικὴν τριχῇ μετὰ ἀντιτυπίας. ταῦτα τοὺς Στωϊκοὺς, φίλε Πίνδαρε, λύειν ἀξίου, μὴ συγκατασπᾶν ἑαυτοῖς ἄλλους, ὡς τοῖς αὐτοῖς ἐνεχομένους πλάσμασιν· ἀλλ' ἀποσκευαζομένους τὰ ἐγκλήματα. οὐ γάρ ἐστιν ἡ ἀντιλογία τῶν ψευδοδόξων ἡ κοινωνία πρὸς ἑτέρους, ἀλλ' ἡ λύσις.

ΤΟΜΙΟΝ ΤΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ.

FRAGMENTVM GALENI.

EX COMMENTARIO XL.

Simplicij in quartum librum physicæ auscultationis Aristotelis.

SED supponamus, inquit Galenus, educta è vase aquâ, nullum aliud infundi corpus. Manet igitur quod interpositum est superficiei vasis separatum interuallum. Atqui absurda hæc suppositio est. Quod enim quæritur, supponit. Quærentibus enim nobis, an interuallum seiunctum esse possit, quum quod sit non demonstrauerit, sed sibi ipsi affingat, ac delineet, statuit seiunctum esse interuallum.

ΕΚ ΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΟΣ Μ'

τοῦ Σιμπλικίου εἰς τὸ βιβλίον τέταρτον τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως.

ΑΛΛ' ὑποθώμεθα (φησὶν ὁ Γαληνὸς) ἐξαιρεθέντος τοῦ ὕδατος ἐκ κεραμίου, μηδὲν ἕτερον εἰσρυῆναι σῶμα. μένει τοίνυν τὸ μεταξὺ τῆς ἐπιφανείας τοῦ ἀγγείου διάστημα κεχωρισμένον· ἀλλὰ ἄλογος ἡ ὑπόθεσις. τὸ γὰρ ζητούμενον ὑποτίθεται· ζητούντων γὰρ ἡμῶν εἰ δύναται εἶναι διάστημα κεχωρισμένον, οὐχ ὅτι ἐστὶ δείκνυσ', ἀλλ' ἑαυτῷ πλάττων καὶ ἀναζωγραφῶν, ὑποτίθεται εἶναι διάστημα κεχωρισμένον.

Ἐκ τοῦ ὑπομνήματος ργʹ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτὸ βιβλίον τέταρτον.

Ἐκ δὲ τῶν ἐνταῦθα ῥηθέντων ὁ θαυμάσιος Γαληνὸς ἐν τῷ ὀγδόῳ τῆς ἑαυτοῦ ἀποδεικτικῆς ὑπονοεῖ λέγειν τὸν Ἀριστοτέλη, διὰ τοῦτο μὴ εἶναι χρόνον ἄνευ κινήσεως, ὅτι κινούμενον νοοῦμεν αὐτόν· καὶ ἐπάγει τι τῷ λόγῳ ἄτοπον, ὅτι καὶ τὰ παντάπασιν ἀκίνητα μετὰ κινήσεως ἀνάγκη εἶναι, εἴπερ καὶ τούτων νόησις ἡμῖν μετὰ κινήσεώς ἐστιν· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ἀκινήτῳ νοήσει νοοῦμεν. Εἴποι δ' ἄν τις, ὅτι οὐδὲ διαστάσεως χωρὶς ἂν εἴη τὰ ἀδιάστατα, εἰ μετὰ διαστάσεως αὐτὰ νοοῦμεν ἡμεῖς, τὰ πολλὰ φανταστικῶς ἐνεργοῦντες.

Ex Commentario 103. eiusdem in eundem librum quartum.

Ex his quæ hîc dicta sunt, admirabilis Galenus in octauo suorum librorum de demõstratione existimat Aristotelem dicere, idcirco tempus sine motu non esse, quod *nos* illum moueri intelligimus. Atque infert quid rationi absurdum, quod & quæ omnino immobilia sunt, ea sine motu esse necesse sit, etiam si & eorum cum motu nobis sit notitia. Non enim nos immobili intellectu intelligimus. Sic autem diceret aliquis, quæ spatio & dimensione carent, ea citra spatium & dimensionem non esse, si cum dimensione & spatio nos ipsa intellectu cõcipiamus, quum multa imaginatione moliamur.

Ἐκ τοῦ ὑπομνήματος ρςʹ τοῦ Σιμπλικίου εἰς τὸ βιβλίον αὐτὸ τέταρτον.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ πρός τινα τῶν ἐνταῦθα λεγομένων ὁ πολυμαθέστατος ἐνέστη Γαληνός, λέγων τὸν χρόνον δι' ἑαυτοῦ δηλοῦσθαι· φέρε καὶ ταύτην τὴν ἔνστασιν προβαλλώμεθα. πολλὰ γὰρ ἐξαριθμησάμενος τοῦ προτέρου καὶ ὑστέρου σημαινόμενα, τὰ μὲν ἄλλα οὐκ ἐφαρμόζειν, φησί, τῷ ὁρισμῷ, τὸ κατὰ χρόνον δὲ μόνον· ὥστε εἶναι τὸν χρόνον ἀριθμὸν κινήσεως κατὰ χρόνον. ταύτην δὲ τὴν ἔνστασιν διὰ δυοῖν ἐπιχειρημάτων λύειν προθέμενος ὁ Θεμίστιος, ἰστέον, φησίν, ὅτι τὸ πρότερον καὶ ὕστερον ἐν κινήσει, οὐ διὰ τὸν χρόνον, τὸ μὲν πρότερόν ἐστι, τὸ δὲ ὕστερον, ἀλλ' αὐτὸ μᾶλλον ποιεῖ τὸ ἐν χρόνῳ πρότερόν τε καὶ ὕστερον. γίνεται δὲ ἐκ τοῦ κατὰ μέγεθος καὶ τὴν θέσιν, παρ' οὗ καὶ τὸ συνεχὲς ἔχει· καὶ διὰ τοῦτο διαρρήδην φησὶν Ἀριστοτέλης, τὸ δὴ πρότερόν τε καὶ ὕστερον ἐν τόπῳ πρῶτόν ἐστιν· ἐνταῦθα μὲν δὴ τῇ θέσει. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ μεγέθει, ἀνάγκη καὶ ἐν κινήσει· πρὸς δὴ ταῦτα εἴποι ἂν ὁ Γαληνός, ὅτι τὸ ἐν κινήσει πρότερον καὶ ὕστερον, τὸ ἀκολουθοῦν τῷ ἐν τῷ μεγέθει, ἐφ' οὗ ἡ κίνησις, προτέρῳ καὶ ὑστέρῳ, κατὰ τὴν θέσιν μάλιστά ἐστι. τοιοῦτο γὰρ ἦν καὶ τὸ ἐν τῷ μεγέθει πρότερον καὶ ὕστερον. ἄλλο δὲ τὸ κατὰ τὸν χρόνον, ὡς εἴρηται, πρότερον, συνυπάρχον μὲν τῷ ἐν τῇ κινήσει προτέρῳ καὶ ὑστέρῳ, οὐ κατὰ τὴν θέσιν δὲ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον ἔχον, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ εἶναι παράτασιν, ἄλλο τοῦτο ὂν παρὰ τὸ κατὰ τὴν θέσιν τὴν ἀπὸ τοῦ μεγέθους ἐγγινομένην τῇ κινήσει. δευτέραν δὲ λύσιν ἐπάγων φησίν, ἀλλὰ καὶ δεδόσθω μηδὲν ἄλλο σημαίνειν τὸ πρότερόν τε καὶ ὕστερον, ἢ κατὰ τὸν χρόνον· ὡς οἴεται· τί οὖν ἄτοπον ἐκ τοῦ δὲ συμβαίνει; οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ἄλλο τι λέγομεν εἶναι τὸν χρόνον, ἢ τὸ πρότερόν τε καὶ ὕστερον ἐν κινήσει· πᾶσα δὲ ἀνάγκη ταὐτὸν σημαίνειν τοὺς ὁρισμοὺς τοῖς ὀνόμασιν· ὥστε λανθάνει τοῦτο μεμφόμενος τοῦ λόγου, δι' ὃ μᾶλλον ἐχρῆν αὐτὸν ἀποδέχεσθαι· καὶ πρὸς τοῦτο δὲ ἂν ὁ Γαληνὸς εἴποι, ὅτι εἰ μὲν ἓν ἦν τὸ ἐν κινήσει πρότερον καὶ ὕστερον τὸ κατὰ τὸν χρόνον, καλῶς ἂν ἐλέγετο τοῦτο εἶναι χρόνος, τὸ ἐν τῇ κινήσει πρότερον καὶ ὕστερον· καὶ οὐκ ἂν ἦν δι' ἑαυτοῦ δεικνύμενος ὁ χρόνος. εἰ δὲ ἄλλο μὲν τὸ κατὰ τὴν θέσιν, οὐκ ὂν χρονικόν, ἄλλο δὲ τὸ κατὰ τὸν χρόνον, ἀνάγκη λέγειν, ὅτι χρόνος ἐστί, τὸ ἐν τῇ κινήσει πρότερον καὶ ὕστερον τὸ κατὰ τὸν χρόνον. μήποτε οὖν εἴ τις τὸ πρότερον καὶ ὕστερον λάβοι, τὸ κατὰ τὴν τοῦ εἶναι παράτασιν, ἀλλ' οὐ τὸ κατὰ τὴν θέσιν, καὶ σημαίνεται ὁ χρόνος, καὶ οὐ δι' ἑαυτοῦ σημαίνεται. καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ τῷ προτέρῳ καὶ ὑστέρῳ, οὐ τὸ αὐτὸ ἁπλῶς ἔσται. ἀλλὰ τῷ τοιῷδε προτέρῳ καὶ ὑστέρῳ, ὅσπερ ἐστὶν ὁ ὁρισμός. ἐπεὶ δὲ διχῶς εἰπὼν εἶναι τὸν ἀριθμόν, τρία ἀπηριθμήσατο, τὸ ἀριθμούμενον, καὶ τὸ ἀριθμητόν, καὶ ᾧ ἀριθμοῦμεν, παντὶ πρόδηλον ὅτι τὸ ἀριθμούμενον καὶ τὸ ἀριθμητὸν ταὐτόν ἐστι.

Ex Commentario 106. Simplicij in eundem librum quartum.

Qvvm autem & contra quædam eorum quæ hîc dicuntur, obsistebat eruditissimus Galenus, asserens tempus per se patefieri. Age & hanc eius proferamus obiectionem. Quum enim multas prioris & posterioris significationes enumerarit, cæteras conuenire dicit definitioni, præter illam, quæ ad tempus solùm spectat; vt sit tempus numerus motus secũdum tempus. Hanc autem obiectionem duobus argumentis diluere proposuit Themistius. Sciendum est, inquit, prius & posterius in motu, non propter tempus, hoc quidem prius esse, illud verò posterius; sed ipsum potius efficere quod in tempore & prius & posterius est. Fit autem ex eo, ratione magnitudinis & situs, à quo & continuum habet: ob idque apertè dicit Aristoteles prius quidem & posterius in loco primùm esse, ibique certè in situ. Quum autem in magnitudine, in motu quoque esse necesse est. Sed aduersus hæc loquitur Galenus, quia quod in motu prius ac posterius est, ei quod in magnitudine à quo motus procedit, priori & posteriori proximum est, potissimum ratione situs. Eiusmodi enim fuit, & quod in magnitudine prius & posterius. At alterum, quod secũdum tempus, vt dictum est, prius simul cum eo, quod in motu est prius & posterius: at non secundum situm prius & posterius habet, sed secundum entis extensionem. Aliud quod existit contra id quod secundum situm à magnitudine in motu factum est. Alterum verò solutionem inuehens *sic* loquitur. At concedatur nihil aliud significare prius & posterius, quàm secundum tempus, vt vulgò creditur. Aliquid igitur absurdum ex eo accidit. Non enim nos aliud quicquam dicimus esse tempus, quàm id quod prius & posterius est in motu. Omnino autẽ necesse est ipsum significare suos terminos hisce nominibus. Itaque hallucinatur id verbis improbãs quare magis ipsum admittere oporteat. Ad id verò Galenus dicit, Quòd si quidem vnum sit, idque in motu prius & posterius secundum tempus, rectè sic dicebatur id esse tempus, quod in motu prius & posterius, neque si sit per se demonstratum tempus. At si aliud quidem secundum situm temporale non sit, aliud verò secundum tempus, necesse est dicere tempus esse, quod in motu prius & posterius secundum tempus est. Nunquam igitur si quis prius & posterius sumpserit secundum entis extensionem, non autem secundum situm, & indicatur tempus, neque per se indicatur; noménque ipsius priori & posteriori, non ipsum simpliciter est. sed tali priori & posteriori qui terminus est. Quum autem bifariam dicit esse numero, tria enumerat, quod numerat, numerabile, & quo numeramus, cuique patet quod numerat, & numerabile idem esse.

ΤΟ ΤΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ ΤΟΜΙΟΝ.
FRAGMENTVM GALENI.

EX AVERROE LIBRO PRIORVM ARISTOTELIS PRIMO. Cap. 8.

ET ex hoc planum quòd figura quarta, cuius meminit Galenus non est syllogismus, super quem cadat naturaliter cogitatio; & hoc, quoniam si quæramus an C, sit in A, & dicamus C. est in A, quoniam B. est in A, & C. in B, sumus inter duo, aut vt admittamus quod sequitur ex ista compositione, & reiiciamus hoc quæsitum penitus, quod est C, esse in A; sed hoc est diuersum ab eo, quod quærebamus, aut vt simul cum eo, quod ex ista compositione deducitur, remaneat etiam quæsitum secundum cogitationem nostram, quemadmodum de eo quæstionem feceramus, id est, vt subiectum in eo sit subiectum, & prædicatum, prædicatum, & hoc quoniam in omni subiecto vno, subiectum est subiectum secundum naturam, prædicatum, prædicatum secundum naturam, & quum remanet apud nos subiectum, quæsiti subiectum, & prædicatum prædicatum, & hoc est secundum cogitationem nostram in hac dispositione, qua semper quæsitum maneat quæsitum: adducitur deinceps terminus medius, qui prædicetur de prædicato quæsiti, & subiiciatur subiecto quæsiti secundum quod existimauit Galenus, hanc figuram quartam esse secundum quod refertur ad quæsitum; si verò non erit hîc figura quarta, sed potius prima figura, vel de quæsito, vel de conuersis ipsius. Verùm ponamus, vt hic sit figura quarta, nimirum formabitur in hunc modum, id est, in relatione ad quæsitum determinatum, vt subiectum in eo subiectum sit secundum naturam, & prædicatum prædicatum secundum naturam; quoniam non formabitur figura quarta nisi secundum modos istos. Si igitur quæramus inuentionem alicuius in aliquo, & accipiamus terminum medium, prædicemúsque eum semel de prædicato quæsiti, & semel de ipso prædicemus subiectum quæsiti; sequitur ex hoc vt aliquid vnum per se sit tanquam de seipso prædicatum, quoniam ex parte, quam prædicat de prædicato quæsiti, & subiicitur subiecto eiusdem, prædicatur quodammodo de seipso, quod est absurdissimum, & ista est causa ob quam non componit ipsum cogitatio secundum naturam super quæsito determinato, ita vt sit hic syllogismus concludens quæsitum determinatum per duas conuersiones, secundum quod existimauit Galenus de figura quarta.

Ex eodem Auerroe lib. Priorum Aristot. 1. Cap. 23.

QVòd si exponatur secundum participatione, concludet aliud à quæsito. putà conuersum suum, & hoc secundum modum, qui numeratur complicatio figuræ quartæ, quam posuit Galenus.

ΕΞ ΑΒΕΡΡΟΕΩΣ ΤΟΥ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΟΣ εἰς τὸ τῶν προτέρων τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίων πρῶτον. Κεφάλ. η'.

ΚΑΙ ἐκ τούτου φανερὸν, ὅτι τὸ τέταρτον σχῆμα, οὗ μὲν μέμνηται ὁ Γαληνὸς, οὐκ ἔστιν ὁ συλλογισμὸς ὑφ' ὃν τὸ φυσικῶς συμβαίνῃ διανόημα. καὶ τοῦτο, διότι ἂν ζητῶμεν πότερον τὸ Κ, ἢ ἐν τῷ Α, καὶ λέγωμεν τὸ Κ, ἐστὶν ἐν τῷ Α, ἐπεὶ τὸ Β, ἐστὶν ἐν τῷ Α, καὶ τὸ Κ, ἐν τῷ Β. εἰσμὲν μεταξὺ δυοῖν· ἢ ὥστε τὸ ἐκ τῆς ἐκείνης συνθέσεως ἑπόμενον συγχωρεῖν, καὶ τοῦτο ζήτημα παντελῶς ἀποθέσθαι τὸ ὂν Κ, εἶναι ἐν τῷ Α, ἀλλὰ τοῦτο αὐτὸ ὃ ἐζητοῦμεν ἕτερόν ἐστιν, ἢ μὲν ὡς ἅμα μετὰ τοῦ ἐκ ταύτης συνθέσεως καθελκυομένου, ἀναμένῃ καὶ τὸ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπίνοιαν ζήτημα, ὥσπερ τὴν περὶ τούτου ζήτησιν ἐπεποιήκημεν, τοῦτ' ἔστιν, ὅπως τὸ ὑποκείμενον ἐν τούτῳ ὑποκείμενον, ἦ καὶ τὸ κατηγόρημα, κατηγόρημα. καὶ τοῦτο μὲν ὅτι ἐν ἅπαντι τῷ ὑποκειμένῳ ἑνὶ, ὑποκείμενον τὸ ὑποκείμενόν ἐστι κατὰ φύσιν· καὶ τὸ κατηγόρημα, κατηγόρημα κατὰ φύσιν, καὶ ὅταν ἀναμένῃ πρὸς ἡμᾶς ὑποκείμενον τὸ τοῦ ζητήματος ὑποκείμενον, καὶ τὸ κατηγόρημα κατηγόρημα, καὶ τοῦτό ἐστι κατ' ἐπίνοιαν ἡμετέραν ἐν αὐτῇ διαθέσει, δι' ἣν ἀεὶ τὸ ζήτημα παραμένῃ ζήτημα. προσάγεται καθεξῆς τὸ τέρμα μέσον ὃ κατηγορῆται καθ' ὑποκειμένου τοῦ ζητήματος, καὶ ὑποκέηται τῷ ὑποκειμένῳ τοῦ ζητήματος, καθ' ὃ νομίζεται ὁ Γαληνὸς τοῦτο σχῆμα τέταρτον καθ' ὃ ἐπὶ τὸ ζήτημα ἀναφέρεται, εἰ δὲ μὴ ἔσται ἐνταῦθα τὸ σχῆμα τέταρτον, ἀλλ' ἂν μᾶλλον τὸ πρῶτον σχῆμα, ἢ περὶ τοῦ ζητήματος, ἢ περὶ τῶν αὐτοῦ συστραφέντων. ἀλλὰ δὴ τιθῶμεν, ὅπως ἐνταῦθα ᾖ τὸ σχῆμα τέταρτον, δήπου σχηματισθήσεται εἰς αὐτὸν τὸν τρόπον, τοῦτ' ἔστιν ἐν ἀναφορᾷ πρὸς τὸ ζήτημα ὡρισμένον, ἵνα τὸ ὑποκείμενον ἐν τούτῳ ὑποκείμενον ᾖ κατὰ φύσιν, καὶ τὸ κατηγόρημα κατηγόρημα κατὰ φύσιν. ἐπεὶ μὴ σχηματίσεται τὸ σχῆμα τέταρτον εἰ μὴ κατὰ τρόπους ἐκείνους. εἰ γοῦν ζητῶμεν τὴν εὕρεσιν τοῦ τινος ἔν τινι, καὶ προσλαμβάνωμεν τὸ τέρμα μέσον, καὶ κατηγορέωμεν τὸ τοῦτο ἅπαξ κατὰ τοῦ κατηγορήματος τοῦ ζητήματος, καὶ ἅπαξ καὶ αὐτοῦ κατηγορέωμεν τὸ ὑποκείμενον τοῦ ζητήματος. ἕπεται ἐκ τούτου, ὅπως τι ἓν καθ' ἑαυτὸ ᾖ ὥσπερ καθ' ἑαυτοῦ κατηγορούμενον. ἐπεὶ ἐκ τοῦ μέρους τὸ κατηγορεῖ κατὰ κατηγορήματος τοῦ ζητήματος, καὶ τῷ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένῳ ὑπόκειται, κατηγορεῖται τρόπον τινὰ καὶ ἑαυτοῦ, ὃ μέν ἐστιν ἀτοπώτατον, καὶ ἡ ἐκείνη αἰτία ἐστὶ πρὸς ἣν ἡ μὴ συντίθησι τὸ αὐτὸ ἐπίνοια κατὰ φύσιν ὑπὲρ τοῦ ζητήματος ὡρισμένου, ὥστε ἦ οὗτος συλλογισμὸς συμπεραίνων τὸ ζήτημα ὡρισμένον διὰ δυοῖν ἐπιστροφαῖν, καθ' ὃ δέδοκε ὁ Γαληνὸς ὑπὲρ τοῦ σχήματος τετάρτου.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ Ἀβερρόεως συγγράμματος εἰς τὸ τῶν προτέρων τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίον πρῶτον κεφ. κγ'.

ΟΤΙ μὲν εἰ ἀνατίθηται τὸ δεύτερον κατὰ τὴν μετοχὴν συμπεραίνει ἄλλο ἀπὸ τοῦ ζητήματος, ἄρα δὴ τὸ συστραφέν σου, καὶ τοῦτο κατὰ τρόπον ὃς ἀριθμεῖται ἡ σύμπλιξις τοῦ σχήματος τετάρτου, τοῦ παρὰ τοῦ Γαληνοῦ τεθειμένου.

Ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸ βιβλίον τῶν φυσικῶν τοῦ Ἀριστοτέλους τέταρτον συγγράμματος ϛζ΄.

Οὐ μὴν ὥσπερ ἡγήσατο ὁ Γαληνός· Γαληνὸς γὰρ νενόμικεν ὡς προσέθηκεν Ἀριστοτέλης, ὅτι ἡμεῖς μὴ συλλαμβανόμενοι τὸν χρόνον εἰ μὴ ὅταν κινούμεθα, τοῦτ᾽ ἔστιν, ὅτε τὴν διὰ τῆς φαντασίας συλλαμβανόμεθα κίνησιν, καὶ ὅτι τοῦτο σημεῖόν ἐστι ὅτι ὁ χρόνος οὐκ ἔστιν ἐκτὸς τῆς κινήσεως· καὶ ὅταν Γαληνὸς νενόμικε τοῦτο, ἀντιλέλεχεν ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ εἶπεν ὅτι πολλάκις συλλαμβανόμεθα τὰ ἥσυχα καὶ κινούμεθα, ἐπεὶ πᾶσα ἡ φαντασία ἡ κίνησις, ὥς ποτε ὅταν τοὺς τοῦ κόσμου πόλους τε καὶ τὸ κέντρον συλλαμβανόμεθα.

Ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸ τῶν φυσικῶν Ἀριστοτέλους ἕβδομον βιβλίον ὑφάσματος α΄.

Καὶ οἱ τινες λέγουσιν, ὅτι ἡ αὐτὴ ἀπόδειξις ἣν ἀπήνεγκεν ἐν ταύτῃ ἀποδόσει οὐκ ἔστιν ἀληθής, ὥσπερ ὁ Γαληνὸς ποιήσῃ τὴν πρὸς τοῦτο ἀπόδοσιν, ἐν ᾗ πειρᾶται τὴν τῆς ἀποδόσεως φθορὰν ἐνδείκνυσθαι.

Ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸ τῶν φυσικῶν Ἀριστοτέλους ἕβδομον βιβλίον, ὑφάσματος δ΄.

Καὶ διότι Γαληνὸς προσέδοξεν, ὅτι ἐν τοιούτοις κινηταῖς, ἕπεται ὡς ὁμῶς ἀτρεμεῖν, καὶ τὴν καρδίαν, ὡς ἔφατο, ὅταν ἐκ τοῦ ζώου ἐξέλκηται κατὰ τύχην κινεῖσθαι διὰ δυοῖν βημάτοιν, πόθεν δηλόν ἐστιν ὅτι ἡ καρδία οὐκ ὑπάρχει ἡ πρώτη ἀρχὴ κινοῦσα τὸ ζῶον ἐν τῷ τόπῳ, καὶ διότι τὸ ζῶον ἀφαιρουμένης τῆς κεφαλῆς, οὐ κινεῖται, φησιν, ὅτι ἡ τῆς κινήσεως ἀρχή ἐστι κεφαλή. ἐγὼ δὲ ἑώρακα τὸν κριὸν ἀφαιρουμένης τῆς κεφαλῆς περιπατεῖν ἔνθα καὶ ἔνθα πολλάκις.

Ἐξ αὐτοῦ διαλογισμοῦ γ΄.

Καὶ ἐπειδὴ μὲν ὅτι μηδεὶς ἄνθρωπος ἀμφισβητεῖ τὰς ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν εἶναι δυνάμεις φυσικὰς ἐργαζομένας τὸ σῖτον εἶναι τὸ μέρος τοῦ τραφέντος, ἔπειτα κυβερνᾷ ἡ δύναμις τὸ σῶμα ἔμψυχον κυβερνήσει τοιαύτῃ, ἡ ἐὰν πεφαντασμένη ἡ ἀφαιρεῖσθαι, ἀποθνήσκει τὸ ζῶον (ὡς εἶπεν ὁ Γαληνὸς) καὶ ἐκ ταύτης τῆς διαίτης ὀνομάζομεν τοῦτο ζῶον, καὶ ἐκ τῆς στερήσεως ταύτης δυνάμεως τὸ τεθνηκὸς ὀνομάζεται. εἰς τέλος, ἔφη, ὅτι ὀνομάζειν ἄψυχον τὸ ἐνεργοῦν ἐστι ῥῆσις καταχρηστικὴ (ὅπως ὀνομάζεται) ἀναζητοῦσα τὸ βουλόμενον.

Ἐξ αὐτοῦ διαλογισμοῦ γ΄.

Ἐν τῷ δὲ τοῖς οὐρανίοις σώμασιν ὑποκειμένῳ ἐκ τῶν γεννητικῶν τῶν πρὸς ἄλληλα ἐμψυχουμένων, ἀναγκαῖόν ἐστι τὴν ἄλλων πλὴν τοῦ ζώου ἀρχὴν προστιθέναι τὴν ψυχὴν ἀποδιδοῦσαν, καὶ τὴν μορφήν, καὶ τὴν ἐπιστήμην τὴν ἐν τοῖς καταληφθεῖσιν, καὶ ὁ Γαληνὸς τοῦτο τὴν δύναμιν εἰδοποιητικὴν ὀνομάζει. ἔνιοι μὲν ταύτην τὴν δύναμιν ἀρχὴν τὴν χωριστὸν καθ᾽ ἑαυτὴν τεθήκασιν. ἔνιοι δὲ τεθήκασι τὴν ἐκείνην, τὸν νοῦν· τινὲς δὲ τὴν ψυχήν· καί τινες τὸ σῶμα οὐράνιον· ἔνιοι δὲ τὸ πρῶτον. καὶ ὠνόμασεν ὁ Γαληνὸς αὐτὴν δύναμιν τὴν δημιουργόν, καὶ τοῦτο τῷ αὐτῷ ἀμφίδοξον ἢ πότερον ἡ ὁ θεός, ἢ τὸ ἄλλο, καὶ τὸ πᾶν ἐστιν ἐν τοῖς ζώοις καὶ τοῖς φυτοῖς τοῖς σπερματικοῖς. ἀλλὰ δὲ τὰ φυτά, καὶ τὰ ζῶα μὴ σπερμαφυέντα ταύτης τῆς ἀρχῆς ἐπιπλείως δεῖσθαι δηλόν ἐστι, καὶ πρὸς τοῦτο αὐτὸν ἀφικνέεται ἡ τῶν αὐτῶν θεωρία περὶ τῶν ὄντων τῶν ὑπὸ τῷ οὐρανῷ ὑπαρχόντων.

Ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸ περὶ ψυχῆς τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίον τρίτον, ὑφάσματος ϛ΄.

Καὶ μὲν ἀπορήσει τις ἐν τῷ προειρημένῳ, τουτέστι δηλαδὴ ὅτι ὁ νοῦς οὐκ ἔχει ὄργανον ἐκ τούτου λεγο-

Ex eodem libro Physicorum Aristot. 4. Comment. 97.

Non sicut existimauit Galenus, Galenus enim credidit, quod Aristoteles intendebat, quod nos non comprehendimus tempus nisi cùm mouemur, id est, quando per imaginationem comprehendimus motum, & quod hoc est signum quod tempus non est extra motum, & cùm Galenus existimauerit hoc, contradixit Aristoteles, & dixit quod multoties comprehendimus res quiescentes, & mouemur cùm omnis imaginatio sit motus, vt quando comprehendimus polos mundi & centrum.

Ex eodem libro Physicorum Aristot. 7. Tex. 1.

Et quidam dicunt, quod ista demonstratio, quam induxit in hoc tractatu non est vera, adeò vt Galenus fecerit in hoc tractatum, in quo nititur declarare corruptionem istius demonstrationis.

Ex eodem libro Physicorum Aristot. 7. Tex. 4.

Et quia Galenus opinatus est, quod in talibus motoribus sequitur, vt quiescant, simúlque cor vt dixit, cùm extrahitur ab animali, fortasse mouetur per duos passus vnde patet cor non esse primum principium mouens animal in loco, & quia animal non mouetur postquam caput abscinditur, dixit, quod principium motus est caput, ego autem vidi arietem postquàm caput fuit abscissum, ambulare huc & illuc multoties.

Ex eodem Disput. 3.

Et etiam quia nemo dubitat quod in corporibus animalium sint facultates naturales facientes cibum esse partem nutriti: deinde regit facultas corpus viuum regimine tali, vt id si imaginata fuerit auferri, moriatur animal, vt dixit Galenus, & ex hoc regimine appellamus id viuens, & ex priuatione huius facultatis appellatur mortuum. Demùm dixit quod appellare inanimatum agens est loquutio abusiua, vt appellatur, requirens volens.

Et eodem Disput. 3.

In eo autem quod est sub corporibus cœlestibus ex rebus generabilibus adinuicem animatis, necesse est, vt ponant præter animal aliud principium, quod tribuat animam, & influat formam & scientiam, quæ videtur in entibus, & est id quod appellat Galenus facultatem conformatricem; & nonnulli posuerunt hanc facultatem principium abstractum, alij posuerunt eam intellectum, alij animam, alij corpus cœleste, alij primum; & appellauit Galenus hanc virtutem creatorem, & fuit ei dubium vtrùm sit Deus, aut aliud; & hoc totum est in animalibus, & plantis habentibus semina; sed in aliis ex plantis, & animalibus non proiicientibus semina, manifestum est eis indigere hoc principio multo magis, & hoc est id, ad quod peruenit speculatio entium, quæ sunt sub cœlo.

Ex eodem libro de Anima Aristot. 3. Tex. 6.

Et quidam dubitabit in hoc quod fuit dictum, scilicet, quòd intellectus non habet instru-

mentum, quod facultas imaginatrix sit in anteriori cerebri, & cogitatiua in medio, & memoratrix in posteriori; atque hoc non tantùm dictum est à medicis, sed etiam ab Aristotele in libro de sensu & sensili. Galenus autem, & alij medici ratiocinantur super hoc, quòd istæ facultates sint in istis locis per modum concomitantiæ, & qui locus faciens existimatur non verus. Sed declaratum est in libro de sensu & sensili, quod talis est ordo istarum facultatum in cerebro per demonstrationem dantem esse, & causam; sed istud non contradicit illi quod dictum est hîc, facultas enim cogitatiua apud Aristotelem est virtus distinctiua indiuidualis, scilicet quæ non distinguit, nisi indiuidualiter non vniuersaliter. Declaratum est enim illic, quod virtus cogitatiua non est nisi virtus quæ distinguit intentionem rei sensibilis à suo idolo imaginato, & ista virtus est, cuius proportio ad has duas intentiones, scilicet ad idolum rei, & ad intentionem sui idoli, est sicut proportio sensus communis ad intentiones quinque sensuum: facultas enim cogitatiua est de genere virtutum existentium in corpore; & hoc apertè dixit Aristoteles in illo libro, vbi posuit virtutes indiuiduales distinctas in quatuor ordines: in primo posuit sensum communem, deinde facultatem imaginatricem, postea cogitatiuam; denique memoratricem; & posuit memoratricem magis spiritualem, deinde cogitatiuam, tertiò imaginatricem, postremò sensitiuam. Licet igitur homo propriè habeat facultatem cogitatiuam, tamen non facit hanc esse rationabilem distinctiuam, illa enim distinguit intentiones vniuersales, non indiuiduales, & hoc fuit apertè dictum ab Aristoteles in illo libro: virtus igitur distinctiua rationalis, si esset virtus in corpore, contingeret vt esset vna istarum virtutum quatuor, quapropter haberet instrumentum corporale, aut esset alia facultas indiuidualis distincta ab istis quatuor, sed iam declaratum est illic hoc esse impossibile. Et quia Galenus existimauit, quod facultas cogitatiua est rationalis materialis, fecit ipsum errare in hoc locus consequentis. Quia enim facultas ratiocinatrix propria est homini, & cogitatiua propria ei existimatur, propter conuersionem affirmationis vniuersalis quod cogitatiua est rationalis. & vnus eorum qui errauerunt in hoc est Alberfaragus Babyloniensis in suo Commento in libro de sensu & sensili.

Ex eodem libro Aristot. 1. De Cælo. Tex. 22.

IN eis dicit Albumasarus fidem esse proximam veritati certæ, & quum Galenus existimauit, quod nullus potest scire mundum esse æternum, nisi per has propositiones, quarum origo est à sensu, & testimonio vetustatis, dicit in suo libro, quem composuit de eis quæ credit, quòd nihil certum habebat de mundo, vtrum esset nouus, aut antiquus; & manifestum est, quod ipse non vtitur in antiquitate mundi, nisi talibus propositionibus, ex verbis suis, & in libro suo, quem appellauit demonstrationem.

Ex eodem libro de sensu & sensili.

GALENVS autem tantopere implicabatur erroribus, vt existimauerit aërem esse sentientem.

μένου, ὅτι ἡ δύναμις φανταστική ἐστιν ἐν τῷ τοῦ ἐγκεφάλου ἐμπροσθίῳ, καὶ ἡ ἐν τῷ μέσῳ διανοητική, καὶ ἡ ἐν τῷ ὀπισθίῳ μνημονική· καὶ τοῦτο μὴ μόνον ἀπὸ τῶν ἰατρῶν εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἀριστοτέλους ἐν τῷ περὶ τῆς αἰσθήσεως καὶ τοῦ αἰσθητοῦ. Γαληνὸς δὲ, καὶ ἄλλοι ἰατροὶ ἐπὶ τούτου συλλογίζονται, ὅτι αὗται δυνάμεις ἐν τοῖς τόποις εἰσὶ κατὰ τρόπον τῆς παρακολουθήσεως, ὁ τόπος οὐκ ἀληθὴς νομίζεται. ἀλλὰ πεφασμένον ἐστὶν ἐν τῷ περὶ τῆς αἰσθήσεως καὶ αἰσθητοῦ, ὅτι τοιαύτη ἐστὶ τάξις τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ δυνάμεων καὶ ἀπόδειξιν τήν τε τῆς οὐσίας τε καὶ τῆς αἰτίας ποιητικήν. ἀλλὰ δὴ τοῦτο οὐκ ἀντιλέγει τῷ ἐνταῦθα εἰρημένῳ· δύναμις γὰρ ἡ διανοητικὴ παρὰ τῷ Ἀριστοτέλει ἐστὶ δύναμις διακριτικὴ ἀδιαίρετος ἄρα μὴ διακρίνουσα, εἰ μὴ ἀδιαιρέτως, οὐ καθόλου. πεφασμένον γάρ ἐστιν ἐκεῖ, ὅτι ἡ διανοητικὴ δύναμις οὐκ ἔστιν εἰ μὴ δύναμις κρίνουσα, τὴν τοῦ αἰσθητοῦ νόησιν ἀπὸ τοῦ σφετέρου εἰδώλου πεφαντασμένου, καὶ αὕτη ἡ δύναμις ἐστιν, ἧς ἡ ἀναλογία πρὸς αὐτὼ τὼ δύω νοήματε, δήπου πρὸς τὸ τοῦ ὄντος εἴδωλον, καὶ πρὸς τὸ σφετέρου εἰδώλου νόημα, ἐστὶ καθάπερ ἡ ἀναλογία τῆς αἰσθήσεως κοινῆς πρὸς τὰς τῶν πέντε αἰσθήσεων νοήσεις. ἡ γὰρ δύναμις διανοητική ἐστιν ἐκ τοῦ γένους τῶν δυνάμεων τῶν ἐν τῷ σώματι ὑπαρχόντων. καὶ τοῦτο μὲν φανερῶς λέλεχεν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ, ὅπου τὰς δυνάμεις ἀδιαιρέτους τέθηκε τὰς τέτταρσι τάξεσι διωρισμένας. ἐν τῇ μὲν πρώτῃ τὴν αἴσθησιν κοινὴν ἔθηκεν. ἐν τῇ δὲ δευτέρᾳ τὴν δύναμιν φανταστικήν. ἐν τῇ δὲ τρίτῃ τὴν διανοητικὴν ἐπιλέγει δὲ τὴν μνημονικήν. καὶ τὴν πρώτως μνημονικὴν τὴν ψυχικωτέραν ἐποίησε· δευτέρως δὲ τὴν διανοητικήν· ἔπειτα δὲ τὴν φανταστικήν· ἐσχάτως δὲ τὴν αἰσθητικήν· καίτοι γοῦν ὁ ἄνθρωπος ἰδίως ἔχει τὴν δύναμιν διανοητικήν, ἀλλ' ὅμως τοῦτο μὴ τὴν αὐτὴν δύναμιν εἶναι λογικὴν διακρίνουσαν ποιεῖ. αὕτη γὰρ τὰς ἐννοίας καθολικὰς, οὐκ ἀδιαιρέτους διορίζει. καὶ τοῦτο παρὰ τὸν Ἀριστοτέλεα ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ εἰρημένον ἐστίν· ἡ μὲν οὖν δύναμις διορίζουσα ἡ λογική, εἰ ἐν τῷ σώματι ὑπάρχει ἡ δύναμις, τὴν αὐτὴν συμβαίνει ἐκ τῶν αὐτῶν τεσσάρων δυνάμεων εἶναι μίαν, καὶ ἔχει τὸ σωματικὸν ὄργανον, ἢ ὑπάρχει ἡ ἄλλη δύναμις ἀμέριστος ἢ ἀπὸ τούτων τεσσάρων διωρισμένη. ἀλλὰ μὲν ἤδη πεφασμένον ἐστὶν αὐτόθι τοῦτο εἶναι ἀδύνατον. καὶ ὅτι ὁ Γαληνὸς ἡγήσατο τὴν διανοητικὴν δύναμιν εἶναι λογικὴν τὴν ὑλικήν, ὁ τὸν αὐτὸν σφάλλεσθαι ἐποίησεν ἐν τούτῳ τόπος τοῦ συνακολουθοῦντος. ὅτι γὰρ ἡ λογικὴ δύναμις προσήκει τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἡ διανοητικὴ ἰδία τῷ αὐτῷ νομίζεται διὰ τὴν τῆς ἀποφάνσεως καθολικῆς ἐπιστροφήν, ὅτι ἡ διανοητική ἐστιν ἡ λογική, καὶ εἷς τῶν αὐτῶν ἐν τούτῳ σφαλέντων ἐστὶν Ἀλβερφάραγος ὁ Βαβυλώνιος ἐν τῷ ἑαυτοῦ ὑπομνήματι εἰς τὸ περὶ τῆς αἰσθήσεως καὶ τοῦ αἰσθητοῦ βιβλίον.

Ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίον α΄ περὶ τοῦ οὐρανοῦ, ὑφάσματος κβ΄.

ΕΝ τούτοις ὁ Ἀλβουμάσαρος φησὶ τὴν πίστιν ἐγγυτάτην εἶναι τῇ ἀληθείᾳ δήλῃ. καὶ ὅταν ὁ Γαληνὸς ὑπείληφεν, ὅτι οὐδεὶς ἄνθρωπος δύναται εἰδέναι τὸν κόσμον αἰώνιον εἶναι, εἰ μὴ κατὰ προθέσεις τὰς ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως, καὶ τὰ τῆς παλαιότητος μαρτυρήματα γεγενημένας. αὐτὸς ἐν βιβλίῳ σου τῷ συγγεγραμμένῳ περὶ τῶν πιστευομένων εἶπεν, ὅτι μηδὲν βέβαιον εἶχε περὶ τοῦ κόσμου, πότερον ἢ νεαρὸς ἢ παλαιός· καὶ δῆλόν ἐστιν αὐτὸν μὴ χρῆσθαι ἐν τῇ τοῦ κόσμου παλαιότητι, εἰ μὴ τοιαύταις προθέσεσιν ἐκ τῶν λόγων σου, καὶ ἐν τῷ αὐτοῦ βιβλίῳ ὃ τὴν ἀπόδειξιν ὠνόμακε.

Ἐξ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ τῆς αἰσθήσεως καὶ αἰσθητοῦ.

ΓΑληνὸς δὲ οὕτω τοῖς ἁμαρτήμασι περιεβάλλετο, ὡς τὸν ἀέρα αἰσθανόμενον ὑπειλήφη.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΙΑΖΟΝΤΑ ΕΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΝ.

GALENI NOTAE IN HIPPOCRATEM.

Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ Ἰωάννου Στοβαίου ϟθ'.

Τὰ τῆς τέχνης στοιχεῖα σαφῶς ἀρέσκειν αὐτῷ λέγει τὰ ὅσα ἐναργῆ· συνέστηκεν οὖν ὅτε ἄνθρωπος, καὶ τὰ σύμπαντα ζῶα, ἐκ στερεῶν, ὑγρῶν καὶ πνευμάτων· οὐκ ἄμοιρος δὲ οὐδὲ ἡ τῶν φυτῶν φύσις τῆς τούτων τειγμυνείας, ἀλλὰ ζῇ τε καὶ αὔξεται, καὶ γεννᾷ, καὶ φύεται τῇ τούτων συστάσει. τὴν μὲν οὖν τῶν στερεῶν σύστασιν ὀστοῖς ἀνατίθησι, καὶ νεύροις, καὶ χόνδροις, ἤδη δὲ καὶ ὑμέσι, καὶ ἀρτηρίαις, καὶ φλεψί· καὶ γὰρ ταῦτα τοῦ στερεοῦ γένους ἐν τισιν εἶναι λέγει· τῆς δὲ τούτων συμπήξεως, καὶ διαπλάσεως, ἑπόμενος τοῖς εὐλόγοις τὴν κεφαλὴν εἶναι ἀρχὴν συνδοκεῖ. ἀνατέθηκε δὲ τῇ τῶν στερεῶν φύσει τό τε περὶ ἀγμῶν, καὶ τὰ περὶ ἄρθρων, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. τοῖς δὲ πνεύμασι τὸ περὶ φυσῶν ἰδίως ἐπιγραφόμενον σύγγραμμα· τοῖς δ' ὑγροῖς τὸ περὶ χυμῶν, καὶ τὸ περὶ ἀνθρώπου φύσεως· ἤδη δὲ καὶ σποράδην ἐν ἄλλοις. ἔστι δὲ ταῦτα, αἷμα καὶ φλέγμα, καὶ χολὴ διττὴ ξανθὴ καὶ μέλαινα· εἶναι δὲ τὸ μὲν αἷμα τὴν φύσιν ὑγρὸν, καὶ θερμὸν, καὶ τὴν χρόαν ἐρυθρὸν, τὴν δὲ ποιότητα γλυκύ· τὸ δὲ φλέγμα ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, καὶ λευκὸν, καὶ μᾶλλον ἁλμυρὸν· τὴν δὲ ξανθὴν χολὴν· θερμήν τε καὶ ξηρὰν, καὶ ὠχρὰν, καὶ πικράν. τὴν δὲ ἑτέραν ψυχρὰν, καὶ ξηρὰν, καὶ μέλαιναν, καὶ φυσώδη. ἀρέσκει δὲ αὐτῷ καὶ τὰς ἡλικίας διαιρεῖν εἰς δ'. καὶ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους ὁμοίως. πλεονάζειν δὲ τῶν εἰρημένων χυμῶν ἕκαστον, ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τῇ ὥρᾳ τῇ οἰκείᾳ ἑκάστου, καὶ ἐν μὲν τῇ τῶν παίδων ἡλικίᾳ πλεονάζειν τὸ αἷμα καὶ τῇ ὥρᾳ τοῦ ἔαρος· ἐν δὲ τῇ τῶν ἀκμαζόντων τὴν ξανθὴν χολὴν, καὶ ὥρᾳ θέρους· ἐν δὲ τῇ τῶν παρηβώντων τὴν μέλαιναν, καὶ φθινοπώρῳ· ἐν δὲ τῇ τῶν γερόντων τὸ φλέγμα καὶ χειμῶνος. ἐοικέναι γὰρ τὰς τῶν χυμῶν φύσεις ταῖς τῶν ὡρῶν. τὸ γοῦν ἔαρ θερμόν τε καὶ ὑγρὸν, ὡς τὸ αἷμα, καὶ τὸ θέρος θερμόν τε καὶ ξηρόν· τὸ δὲ μετόπωρον ψυχρόν τε καὶ ξηρόν. ὁ δὲ χειμὼν ψυχρὸς καὶ ὑγρὸς, ἀναλόγως τοῖς χυμοῖς· κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τὴν ἡμέραν διαιρεῖ, καὶ τῷ ἀριθμῷ καὶ τῇ φύσει, ὡς ἐν μικρᾷ τῇ ἀναλογίᾳ, καθ' ὅλου γε τὰς τῶν ἀνδρῶν φύσεις πρὸς τὰς τῶν γυναικῶν διαφέρειν. εἶναι γὰρ τοὺς μὲν, ἐπὶ τὸ θερμότερον καὶ ξηρότερον. τὰς δὲ ἐπὶ τὸ ψυχρότερον καὶ ὑγρότερον. ἐν ἑκάστῳ δὲ τούτων γένει καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔχειν μικροτέραν διαφορὰν παρά τε τὰς τῶν χωρίων θέσεις καὶ τὰς τῶν ἀέρων ἰδιότητας καὶ τὰς τῶν διαιτημάτων ἀγωγάς. παρέχειν δὲ καὶ τῶν χυμῶν ἕκαστον ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου χρείαν ἐξαίρετον, καὶ τὸ μὲν αἷμα τρέφειν καὶ θερμαίνειν καὶ ὑγιαίνειν, καὶ εὐχροίας εἶναι ποιητικόν. τὴν δὲ ξανθὴν χολὴν συνέχειν τὸ σῶμα καὶ τοὺς πόρους μὴ ἐᾶν ἐκλύεσθαι καὶ κνωπίζειν τὴν αἴσθησιν καὶ συντελεῖν τῇ πέψει καὶ τὰς ὁδοὺς τῶν ἐκκρίσεων παρέχειν εὐπετεῖς. τὴν δὲ μέλαιναν ἕδραν καὶ οἱονεὶ βάθρον τῶν ἄλλων χυμῶν· τὸ δὲ φλέγμα νεύροις, ὑμέσι, καὶ χόνδροις, καὶ ἄρθροις καὶ γλώττῃ πρὸς

Ex Sermone XCIX. Ioannis Stobæi.

Artis elementa sibi palam placere dicit, quæ manifesta sunt. Constat igitur tum homo, tum animalia cuncta ex solidis, humidis, & spiritibus. Sed neque stirpium natura triplici horum genere caret; sed viuit, & augetur, progignit, & nascitur per istorum constitutionem. Itaque solidorum structuram primùm ossibus, neruis & cartilaginibus tribuit; deinde membranis quoque, arteriis, & venis; hæc etenim generis solidi in quibusdam esse dicit. Illorum verò compositionis, & conformationis, probabiles sequutus rationes, caput principium esse comprobat. Disseruit autem de solidorum natura in libris de fracturis & articulis, aliisque iis similibus, de spiritu verò in commentario de flatibus propriè inscripto; De humidis denique in libro de humoribus, & altero de hominis natura; ac deinceps sparsim in aliis. Sunt autem illi humores sanguis, pituita, & vtraque bilis, flaua & atra. *Ex his* sanguinem ait natura calidum & humidum esse, colore rubrum, & qualitate dulcem; pituitam verò frigidam & humidam, & albam magisque salsam; at bilem flauam, calidam & siccam, pallidam & amaram. Denique alteram, frigidam & siccam, & nigram & flatuosam. Ætates etiam ei quatuor in partes distinguere placet, anníque tempestates similiter. Abundare autem, inquit, dictorum humorum quemque, ætate & anni tempestate cuique propria. Atque in puerili quidem ætate, ac veris tempestate abundare sanguinem; vigente autem ætate, & æstatis tempestate flauam bilem; Declinante verò ac Autumno, nigram; Demum in senectute & hyeme pituitam. Naturas enim humorum, tempestatum anni temperamentis respondere. Itaque ver calidum & humidum est veluti sanguis, æstas calida & sicca; Autumnus frigidus & siccus; hyems denique frigida & humida, simili ratione qua humores. Eodem verò modo & diem diuidit, & numero & natura, vt in parua proportione. In vniuersum autem virorum temperamenta, à mulierum temperamentis differre auctor est, illos enim ad calidius & siccius temperamentum, has contrà ad humidius ac frigidius accedere. Et rursus aliud, sed minus discrimen in singulis horum generibus reperiri, propter situs regionum, & aëris proprietates, ac victus rationes. Ad hæc singulos humores in hominis natura peculiarem vsum exhibere; sanguinem alere, calefacere, sanitatem bonúmque colorem efficere. Bilem flauam, continere corpus, non permittere latentes meatus dissolui, incitare & acuere sensum, concoctioni prodesse, excrementorum ductus faciles & apertos efficere; Atram verò bilem, sedem ac veluti fundamentum esse cæteris humoribus. Postremò pituitam neruis, membranis, cartilaginibus, articulis, & linguæ ad motus facili-

facilitatem prodesse. Item genitale semen tum viri, tum mulieris ex æquo ei conferre videtur ad animalis procreationem, idque ab omnibus corporis partibus ferri: & mares in dextro vteri latere, fœminas in sinistro generari. Præpollere autem dextras partes læuis, & superiores inferioribus. Morborum causas censet aut ictibus violentis, aut ab aëre ambiente nasci: plurimas verò ex prædictis humoribus per exuperantiam aut defectum, aut mutationem quæ fit secundum qualitates, aut quæ fit ex loco in locum. Præterea vsum remediorũ huiusmodi, quæ causis contraria sint, approbat. Morborum alios acutos facit, alios diuturnos, & alios medios. Fieri autem ait acutos vt plurimum à bile & sanguine, ætate vigente, æstiuo aut verno tempore: diuturnos verò à pituita & atra bile, idque in senibus & hyeme: medios autem, à causis mixtis prouenire. Item qui morbi salubres, qui contrà lethales sint, prænosse docet. Asserit quoque prænotionem & prædictionem necessariò ad artem pertinere, ac inter se differre: aliquando enim prænosse duntaxat oportere medicum, aliquando etiam prædicere tutum esse. Prænotionem diuidit in symptomata præterita & præsentia (quæ aliquid obscurum aut incertum habent) & futura. Ad hæc decretorios dies cognosci iubet: nam acutos morbos magna ex parte diebus imparibus, diuturnos contrà paribus iudicari. Item æstate, in iuuenibus, partibus dextris & superioribus impares dies criticos esse; in contrariis, pares. Quin etiam locos primariò affectos inuestigare præcipit ex eorum cognitione, quæ non parum conducit, & ad morbos signis detegendos, curandósque.

A τὸ ἔνδρομον τῆς κινήσεως. δοκεῖ καὶ αὐτῷ καὶ τὸ σπέρμα πρὸς ζωογονίαν τό, τε τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ, τῆς γυναικὸς ἐπίσης συντελεῖν· καὶ ἀπὸ πάντων τῶν μερῶν φέρεσθαι τοῦ σώματος, καὶ τὰ μὲν ἄρρενα ἐν τοῖς δεξιοῖς τῆς μήτρας. τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖς ἀριστεροῖς γεννᾶσθαι· ἰσχύειν δὲ καὶ τὰ δεξιὰ ὡς πρὸς τὰ ἀριστερά, καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὡς πρὸς τὰ ὑποκείμενα. δοκεῖ δὲ αὐτῷ καὶ τὰς αἰτίας τῶν νοσημάτων ἃς μὲν ἐκ πληγῶν βιαίων· ὡς δὲ ἐκ τοῦ περιέχοντος εἶναι. τὰς δὲ πλείστας ἐκ τῶν ὑγρῶν τῶν εἰρημένων κατὰ πλῆθος καὶ ἔλλειψιν καὶ μεταβολὴν τὴν κατὰ ποιότητα ἢ τὴν ἐκ τόπου εἰς τόπους. ἀρέσκει δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βοηθήματα εἰσφέρειν ἐκ τῶν ἐναντίων ἱσταμένων B ταῖς αἰτίαις· τῶν δὲ νοσημάτων ἃ μὲν εἶναι ὀξέα φύσει, ἃ δὲ χρόνια, ἃ δὲ ἐνδύαστα; γίνεσθαι δὲ ὡς πολὺ ἀπὸ χολῆς καὶ αἵματος καὶ ἡλικίας ἀκμαζούσης, καὶ θέρους καὶ ἔαρος τὰ ὀξέα. τὰ δὲ χρόνια ἀπὸ φλέγματος καὶ μελαίνης χολῆς, καὶ ἐν πρεσβύταις καὶ χειμῶνι· τὰ δ᾽ ἐνδύαστα, ὁπόσα μεμιγμένας ἔχει τὰς αἰτίας. ἤδη δὲ καὶ τίνα ἑαυτοῦ σωτήρια, καὶ τίνα θανατικὰ προγινώσκειν. βούλεται δὲ καὶ τὴν πρόγνωσιν, καὶ τὴν πρόρρησιν ἀναγκαίαν τε εἶναι, πρὸς τὴν τέχνην καὶ διαφέρειν ἀλλήλων. ὅπου μὲν γὰρ προεγνωκέναι χρὴ μόνον τὸν ἰατρόν. ὅπου δὲ καὶ προειπεῖν ἀσφαλές· διαιρεῖται δὲ τὴν πρόγνωσιν εἴς τε τὰ προγεγονότα καὶ τὰ ἐνεστῶτα τῶν συμπτω- C μάτων. (ὁπόσα ἔχει πόσην ἀδηλότητα) καὶ εἰς τὰ μέλλοντα. ἀρέσκει δὲ αὐτῷ καὶ τὰς κρισίμους ἡμέρας ἐπεγνωκέναι. γίνεσθαι γὰρ ὡς τὸ πολὺ τὰς μὲν περιττὰς κριτικὰς τῶν ὀξέων νοσημάτων, τὰς δὲ ἀρτίους τῶν χρονίων. καὶ τὰς μὲν θέρους, καὶ ἐπὶ νέων, καὶ τῶν δεξιῶν μερῶν καὶ τῶν ὑπερκειμένων τὰς περισσάς. τὰς δὲ ἀρτίους ἐπὶ τῶν ἐναντίων ἤδη δὲ καὶ τοὺς πρωτοπαθοῦντας τόπους εἰδέναι παραινεῖ, ἐκ τῆς τούτων ἐπιγνώσεως οὐ μικρὰν συμβαλλομένης μοῖραν, εἰς σημείωσίν τε καὶ θεραπείαν.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΛΕΞΙΝ ΣΟΦΙΣΜΑΤΩΝ.

GALENI DE SOPHISMATIS SEV CAPTIONIBVS PENES DICTIONEM.

CAPVT PRIMVM.

Sex modis Sophismata in dictione contingere, Aristotelis auctoritate.

Aristoteles Philosophus docens nos in libro de sophisticis elenchis, *captiosis argumentis* quot modis in dictione sophismata seu captiones contingant, modos sex quidem numero esse asserit, eósque ita exponit; in æquiuocatione, in ambiguitate, in accentu, in compositione, in diuisione, in dictionis figura. Sophismata in æquiuocatione vocat, vbi nomina in oratione posita plura significant, vt canem venatus sum: plura enim hæc oratio significat ob id vocabulum (canem.) Sophismata verò in ambiguitate, quum orationi ipsi in se duplex sensus est, vt hæc se habet, hunc licet capere me: hîc nominum quidem nullum ambiguum, sed oratio ipsa per se capere & capi significat. At in accentu, quum duplex contingit, vt hac in dictione,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Παρὰ τρόπους ἓξ τὸν ἀριθμὸν γίνεσθαι τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα, τῇ τοῦ Ἀριστοτέλους ἀξιοπιστίᾳ.

D Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος διδάσκων ἡμᾶς ἐν τῷ περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων συγγράμματι, περὶ ὅσους τρόπους γίνεται τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα, τρόπους μὲν ἓξ τὸν ἀριθμὸν εἶναί φησι, ἐκτίθεται δὲ αὐτοὺς οὕτως. παρὰ ὁμωνυμίαν, ἀμφιβολίαν, προσῳδίαν, σύνθεσιν, διαίρεσιν, σχῆμα λέξεως. καλεῖ δὲ παρὰ ὁμωνυμίαν μὲν ὅταν διὰ τῶν ὀνομάτων ἐν τῷ λόγῳ πλείω σημαίνηται. καθάπερ ἐν τῷ κύνα, τεθήρακα, πλείω γὰρ ἐστὶν ὁ λόγος σημαίνει, διὰ τοὔνομα, τὸν κύνα; παρὰ ἀμφιβολίαν δὲ, ὅταν παρὰ αὐτὸν τὸν λόγον ἐν αὐτῷ τὸ διπλόν ᾖ. καθάπερ ἔχει τό, γένοιτο καταλαβεῖν τὸν δὲ ἐμέ, ἐνταῦθα τῶν μὲν ὀνομάτων οὐδὲν διπλόν, αὐτὸς δὲ ὁ λόγος ἐφ᾽ ἑαυτοῦ σημαίνει τό, ἑλεῖν τε, καὶ ἀναιρεθῆναι. παρὰ δὲ τὴν προσῳδίαν, ὅταν διπλὸν γίγνηται. καθάπερ ἐν τῷ,

Ὄρος ἔστηκε. τὸ γὰρ διπλοῦν, παρὰ τὴν διπλῆν προσῳδίαν τιθεμένην κατ' ἀρχάς, ἢ ἀφαιρουμένην· παρὰ δὲ τὴν σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν, ὅταν αὐτὴ ποιῇ τοῦ σημαινομένου τὴν διαφοράν, ὥσπερ

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.

Ἡ γὰρ διαφορὰ τοῦ, ἀνδρῶν, τοῦ ἢ συντιθεμένου, ἢ διαιρουμένου ἀπὸ τῶν ν' ἐστί. παρὰ δὲ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως, ὁπόταν ἕτερον τῷ ὄντι σημαίνῃ, ἕτερον δὲ διὰ τὸ εἶδος, καὶ τὸ σχῆμα. δοκεῖ δὲ οἷον τὸ, ἀκούω. ἔστι μὲν τοῦ πάσχειν, δόξης ἂν τοῦ ποιεῖν, διὰ τὴν προσφοράν, ὅπερ ἐστὶ τὸ σχῆμα παραπλήσιον κεχρῆσθαι τοῖς τοῦ ποιεῖν, τοῦ τρέχω, καὶ νοῶ. ἑλκύσει γὰρ ἂν ὁ σοφιστικὸς πρὸς ἑκάτερον. πρὸς μὲν τὸ πάσχειν, ὅτι ἐστί. πρὸς δὲ τὸ ποιεῖν, ὅτι φαίνεται. τούτοις δὴ ἐξηριθμημένοις τοῖς τρόποις ἐφεξῆς δείκνυσιν, ὅτι μηδείς ἐστιν ὃν παραλέλειπε, μηδὲ οἷόν τέ ἐστι τῶν παρὰ μὲν τὴν λέξιν τι σοφισμάτων, ἔξω πεσεῖν τῶν εἰρημένων. ὁ δὲ λόγος δι' οὗ ταῦτα δείκνυσίν ἐστιν οὗτος. τούτου δὲ πίστις ἥ τε διὰ τῆς ἐπαγωγῆς, καὶ συλλογισμός, ἄν τε ληφθῇ τις ἕτερος, καὶ ὅτι τοσαυταχῶς ἂν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις, μὴ ταὐτὸν μέντοι δηλώσαιμεν. τὸ μὲν οὖν τῆς ἐπαγωγῆς, γνώριμον· εἰ γὰρ καθ' ἕκαστον εἰπόντι καὶ λαβόντι τῶν παρὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων, φαίνοιτο μηδὲν πῖπτον ἔξω τῶν εἰρημένων τρόπων, δῆλον ἤδη ταύτῃ γε, ὅτι μηδεὶς παραλέλειπται τρόπος· τὸ δὴ ἐφ' ἑξῆς παντάπασιν ἀσαφές ἐστι, τί ποτε βούλεται λέγειν ἐν τῷ, καὶ συλλογισμός, ἄν τε ληφθῇ τις ἕτερος, καὶ ὅτι τοσαυταχῶς ἂν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις οὐ ταὐτὰ δηλώσαιμεν, οὐδέ γε ὅπως ἂν ἕτερόν τινα λάβοιμεν συλλογισμὸν εἴρηται· τὸ δὲ καὶ ὅτι τοσαυταχῶς ἂν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις οὐ ταὐτὰ δηλώσαιμεν, συλλογισμοῦ συμπεράσματι μᾶλλον ἔοικεν, ἢ συλλογισμῷ. συνήθες δὲ τὸ τοιοῦτο τάχος τῷ φιλοσόφῳ, καὶ καθάπερ ἐπὶ σημείων ἐκφέρειν τὰ πολλά, καὶ διὰ τὸ, πρὸς τοὺς ἀκηκοότας ἤδη γράφεσθαι. τῶν οὖν ἐξηγησαμένων αὐτόν, οἱ μὲν οὐδ' ἐπεχείρησαν ταῦτ' ἀκριβῶσαι τὸν προσήκοντα τρόπον· οἱ δὴ οὐκ ἔτυχον. ἡμεῖς δὲ πειρασόμεθα, οὐκ Ἀριστοτέλους ἕνεκεν, οὐδ' ὡς τῷ λόγῳ βοήθειάν τινα ποριοῦντες, ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν. φιλοσόφου γὰρ, οὐ μόνον τὰς προτάσεις λαβόντα συλλογίσασθαι, καθάπερ τοῖς πλείστοις εἴωθεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ συμπεράσματος κειμένου, τὰς προτάσεις κατασκευάσαι.

Ορος ἔστηκε, mons aut terminus stabat, ipsum enim nomen duplex ob duplicem accentum qui in principio ponitur aut tollitur. Sophisma autẽ in compositione & diuisione quum ipsæ significationis differentiam faciunt, vt

Quinquaginta virûm centenos liquit Achilles.

Differentia namque est dictioni, virûm, aut compositæ cum quinquaginta, aut à quinquaginta diuisæ. Denique in dictionis figura, quum aliud *dictio* verè significat, aliud verò propter speciem & figuram significare videtur, vt *verbum* audio: est quidem passionis cùm actionis esse videatur, propter prolationem, id est figuram similem iis quæ verborum actionis sunt, vt curro & intelligo. Trahet enim ad vtramque partem sophisticus *homo*; ad passionem, quoniam *ita* est; ad actionem, quia ita videtur. His verò sex enumeratis modis, deinceps ostendit nullum esse ab eo prætermissum, neque posse aliquod in verbo sophisma, extra *modos* propositos cadere. Verba verò, quibus id ostendit, hæc sunt: Huius rei fides est, & ea, quæ per inductionem fit, & syllogismus, & si alius aliquis sumatur, & quòd tot modis, nominibus iisdem, & orationibus non eandem rem significamus. Ea igitur, quæ de inductione loquitur, contextus pars manifesta est: si enim singula in verbo sophismata percurras, sumásque, nec vllum horum appareat extra prædictos modos cadere, perspicuum iam ita est, nullum prætermissum esse modum: quod verò sequitur, omninò obscurum est quid velit quum dicit: & syllogismus, & si alius aliquis sumatur, & quod tot modis, nominibus iisdem, & orationibus non eandem rem significamus, siquidem nec, quonam modo alium aliquem sumamus syllogismum, dictum est: id verò, & quòd tot modis, nominibus iisdem, & orationibus non eandem rem significamus, syllogismi conclusioni magis simile est, quàm syllogismo: consueta verò est hæc huic philosopho dicendi breuitas, & veluti per signa expromere multa, quia ad hos qui iam audiuerant, scribebantur. Qui igitur eum exposuerunt, alij hæc accuratè tractare, quòd decebat, ne tentarũt quidem: alij non consequuti sunt: nos verò tentemus non Aristotelis causa, neque vt orationi eius opem feramus, sed causa nostra. Philosophi enim est, non solum assumptis propositionibus ratiocinari, vt multorum mos est, sed etiam conclusione posita propositiones ipsas construere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Παρὰ τὸ διττὸν πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα γίνεσθαι.

Ἐπεὶ δὲ δεῖξαι πρόκειται, τοσαυταχῶς γίνεσθαι τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα, ὁσαχῶς Ἀριστοτέλης ἔφη, τὰ παρὰ τὸ διττόν, δῆλον ὡς δύο δεικτέον ἡμῖν, ἓν μέν, ὅτι πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν, παρὰ τὸ διττόν ἐστιν, ἕτερον δὴ ὅτι παρὰ τὸ διττὸν τοσαῦτα. δῆλον δὴ ἐκεῖνό γε πᾶσιν, ὅτι πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα, παρὰ κακίαν αὐτῆς ἀνάγκη συμβαίνειν· ταύτης γὰρ ὥσπερ ἀρχῆς ἐχόμενοι, ἐξαπατῶσιν οἱ σοφισταὶ τοὺς ἀπειροτέρους ἐν τούτοις, καὶ μὴ συνορῶντας τὸ κίβδηλον. εἰ δὴ ὀρθῶς βουλόμεθα καλῶς λαβεῖν πόσα παρὰ τὴν λέξιν συμβαίνει σοφίσματα, ληπτέον πόσαι ποτ' εἰσὶν αἱ κακίαι ἐν αὐτῇ· ὃ ἂν συνοφθείη τῆς ἀρετῆς ληφθείσης, εἴτ' ἐστὶ μία, εἴτε πλείους ἁπασῶν· ἁμαρτία γὰρ τῆς ἀρετῆς ἔοικεν εἶ(ναι),

CAPVT II.

Penes ipsum duplex omnia in dictione sophismata accidere.

Qvoniam verò monstrare propositum est, tot modis in verbo sophismata fieri, quæ penes ipsum duplex sunt, quot modis Aristoteles dixit, patet duo hæc à nobis demonstranda esse, alterum, omnia in verbo sophismata, penes ipsum duplex esse, alterum tot esse numero penes ipsum duplex. Perspicuúmque illud omnibus est, omnia in verbo sophismata, ex vitio huius contingere necesse esse: hoc enim tanquam principium sequentes, sophistæ decipiunt in ea re minus versatos, & qui captionis fraudem non animaduertunt. Si verò rectè volumus, quot in verbo sophismata contingunt, accipere, quot vitia sunt, sumendum est: quod cognoueris, si virtutem sumas vnicam esse, aut plures: error enim à virtute esse

vitium videtur: qua rectè cognita, statim hoc quoque cognoscitur. Quoniam verò, vt alibi demonstratum est, ipsum bonum, virtúsque in eo est, ad quod nata, aut facta res est, vt hominis in viuendo, gladij in scindendo, idcirco ad quod nata, aut facta est dictio, sumendum est: manifestum verò est ad vnum hoc, vt significet. Patet igitur, in hoc & bonum, & vitium esse; patet quoque solam è virtutibus hanc in dictione esse per se: reliquas verò per accidens, extrinsecúsque esse, nec rei ipsius, vt concinnitas, & apta literarum formatio. hæc enim, & si quibusdam se bona ostendant, non tamen secundum rem se habent: sed perinde, ac si ensis manubrio eburneo sit, aut fucatus oculus: hæc etenim his extrinseca sunt: quæ verò sunt per se, ea in scindendo, & in cernēdo sunt. Si igitur vniuscuiusque rei virtus est, siue vt dicitur in eo posita est, ad quod nata res, aut facta est, patet quod & virtutū numerū hinc quis nouerit quantus sit. si enim ad multa res genita sit, plures illæ sūt: si ad vnū, vna virtus est. Apparet sanè dictio ad vnū nata, hoc est ad significandū. Si igitur bonum ipsum in hoc positum est, hoc ipsum non significare, aut non rectè significare, vitiū erit: Nam considerandū videtur, an, quæ non significat, ea dictio statuenda sit: non enim tibicē is est, qui tibia naturâ nō aptus est vllo modo canere, nec malus igitur tibicen est: sic nec dictio est, quæ non est ad significandum apta: quare nec vitium dictionis, erit non significatio. Hoc verò protinus signum, solam eam quæ nunc à nobis dicta est, virtutem esse dictionis per se: in quo enim vnaquæque res esse habet, in hoc ipsa virtus est: dictio autem habet in significando esse, eóque corrupto, neque dictio est: igitur in hoc ipso virtus est. Quare hæc vnà cum significatione deperditur, reliquæ verò, propterea quod non secundum rem ipsam sunt, non impediuntur circa hanc esse, quæ non significat, vt concinnitas, & apta scriptura. Has ob res, quæ linguæ barbaræ sunt, earum alteram meliorem altera dicimus, vt Persicam Æthiopica, quanquam nihil nobis significantem: causa verò est, quia potiùs vox est, quàm dictio. sed, etsi vitium videatur, non significatio, cùm propter similitudinem nominis decipiantur, patet non propter hoc vitium sophisma contingere. Quis enim est, qui consentiat, aut quis est, qui proponat dictionem significatione priuatam, & ignotam? Restat igitur, vt propterea contingat sophisma, quia non recta significatio sit: hæc verò talis est, quia duplex. in hoc enim solo dictio habet quidem, quod significet, verum non rectè: canis enim nomen, aliquid significat, non tamen hoc aliquid, neque definitum quidquam, quod erat rectè significare. Illud verò rectè à Platone dicitur, quæcunque proprio vitio corrupta sunt, horum omnium dictionem corrumpit: ducit enim in obscuram significationem quodam modo, sed non simpliciter, vt ea quæ nihil significant: obscura verò significatio, priùs dicta est perfecta esse dictionis corruptio: quapropter solum vitium est ipsum duplex: nisi quis ea quoque vitia putet, defectum, longitudinem, superfluitatem dicendi: latere autem hunc arbitror deceptum, & ignarum, nullum horum esse simpliciter dictionis vitium, nisi obscuritatem, aut duplicitatem efficiat: si verò solum hoc dictionis vitium est, & rectè supra dictum est omnia, quæ in verbo sophismata sunt, ex eius vitio fieri, propter ipsum duplex erunt omnia, quæ in verbo sophismata contingunt.

A καὶ ταύτης ὀρθῶς ληφθείσης, εὐθὺς κἀκείνην γνωρίζεσθαι. ἐπεὶ δὲ καθάπερ ἐν ἑτέροις ἀποδέδεικται λόγοις, τὸ εὖ τε, καὶ ἡ ἀρετή, ἐν ἐκείνῳ πρὸς ὃ πέφυκεν, ἢ γέγονεν, ἀνθρώπου μὲν τὸ ζῆν, μαχαίρας δὲ τὸ τέμνειν, ληπτέον ἂν εἴη τὸ πρός τι πέφυκεν ἢ γέγονεν, ἡ λέξις. φαίνεται δὲ πρὸς ἕν, τὸ σημαίνειν· δῆλον οὖν ὅτι καὶ εὖ, καὶ κακῶς ἐν τούτῳ· δῆλον δὲ ὅτι καὶ μόνη τῶν ἀρετῶν αὕτη καθ᾽ αὑτὴν τῆς λέξεως, αἱ δ᾽ ἄλλαι κατὰ συμβεβηκός, καὶ ἔξωθεν, καὶ οὐ τοῦ πράγματος, οἷον εὐαρμοστία καὶ εὐγραμματία. τοῦτο γάρ, εἰ καὶ φαίνεταί τισιν εὖ, ἀλλ᾽ οὐ κατὰ τὸ πρᾶγμα· ἀλλ᾽ B ὥσπερ εἰ ξίφος ἐλεφαντόκωπον εἴη, ἢ ὀφθαλμὸς ὑπογεγραμμένος· καὶ γὰρ τούτοις ταῦτα ἔξωθεν, τὰ δὲ καθ᾽ αὑτά, ἐν τῷ τέμνειν τε καὶ ὁρᾶν, καὶ τὴν ἀρετὴν ἑκάστου τυγχάνειν, εἴθ᾽ ὡς λέγεται καθ᾽ ἣν ἕδραν ἔχειν, πρὸς ὃ πέφυκεν, ἢ γέγονεν· δῆλον ὡς καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀρετῶν ἐντεῦθεν ἄν τις γνοίη ὁπόσας ἐστίν; εἰ μὲν γὰρ πρὸς πολλά, πλείους, εἰ δὲ πρὸς ἕν, μία. φαίνεταί γε μὴν ἡ λέξις πρὸς ἓν τὸ σημαίνειν· εἴπερ τὸ καλῶς πρὸς τοῦτο μὴ σημαίνειν, ἢ μὴ εὖ σημαίνειν κακία ἔσται· καίτοι ἴσως δεῖται σκέψεως, εἰ θετέον εἶναι λέξιν ἔτι, τὴν μὴ σημαίνουσαν. οὐδὲ γὰρ C αὐλητής, ὁ μὴ πεφυκὼς αὐλεῖν ὅλως· οὐκοῦν οὐδὲ κακὸς αὐλητής· οὐδὲ λέξεως ἄρα κακία, τὸ μὴ σημαίνειν. τοῦτο δὲ εὐθὺς καὶ σημεῖον, τοῦ μόνην τὴν ὑφ᾽ ἡμῶν δὲ λεγομένην ἀρετὴν εἶναι τῆς λέξεως καθ᾽ αὑτήν· ἐν ᾧ γὰρ ἑκάστου τὸ εἶναι, ἐν τούτῳ καὶ ἡ ἀρετή· ἡ δὲ λέξις, ἐν τῷ σημαίνειν· τούτου γέ τοι διαφθαρέντος, οὐδὲ λέξις, οὐκοῦν ἐν τούτῳ καὶ ἡ ἀρετή, διὸ καὶ μόνη συναποβάλλεται· αἱ δ᾽ ἄλλαι, διὰ τὸ μὴ κατ᾽ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα εἶναι, οὐδὲν κωλύονται καὶ περὶ τὴν μὴ σημαίνουσαν ὑπάρχειν, οἷον ἡ εὐαρμοστία καὶ ἡ εὐγραμματία. κρείττω γοῦν διὰ ταῦτα, καὶ τῶν D βαρβαρικῶν διαλέκτων ἑτέραν ἑτέρας φαμέν, οἷον τὴν Περσίδα τῆς Αἰθιοπικῆς, καίτοι μὴ σημαίνουσαν ἡμῖν· τὸ δ᾽ αἴτιον, ὅτι φωνὴ μᾶλλόν ἐστιν, ἢ λέξις. ἀλλ᾽ εἴ τῳ καὶ δοκεῖ τοῦτο κακία τὸ μὴ σημαίνειν, καὶ πλανᾶταί τις διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ καλεῖσθαι. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο δὲ δῆλον, ὡς οὐ δ᾽ ἂν διὰ ταύτην κακίαν σόφισμα συμβαίνοι. τίς γὰρ ἂν ὁμολογήσειεν, ἢ συνθείη τις πρὸς ἄσημον ἢ ἀσαφῆ λέξιν. λείπεται δὴ διὰ τὸ μὴ εὖ σημαίνειν· τοῦτο δέ, ὅτι διπλόν. ἐν τούτῳ γὰρ ὑπάρχει μόνῃ τῇ λέξει, σημαίνειν μέν τι, μὴ εὖ δὲ σημαίνειν. τὸ γάρ, κύων, ὄνομα σημαίνει μέν τι, οὔπω δὲ E τὸ δέ τι, οὐδὲ ἀφωρισμένον ὅπερ ἦν τὸ εὔληπτον· κἀκεῖνο δὲ λέγεται καλῶς ὑπὸ Πλάτωνος, ὅτι πάντα ὅσα φθαρτὰ τῇ σφετέρᾳ κακίᾳ, φθείρει δὲ καὶ τούτων τὴν λέξιν. ἄγει γὰρ πρότερόν τινα εἰς ἀσάφειαν, ἀλλ᾽ οὐχὶ ἁπλῶς ὥσπερ τὰ μηδὲν σημαίνοντα· ἡ δ᾽ ἀσάφεια καὶ πρόσθεν ἐλέγετο διαφθορά τις εἶναι παντελὴς τῆς λέξεως· ὥσπερ πᾶν, καὶ διὰ τοῦτο, μόνη κακία τὸ διπλόν, χωρὶς εἰ μή τις οἴεται κἀκεῖνα κακίας. οἷον ἔνδειαν, ἢ μακρολογίαν, ἢ περιττολογίαν· λανθάνειν τοῦτον νομίζω, ἀπατώμενον, καὶ μὴ συνιέντα, τούτων οὐδὲν ἁπλῶς κακὸν τῆς λέξεως, F εἰ μὴ τὴν ἀσάφειαν, ἢ τὸ διπλὸν ἐργάζοιτο· εἰ δὲ μόνη κακία λέξεως αὕτη, καὶ καλῶς τὰ πρόσθεν εἴρηται. πάντα δὲ τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα, παρὰ τὴν κακίαν ταύτην γίνεται· πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν, ἔσται παρὰ τὸ διπλόν.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Τὸ παρὰ τὸ διττὸν παρ' ἓξ τρόπους παρὰ τὴν λέξιν γίνεσθαι. ὅτι ποτέ ἐστι λόγος.

Δεικτέον δὲ τὸ μετὰ τοῦτ' ἂν εἴη, διὰ τί τὸ παρὰ τὸ διττὸν τοσαυταχῶς, ὁσαχῶς Ἀριστοτέλης φησί, συνίσταται· εἰ δὲ καὶ τοῦτο μέλλει καλῶς εὑρεθήσεσθαι, ληπτέον πρότερον, ὅ τι ποτέ ἐστι λόγος τε, καὶ ἐκ λόγων· λόγοι γὰρ καὶ αἱ προτάσεις· τούτων τινὶ ἢ τισὶ διττὸν ζητοῦμεν· ἔσται δὴ λόγος, ὡς πρὸς τὸ παρὸν ἀπαρκούντως εἰπεῖν, σύνθεσις ὀνομάτων· καλῶ δὲ ὀνόματα κἂν καὶ τὰ ῥήματα, καὶ ὅλως τι σημαίνει διὰ τὸ γνωριμώτερα· ἀνάγκη τὸ διττὸν, ἢ ἔν τινι τούτων εἶναι τῶν ὀνομάτων, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ· τρίτον γὰρ οὐδὲν ἔχομεν ὅπως συσταίη· ὁπότε ὥσπερ οὐδ' ἄν τις ἔχοι παρὰ ἕκαστα τῶν λίθων, ἢ τὸ συγκείμενον· καὶ τοῦτο, ἢ ἐνεργείᾳ, ἢ δυνάμει, ἢ φαντασίᾳ. παρὰ ταῦτα γὰρ οὐδὲν ἕτερον τις εὕροι ὑπάρχον, ἢ λεγόμενον, καθάπερ ἐν ἄλλοις ἀποδέδεικται· πάντα δὲ ταῦτα συλλαβόντες ἔχουσιν οἱ εἰρημένοι τρόποι· ἐνεργείᾳ μὲν γὰρ τὸ διττὸν ἔχουσι παρά τε τὴν ὁμωνυμίαν, καὶ τὴν ἀμφιβολίαν, καὶ ἐν ὀνόματι μὲν ὁ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, ἐν λόγῳ δὲ ὁ παρὰ τὴν ἀμφιβολίαν· ἐνεργείᾳ δὲ, ὅτι τῷ ὄντι, δύο σημαίνουσι· δυνάμει δ', ὁπότε τῇ προσῳδίᾳ γίγνονται διττοὶ, καὶ παρὰ τὴν σύνθεσιν, καὶ διαίρεσιν· οὗτοι γὰρ οὐ σημαίνουσι πλείω, ἀλλὰ πάντως ἕν· διά τε τὸ ἑκάτερον ἐνδέχεσθαι, διττοὶ λέγονται· διὸ καὶ δυνάμει φαμὲν αὐτούς, τοιοῦτο γὰρ τὸ δυνάμει εἶναι· τοῦτο αὖ πάλιν, ὥσπερ καὶ πρόσθεν διῄρητο, ἢ ἐν ὀνόμασιν, ἢ ἐν λόγῳ· ἐν μὲν οὖν ὀνόμασιν, ἡ προσῳδία ποιεῖ τὸ διττόν· αὕτη γὰρ ἐφ' ἑκάτερον ἕλκει τοὔνομα, ὥσπερ ἐν τῷ, Ορος ἕστηκεν, ἡ δασεῖα κατ' ἀρχὰς τεθεῖσα, ἢ μή· ἐν δὲ λόγῳ, διότι σύνθεσις καὶ διαίρεσις διττὸν ποιεῖ, δύναται δὲ κἂν τοῖς συνθέτοις τῶν ὀνομάτων αὕτη, διὰ τὸ προσεοικέναι λόγῳ, καθάπερ ἐν τῷ Νεάπολις, καὶ καλὸς κἀγαθός· μεταβάλλοι δ' ἄν τις τῶν ἁπλῶν· ἀλλ' οὐκ εἰς ἕτερον ὄνομα. τοῦτο γὰρ ἡ προσῳδία μόνη ποιεῖ· ἀλλ' εἰς λόγον, ὥσπερ τὸ, αὐλητρὶς δηλονότι, καὶ τὸν λόγον συνθείη ποτ' ἂν εἰς ὄνομα, ὥσπερ τὸ προκείμενον· δόξει δ' οὐδὲν ἧττον ἄτοπον ἴσως, τὸ φάσκειν, διὰ τὴν προσῳδίαν τε καὶ τὴν σύνθεσιν συμβαίνειν τὰ σοφίσματα· εἴπερ ταῦτα μὲν διὰ τὸ διττὸν, καθάπερ ἐλέγετο πρόσθεν· εἰ δὲ προσῳδία τε, καὶ τὰ ὁμογενῆ, καὶ τῶν δυνάμει διττῶν ἐξαιρεῖ τὸ διττόν, ποιεῖ γὰρ ἤδη ταῦτα, θάτερον σημαίνειν, καὶ λέγεται ἀληθῶς συμβαίνειν οὐδὲν ἧττον τὰ σοφίσματα διὰ ταῦτα· τῷ γὰρ τὸν λόγον ἐπιδέχεσθαι διὰ τούτων τὸ διττὸν, λαβόντες θάτερον κατ' ἀρχὰς οἱ σοφισταὶ, θάτερον συνάγουσι, μεταβάλλοντες μὲν διὰ τούτων τὸν λόγον, πάντως γὰρ οὐκ ἂν ἄλλως τὸ σόφισμα συμβαίη, συλλογιζόμενοι δὲ, ὡς ταὐτὸ λαμβάνοντες, ὥσπερ ἕν τι λογικὸν ὄνομα, καὶ ἴδιον ἀνθρώπου, τὸ λογικὸν ἄρα ἓν ἴδιον ἀνθρώπου· καὶ εἰ ὅρος ἐνταῦθα εἱστήκει ὁ τοῦ χωρίου. ὅρος δ' ἐνταῦθα οὐχ

CAPVT III.

Ipsum duplex sex tantum modis in dictione fieri. Quid sit oratio.

POST verò demonstrandum est, propter quid tot modis ipsum duplex accidat, quot Aristoteles scribit: id verò si rectè inueniri debet, sumendum prius est, quid sit oratio, & ex orationibus orationem esse, etenim & ipsæ propositiones, orationes sunt: harum alicui, aut aliquibus, quærimus ipsum duplex. Oratio sanè erit, quod in præsenti dicere sat est, nominum compositio: voco verò nomina, etsi verba sint, significéntque omnino aliquid, propterea, quod sic notius vocabulum est. necesse est ipsum duplex, aut in aliquo horum nominum esse, aut in oratione ipsa: nullum enim habemus tertium quomodo constituatur: quemadmodum neque in lapidibus præter aut singulos seorsum, aut illorum simul compositionem, eámque aut actu, aut potentia, aut apparentia, nihil aliquis excogitare potest: præter hæc enim nihil est, quod esse, aut dici quispiam inueniat, vt alibi demonstratum est. Omnia verò hæc comprehendentes modi prædicti habent. Ipsum enim actu duplex modus habet, & qui secundum æquiuocationem est, & qui secundum ambiguitatem: sed in nomine duplicitatem is habet, qui secundum æquiuocationem est: in oratione, qui secundum ambiguitatem: actu verò esse dicuntur, quoniam reuera res duas significant. Potentia verò, dum accentu duplices fiunt, compositionéque & diuisione: hi enim non plura significant, sed prorsus vnum: propterea verò, quod ad vtrumque verti licet, duplices dicuntur: quare hos potentia dicimus: tale enim est hoc ipsum potentia esse. Id ipsum verò rursus (vt supra quoque diuisum est) vel in nominibus, vel in oratione est: in nominibus, accentus duplicitatem efficit: trahit enim ad vtramque partem nomen accentus, vt in oratione, hoc Ορος ἕστηκεν, hoc est mons, *vel* terminus stabat, accentus aspiratus facit, in principio cum aut ponitur, aut abest. In oratione verò compositio, & diuisio duplicitatem facit: in compositis quoque nominibus eandem facere potest, quia orationi similia sunt, vt in nomine Neapolis, & καλὸς κἀγαθὸς, id est probus, mutaret ea quis loco simplicium non in nomen (hoc enim solus accentus facit) sed in orationem, vt in hac voce αὐλητρὶς videlicet, id est tibicina, sicut rursus & ipsam orationem in nomen componeret, vt est in proposito nomine. videbitur autem nihilominus absurdum fortassis id, quod propter accentum, compositionémque & diuisionem, sophismata contingere dicamus: siquidem hæc, propter ipsum duplex (vt supra dictum est) contingunt: accentus verò, & quæ eius generis sunt, ipsum duplex, iis quæ facultate duplicia sunt, eripiunt: etenim, vt hæc alterum significent, efficiunt: sed tamen nihilominus verè dicuntur, propter hæc sophismata contingere: quia enim oratio per eadem hæc ipsum duplex accipit, alterum in principio sophistæ sumunt: alterum concludunt, orationem per ea ipsa mutantes (prorsus enim non aliter sophisma contingeret) ratiocinantes verò tanquam idem accipientes: quale est, vnum quid rationale nomen est: proprium hominis est ipsum rationale: igitur vnum proprium hominis est. Præterea si ὅρος, hoc est terminus, hic

ſtabat, is, qui agros ſeparat, ὅρος autem, hoc eſt A mons, hic non ſtabat: ſed neminem lateret id quod ſic adulterinum eſt: verùm vt vbique etiam ad minimum apta oratio ſit, ſophiſtæ ſtudent: nam & in iis, quæ actu duplicia ſunt, hi illud idem faciunt, vt aliud ſumentes, aliud concludentes ratiocinentur: ſed ibi obſcuriùs, quoniam quicquid ſignificet ſermo, ipſe ſibi conſentiat: hîc verò manifeſtè: quare ſuis nominibus, & orationibus Ariſtoteles dixit: Etenim ij ſophiſtæ ſunt, qui ſpeciem violant. Cùm iam habeamus id ipſum, quod actu dicitur, itémque quod potentia, quod reliquum eſt, ad apparentiam attinet: quæ ſecundum B figuram dictionis eſt, vt eſt ſupradictum: oſtenditur enim ipſum nomen, ſimilitérque oratio, non aliud duplex adeo habere, nec in ſingulis, quæ prædicta ſunt. adeo quis exempla ex Eudemo, ex aliiſve caperet. Cum igitur iam collectos modos omnes habeamus, quibus duplex ipſum fieri poſſit, habemus omnia in dictione contingentia ſophiſmata: hæc enim penes ipſum duplex ſunt: ſequitur verò id, quòd tot modis nominibus ipſis, & orationibus, non eandem rem ſignificamus: nam aut actu, aut potentia, aut apparentia id facimus: manifeſtum verò eſt & ſyllogiſmi modum, modò habita diuiſio ſit, fieri poſſe, vtrumvis quis eligat, aut C è directo, aut ad impoſſibile ducentem: ſi enim poſſibile eſt alium haberi modum, is erit neque in nomine, neque in oratione, neque actu, neque potentia, neque apparentia: præter hæc autem nihil ſermo oſtendit: ſecundum igitur ipſum definitum ſit in hunc modum: quod verò non ex eius diuiſione inuenimus, (non enim Ariſtotelis gratia nunc ſcribimus, ſed omnia hæc methodo ſcripta ſunt,) perſpicuum eſt: nam aut in nomine, aut in oratione ipſum duplex eſſe oportere apertè ipſe dixit, cùm dixit, quod ipſis nominibus, & orationibus: ipſum verò actu eſſe, aut potentia, aut apparentia D notum ex ipſo ordine eſt: ſcripta igitur ſeparatim ſunt in ſingulis generibus, quæ eiuſdem ſunt generis, primáque quæ ad actum attinet: ſecunda, quæ ad potentiam: tertio loco, quæ ad apparentiam, vt decuit: aut cur hæc non fuere confuſa? ſed forcaſſe ridiculum eſt his fidem aliam afferre conari, quam eam, quæ à re deducitur: etenim ſi ſic ſe habent, vt Ars, qualis Medicina eſt, artíſque ſunt, diuiſionem vllam fortuito, aut caſu factam non reciperent, ſed de his ſatis hæc in præſenti ſint.

ἕστηκε, καὶ λάθοι μὲν οὐδένα τὸ κίβδηλον· αὐτὰρ οὐκ ὀκνοῦσιν οἱ σοφισταὶ πάντα χρῆ σμικρὸν φροντίζειν τοῦ εὖ λόγου· ἐπεὶ κἂν τοῖς ἐνεργείᾳ διττοῖς, οὗτοί γε ταὐτὸν τοῦτο ποιοῦσι. λαβόντες γὰρ ἕτερον συλλογίζονται· ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν, ἀφανέστερον, ὅτι καὶ ὁποιονοῦν σημαίνῃ ἂν ὁ λόγος, ὁμολογηθείη· ἐνταῦθα δὲ προδήλως, διὸ καὶ αὐτοῦ τοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις Ἀριστοτέλης ἔφη· οἱ μὲν γὰρ κἀκεῖ εἰσιν οἱ τὸ εἶδος σοφισταὶ βιαζόμενοι· ἐπεὶ δὲ ἔχομεν τὸ, ἐνεργείᾳ τε καὶ δυνάμει, λείπεται φαντασίᾳ· τοῦτο δέ ἐστι τὸ παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως, καθάπερ ἐλέγετο ἔμπροσθεν· φαίνεται γὰρ καὶ τὸ ὄνομα διττὸν οὐχ οὕτως ἔχον, καὶ ὁ λόγος ὁμοίως, καὶ οὐ τοσοῦτον καθ᾽ ἕκαστον τῶν προειρημένων· τὰ παραδείγματα λάβοι τις ἂν, ἔκ τε τῶν καὶ Εὐδήμου κἀξ ἄλλων· ἐπεὶ δ᾽ οὖν ἔχομεν πάντας κατειλεγμένους τοὺς τρόπους, ἂν γίνοιτό τι διττὸν, ἔχομεν πάντα τὰ παρὰ τὴν λέξιν σοφίσματα. ταῦτα γὰρ οὖν ἐστι, ἢ παρὰ τὸ διττόν· ἑπόμενον δὲ καὶ τὸ τοσαυταχῶς αὐτοῖς τοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις οὐ ταὐτὸν δηλώσαιμεν, ὅτι ἢ ἐνεργείᾳ, ἢ δυνάμει, ἢ φαντασίᾳ δῆλον δ᾽ ὅτι καὶ συλλογισμοῦ τρόπον, ὁποῖόν τις ἂν προέλοιτο, δυνατὸν ποιεῖν, ἅπαξ γε τὴν διαίρεσιν ἔχοντα, καὶ ἐξ εὐθείας, καὶ εἰς τὸ ἀδύνατον ἀπάγοντα. εἰ γὰρ τὸ δυνατὸν, ἀλλ᾽ ἔσται οὔτ᾽ ἐν ὀνόματι, οὔτ᾽ ἐν λόγῳ, οὔτ᾽ ἐνεργείᾳ, οὔτε δυνάμει, οὔτε φαντασίᾳ· παρὰ ταῦτα δ᾽ οὐδὲν ὁ λόγος ἐδείκνυ· κατ᾽ αὐτὸ μὲν ἀφωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον· ὅτι δ᾽ οὐ κατ᾽ αὐτὸν τὴν διαίρεσιν εὑρήκαμεν, οὐ γὰρ Ἀριστοτέλει χαριζόμεθα νῦν. ἀλλὰ ταῦτα ἅπαντα κατὰ τὴν μέθοδον γέγραπται, δῆλον· τὸ μὲν γὰρ, ἢ ἐν ὀνόματι δεῖν, ἢ ἐν λόγῳ τὸ διττὸν εἶναι σαφῶς αὐτὸς εἴρηκεν ἐν οἷς φησιν, ὅτι τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις, τὸ ἐνεργείᾳ, ἢ δυνάμει, ἢ φαντασίᾳ, γνώριμον ἐκ τῆς τάξεως· γέγραπται γοῦν ἀφωρισμένα καθ᾽ ἕκαστον εἶδος ἢ γένος τὰ ὁμογενῆ, καὶ πρῶτα μὲν τὰ ἐνεργείᾳ, δεύτερον δὲ τὰ δυνάμει, τρίτον δὲ τὰ φαντασίᾳ καθάπερ δίκαιον, ἢ διὰ τί ποτ᾽ οὐ συγκέχυται ταῦτα· ἀλλ᾽ ὡς γελοῖον ἴσως καὶ τὸ, τῶν τοιούτων ἑτέραν πίστιν πειρᾶσθαι φέρειν, μὴ τὴν ἐκ τοῦ πράγματος· εἰ γὰρ οὕτως ἔχει καθάπερ ἡ τέχνη φησὶ δηλονότι, καὶ γέγονε κατ᾽ αὐτὴν, ὥσπερ ἡ ἰατρικὴ, τομὴν τινα οὐκ ἂν τύχῃ οὐδὲ ταὐτόματα ἐργάσαιτο· ταῦτα μὲν οὖν ὑπὲρ τούτων ἱκανὰ πρὸς τὸ παρὸν ἐστιν.

CAPVT IV.

Ambiguitatis, & reliquorum ſophiſmatum modi.

DICTVM quoque à Stoicis aliquid eſt de partitionis dignitate, noſſe, ſi quis modus extra propoſitos cadat, tentantibus: erit enim inductio fides hæc. Et aliàs æquum eſt nullam probatorum virorum opinionem obiter ponere: ambiguitatis igitur definitionem, quanquam cum multis noſtris pugnare videtur: in præſentia tamen prætermittemus: de his enim conſiderare alterius negotij eſt: quæ verò ambiguitates dicuntur, harum differentiæ ſumendæ ſunt. Sunt quidem apud grauiores F viros numero octo. Vna eſt, quam cõmunem, & ei quod dictum eſt, & diuiſibili, nominant, qualis eſt, quæ αὐλητρὶς, id eſt tibicina, puella exiſtens, communis enim hæc & ipſius αὐλητρὶς, nominis eſt, atque eius quod dictum eſt. Altera, quæ in ſimplicibus eſt, vt virilis: aut enim tunica, aut homo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ´.

Οἱ τῆς ἀμφιβολίας, καὶ τῶν ἄλλων σοφισμάτων τρόποι.

Εἴρηται δέ τινα καὶ τοῖς Στωϊκοῖς περὶ τῶν τοῦ μέρους δικαίων ἐπελθοῦσιν ἰδεῖν, εἴ τις ἔξω πίπτει τρόπος τῶν εἰρημένων. εἴη γὰρ ἐπαγωγή τις αὕτη πίστις, καὶ δίκαιον ἄλλως, μηδεμίαν δόξαν ἀνδρῶν εὐδοκίμων παρέργον τίθεσθαι· τὸν μὲν οὖν τῆς ἀμφιβολίας ὅρον, εἰ καὶ πρὸς πολλὰ τῶν ἡμετέρων μάχεσθαι δοκεῖ, τό γε νῦν ἐατέον, ἑτέρας γὰρ καὶ ὑπὲρ τούτων σκοπεῖν πραγματείας ἐστὶ, τὰς δὲ διαφορὰς τῶν λεγομένων ἀμφιβολιῶν αὐτὰς ληπτέον· εἰσί γε πρὸς τῶν χαριεστέρων λεγομένων τὸν ἀριθμὸν η´. μία μὲν, ἣν κοινὴν ὀνομάζουσι, τοῦ τε εἰρημένου, καὶ τοῦ διαιρετοῦ, οἷα ἐστὶν ἡ αὐλητρὶς παῖς οὖσα· κοινὴ γὰρ αὕτη τοῦ τε αὐλητρὶς ὀνόματος, καὶ τοῦ εἰρημένου. δευτέρα δὲ, παρὰ τὴν ἐν τοῖς ἁπλοῖς, οἷον ἀνδρεῖος, ἢ γὰρ χιτὼν, ἢ ἄνθρωπος.

τρίτη δὲ, παρὰ τὴν ἐν τοῖς συνθέτοις ὁμωνυμίαν, οἷον ἄνθρωπός ἐστιν, ἀμφίβολος γὰρ ὁ λόγος, εἴ τε τὴν οὐσίαν, εἴ τε τὴν πτῶσιν εἶναι σημαίνει. τετάρτη δέ ἐστι, παρὰ τὴν ἔλλειψιν, ὡς ὅ ἐστι σοῦ· καὶ γὰρ ἐλλείπει τὸ διὰ μέσον, οἷον δεσπότου, ἢ πατρός. πέμπτη δὲ παρὰ τὸν πλεονασμὸν, ὥσπερ ἡ τοιαύτη· ἀπηγόρευσεν αὐτῷ μὴ πλεῖν, τὸ γὰρ, μὴ, προσκείμενον, ἀμφίδοξον ποιεῖ τὸ πᾶν, εἴ γε τὸ πλεῖν ἀπηγόρευσεν, εἴ τε τὸ μὴ πλεῖν. ἕκτην φασὶν εἶναι τὴν μὴ διασαφοῦσαν, τί, μετὰ τίνος ἄσημον μόριον τέτακται, ὡς ἐν τῷ, καὶ νῦν, καὶ μὴ παρήλασε. τὸ γὰρ στοιχεῖον ἂν μὴ γένοιτο διαζευκτικόν. ἑβδόμη δέ ἐστιν, ἡ μὴ δηλοῦσα, τί, μετὰ τίνος τέτακται σημαντικὸν μόριον, ὡς ἐν τῷ·

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.

Ὀγδόη ἡ μὴ δηλοῦσα τί ἐπὶ τί ἀναφέρεται, ὡς ἐν τῷ Δίων, Θέων ἐστίν· ἄδηλον γάρ ἐστιν εἴ τε ἐπὶ τὴν ἀμφοτέρων ὕπαρξιν ἀναφέρεται, εἴ τε ἐπὶ τοιοῦτον, οἷον ὁ Δίων Θέων ἐστὶν, ἢ πάλιν· οἱ μὲν δὴ τρόποι πρὸς τῶν χαριεστέρων οὗτοι κατηρίθμηνται. δῆλον δέ γε, ὅς τις μὴ παρέργως τῶν ἔμπροσθεν ἤκουσεν, ὅτι πάντες πίπτουσιν εἰς τοὺς κατειλεγμένους ὑφ' ἡμῶν τρόπους, τὸ δ' ἀμέθοδόν τε καὶ ἄτεχνον, πρόδηλον· οὔτε γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων ἀπόδειξίν τις λάβοι τοῦ κατ' οὐδένα τρόπον ἕτερον ἀμφίβολόν τι δύνασθαι συστῆναι, τό τε κἂν τοῖς πεπλεγμένοις ὁμωνυμίαν φάσκειν συμβαίνειν, παντελῶς οὐδ' ἀκουόντων ἐστὶν ὀνομάτων· πῶς δὲ οὐκ ἔστι, τὰς γενικὰς διαφορὰς εἰδικὰς καταριθμεῖσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν τὴν διαίρεσιν ποιουσῶν, ἀσήμαντον μόριον σημαῖνον διαιρούμεναι. λάβοι γὰρ ἂν οὕτως πλείους τὰς εἰδικὰς διαφοράς· ἔτι δ' ἂν, τοῦτον τὸν τρόπον τὰς καὶ τῆς ὁμωνυμίας τις ποιήσειεν πλείους εἰδικὰς λεγομένας διαφοράς, ὅτι αὐτὸς παρὰ τὸ ἀπὸ τύχης, αἱ δὲ, παρὰ τὴν ἀναλογίαν, ἢ ὁμοιότητα, ἢ ἄλλον τινὰ τρόπον συνίστανται· καὶ μὴν καὶ τῆς ἐν λόγῳ ὁμωνυμίας ἀπ' αὐτῶν λεγομένης, πλείους οἱ τρόποι, οἱ μὲν γὰρ τῇ παραθέσει τῶν ὁμοίων πτώσεων γίγνονται, ὡς ἐν τῷ, εἴη μέλλει τὸν Σωκράτην νικῆσαι· οἱ δ' ἄλλοι τρόποι· ταῦτα μὲν ἐλάττω, ἐκεῖνο δ' ἄξιον ἀπορίας, πῶς τὰ περὶ τὰς φαντασίας διττὰ, πολὺ δὲ μᾶλλον ἔτι, πῶς τὰ τῆς προσῳδίας· οἱ γὰρ τιθέμενοι διττοὺς τοὺς παρὰ τὴν θέσιν, πῶς οὐχὶ καὶ παρὰ τὴν προσῳδίαν; ὥσπερ γὰρ ἐκείνη, τῇ διαλήψει τοῦ ὅλου, καὶ τῇ μὲν σιωπῇ, δύναται πρὸς τὸ διττὸν ἕλκεσθαι, οὕτω δὴ καὶ τὸ ὄνομα, τῇ προσῳδίᾳ· καθάπερ ἔξωθεν ὢν ὁ κενὸς χρόνος τοῦ λόγου, καὶ οὐ μόριον αὐτοῦ, διττὸν ποιεῖν αὐτὸν πέφυκεν, οὕτω δὴ καὶ ἡ προσῳδία· ἔτι δὲ καὶ οἱ σοφισταὶ καθάπερ ἐκείνῳ χρῶνται πρὸς τὰς ἔριδας, καὶ τούτῳ· καὶ μὴν αὐτὸ ἄν τις ἐφ' ἑαυτοῦ σκοπούμενος, ὥσπερ ἂν παρὰ τὴν σύνθεσιν ἢ διαίρεσιν ἀμφισβητοῦσιν, οὕτω δὴ καὶ παρὰ τὴν προσῳδίαν· δῆλον δὲ ἐπὶ τῶν γεγραμμένων λόγων, οἷς μὴ πρόσκειται τὰ διακρίνοντα σημεῖα, δεῖται γὰρ ὥσπερ ἐκείνων εἰς τὴν διάκρισιν, οὕτω καὶ τῆς προσῳδίας, οὐκ ἀεί γε μὴν καὶ δι' αὐτὴν γένοιτο διττὸς ὁ λόγος.

A Tertia verò ad ipsam in compositis æquiuocationem attinet, vt homo est: ambiguus enim sermo est, vtrum substantiam, an casum esse significat. Quarta ex defectu est, vt tui est: deest enim quod ad medium locum attinet, vt domini, aut patris. Quinta ex superabundantia, quale est, ei, vt non nauigaret, denegauit: adiecta enim ea negatio (non) ambiguam orationem facit, vtrum nauigare negauit, an non nauigare. Sextam esse dicunt eam, quæ haud notum facit, quæ cum qua significatione carens pars, ordinata sit, vt illud est, & nunc & non appulit: pars enim ea non disiunctiua esse potest. B Septima est, quæ ignotum reliquit, quæ cum qua significatiua pars constructa sit, quale est:

Quinquaginta virûm centenos liquit Achilles.

Octaua est, quæ non declarat, quid ad quid referatur, quale est, Dion Theon est: incertum enim est, vtrum ad vtriusque existentiam verbum, est, referatur, an ad id, vt Dion sit Theon: aut contra. Hi sunt à grauissimis viris numerati modi. Quicunque verò non obiter, quæ supra dicta sunt, audiuit, manifestum est ei, eos omnes in hos cadere modos, qui à nobis numerati sunt: careréque methodo & arte perspicuum est: neque enim ex iis, quæ dicta sunt, demonstrationem quis ceperit, C nullum alium modum ambiguum constitui posse: in connexisque æquiuocationem contingere dicere, hominis est in nominis intelligentia parum versati: non ineptum verò est generalibus differentiis speciales enumerare, vt ea, quæ ad diuisionem attinet, per partem significatione carentem, & per significantem diuidatur: sic enim quis speciales differentias plures acciperet: quin etiam ad hunc modum quis æquiuocationis differentias speciales dictas plures faceret: quia ille secundum id, quod à fortuna: hæ verò secundum analogiam, aut similitudinem, aut alium aliquem mo- D dum constituantur: quin & æquiuocationis eius, quam ipsi in oratione dicunt plures modi casibus similibus appositis fiunt, quale illud est, futurum est Socratem vincere: cæteri verò modi minores sunt. Id verò dubitatione dignum est, quo modo, quæ ad apparentiam attinent, duplicia sunt: magisque quo modo, quæ ad accentum: qui enim secundum compositionem duplex ponunt, quo modo non secundum accentum? vt illa per continuationem totius, & per silentium ad ipsum duplex trahi potest, sic ipsum nomen per accentum: quemadmodum orationis extrinsecum, inane tempus cum sit, nec eius pars, eam tamen facere E duplicem potest, sic accentus quoque: itémque sophistæ vt illo, sic hoc ad contentiones vtuntur: & quis secum cogitans, quemadmodum secundum compositionem, & diuisionem contendunt, sic secundum etiam accentum idem fieri posse cognoscet. Manifestum verò in scriptis orationibus est, cùm non adiecta sunt diuidentia puncta: vt enim his egent ad diuisionem, sic accentu quoque, non semper tamen etiam propter hunc duplex oratio fuerit.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΤΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΓΛΩΣΣΩΝ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

GALENI LINGVARVM, SEV DICTIONVM EXOLETARVM HIPPOCRATIS, EXPLICATIO.

PROOEMIVM.

QVum volueris (ô Teuthra) linguas dictionésve Hippocratis paucissimis verbis nos explicare, libenter & promptè tibi paruimus, huiusmodi studiis pulcherrimè morem gerere, pulcherrimũ existimantes. Erit autem, vt ipse iussisti, ordo orationis *nostræ* ex ordine literarum, à quibus ipsæ linguæ initium capiunt: si prius tamen illud definierimus, inter expositionem omnium verborum Hippocratis, & solarum ipsius linguarum, quid intersit. Quæcumque igitur vocabula antiquis temporibus erant in vsu, nunc autem non amplius sunt, huiuscemodi vocabula linguas vocant, & ad has exponendas accedimus. Alia verò omnia, quæcumque inquisitionem quidem non minorem desiderant, vsitata tamen in hunc vsq; diem sunt, in ipsorum librorum expositionibus super his inspicere cõmodiùs fuerit. Quid enim iudicium, & quid diuinum, & quid integrè, & quis in summo bonus habitus, & omnia, quæ talia sunt, oratione quidẽ longissima ad explicationem indigent; in communi tamen vsu versantur nihilominus, quàm vita, & breuis, & ars, & longa, & occasio, & præceps: quanquam & horum vocabulorum nonnulla expositionis alicuius egent. Ex quo mihi in mentem venit admirari eos, qui omnem Hippocratis dictionem se exposituros pollicentur, si quidem non intelligũt, plura se præterire, quã docere. Dioscorides quidem, non Herophilius ille cognomento Phacas, sed iunior quidem patrum nostrorũ memoria multis libris scriptis, non modò dimidiã, sed ne tertiam quidem, aut quartam partem omnium verborũ Hippocratis exponit. Ac præter alia multa, cumulus etiam accedit horum duorum, quæ ab eodem in toto opere peccantur: primum quia de manifestissimis nominibus mentionem facit, ad quæ intelligenda non modò multa, sed ne minima quidem explanatione opus est: deinde, quòd hoc ipsum non semel tantùm, sed sæpissimè facit. Hæc igitur nos contempsimus, & præter hæc etiam omisimus exponere formam vniuscuiusque arboris, & herbæ, & eorum, quæ ex metallicis fodinis eruuntur, tum autem & piscium, & animalium omnium, de quibus frequenter mentionem facit Hippocrates. Quæ quidem Dioscorides is, de quo loquor, non erubescit transcribere ex libris Nigri, & Pamphili, & Dioscoridis Anazarbæi, atque ante hos Crateuæ, & Theophrasti, & Heraclidæ Tarentini, & aliorum innumerorum. Idem quo-

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

A ΤΑΣ παρ' Ἱπποκράτει γλώσσας, ὦ Τεῦθρα, βουληθέντι σοι διὰ βραχυτάτων ἡμᾶς ἐξηγήσασθαι, προθύμως ὑπήκουσα, τοῖς τοιούτοις ἐπιθυμήμασιν ὑπηρετεῖσθαί τε κάλλιστα, κάλλιστον εἶναι νομίζων. ἔσται δέ, ὡς αὐτὸς ἐκέλευσας, ἡ τάξις τῷ λόγῳ κατὰ τὴν τῶν γραμμάτων τάξιν, ἀφ' ὧν αἱ γλῶτται τὴν ἀρχὴν ἔχουσι, πρότερόν γε διορισαμένοις ἡμῖν, ὅπῃ διαφέρει τὸ πᾶσαν ἐξηγήσασθαι τὴν Ἱπποκράτους λέξιν, τοῦ τὰς γλώττας μόνας. ὅσα τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δ' οὐκέτι ἐστί, τὰ μὲν τοιαῦτα B γλώττας καλοῦσι, καὶ ταύτας ἐξηγησάμενος ἔρχομαι. τὰ δὲ ἄλλα πάντα ὅσα ζητήσεως μὲν οὐχ ἧττονος προσδεῖται, συνήθη δέ ἐστιν, εἰς τάδε, κατὰ τὰς τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν ἐξηγήσεις ἄμεινον ἐπισκοπεῖσθαι. τίς γὰρ ἡ κρίσις, καὶ τί τὸ θεῖον, καὶ τί τὸ ἀρτίως, καὶ τίς ἡ ἐπ' ἄκρον εὐεξία, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα, λόγου μὲν παμμήκους εἰς ἐξήγησιν δεῖται· συνήθη δέ ἐστιν, οὐδὲν ἧττον ἢ βίος, καὶ βραχύς, καὶ τέχνη, καὶ μακρά, καὶ καιρός, καὶ ὀξύς, καίτοι καὶ τούτων ἔνια δεῖταί τινος ἐξηγήσεως· ὅθεν ἔμοι γε καὶ θαυμάζειν ἐπῆλθε τῶν ἅπασαν ἐξηγεῖσθαι τὴν Ἱπποκράτους λέξιν ἐπαγγελλομένων, εἰ C μὴ συνίασιν, ὅτι πλείω παραλείπουσιν, ὧν διδάσκουσιν· πολλὰ γοῦν βιβλία Διοσκουρίδης γράψας, οὐχ ὁ ἐπικληθεὶς Φακᾶς, ὁ Ἡροφίλειος, ἀλλ' ὁ νεώτερος ὁ κατὰ πατέρας ἡμῶν οὐχ ὅπως τὸ ἥμισυ μέρος, ἀλλ' οὐδὲ τὸ τρίτον, ἢ τέταρτον ἐξηγήσατο τῆς ὅλης λέξεως· τούτῳ μέν γε, πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ δύο ταῦτα ἐξ ἐπιμέτρου καθ' ὅλον πεπλημμέληται τὸν λόγον· ὀνομάτων τε σαφεστάτων μνημονεύειν, μὴ ὅτι πολλῆς, ἀλλὰ μηδὲ ἐλαχίστης ἐξηγήσεως δεομένων, καὶ τούτων αὐτῶν πλεονάκις. ταῦτά τε οὖν ἡμεῖς παρείδομεν, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὸ διηγεῖσθαι τὴν ἰδέαν ἑκάστου φυτοῦ, καὶ βοτάνης, καὶ τῶν D μεταλλευομένων· ἤδη δὲ καὶ τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν ζώων ὅλων ὅσων ἂν ἑκάστοτε τύχῃ μεμνημένος ὁ Ἱπποκράτης, ἅπερ ὁ Διοσκουρίδης οὐκ αἰδεῖται μεταγράφων ἐκ τῶν Νίγρου τε, καὶ Παμφίλου, καὶ Διοσκουρίδου τοῦ Ἀναζαρβέως, καὶ πρὸ τούτων Κρατεύα τε, καὶ Θεοφράστου, καὶ Ἡρακλείδου τοῦ Ταραντίνου, καὶ ἄλλων μυρίων· οὕτως δέ,

καὶ πόλεων ὀνόματα διηγεῖται γνωριμωτάτων, καὶ ἄστρων A
ὁμοίως ἐπιφανεστάτων, ἃ μηδὲ ἂν παῖς ἀγνοήσειεν· ταῦ-
τα δὲ, καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἐξηγησαμένων ἁμαρτάνου-
σιν. εἰ τοίνυν ταῦτά τις περιέλοι πάντα, τὰς γλώττας ἂν
ἐξηγήσατο μόνας, ὥσπερ ὁ Ηρόφιλος ἐποίησε, καὶ Βέκχιος,
Αριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ, τὸ πλῆθος αὐτῷ τῶν παραδειγ-
μάτων ἀθροίσαντος, ὥς φασιν. ἡμεῖς δὲ, ὡς οἶσθα, πλείω
κἀκείνων ἐκλεξάμενοι, ἐν ὑπομνήμασιν ἔχομεν· ἃ τάχα
ἂν εἰ βουληθείης, καὶ αὐτὰ διὰ μακροτέρας διεξόδου συν-
θείημέν σοι. νυνὶ δὲ τὸ κεκριμένον, καὶ δι' ἐκείνων τῶν μακρῶν
ὑπομνημάτων ἀποδεδειγμένον, ἀξιώσαντί σοι διὰ κεφα- B
λαίων ἔχειν, ὁ λόγος ὅδε σύγκειται, περιέχων οὐ μόνον ὅσα τοῖς
ἄλλοις παλαιοῖς ὑπάρχοντα συνήθη τῶν ὀνομάτων, οὐκέτι ἐστὶν
ἐν ἔθει νῦν, ἀλλὰ καὶ ὅσα κατά τινα τρόπον ἴδιον αὐτὸς ἐποίησεν
ὁ Ιπποκράτης, ἢ μετενεγκὼν ἀπὸ τῆς συνηθείας, ἢ σχῆμα περι-
θεὶς ἕτερον, ἢ τὸ σημαινόμενον ὑπαλλάξας. ὅτι γὰρ ἐποίουν οἱ πα-
λαιοὶ πολλὰ τῶν ὀνομάτων αὐτοῖς, δέδεικται μὲν ἱκανῶς καὶ
πρὸς Ερατοσθένους, ἐν τοῖς περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας· δεί-
ξαιμι δ' ἂν σοι κἀγὼ νῦν διὰ βραχέων, ἐπὶ παραδειγμάτων
ὀλίγων, ὑπὲρ τοῦ γινώσκειν ἐναργέστερον, οἷον μέν τι ἡ γλῶττά
ἐστιν, οἷον δέ τι καὶ τὸ παραπλήσιον αὐτῇ, τὸ γεγονὸς ὑπό τινος C
τῶν παλαιῶν· νομίζω δή σοι τὰ ὑπὸ Αριστοφάνους ἀρκέσειν,
τὰ ἐκ τῶν Δαιταλέων, ὧδέ πως ἔχοντα. πρὸς ταῦτά σοι, λέ-
ξων, Ομηρε, γλώττη τινὶ καλοῦσι κόρυμβα. προβάλλει γὰρ ἐν
ἐκείνῳ τῷ δράματι, ὁ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Δαιταλέων πρεσβύ-
της τῷ ἀκολάστῳ υἱεῖ. πρῶτον μὲν, τὰ κόρυμβά τί ποτ' ἐστὶν ἐξη-
γήσασθαι, μετὰ δὲ τοῦτο, τί καλοῦσιν, ἀμενηνὰ κάρηνα· κἀκεῖ-
νος μέντοι, ἀντιπροβάλλει τὴν ἐν τοῖς Σόλωνος ἄξοσι γλῶτταν,
εἰς δίκας διαφέρουσας ὧδέ πως· ὁ μὲν οὖν σὸς, ἐμὸς δ' οὗτος ἀδελ-
φὸς, φρασάτω τί καλοῦσιν ἰδυοῖ τε. ἐφεξῆς προβάλλει, τί
ποτ' ἐστὶ τὸ εὖ ποιεῖν. ἐξ ὧν δῆλον, ὡς ἡ γλῶττα παλαιόν ἐστιν D
ὄνομα τῆς συνηθείας ἐκπεπτωκός. ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς ἕκαστος τῶν περὶ
λόγους ἐχόντων ἠξίου ποιεῖν ὀνόματα καινὰ, δηλοῖ μὲν καὶ Αντι-
φῶν ἱκανῶς, ὅς γε, ὅπως αὐτὰ ποιητέον, ἐκδιδάσκει. δηλοῖ δὲ
καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Αριστοφάνης ἐν τούτῳ δράματι διὰ τῶνδε,
ἄλις, ὀρέλη, καὶ μύρον, καὶ ταινίαι. εἶτα ὁ πρεσβύτης ἐπισκώπτων,
ἤδυσ' ὀρέλη. τοῦτο παρὰ Λυσιστράτου. πάλιν δὲ αὐτοῦ τοῦ ἀκο-
λάστου υἱέως εἰπόντος, ἡμῶν ἴσως οὐ καταπληγήσῃ τῷ χρόνῳ·
καὶ τοῦθ' υἱοῦ ὁ πρεσβύτης ἐπισκώπτων, ἐρεῖ, τὸ καταπληγήσῃ
τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων. εἶτ' αὖθις ἐκείνου φάντος, ἀποβήσεταί
σοι ταῦτα ποῖ τὰ ῥήματα, πάλιν ὁ πρεσβύτης καὶ τοῦτο σκώπτει E
παρ' Αλκιβιάδου τοῦτο ἀποβήσεται. καὶ μέν γε καὶ ὁ υἱὸς, οὐδέπω
παυόμενος, οὐδὲ αἰδούμενος τὸν γέροντα, φησὶ, τί ὑποτεκμαίρῃ
καὶ κακοὺς ἄνδρας λέγεις καλοκἀγαθίαν ἀσκοῦντας. εἶτα ὁ πρεσ-
βύτης, οἴμοι ὦ Θρασύμαχε τίς τούτων τῶν ξυνηγόρων σε
ῥύεται. δῆλον οὖν ἐκ τούτων οἶμαί σοι γεγονέναι ὡς εἶπον, εἶναι
τρόπον τῶν γλωττῶν ἢ τοῦ κοινοῦ πᾶσιν ὀνόματος ἐκπεσόντος
τῆς ἐπικρατούσης συνηθείας, ἢ τοῦ γινομένου πρός τινος τῶν
παλαιῶν, μὴ παραδεχθέντος ὅλως εἰς τὴν συνήθειαν. οὕτως
οὖν καὶ Ιπποκράτης τὰ μὲν, ἐκ τῶν ὄντων οὐ συνήθων ὀνο-
μάτων παραλαμβάνει, τὰ δὲ αὐτὸς ποιεῖ, τὰ δὲ καὶ τοῖς σημαι- F
νομένοις ὑπαλλάττει· καὶ δίκαιον ἕκαστον αὐτῶν ἡμᾶς ἐξηγεῖσθαι
μετὰ τῶν γλωττῶν, ὅταν γε φαίνηται τοῦ νῦν ἔθους ἐκπεπτω-
κός· οὕτως οὖν εἰ καί τινος ὄνομα φυτοῦ, καὶ ζώου, καὶ πόλεως
ἀσαφὲς ἱκανῶς εἴη, καὶ τοῦτό σοι ἐν ταῖς γλώτταις ἐξηγησόμεθα, καὶ
καθόλου στοχασόμεθα, ὡς μή σοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς

que notissimarum vrbium nomina exponit, similiterque Astrorum manifestissimorum, quæ ne puer quidem ignorare posset. Atque in his explicandis non hic solus, sed etiam alij complures peccant. Hæc igitur omnia siquis amputet, linguas explanauerit solas, vt Herophilius fecit, & Becchius, cui Aristarchus grammaticus multitudinem exemplorum congessit, vt aiunt: nos autem (vt scis) plura etiam, quàm illi, excerpsimus, eáque in commentariis habemus. Quæ celeriter, & ipsa, si volueris, latiore enarratione colligemus tibi. Nunc autem, quod iudicatum est, & longioribus illis commentariis, demonstratum, roganti tibi, vt per capita habeas, præsens liber compositus est, complectens non solum omnia nomina, quæ cum ab aliis antiquis vsurpata fuerint, nunc amplius in vsu non sunt, sed etiam quæcunque ipse Hippocrates proprio aliquo modo sibi fecit, vel transferens à consuetudine, vel figuram accommodans aliam, vel significationem mutans antiquos namque multa sibi nomina fecisse ostensum quidem satis est ab Eratosthene in libris de antiqua comœdia, sed ego quoque idem tibi paucis per exempla possum demonstrare, quò euidentiùs cognoscas, quid nam lingua sit, & quid ipsi linguæ simile ab antiquo aliquo factum. Puto autem tibi Aristophanis exempla ex Dætaleis abundè satisfactura, quæ ferè ad hunc modum habent: Ad hæc tu dic Homere, quanam lingua vocant κόρυμβα. in illa enim fabula senex quidam ex Dætaleis proponit procaci filio primum, κόρυμβα quid sint, vt exponat; postea verò, quid vocent ἀμενηνὰ κάρηνα. Et ille quidē vicissim proponit linguam, quæ in tabulis Solonis est ad causas differentes hoc modo. Tuus quidem, meus autem hic frater dicat, quid vocent, ἰδυοῖ τε. Deinceps proponit, quidnam sit bene facere: ex quibus manifestum est linguam, antiquum esse nomen, quod ex consuetudine decidit. Quòd autem vnusquilibet eorum qui in studiis doctrinæ versabantur, putabat licere sibi facere noua vocabula, satis indicat: & Antiphon, qui, quomodo ea facienda sunt edocet. Indicat etiam, & ipse Aristophanes in eadem fabula his verbis, ἄλις ὀρέλη καὶ μύρον καὶ ταινίαι. Postea senex irridens ἤδυσ' ὀρέλη istud est ab Lysistrato. Rursus autem, cum Procax filius dixisset, fortasse à nobis non perterreberis tempore: & hoc filij dictum senex irridens, ait, hoc, perterreberis, à rhetoribus est: tum rursus cùm ille dixisset, quò tibi hæc verba euadent. Rursus senex, & hoc, euadent, tanquam ab Alcibiade sumptum carpit, ac filius quidem nondum desinens, neque reuerens senem, quid coniectas? etiam malos viros diceres eos, qui exercent probitatem. Postea senex, ô Trasymache, quis horum patronorum te liberat? Manifestum igitur puto ex hoc tibi factum esse, vt dixi, esse modum linguarum, cùm nomen commune omnibus à consuetudine superante cecidit, vel factum ab aliquo antiquorum, non omninò receptum fuit in consuetudinem. Sic igitur, & Hippocrates, ex nominibus, quæ vsitata non sunt, aliqua assumit, aliqua ipse facit, aliqua autem nouis adiunctis sententiis mutat, quorum vnumquodque vnà cum linguis exponendum censemus, cùm ex consuetudine, quæ nunc est, cecidisse videbitur. Sic igitur, si cuius etiam stirpis nomen, vel animalis, vel vrbis valde obscurum fuerit, hoc tibi inter ipsas linguas exponemus: & omninò hoc spectabimus, vt non tibi soli, sed etiam aliis, qui

modò primas literas attigerint, liber vtilis existat: si verò quispiam nescit, quid sit αἰερήσομεν, & ἀπὸ πρόσω, & ἄμφω ἀμφίεσμα, & alia, quæcumque talia sunt, ad Dioscoridem eum, & ad illius similes remittemus, vt ad eos, qui talia docere non indignum putant. Cùm igitur apertè definitum sit à nobis, quidnam sit lingua, quid vox vsitata, & cùm dictum sit existimasse nos idipsum, quod indicatum est à nobis, & demonstratum in aliis libris, hic tibi solum sine demonstratione esse scribendum, ad explanationem iam ipsarum linguarum accedamus, eligentes ipsas ex omnibus libris non solum verè Hippocraticis, sed etiam ex iis, qui Hippocrati quoquomodo sunt inscripti. Quod autem multæ à Bacchio prætermissæ linguæ hic scriptæ sunt, quódque nullam nos prætermisimus, ipse liber docebit, quemadmodum, & illud, quod provt videtur oratio postulare, aliquando quidem interpretamur ipsam locutionem, qua cum exposuimus linguam in plurimis autem id facere negligimus quū sine interpretatione speramus ipsam explanationem fore manifestam.

A τὰ πρῶτα γράμματα μεμαθηκόσι χρήσιμόν ἐστι τὸ βιβλίον· εἰ δέ τις οὐκ οἶδε τί ποτ' ἐστὶν, αἰερήσομεν, καὶ ἀπὸ πρόσω, καὶ ἄμφω, καὶ ἀμφίεσμα, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα, πρὸς Διοσκουρίδην τε, καὶ τοὺς ὁμοίους ἀποπέμψομεν, ὡς ἂν οὐκ ἀξιοῦντας, οὐδὲ ταῦτα ἐκδιδάσκειν· διωρισμένου δὴ σαφῶς, τί μέν ἐστι γλῶττα, τί δὲ λέξις, εἰρημένου δὲ, ὅτι καὶ χωρὶς ἀποδείξεως, αὐτὸ μόνον ἠξίωσα γραφῆναί σοι, τὸ κεκριμένον τε, καὶ ἀποδεδειγμένον ἡμῖν ἐν ἑτέροις, ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν ἤδη τῶν γλωττῶν ἀφικόμεθα, πάντων τῶν Ἱπποκράτει ἐπιγεγραμμένων βιβλίων B ἐκλέγοντες αὐτὰς, οὐκ ἐκ τῶν γνησίων μόνον· ὅτι δὲ πολλαὶ τῶν Βακχείῳ παραλελειμμένων, ἐνταῦθά εἰσι γεγραμμέναι, καὶ ὅτι μηδεμίαν ἡμεῖς γλῶτταν παρελίπομεν, αὐτὸ διδάξει τὸ βιβλίον, ὥσπερ καὶ ὅτι κατὰ τὴν χρείαν τοῦ λόγου· ποτὲ μὲν παραγράφομεν αὐτὴν τὴν ῥῆσιν ἐξ ἧς ἂν ἐξηγησόμεθα τὴν γλῶτταν, ἐν πλείστοις δὲ παραλείπομεν, ὅταν καὶ χωρὶς ἐκείνης ἐλπίζομεν ἔσεσθαι σαφῆ τὴν ἐξήγησιν.

INITIVM DICTIONVM LITERÆ A.

AΓΚΥΛΙΔΩΤΟΝ, *Ansulatum*, *vel annulatum*, ansulam, vel annulum habens, dictum est autem de curru, vel gibbositate.

ἀγκυρομήλη, *specium*, siue specillum hamatum.

ἄγλιθες, partes capitis allij, & nuclei.

ἀγλίη, *Aglie* alba cicatrix in oculis, vt in maiore prorrhetico; & albicantes humores concreti, vt in Coacis prænotionibus.

ἀγρίη κολοκύνθη, colocynthis id est agrestis cucurbita, vt Crateuas, & Dioscorides, & Pamphilus.

ἄγροφον, montanum, syluestre.

ἄγυα, imbecillia, quasi membris carentia.

ἀγχόμενος, qui suffocatur.

ἀδάξασθαι, morderi cum pruritu.

ἀδευκέως, negligenter, incuriosè.

ἀέτωμα, pars tecti in sublime erecta, vt triangulus.

ἀθέλγεται, remittitur, resoluitur.

ἀθὴρ, *acus hordei*, *& tuberculi*, *quod in palpebra oculi natum à similitudine hordei Crithe dicitur*, pars acuta est, vt in secundo de morbis minore, & eius partis summum, quæ in cuspide sagittæ πώγων, hoc est barba appellatur, vt in quinto epidemiωn.

ἀθώρηκτος, qui non ebrius est.

αἰγοκέρας, capricornu, quod, & βουκέρας, quod, & bubocornu, & τῆλις, id est fœnugræcum, siliciа, silicula.

Αἰγύπτιον ἔλαιον, Ægyptium oleum, quod ipsi vocāt cicinum: veteres quidem ex ricino ricininum.

Αἰγύπτιον ἔλαιον λευκὸν, Ægyptium oleum album, quod ex liliis conficitur, & lilinum, & susinum oleum nominatum est.

Αἰγύπτιον μύρον λευκὸν, Ægyptium vnguentum album, quod & Mendesium nominatum est, confectum ex liliis, & aromatibus, proptereáque vnguentum, non oleum vocatur, idémque liliunguentum, & susinum vnguentum appellatum est.

Αἰγύπτιον μύρον, Ægyptium vnguentum ex flore Ægyptiæ spinæ, quod & Metopium nominatum est.

ΑΡΧΗ ΤΩΝ ΛΕΞΕΩΝ ΤΟΥ ΑΛΦΑ.

C ΑΓΚΥΛΙΔΩΤΟΝ, ἀγκύλην ἔχον· εἴρηται δὲ ἐπὶ ἅρματος, ἢ κυρτώματος.

Αγκυρομήλη, ἄγκιστρον.

Αγλιθες, τὰ μόρια τοῦ σκορόδου τῆς κεφαλῆς.

Αγλίη, ἡ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπόλευκος οὐλὴ, καθάπερ ἐν τῷ μείζονι προῤῥητικῷ, καὶ οἱ λευκανθίζοντες ἐπίπαγοι, ὡς ἐν Κωακαῖς προγνώσεσιν.

Αγρίη κολοκύνθη, ἡ κολοκυνθὶς, ὡς καὶ Κρατεύας, καὶ Διοσκουρίδης, καὶ Πάμφιλος.

D Αγροφον, ὀρεινόν.

Αγυα, ἀσθενῆ.

Αγχόμενος, πνιγόμενος.

Αδάξασθαι, δάκνεσθαι κνησμωδῶς.

Αδευκέως, ἀφροντίστως.

Αέτωμα, τὸ εἰς ὕψος ἀνατεταμένον τῆς ὀροφῆς, ὥσπερ τρίγωνον.

Αθέλγεται, παρίεται, διεκλύεται.

Αθὴρ, τό, τε τῆς κριθῆς ὀξὺ, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νούσων τῷ μικροτέρῳ, καὶ τοῦ ἐν τῇ ἀκίδι πώγωνος τὸ ἄκρον, ὡς E ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ἐπιδημιῶν.

Αθώρηκτος, ὁ μὴ μεθύων.

Αἰγοκέρας, ὅπερ καὶ βουκέρας, καὶ τῆλις.

Αἰγύπτιον ἔλαιον, ὅπερ αὐτοὶ καλοῦσι κίκινον. (οἱ μέν τοι παλαιοὶ ἐκ τῆς κίκεως καὶ κίκινον.)

Αἰγύπτιον ἔλαιον λευκὸν, τὸ ἀπὸ τῶν κρίνων σκευαζόμενον, ὅπερ καὶ κρινινόν τε, καὶ σούσινον ἔλαιον ὠνόμασται.

Αἰγύπτιον μύρον λευκὸν, ὅπερ καὶ Μενδήσιον ὠνόμασται, σκευαζόμενον διά τε κρίνων καὶ ἀρωμάτων, F διὰ τοῦτο καὶ μύρον, οὐκ ἔλαιον προσαγορεύεται· τὸ δ' αὐτὸ καὶ κρινόμυρον, καὶ σούσινον μύρον ὠνόμασται.

Αἰγύπτιον μύρον, τὸ μύρον διὰ τοῦ ἄνθους τῆς ἀκάνθης Αἰγυπτίας, ὅπερ καὶ Μετώπιον ὠνόμασται.

Αἰγυπτίαν στυπτηρίαν, ἣν δὴ καὶ σχιστὴν, καὶ τριχιστὴν ὀνομάζομεν.

Αἰεὶ, σημαίνει ποτὲ παρὰ τῷ Ἱπποκράτει, καὶ τὸ ἕως, καὶ παρὰ πολλοῖς τῶν παλαιῶν.

Αἰθάλη, ὅπερ καὶ λιγνύς.

Αἰθιοπικὸν, ὑπακουστέον τὸ κύμινον.

Αἰθόλικες, οἱ ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος κύκλοι, ὅμοιοι τοῖς ἀπὸ πυρὸς συνισταμένοις ἐρυθροῖς κύκλοις, ἀπὸ τοῦ αἴθειν ὀνομασμένοι· καὶ αἰθολικώδεα δηλονότι τὰ τούτοις ὅμοια, ἃ οἱ πολλοὶ προσαγορεύουσιν αἱμάλωπας.

Αἱματοφλοισβοιστάσιες, οὕτως μὲν οἱ περὶ τὸν Διοσκουρίδην γράφουσι, τὰς ἐπισχέσεις τοῦ ὑπερζέοντος αἵματος ἡγούμενοι δηλοῦσθαι· ὅτι καὶ ἀλλαχοῦ φησιν, ἐν τῇσι φλεξούσῃσι, αἱμορραγίῃσι σχῆμα εὑρετόν· οἱ πλείους μέντοι γράφουσιν αἱματοφλεβοιστάσιες, δηλοῦσθαι νομίζοντες ἐκ τοῦ ὀνόματος τὰς πλήρεις αἵματος κεκυρτωμένας φλέβας.

Αἱμοκέρχνα, ἐπὶ αἵματος ἐκχύσει κέρχνον ἐμποιοῦντα· τοῦτο δέ ἐστι δῆξίς τις ὑποτραχὺς ἐρεθίζουσα κατὰ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν.

Αἰνιάτης, ὁ ἀπὸ Αἰνείου τῆς ἐν Θρᾴκῃ πόλεως· τὸν δὲ αὐτὸν καὶ Αἰνειοτικὸν ἐστιν ὅτε καλεῖ.

Αἰολᾶσθαι, τὸ οἷον πλάζεσθαι, καὶ πλανᾶσθαι.

Αἰὼν, ὁ βίος.

Ακαλήφη, ἥπερ καὶ κνίδη.

Ακεστὰ, τὰ ἰατὰ, καὶ γὰρ ἄκη τὰ ἰάματα.

Ακήρατος, ἀδιάφθορος.

Ακὶς, οὕτως ὀνομάζεται τὸ σίδηρον τοῦ βέλους.

Ακόνην ἐν τοῖς προσκειμένοις τῷ περὶ διαίτης, οὕτως ὠνόμασε τὴν θυΐαν· ὡσαύτως δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν ὀγδόῳ.

Ακουσα, πεπληρωμένη.

Ακράλεα, ἄκρεα.

Ακρέσπερον, ἄκρας ἑσπέρας, τουτέστι πρώτης καὶ ἀρχομένης.

Ακρητον, τὸ ἄκρατον· οὕτως γὰρ ὀνομάζεται πᾶν τὸ ἀμιγὲς ἑτέρου, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν διασωζόμενον εἰλικρινῆ.

Ακρητοχόλους, τοὺς ἄκρατον ἀθροίζοντας χολήν.

Ακρητόχολον, οὕτως ὀνομάζει, ὅνπερ καὶ ἀκρόχολον.

Ακριτον πάγος, τὸ οἷον ἀδιάκριτον· εἴρηται δὲ ἐν τῷ περὶ ἑβδομάδος ἐπὶ τοῦ μετὰ τὸν κόσμον, ἤτοι ἀπείρου, ἢ οἷον ἀδιατυπώτου κενοῦ.

Ακρόπλοα, τὰ ἐπιπολαίως, οἷον ἐπ' ἄκρου ἐμπλέοντα· οὕτως δὲ καὶ οἱ ἀκρόπλοοι.

Ακροαπὶς, γλῶσσα οὕτως εἴρηται ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἡ οἷον ἄκρα ἑαυτῆς μὴ διατυποῦσα, τουτέστιν ἡ ἀδιάρθρωτος ὑπὸ δυσκινησίας.

Ακροσαπὲς, τὸ ἐπιπολῆς μεταβεβληκός.

Ακρόψιλον, τὸ ἐπὶ τοῦ ἄκρου ψιλὸν, τουτέστι γυμνόν.

Αλαία φθίσις, οὕτως ὠνόμασται ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, ἡ οἷον τυφλὴ καὶ ἀόρατος.

Αλάπτης, ὁ ἐξ Αλάπτων· χωρίον δέ ἐστι τῆς Θρᾴκης τὰ Αλαπτά.

Αλάστορες, αὐτοί τε οἱ ἄνθρωποι οἱ τὰ ἄληστα ἐργασάμενοι, παρὰ τὸ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτάνειν ἐφ' οἷς ἐστιν ἀλαστῆσαι, καὶ στενάξαι, καὶ οἱ τιμωροὶ αὐτῶν δαίμονες.

Αλγήματα, πολλάκις καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ νοσήματος ἐπιφέρει τοὔνομα· καὶ τὸ ἀλγεῖν ὁμοίως, ἀντὶ τοῦ νοσεῖν τι καὶ πάσχειν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀπ' αὐτοῦ.

Αἰγυπτίαν στυπτηρίαν, Ægyptium alumen, quod & scissile, & triscissile nominamus.

αἰεὶ, Semper, significat aliquando apud Hippocratem etiam donec, & apud multos alios antiquos.

Αἰθάλη, fumus, quod & fuligo.

Αἰθιοπικὸν, Æthiopicum subaudiendum est cuminum.

αἰθόλικες, In summa cute circuli, similes circulis rubris, qui ab igne excitantur, ab αἴθειν, quod est vrere nominati, & αἰθολικώδεα. videlicet his circulis similia, quæ multi vocant αἱμάλωπας.

αἱματοφλοισβοιστάσιες, Venæ oppletæ sanguine varicosæ, sic enim qui ex Dioscoride scribunt suppressiones supertumescentis sanguinis existimant significari. Quoniam, & alibi ait, in inflammatis sanguinis effusionibus retentio opportuna. plures tamen scribunt αἱματοφλεβοιστάσιες, & venas inflatas sanguinis plenas ex nomine significari putant.

αἱμοκέρχνα, in sanguinis effusione asperitatem inducentia, hoc autem est morsus quidam subasper irritans in aspera arteria.

Αἰνειάτης, ab Ænea ciuitate Thraciæ, quem eumdem, & Αἰνειοτικὸν aliquando vocat.

αἰολᾶσθαι, quasi vagari, & errare.

αἰὼν, æuum, vita.

ἀκαλήφη, acaliphe, quæ quidem, & vrtica.

ἀκεστὰ, medicabilia, curabilia, nam ἄκη, medicamenta sunt.

ἀκήρατος, immortalis, incorruptus.

ἀκὶς, cuspis, sic nominatur ferrum sagittæ.

ἀκόνην, cotem, in adiunctis libro de ratione victus, sic nominauit mortarium; similitérque Theophrastus in libro de stirpibus octauo.

ἄκουσα, coacta, repleta.

ἀκράλεα, ἄκρεα, summa, extrema.

ἀκρέσπερον, summa vespera, hoc est, prima, & incipiente.

ἄκρητον, impermixtum merum, sic enim nominatur omne, quod cum altero mixtum non est, & puram suam seruat naturam.

ἀκρητοχόλους, meram accumulantes bilem.

ἀκρητόχολον, sic nominat eum, quem, & ἀκρόχολον, hoc est, qui puram congregat bilem.

ἄκριτον πάγος, indiscretus locus, *eminens velut immensum spatium*: dictum, est autem in libro de hebdomade de eo, quod est extra mundum, vel infinito, vel inani, quod cogitatione informari non potest.

ἀκρόπλοα, supernè, & tamquam in summo nauigantia, sic & ἀκρόπλοοι, in summo nauigantes.

ἀκροαπὶς, lingua sic dicta est in septimo epidemiων, tanquam sua ipsius extrema non informans, hoc est inarticulata propter motus difficultatem.

ἀκροσαπὲς, in superficie mutatum.

ἀκρόψιλον, nudatum, in summo glabrum, nudum.

ἀλαία φθίσις, abdita tabes. Sic nominata est in libro de locis in homine, tamquam cæca, & inuisibilis.

Αλάπτης, Alaptes, qui est ex Alaptis, Alapta enim oppidum est Thraciæ.

ἀλάστορες, scelesti, & ipsi homines, qui indelebilia perpetrant, ab eo, quod talia perpetrent, ob quæ cruciari atque ingemiscere liceat, & vindices eorum dæmones.

ἀλγήματα, dolores; sæpe, & de ipso morbo nomen inducit, & dolere similiter pro ægrotare, & aliquid pati, & alia ab ipso.

ἀλεάζειν, fouere, calefacere.
ἄλιον ὕδωρ, aqua collecta ex largis imbribus.
ἀλέιον, congregatum, confertum.
ἀλεξητήρια, remedia & auxilia, nam, & ἀλέξασθαι auxiliari est.
ἀλέουσιν, colligunt, congregant.
ἄλειφα, oleum, vel adeps.
ἀλέως, confertim, cumulatè.
ἀλεότητα, congeriem, collectionem.
ἀληθέωσι, decipiant, imponant; dictum est autem, & in errore.
ἀλθεῖν, curare, sanare.
ἄλθεξις, curatio, sanatio.
ἀλθίσκειν, curare, sanare.
ἄλκαρ, remedium, auxilium.
ἀλλογνοῶν, desipiens, & tanquam alia percipiens, quàm quæ sunt; sic &, ἀλλοφρονήσας, dictum est ab ipso, de eo, *qui mente alienata est.*
ἀλλοιοτροπεῖται, vertitur variè.
ἀλλόκοτον, obscurum, & incognitum.
ἀλλοφάσσοντες, desipientes, insanientes.
ἀλαοί, cæci, quod & ἀλαός cæcus est.
ἀλυκόν, salsum.
ἀλύζει, fluctuat, iactatur: sic & ἀλύξει in futuro dictum est.
ἀλυσμόν, anxietatem quod & inquietudinem, & iactationem, quin & agitationem vocant, & ἀλυχὴ molestia hoc idem.
ἄλφιτα, non solùm ex hordeis *farinæ* sic vocantur; nam in primo de morbis mulierum ἄλφιτα πύρινα, hoc est farinæ triticeæ dictum est. In secundo autem de morbis maiore, & lentium, & eruorum siccatorum. Omnis igitur moliti grani mediocri magnitudine fragmentum ἄλφιτα appellant, nam maiora fragmenta, κρῆμνα, hoc est crassiores farinæ, minora autem ἄλευρα, hoc est tenuiores farinæ nominantur.
ἄλφιτα προκώνια, quæ ante coni siue metæ constructionem fiunt, hoc est, ex recentibus, & teneris hordeis: conus enim quidam in areis etiam nunc erigitur, & maximè in pluuiosis regionibus, lignum rectum, circa quod componuntur fructus in coni, vel metæ formam.
ἀμαλδύνεται, ipsi vsitatum est, quasi offuscatur, & quasi obscuratur, vt in secundo de morbis mulierum, oculi offuscantur.
ἀμαλῶς, & molliter, quod idem valet, quod non valde, vt in libro de purulentis. Hoc autem molliter vitant: Et facilè, vt in primo de morbis maiore, & oculis non facilè videt, & in secundo maiore, & cibos non facilè recipit.
ἀμαμηλίδας, genus quoddam mespili, plurimum in Italia nascens, vt Dioscorides ait, quidam autem ἐπιμηλίδας, aiunt esse poma parua syluestria.
ἀμβη, superciliosa & altior eminentia.
ἀμβλυασμός, abortio, vel abortus ab eo quod est, abortire; sed & ἀμβλυωπία, hebetudo visus, vt in maiori prorrhetico.
ἀμβλυωπότερα, obtusiùs videntia, hoc est obscuriùs.
ἀμείρων, priuans, auferens, & accipiens.
ἀμενηνόν, debile, inualidum.
ἄμη, quodam modo, ex aliqua parte, mediocriter.
ἀμύξας, qui elisit, & laniauit.
ἀμοίη, sic in libro de iis, quæ in officina medici, Dioscorides scribit, mediocri compressu vicissim declinent ad augmentum, & confor-

A Αλεάζειν, θερμαίνειν.
Αλιον ὕδωρ, τὸ ἠθροισμένον ἐξ ὄμβρου ἀθρόου.
Αλέιον, ἠθροισμένον, ἀθρόον.
Αλεξητήρια, βοηθήματα, καὶ γὰρ τὸ ἀλέξασθαι, βοηθεῖν ἐστιν.
Αλέουσιν, ἀθροίζουσι.
Αλειφα, ἔλαιον, ἢ στέαρ.
Αλέως, ἀθρόως.
Αλεότητα, ἄθροισιν.
Αληθέωσι, πλανῶσιν· εἴρηται δὲ καὶ περὶ τὴν ἄλην.
Αλθεῖν, ὑγιάζειν.
B Αλθεξις, ἡ ἴασις.
Αλθίσκειν, ὑγιάζειν.
Αλκαρ, βοήθημα.
Αλλογνοῶν, ὁ παραφρονῶν, ὁ τὰ ἄλλα γινώσκων παρὰ τὰ ὄντα· οὕτω δὲ καὶ τὸ, ἀλλοφρονήσας, εἴρηται παρ᾽ αὐτοῦ.
Αλλοιοτροπεῖται, τρέπεται ποικίλως.
Αλλόκοτον, ἀσαφὲς, καὶ ἄγνωστον.
Αλλοφάσσοντες, παραπαίοντες, παραφρονοῦντες.
Αλαοὶ, τυφλοὶ, ὅτι καὶ ἀλαὸς, ὁ τυφλός.
Αλυκὸν, ἁλμυρόν.
C Αλύζει, ἀπορεῖ, ῥιπτάζεται· οὕτως δὲ καὶ τὸ ἀλύξει ἐπὶ τοῦ μέλλοντος εἴρηται.
Αλυσμὸν, ὃ περ καὶ ἄλυσιν τινα, καὶ ἀπορίαν, ὃ δὴ καὶ ῥιπτασμὸν καλοῦσι, καὶ ἡ ἀλυχὴ δὲ ταὐτὸν τοῦτο.
Αλφιτα, οὐ μόνον τὰ ἀπὸ τῶν κριθῶν οὕτως καλεῖται· ἔν τε γὰρ τῷ πρώτῳ τῶν γυναικείων ἄλφιτα πύρινα εἴρηται· ἐν δὲ τῷ περὶ νούσων δευτέρῳ τῷ μείζονι, καὶ φακῆς καὶ ὀρόβων πεφρυγμένων· ἄλφιτα τοίνυν παντὸς ἀληλεσμένου καρποῦ τὸ σύμμετρον τῷ μεγέθει θραῦμα ὀνομάζεται. τὰ μὲν γὰρ μείζω, κρῆμνα, τὰ δὲ ἐλάττω, ἄλευρα.
D Αλφιτα προκώνια, τὰ πρὸ τῆς τοῦ κώνου στάσεως, τουτέστι, τὰ ἐκ τῶν νέων ἔτι καὶ ἁπαλῶν κριθῶν· κῶνος γάρ τις ἐν ταῖς ἅλωσιν ἔτι καὶ νῦν ἵσταται, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς ἐπομβρίοις χώραις ξύλον ὀρθὸν, ἐφ᾽ ᾧ συντίθενται οἱ καρποὶ κωνοειδῶς.
Αμαλδύνεται, αὐτῷ συνήθες, τὸ οἷον ἀφανίζεται, καὶ τὸ οἷον ἀμαυροῦται· καθάπερ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν γυναικείων, ὄμματα ἀμαλδύνεται.
Αμαλῶς, τὸ, τε ἁπαλῶς, ὅ περ ἴσον δύναται τῷ μετρίως, ὡς ἐν τῷ περὶ ἐμπύων· τοῦτο δὲ ἀμαλῶς ἐπαλέουσι, καὶ τὸ ῥαδίως, ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νούσων τῷ μείζονι, καὶ
E τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐχ ἀμαλῶς ὁρᾷ· καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ μείζονι, καὶ τὰ σιτία οὐχ ἀμαλῶς προσίεται.
Αμαμηλίδας, εἶδός τι μεσπίλου πλεῖστον ἐν Ιταλίᾳ γινόμενον, ὡς καὶ Διοσκουρίδης λέγει· τινὲς δὲ τὰς ἐπιμηλίδας φασὶν εἶναι μῆλα σμικρὰ ἄγρια.
Αμβη, ὀφρυώδης ἐπανάστασις.
Αμβλυωσμὸς, ἤτοι ἔκτρωσις, παρὰ τὸ ἀμβλύσκειν· ἀλλὰ καὶ ἀμβλυωπία, ὡς ἐν τῷ μείζονι προρρητικῷ.
Αμβλυωπότερα, τὰ ἀμβλύτερον ὁρώμενα, τουτέστιν ἀμυδρότερον.
F Αμείρων, ἀφαιρῶν καὶ λαμβάνων.
Αμενηνὸν, ἀσθενές.
Αμη, κατά τινα τρόπον, ἔκ τινος μέρους, μετρίως.
Αμύξας, ἐκπιάξας, ἀμύξας.
Αμοίη, οὕτως ἐν τῷ κατ᾽ ἰητρεῖον Διοσκουρίδης γράφει, ἀμοίη ὅτι πιέξει παραλλάξαι ἐκκλίνει ἐς τὴν αὔξησιν, καὶ ἀνάγη

πλασιν τῆς σαρκὸς ποιῆσαι· οἱ δὲ ἄλλοι γράφουσιν, ἀλλοίη. φησὶ δὲ Διοσκουρίδης τὸ ἀμοίη μέτρια εἶναι, μαρτύριον δὲ οὐδὲν παρατίθεται.

Ἐπὶ δὲ τὸν τῶν κοινὸν τρόπον τὴν τέχνην ἐξ ὑποθέσιος ζητεόντων λόγον, ἐπανελθεῖν βούλομαι. εἰ γάρ ἐστι θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, τὸ λυμαινόμενον τὸν ἄνθρωπον, καὶ δεῖ τὸν ὀρθῶς ἰητρεύοντα βοηθεῖν, τῷ μὲν θερμῷ, ἐπὶ τὸ ψυχρόν· τῷ δὲ ψυχρῷ, ἐπὶ τὸ θερμόν. τῷ δὲ ξηρῷ, ἐπὶ τὸ ὑγρόν. τῷ δ᾽ ὑγρῷ, ἐπὶ τὸ ξηρόν. ἔστω μοι ἄνθρωπος, μὴ τῶν ἰσχυρῶν φύσει, ἀλλὰ τῶν ἀσθενεστέρων, οὗτος δὲ πυροὺς ἐσθιέτω οὓς ἂν ἀπὸ τῆς ἅλω ἀνέλῃ, ὠμοὺς καὶ ἀργοὺς, καὶ κρέα ὠμά· καὶ πινέτω ὕδωρ. ταύτῃ χρώμενος τῇ διαίτῃ, εὖ οἶδ᾽ ὅτι πείσεται πολλὰ καὶ δεινά. καὶ γὰρ πόνους πονήσει, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ἔσται, καὶ ἡ κοιλίη φθαρήσεται, καὶ ζῆν πολὺν χρόνον οὐ δυνήσεται. τί δεῖ τοι γὰρ οἷον βοήθημα παρασκευάσασθαι ὧδ᾽ ἔχοντι; θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρόν; ἁπλοῦν γὰρ ὅτι τούτων τι. εἰ γὰρ τὸ λυμαινόμενον αὐτῶν ἐστι τούτων τὸ ἕτερον, τῷ ὑπεναντίῳ προσήκει λῦσαι, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος ἔχει. τὸ μὲν γὰρ βεβαιότατόν τε, καὶ προφανέστατον φάρμακον, ἀφελόντα τὰ διαιτήματα, οἷσιν ἐχρᾶτο· ἀντὶ μὲν τῶν πυρῶν, ἄρτον διδόναι· ἀντὶ δὲ τῶν ὠμῶν κρεῶν, ἑφθά· πίνειν τε ἐπὶ τούτοισιν οἶνον. ταῦτα μεταβαλόντα οὐχ οἷόν τε μὴ ὑγιέα γενέσθαι. ἤν γε μὴ παντάπασιν ᾖ διεφθαρμένος ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῆς διαίτης. τί δὴ φήσομεν; πότερον αὐτέῳ ὑπὸ ψυχροῦ κακοπαθέοντι θερμὰ ταῦτα προσενέγκαντες ὠφέλησαν, ἢ τἀναντία; οἶμαι γὰρ ἔγωγε πολλὴν ἀπορίην ἐρωτηθέντι παρασχεῖν. ὁ γὰρ τὸν ἄρτον σκευάζων τῶν πυρῶν τὸ θερμὸν, ἢ τὸ ψυχρὸν, ἢ τὸ ξηρὸν, ἢ τὸ ὑγρὸν ἀφείλετο. ὁ γὰρ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι δέδοται, καὶ πολλοῖσιν ἄλλοισιν εἴργασται, ὧν ἕκαστον ἰδίην δύναμιν καὶ φύσιν ἔχει. καὶ τὰ μὲν τῶν ὑπαρχόντων ἀποβέβληκεν· ἄλλοισι δὲ κέκρηται καὶ μέμικται. οἶδα μὲν γὰρ καὶ τάδε δήπου, ὅτι διαφέρει εἰς τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, καθαρὸς ἄρτος, ἢ συγκομιστὸς, ἢ ἀπτίστων πυρῶν, ἢ ἐπτισμένων, ἢ πολλῷ ὕδατι πεφυρημένος, ἢ ἀφύρητος, ἢ ἔξοπτος, ἢ ἔνωμος· ἄλλα τε πρὸς τουτέοισι μυρία. ὡς δ᾽ αὕτως καὶ περὶ μάζης. καὶ αἱ δυνάμιες δὲ μεγάλαι τε ἑκάστου, καὶ οὐδὲν ἑτέρη τῇ ἑτέρῃ ἐοικυῖα. ὅστις δὲ ταῦτα μὴ σκεπτόμενος, οὐκ οἶδε, πῶς ἄν τι οὗτος δύναιτο τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον παθημάτων εἰδέναι;

CAPVT VI.

Solas qualitates primas nec sanitatis, nec affectuum causas esse, sed à diuerso pane diuersas oboriri hominum affectiones.

Ad eos verò qui communi ratione artem ex suppositione quærunt, orationem redire volo. Si enim est calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum quod lædit hominẽ; ac oportet rectè medentem calido quidem per frigidum, frigido verò per calidum, sicco per humidum, & humido per siccum opitulari; sit mihi homo non ex robustis natura, sed imbecillioribus, edat autem ille triticũ, quod ex area sustulit crudum & illaboratum, & incoctas carnes, aquámque bibat; hac vtens victus ratione, certò scio quòd is multa & grauia sit perpessurus. Etenim & doloribus vexabitur, ac corpus erit imbecillum, & ventriculus corrumpetur, neque diuturno tempore viuere poterit. Quodnam igitur ita se habenti auxilium comparandum est? Simplex enim est horum quodque. Si enim quod læditab his ipsis est diuersum, id contrario conuenit soluere, prout illis verba sunt. Tutissimum enim atque euidentissimum remediũ est, sublatis quibus vtebatur cibis, pro tritico quidem panem præbere, pro crudis carnibus coctas, ad hæc vinum bibere. His permutatis fieri non potest quin sanus euadat, nisi penitus fuerit & tempore & victu corruptus. Quid ergo dicemus. Nũ ei à frigidis malè affecto, calida hæc exhibita profuerunt, an contraria? Ego namque arbitror, multam me interrogato dubitationem præstitisse. Qui enim panem ex tritico apparat, calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum abstulit. Nam *panis* & igni & aquæ traditur, & multis aliis elaboratur, quorum quodque propriam facultatem & naturam obtinet, & eorum quidem quæ ipsi insunt, quædam abiecit, aliis verò temperatus & mixtus est. Enimverò & hæc noui, scilicet humano corpori interesse sitne panis purus, an confusaneus, vel non expurgato tritico factus, an purgato atque excorticato, aut copiosa aqua subactus, aut non subactus, aut excoctus, an incoctus, aliáque ad hæc innumera. Similiter quoque & de maza. At & magnæ sunt cuiusque facultates, nihilque altera alteri similis. Quicunque verò hæc non aduertens haud nouit, quonam modo is prauos hominum affectus cognoscere queat?

nam ab eorum vnoquoque homo & efficitur, & alteratur vel hoc, vel illo modo, atque ex his omnis vita & sano, & ex morbo se reficienti, & ægroto. Non igitur alia his vtiliora, aut certè magis necessaria sunt quàm hæc nosse.

CAPVT VII.

De primis ac secundis qualitatibus seu facultatibus & earum mixtione & secretione, quibus afficitur homo.

QVàm verò egregiè, & conuenienti ratiocinatione inuestigantes ad hominis naturam hæc apta primi inuentores inuenerunt, iudicarúntque artem dignam quæ Deo ascriberetur, vt & ducitur. Non enim siccum, neque humidum, neque calidum, neque frigidum, neque horum quicquam hominem lædere existimarunt, neque horum aliquo indigere. Sed quod in vnoquoque robustum est, & natura eáque humana potentius, quódque superari ipsa nequit, id lædere censuerunt, & tollere conati sunt. Robustissimum autem est in dulci quidem dulcissimum, in amaro amarissimum, in acido acidissimum, & quod in vnaquaque rerum omnium summum est. Hæc enim & homini inesse, & hominem lædere videbant. Inest enim homini & amarum, & salsum, & dulce, & acidum, & acerbum, & insipidum, aliáque innumera omnigenas facultates habentia, tum copiam, tum robur. Et hæc quidem mixta inter se & temperata neque conspicua sunt, neque hominem lædunt: at vbi quidpiam horum secretum fuerit, & per se solum extiterit, tunc conspicuum est, & hominem molestia afficit. Quinetiam ex cibariis quæcunque nobis idonea non sunt, ac ingesta hominem lædunt, eorum quodque aut amarum quid, aut intemperatum est, aut salsum, aut acidum, aut quid aliud, & à mixtione secretum, & robustum, ob idque ab ipsis turbamur, vt & ab iis quæ ex corpore excernuntur. At quæcunque homo edit aut bibit edulia eiusmodi minimè huius succi intemperati & excedentis manifestè erunt participia, vt panis & maza, & quæ hæc sequuntur, quibus homo plurimis & semper vti consueuit, præterea, quæ ad voluptatem & satietatem condiuntur, & apparantur: ac ab iis plurimis in hominem ingestis, turbatio, & facultatum corporis erectio minimè fit, sed robur, & incrementum, & alimentum maximè, ob nihil aliud obtingit, quàm quòd & probè contemperata sunt, & nihil habent intemperatum, sed totum vnúmque factum est & simplex, & validum. Atque ego haud capio, qui ista verba loquuntur, artémque ex hac via ad suppositionem abducunt, quo tandem modo, quemadmodum supponunt, homines curaturi sint. Neque enim, vt ego arbitror, ipsis est adinuentum ipsum quid per se calidum, aut frigidum, aut siccum aut humidum, ac nullius alterius generis particeps. Verùm arbitror ego eosdem ipsis potus, & cibos esse, quibus omnes vtimur, sed huic calidum esse illi frigidum, huic siccum, illi humidum attribuunt. Quandoquidem illud anceps est imperare ægrotanti calidum quid assumere. Statim enim quæret quid illud sit, vt nugari necesse sit, vel ad horum quæ sunt aliquod confugere. At verò si quod calidum est, acerbum sit, aliud autem calidum, insipidum; aliud denique calidum quod commoueat (sunt enim

ἀπὸ γὰρ ἑνὸς ἑκάστου τουτέων, πάσχει τε καὶ ἑτεροιοῦται ἄνθρωπος, ἢ τοῖον, ἢ τοῖον. καὶ διὰ τουτέων πᾶς ὁ βίος, καὶ ὑγιαίνοντι, καὶ ἐκ νόσου ἀνατρεφομένῳ, καὶ κάμνοντι. οὐκ ἂν οὖν ἕτερα τουτέων χρησιμώτερα, οὐδὲ ἀναγκαιότερα εἴη εἰδέναι δήπου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῶν πρώτων τε καὶ δευτέρων ποιοτήτων ἢ δυνάμεων, καὶ περὶ τῆς αὐτῶν συμμίξεώς τε, καὶ ἀποκρίσιος, ἀφ' ὧν ὁ ἄνθρωπος εὖ καὶ κακῶς διατίθεται.

ΩΣ δὲ καλῶς καὶ λογισμῷ προσήκοντι ζητήσαντες, πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν εὗρον αὐτὰ οἱ πρῶτοι εὑρόντες, καὶ ᾠήθησαν ἀξίην τὴν τέχνην θεῷ προσθεῖναι, ὡς καὶ νομίζεται. οὐ γὰρ τὸ ξηρὸν οὐδὲ τὸ ὑγρὸν οὐδὲ τὸ θερμὸν οὐδὲ τὸ ψυχρὸν, οὐδὲ ἄλλο τουτέων οὐδὲν ἡγησάμενοι, οὔτε λυμαίνεσθαι, οὔτε προσδεῖσθαι οὐδενὸς τουτέων τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' ὅτι ἰσχυρὸν ἑκάστου, καὶ τὸ κρέσσον τῆς φύσιος τῆς ἀνθρωπίνης, οὗ μὴ ἠδύνατο κρατέειν, τοῦτο βλάπτειν ἡγήσαντο. καὶ τοῦτο ἐζήτησαν ἀφελεῖν. ἰσχυρότατον δέ ἐστι, τοῦ μὲν γλυκέος, τὸ γλυκύτατον· τοῦ δὲ πικροῦ, τὸ πικρότατον· τοῦ δὲ ὀξέος, τὸ ὀξύτατον· ἑκάστου δὲ πάντων τῶν ἐόντων, ἡ ἀκμή. ταῦτα γὰρ ἑώρων καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνεόντα, καὶ λυμαινόμενα τὸν ἄνθρωπον. ἔνι γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ὀξὺ, καὶ στρυφνὸν, καὶ πλαδαρὸν, καὶ ἄλλα μυρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχύν. ταῦτα μὲν μεμιγμένα, καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισιν, οὔτε φανερά ἐστιν, οὔτε λυπεῖ τὸν ἄνθρωπον. ὅταν δέ τι τουτέων ἀποκριθῇ, καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ γένηται, τότε καὶ φανερόν ἐστι, καὶ λυπεῖ τὸν ἄνθρωπον. τοῦτο δὲ τῶν βρωμάτων ὅσα ἡμῖν ἀνεπιτήδειά ἐστι, καὶ λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον ἐμπεσόντα, τουτέων ἕκαστον, ἢ πικρόν τι, καὶ ἄκρητόν ἐστιν ἢ ἁλμυρόν· ἢ ὀξύ· ἢ ἄλλο τι ἄκρητόν τε, καὶ ἰσχυρόν. καὶ διὰ τοῦτο ταρασσόμεθα ὑπ' αὐτέων, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἀποκρινομένων. πάντα δὲ ὅσα ἄνθρωπος ἐσθίει, ἢ πίνει, τὰ τοιαῦτα βρώματα ἥκιστα τουτέου χυμοῦ ἀκρήτου τε, καὶ διαφέροντος, δῆλά ἐστι μετέχοντα. οἷον ἄρτος τε καὶ μάζα, καὶ τὰ ἑπόμενα τουτέοισιν οἷσιν εἴθισται ἄνθρωπος πλείστοισί τε καὶ αἰεὶ χρέεσθαι. ἔξω τῶν πρὸς ἡδονήν τε, καὶ κόρον ἠρτυμένων τε, καὶ ἐσκευασμένων. καὶ ἀπὸ τουτέων πλείστων ἐσιόντων ἐς τὸν ἄνθρωπον, ταραχή τε καὶ ἀπόκρισις τῶν ἀμφὶ τὸ σῶμα δυναμίων, ἥκιστα γίνεται. ἰσχύς τε καὶ αὔξησις, καὶ τροφὴ μάλιστα δι' οὐδὲν ἕτερον γίνεται, ἢ ὅτι εὖ τε συγκέκρηται, καὶ οὐδὲν ἔχει ἄκρητον, οὐδὲ ἰσχυρόν. ἀλλ' ὅλον ἕν τε γέγονε, καὶ ἁπλόον, καὶ ἰσχυρόν. ἀπορέω δ' ἔγωγε, οἱ τὸν λόγον ἐκεῖνον λέγοντες, καὶ ἄγοντες ἐκ ταύτης τῆς ὁδοῦ ἐπὶ ὑπόθεσιν τὴν τέχνην, τίνα ποτὲ τρόπον θεραπεύσουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ ὑποτίθενται. οὐ γάρ ἐστιν αὐτέοισιν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἐξευρημένον αὐτό τι ἐφ' ἑωυτοῦ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, μηδενὶ ἄλλῳ εἴδει κοινωνέον. ἀλλ', οἶμαι, ἔγωγε ταῦτα πόματα καὶ βρώματα αὐτέοισιν ὑπάρχειν, οἷσι πάντες χρώμεθα. προστιθέασι δὲ τῷ μὲν, εἶναι θερμῷ· τῷ δὲ, ψυχρῷ· τῷ δὲ, ξηρῷ· τῷ δὲ, ὑγρῷ. ἐπεὶ ἐκεῖνό γε ἄπορον, προστάξαι τῷ κάμνοντι, θερμόν τι προσενέγκασθαι. εὐθὺς γὰρ ἐρωτήσει, τί ἐστιν, ὥστε ληρέειν ἀνάγκη, ἢ ἐς τουτέων τι τῶν γινωσκομένων καταφυγεῖν. εἰ δὲ δὴ τυγχάνει τὸ μὲν θερμὸν ἐὸν στρυφνόν· ἄλλο δὲ θερμὸν, πλαδαρόν· ἄλλο δὲ θερμὸν, ἄραδον ἔχον,

ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα τε θερμὰ, καὶ ἄλλας δυνάμιας ὑπεναντίας ἑωυτοῖσιν ἔχοντα, εἰ δήσῃ τι αὐτέων προσενεγκεῖν; ἢ τὸ θερμὸν καὶ στρυφνὸν, ἢ τὸ θερμὸν καὶ πλαδαρόν· ἢ ἅμα τὸ ψυχρὸν καὶ στρυφνόν. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο, καὶ τὸ ψυχρόν τε καὶ πλαδαρόν. ὡς μὲν γὰρ ἔγωγε οἶδα, πᾶν τοὐναντίον ἐφ' ἑκατέρου αὐτέων ἀποβαίνει· καὶ οὐ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν σκύτει, καὶ ἐν ξύλῳ, καὶ ἐν ἄλλοισι πολλοῖσι, ἅ ἐστιν ἀνθρώπου ἀναισθητότερα. οὐ γὰρ τὸ θερμόν ἐστι τὸ τὴν μεγάλην δύναμιν ἔχον, ἀλλὰ τὸ στρυφνὸν, καὶ πλαδαρὸν, καὶ τἆλλα ὅσα μοι εἴρηται, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἔξω τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐσθιόμενα, καὶ πινόμενα, καὶ ἔξωθεν ἐπιχριόμενά τε, καί πως πλασσόμενα. ψυχρότητα δ' ἔγωγε καὶ θερμότητα πασέων ἥκιστα τῶν δυναμίων νομίζω δυναστεύειν ἐν τῷ σώματι, διὰ τάσδε τὰς προφάσιας. ὃν μὲν ἂν δήπου χρόνον μεμιγμένα αὐτὰ αὐτέοισιν, ἅμα τὸ ψυχρὸν καὶ θερμὸν ᾖ, οὐ λυπέει. κρῆσις γὰρ καὶ μετριότης, τῷ μὲν ψυχρῷ, γίνεται ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, τῷ δὲ θερμῷ, ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. ὅταν δὲ ἀποκριθῇ χωρὶς ἑκάτερον, τότε λυπέει. ἐν δὲ δὴ τουτέῳ τῷ καιρῷ, ὅταν τὸ ψυχρὸν ἐπιγένηται, καὶ λυπήσῃ τὸν ἄνθρωπον, διὰ τάχεος πρῶτον δι' αὐτὸ τοῦτο πάρεστι τὸ θερμὸν αὐτόθεν ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, οὐδεμιῆς βοηθείης, οὐδὲ παρασκευῆς δεόμενον, καὶ ταῦτα καὶ ἐν ὑγιαίνουσι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἀπεργάζεται, καὶ ἐν κάμνουσι.

alia calida, quæ subcontrarias sibi ipsis facultates habent) quodnam eorum offerendum erit? an calidum & acerbum, aut calidum & insipidum, aut frigidum simul & acerbum (tale namque aliquod est) aut frigidum & insipidum? Nam vt equidem noui, planè contrarium ab vtroque eorum accidit, neque in homine solùm, sed & in corio, & in ligno, & in aliis multis quibus quàm homini hebetior sensus est. Non enim calidum est, quòd magnam facultatem habet, verùm acerbum, & insipidum, & alia quæ à me dicta sunt, tum in homine, tum extra hominem *in iis* & quæ eduntur & bibuntur, & foris illinuntur, aut aliquomodo admouentur. Frigidum autem, & calidum inter omnes facultates, minimum equidem in corpore posse has ob causas existimo. Quo nimirum tempore ipsa inter se permixta simul calidum & frigidum fuerint, non lædunt. Contemperationem enim & commoderationem habet frigidum à calido, & calidum à frigido. Vbi verò secretum fuerit seorsim vtrumque, tunc lædit. At eo sanè tempore quum frigidum obortum fuerit, hominémque læserit, confestim, primùm ob id ipsum adest calidum indidem ex homine, nullius auxilij, neque apparatus egens, atque hæc & in sanis hominibus, & in ægrotantibus efficit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὅσῳ μᾶλλον ἐκθερμαίνεται τὸ σῶμα, τοσούτῳ αὐτὸν μᾶλλον διαψύχεται, καὶ ὅσῳ ψυχρότερόν ἐστι, καὶ τοσούτῳ θερμότερον γίγνεται. καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ ἁπλοῦ οἱ πυρετοὶ, ἀλλὰ τοῦ θερμοῦ τε καὶ πικροῦ, ἢ τῶν ἄλλων ὁμοίων γίνονται.

ΤΟῦτο μὲν, εἴ τις θέλει ὑγιαίνον χειμῶνος διαψύξαι τὸ σῶμα, ἢ λουσάμενος ψυχρῷ, ἢ ἄλλῳ τῷ τρόπῳ, ὅσῳ ἂν αὐτὸ ἐπιπλέον ποιήσῃ· καὶ ἤν γε μὴ παντάπασι παγῇ τὸ σῶμα, ὅταν εἵματα λάβῃ καὶ ἔλθῃ ἐς τὴν σκέπην, μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλέον θερμαίνεται τὸ σῶμα. τοῦτο δὲ, εἰ θέλοι ἐκθερμανθῆναι ἰσχυρῶς, ἢ λουτρῷ θερμῷ, ἢ πολλῷ πυρί. ἐκ δὲ τουτέου, τὸ ωὐτὸ εἷμα ἔχων ἐν τῷ αὐτέῳ χωρίῳ τὴν διατριβὴν ποιέεσθαι, ὥσπερ ὁ διεψυγμένος, πολὺ φαίνεται καὶ ψυχρότερος, καὶ ἄλλως φρικαλεώτερος. ἢ ῥιπιζόμενός τις ὑπὸ πνίγεος, καὶ παρασκευάζων αὐτὸς ἑωυτῷ ψῦχος ἐκ τουτέου τοῦ τρόπου διαπαύσαι· τῷ τοῦτο ποιέοντι δεκαπλάσιον πάρεστι τὸ καῦμα καὶ τὸ πνῖγος, ἢ τῷ μηδὲν τουτέων ποιέοντι. τὰ δὲ δὴ καὶ πουλὺ μείζω· ὅσοι ἂν διὰ χιόνος ἢ ἄλλης ψύξιος βαδίσαντες, ῥιγώσωσι διαφερόντως πόδας, ἢ χεῖρας, ἢ κεφαλὴν, οἷα πάσχουσιν ἐς τὴν νύκτα, ὅταν περισταλέωσί τε καὶ ἐν ἀλέῃ γένωνται ὑπὸ καύματος, καὶ κνησμοῦ, καὶ ἔστιν οἷσι φλύκταιναι ἀνίστανται, ὡς ἀπὸ πυρὸς κατακεκαυμένοισι. καὶ οὐ πρότερον τοῦτο πάσχουσιν, πρὶν ἢ θερμανθῶσιν. οὕτως ἑτοίμως ἑκάτερον αὐτέων ἐπὶ θάτερα παραγίνεται. μυρία δ' ἂν καὶ ἕτερα ἔχοιμι εἰπεῖν. τὰ δὲ κατὰ τοὺς νοσέοντας, οὐχ οἷσιν ἂν ῥῖγος γένηται τουτέοισιν ὀξύτατος ὁ πυρετὸς ἐκλάμπει, καὶ οὐχ οὕτως ἰσχυρὸς, ἀλλὰ καὶ παυόμενος δι' ὀλίγου, καὶ ἄλλως τὰ πολλὰ ἀσινής, καὶ ὅσον ἂν χρόνον παρῇ διάθερμος, καὶ διεξιὼν διὰ παντὸς τελευτᾷ ἐς τοὺς πόδας μάλιστα, οὗπερ τὸ ῥῖγος καὶ ἡ ψύξις νεηνικωτάτη, καὶ ἐπὶ πλέον ἐχρόνισε. πάλιν δὲ ὅταν ἱδρώσῃ καὶ ἀπαλλαγῇ ὁ πυρετὸς, πολὺ μᾶλλον ἔψυξεν, ἢ εἰ μὴ ἔλαβε τὴν ἀρχήν· ᾧ οὖν διὰ τάχεος

CAPVT VIII.

Quò magis incaluerit corpus, eò magis refrigeratur, & quò frigidius redditum est, eò calidius redditur; nec à calido simplici, sed à calido & amaro, aut simili febres oboriri.

HOc equidem *in sanis sit exemplum.* Siquis sanum hyeme corpus aut frigida lotione, aut alio modo perfrigerare velit, quò plus id fecerit, nisi planè corpus congelarit, quum vestimenta sumpserit, & sub tectum appulerit, eò magis & vehementius incalescit corpus. Aliud verò *exemplum.* Siquis aut calido lauacro, aut multo igne plurimùm incalescere velit, inde verò eandem vestem habens, eodem in loco, in quo alter qui perfrigeratus est, versari, multò frigidior, atque aliàs vehementius horrescere conspicietur. Aut præ æstu ventulo perflatus aliquis, & sibi frigus quærens hoc modo dissipare, Id facienti decuplò maior & ardor & æstus accidit, quàm nihil horum facienti. Atque hæc sanè multò etiam maiora, quæ qui per niues, aut alia frigora itinere facto vehementer pedibus, vel manibus, vel capite obriguerint, noctu patiuntur, quum vestibus operti, & calido in loco fuerint, ab ardore & pruritu, quibusdam etiam phlyctænæ *pustulæ* velut igne ambustis exurgunt, neque prius id patiuntur, quàm incaluerint; adeò promptè vtrumque eorum ad alterum accedit. Sed innumera ac alia dicenda mihi suppeterent. At in ægrotis, non quibus rigor obortus fuerit, iis acutissima febris emicat, neque ita vehementer, sed pauco tempore sedatur, ac alias propè innoxia, & quo tempore adfuerit, feruens, & vniuersum peruadens, in pedes maximè desinit, vbi rigor, & frigus vehementissimum diutissimè durauit. Rursus vbi sudor eruperit & febris decesserit multò vehementius perfrigescit, quàm si initio non prehendisset. Cui igitur summè contrarium

tam citò oboritur, ac vires sponte adimit, quid ab eo magnum, aut graue accidat? Aut quónam magno ad id opus sit auxilio? dixerit aliquis. At febricitantes & ardentibus febribus, & peripneumoniis, aliisque vehementibus morbis, non celeriter calore liberantur, neque isthîc calor frigori superuenit. Ego verò magnum hoc mihi argumentum esse puto non propter calidum simpliciter febricitare homines, neq; id solum affectionis prauæ causam esse, esse & amarum & calidũ idem; & calidum & acidum; & salsum & calidum, aliáque innumera, ac rursus frigidum cum aliis facultatibus. Quæ igitur lædunt, hæc sunt. Simul autem adest & calidum roboris particeps, vt quod principatum teneat, & exacerbetur, & cum illo augeatur, nullam tamen peculiarem vim, quàm conueniat, maiorem obtinet. Atque hæc ita sese habent. At verò signa primùm quidem manifestissima sunt, quæ omnes experti multoties iam fuimus, & experimur.

οὕτω διὰ γὰρ τὸ ἐναντιώτατόν τε, καὶ ἀφελόμενον τὴν δύναμιν ἀπὸ ταὐτομάτου, τί ἂν ἀπὸ τουτέου μέγα ἢ δεινὸν γένοιτο; ἢ τίνος δεῖ πολλῆς ἐπὶ τουτέῳ βοηθείας; εἴποιεν ἄν τις. ἀλλ' οἱ πυρεταίνοντες τοῖσι καύσοισί τε καὶ περιπλευμονίῃσι, καὶ ἄλλοισιν ἰσχυροῖσι νουσήμασιν, οὐ ταχέως ἐκ τῆς θέρμης ἀπαλλάσσονται. οὐδὲ πάρεστιν ἐνταῦθα τὸ θερμὸν ἐπὶ τὸ ψυχρόν. ἐγὼ δὲ τοῦτό μοι μέγιστον τεκμήριον ἡγοῦμαι εἶναι, ὅτι οὐ διὰ τὸ θερμὸν ἁπλῶς πυρεταίνουσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲ τοῦτο εἴη τὸ αἴτιον τῆς κακώσιος μοῦνον· ἀλλ' ἔστι καὶ πικρὸν, καὶ θερμὸν τὸ αὐτό· καὶ θερμὸν καὶ ὀξύ. καὶ ἁλμυρὸν καὶ θερμόν· καὶ ἄλλα μυρία· καὶ πάλιν γε ψυχρὸν μετὰ δυνάμεων ἑτέρων. τὰ μὲν οὖν λυμαινόμενα, ταῦτά ἐστι. συμπάρεστι δὲ καὶ τὸ θερμὸν, ῥώμης μετέχον. ὡς ἂν τὸ ἡγεύμενον, καὶ παροξυνόμενον, καὶ αὐξανόμενον ἅμα κείνῳ. δύναμιν δὲ οὐδεμίην πλείω τῆς προσηκούσης δηλαδή. ταῦτ' ὧδε ἔχει. ἐπὶ τῶνδε τῶν σημείων, πρῶτον μὲν ἐστὶ φανερώτατα, ὧν πάντες ἔμπειροι πολλάκις ἤδη ἐσμέν τε καὶ ἐσόμεθα.

CAPVT IX.

De fluxionibus in nares & oculos irruentibus coryzam, & palpebrarum aliarúmque partium exulcerationes generantibus.

PRimùm quidem, quibuscunq; nostrum grauedo oborta fuerit & fluxus per nares concitatus, is vt priore, & eo qui quotidie per nares ferebatur multò acrior est, ac nasum quidem tumere facit, & calidum, summéque feruidum adurit. Si verò manum admoueas, ac longiori tempore immoretur, etiam exulceratur locus qui carnis exper, ac durus est. Tum autem abit è naribus ardor, haud quum fluxio fit, & phlegmone consistit, sed quum illa crassior ac minus acris euaserit, & concocta, eique qui priùs aderat, humori magis permixta fuerit, tum iam & ardor desiit. Aliis autem à frigore, eóque solo grauido oboritur, nullo alio simul accedente. At omnibus eadem est *morbi* propulsatio, excalefactis quidem si à frigore, refrigeratis verò si à calore *corysa sit*. Atque hæc celeriter accedunt, nulliusque concoctionis indigent. Reliqua autem omnia quęcunque humorum acrimonia, & intemperie oboriri ego assero, eodem modo emendantur tum temperata, tum concocta. Ac rursus quæcunque fluxiones in oculos irruunt, vt quæ vehementes & vniuersas habent acrimonias, palpebras quidem exulcerant, quibusdam verò genas, & subiectas oculis partes quò affluxerint exedunt, & eam quæ pupillam ambit tunicam rumpunt, ac peredunt. dolores autem, & ardor, & summa inflammatio tandiu obsidet quoad fluxiones concoctæ fuerint, & crassiores euaserint, lemæque ab iis exierint. Fit autem coctio ex permixtione, mutuáque contemperatione, & cum aliis concoctione.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ ῥευμάτων τῶν ἐπὶ τὰς ῥῖνάς τε καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τρεπομένων, καὶ τὴν κόρυζαν, καὶ τὰς τῶν βλεφάρων, καὶ τῶν ἄλλων μερῶν ἑλκώσεις ποιουμένων.

ΤΟῦτο μὲν, ὅσοισιν ἂν ἡμέων κόρυζα ἐγγένηται, καὶ ῥεῦμα κινηθῇ διὰ τῶν ῥινέων, τοῦτο ὡς πολὺ δριμύτερον τοῦ πρότερον γινομένου τε, καὶ ἰόντος ἐκ τῶν ῥινέων καθ' ἑκάστην ἡμέρην καὶ οἰδέειν μὲν ποιέει τὴν ῥῖνα, καὶ συγκαίει θερμήν τε, καὶ διάπυρον ἐσχάτως. ἣν δὲ τὴν χεῖρα προσφέρῃς, καὶ πλείω χρόνον παρῇ· καὶ ἐξελκοῦται τὸ χωρίον, ἄσαρκόν τε καὶ σκληρὸν ἐόν. παύεται δέ πως τὸ γε καῦμα ἐκ τῆς ῥινὸς, οὐχ ὅταν τὸ ῥεῦμα γίνηται, καὶ ἡ φλεγμονὴ ἦ· ἀλλ' ἐπειδὰν παχύτερόν τε, καὶ ἧσσον δριμὺ, πέπον τε, καὶ μεμιγμένον μᾶλλον τῷ πρότερον γινομένῳ, τότ' ἤδη καὶ τὸ καῦμα πέπαυται. ἄλλοισι δὲ ὑπὸ ψύχεος φανερῶς αὐτοῦ μόνου γὰρ, μηδενὸς ἄλλου ξυμπαραγενομένου. πᾶσιν δὲ αὕτη ἡ ἀπαλλαγὴ, ἐκ μὲν τῆς ψύξιος, διαθερμανθῆναι· ἐκ δὲ τοῦ καύματος, διαψυχθῆναι· καὶ ταῦτα ταχέως παραγίνεται· καὶ πέψιος οὐδεμιῆς προσδεῖται. τὰ δ' ἄλλα πάντα, ὅσα διὰ χυμῶν δριμύτητας, καὶ ἀκρησίας φημὶ ἔγωγε γίνεσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀποκαθίσταταί τε κρηθέντα, καὶ πεφθέντα. ὅσα τ' αὖ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τρέπεται τῶν ῥευμάτων, ὡς ἰσχυρὰς καὶ παντοίας δριμύτητας ἔχοντα· ἑλκοῖ μὲν βλέφαρα, κατεσθίει δὲ ἐνίων γνάθους τε, καὶ τὰ ὑπὸ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς, ἐφ' ὅ, τι ἂν ἐπιῤῥυῇ, ῥηγνυσί τε καὶ διεσθίει τὸν ἀμφὶ τὴν ὄψιν χιτῶνα. ὀδύναι δὲ, καὶ καῦμα, καὶ φλογμὸς ἔσχατος κατέχει μέχρι τινὸς, μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα πεφθῇ, καὶ γένηται παχύτερα, καὶ λήμη ἀπ' αὐτέων εἴη. τὸ δὲ πεφθῆναι, γὰρ ἐκ τοῦ μιχθῆναι, κρηθῆναί τε ἀλλήλοισι, καὶ συνεψηθῆναι.

CAPVT X.

Ex facultatibus humorum exuperantibus morbos oriri, ac morbos alteratione, purgatione & contemperatione solui, qualitatésque contrarijs emendari.

DEinde verò quæ fluxiones in fauces illabuntur, à quibus raucedines, anginæ, erysipelata, peripneumoniæ proueniunt, hæ omnes primum quidem salsæ & humidæ & acres pro-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὅτι ἐκ τῶν δυνάμεων τῶν χυμῶν, ἢ ποιοτήτων τὰ νοσήματα γίνονται, καὶ νοσήματα καὶ ἀλλοίωσιν, κάθαρσιν, καὶ σύμμιξιν ἀπολύεσθαι, καὶ αἱ ποιότητες ἐπ' ἐναντίων ἐπανορθοῦνται.

ΤΟῦτο δ' ὅσα ἐς τὴν φάρυγγα, ἀφ' ὧν βράγχοι γίνονται, κυνάγχαι, ἐρυσιπέλατα, περιπλευμονίαι· πάντα ταῦτα, τὸ μὲν πρῶτον ἁλμυρά τε, καὶ ὑγρὰ, καὶ δριμέα ἀφίει.

καὶ ἐν τοῖσι τουτέοισιν ἔῤῥωται τὰ νοσήματα. ὅταν δὲ παχύτερα καὶ πεπαίτερα γένηται, καὶ πάσης δριμύτητος ἀπηλλαγμένα, τότ᾽ ἤδη καὶ οἱ πυρετοὶ λύονται, καὶ τἄλλα τὰ λυπέοντα τὸν ἄνθρωπον. δεῖ δὲ δήπου ταῦτα αἴτια ἑκάστου ἡγεῖσθαι, ὧν παρεόντων μὲν, τοιοῦτον τρόπον ἀνάγκη γίνεσθαι· μεταβαλλόντων δὲ ἐς ἄλλην κρῆσιν, παύεσθαι. ὁκόταν οὖν ἀπὸ αὐτέης τῆς θέρμης εἰλικρινέος, ἢ ψύξιος γίνηται, καὶ μὴ μετέχῃ ἄλλης δυνάμεως μηδεμιῆς, οὕτω παύοιτ᾽ ἂν, ὅταν μεταβάλῃ ἐκ τοῦ ψυχροῦ, ἐς τὸ θερμὸν, καὶ ἐκ τοῦ θερμοῦ, ἐς τὸ ψυχρόν. μεταβάλλει δὲ, ὅν μοι προείρηται τρόπον. ἔτι τοίνυν τἄλλα ὅσα κακοπαθεῖ ἄνθρωπος, πάντα ἀπὸ δυνάμεων γίνεται. τοῦτο μὲν, ὅταν πικρότης τις ἀποχυθῇ, ἣν δὴ χολὴν ξανθὴν καλέομεν, οἷαι καὶ ἄσαι, καὶ καῦμα, καὶ ἀδυναμίαι κατέχουσιν; ἀπαλλασσόμενοί τε τουτέου ἐνίοτε, καὶ καθαιρόμενοι, ἢ αὐτόματοι, ἢ ὑπὸ φαρμάκου, ἢν ἐν καιρῷ τι αὐτέων γένηται, φανερῶς καὶ τῶν πόνων καὶ τῆς θέρμης ἀπαλλάσσονται. ὅσον δ᾽ αὖ χρόνον ταῦτα μετέωρα ᾖ καὶ ἄπεπτα, καὶ ἄκρητα, μηχανὴ οὐδεμίη, οὔτε τῶν πόνων παύσασθαι, οὔτε τῶν πυρετῶν. καὶ οἷσι μὲν ὀξύτητες προσίστανται, δριμεῖαί τε, καὶ ἰώδεες, οἷαι λύσσαι, καὶ δήξιες σπλάγχνων, καὶ θώρηκος, καὶ ἀπορίη, οὐ παύεται τουτέου πρότερον πρὶν ἀποκαθαρθῇ τε καὶ καταστορεσθῇ, καὶ μιχθῇ τοῖσιν ἄλλοισι. πέσσεσθαι δὲ, καὶ μεταβάλλειν, καὶ λεπτύνεσθαι καὶ παχύνεσθαι ἐς χυμῶν εἶδος, διὰ πολλῶν εἰδέων καὶ παντοίων. διὸ καὶ αἱ κρίσιες, καὶ οἱ ἀριθμοὶ τῶν χρόνων, ἐν τοῖσι τουτέοισι μέγα δύνανται. πάντων δὴ τουτέων, ἥκιστα προσήκει θερμῷ ἢ ψυχρῷ πάσχειν. οὔτε γὰρ ἂν τοῦτό γε σαπῇ, οὔτε παχυνθῇ. τί δ᾽ ἂν αὐτὸ φαίημεν εἶναι; κρῆσίς τε αὐτέων ἐστὶ, πλὴν πρὸς ἄλληλα ἔχουσα δύναμιν. ἐπεὶ ἄλλῳ γε οὐδενὶ τὸ θερμὸν μιχθὲν παύσεται τῆς θέρμης, ἢ τῷ ψυχρῷ· οὐδέ γε πάλιν τὸ ψυχρὸν, ἢ τῷ θερμῷ. τὰ δ᾽ ἄλλα περὶ τὸν ἄνθρωπον, ὅσῳ ἂν πλέοσι μίσγηται, τοσούτῳ ἠπιώτερα καὶ βελτίονα. πάντων δὲ ἄριστα διάκειται ὥνθρωπος, ὅταν πέσσηται, καὶ ἐν ἡσυχίῃ ᾖ, μηδεμίην δύναμιν ἰδίην ἀποδεικνύμενος. περὶ μὲν οὖν τουτέων, ἱκανῶς μοι ἡγεῦμαι ἐπιδεδεῖχθαι.

A deunt, & in his morbi inualeſcunt. At quum craſſiores euaſerint, magiſque concoctæ, atque omnem acrimoniam exuerint, tum iam & febres, & cætera hominem vexantia ſoluuntur. At verò eas cuiuſque rei cauſas cenſere oportet, quibus quidem præſentibus, eam hoc modo gigni: permutatis verò ipſum in aliud temperamentum, ceſſare. Quando igitur ab ipſo mero calore, aut frigore *fluxiones* contigerint, nullámque aliam facultatem participauerint, ita demum ceſſauerint, quum ex frigido in calidum, & ex calido in frigidum mutauerint. Mutant autem ad eum quem dixi modum. B Præterea etiam alia quæcunque mala homo patitur, omnia à facultatibus oriuntur. Primùm quidem quum amarities quædam effuſa fuerit, quam ſanè bilem, flauam vocamus, quæ & iactationes, & æſtus, & impotentiæ occupant? Ea verò interdum liberati, & purgati, ſiue ſponte, ſiue medicamento, ſiquid horum tempeſtiuè contigerit, manifeſtè tum doloribus tum calore defunguntur. At rurſum quanto tempore hæc ſublata fuerint, & incocta & minimè contemperata nulla machina, neque dolores, neque febres ſedari poterunt. Et quos humorũ acores acres & æruginoſi obſident, quinam furores rabidi, quis morſus viſ- C cerum & thoracis, & quod animi deliquium eos diuexant? neque ab eo *qui laborat* diſcedunt, priuſquam illi expurgati, alterati, aliiſque permixti fuerint. Coqui autem ac mutari, & attenuari, & craſſeſcere in *probam* humorum ſpeciem per multas variáſque formas contingit. Ideóque in iſtis, & criſes, & temporum numeri multum poſſunt. At hæc omnia perpeti, minimè omnium conuenit calido aut frigido, quum neque putreſcere neque craſſeſcere queant. Quod ergo *munus ipſum vtriuſque* dicemus? Contemperatio ipſorum eſt. Tum verò etiam in ſe mutuò agendi facultatem habent. D Quandoquidem nulli alteri permixtum calidum, deſinit eſſe calidum, quàm frigido; neque permutatur ab alio frigidum, quàm à calido. At reliqua omnia quæ in homine inſunt, quò pluribus permiſcentur, eò mitiora, & meliora *euadunt*. At tum demum homo omnium optimè diſpoſitus eſt, vbi concoquit, & in quiete eſt, nullam facultatem propriam indicans. De his igitur abundè mihi demonſtraſſe videor.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

E

Τὸ περὶ φύσεως γνῶναί τι σαφὲς ἐξ ἰατρικῆς πάσης παραλαμβάνεσθαι, καὶ τῷ ἰατρῷ ἀναγκαῖον, καὶ ταῦτο ἐν τῇ τοῦ ἑκάστου κατασκευῇ, καὶ διαίτῃ γίνεσθαι.

Λέγουσι δέ τινες καὶ ἰητροὶ, καὶ σοφισταὶ, ὡς οὐκ ἔνι δυνατὸν ἰητρικὴν εἰδέναι, ὅστις μὴ οἶδεν ὅ, τι ἐστὶν ἄνθρωπος, καὶ ὅπως ἐγένετο πρῶτον, καὶ ὅπως συνεπάγη. ἐγὼ δὲ, τουτέων μὲν, ὅσα τινὶ εἴρηται σοφιστῇ, ἢ ἰητρῷ, ἢ γέγραπται περὶ φύσιος, ἧσσον νομίζω τῇ ἰητρικῇ τέχνῃ προσήκειν, ἢ τῇ γραφικῇ. νομίζω δὲ, ὅτι περὶ φύσιος γνῶναί τι σαφὲς, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἔσται, ἢ ἐξ ἰητρικῆς. τοῦτο δὲ οἷόν τε καταμαθεῖν, ὅταν αὐτὴν τις τὴν ἰητρικὴν ὀρθῶς πᾶσαν περιλάβῃ. μέχρι δὲ τουτέου, πολλοῦ μοι δοκέει ἰδεῖν. λέγω δὲ τὴν ἱστορίην ταύτην εἰδέναι, ἄνθρωπος τί ἐστι, καὶ δι᾽ οἵας αἰτίας γίνεται, καὶ τἄλλα ἀκριβέως. ἐπεί τοι γέ μοι δοκέει ἀναγκαῖον εἶναι παντὶ ἰητρῷ, περὶ

CAPVT XI.

Certam naturæ cognitionem artis eſſe Medicæ vniuerſæ, & Medico neceſſariam, eámque in cuiuſque conſtitutione, ac diæta verſari.

At Medici quidam & ſophiſtæ fieri non poſſe dicunt, vt quis Medicinam norit, niſi idem ſciat quid ſit homo, & quomodo ortus ſit, & quomodo compactus. Ego verò hæc talia, ſiue à ſophiſta, ſiue à Medico quocunque tandem de natura vel dicantur, vel ſcribantur, minùs cenſeo Medicæ arti conuenire, quàm pictoriæ. At de na- F tura certi aliquid manifeſtum noſſe, non aliundè quàm ex arte Medica contingere cenſeo, hoc verò intelligi poſſe, quum quis Medicinam vniuerſam rectè comprehenderit. At eo vſque multos ſcire ego arbitror; dico verò pertritas quæſtiones nouiſſe, quid ſit homo, & quas ob cauſas ortum habeat, & alia accuratè. Quandoquidem omni Medico neceſſarium eſſe mihi videtur de

A natura nosse, atque summopere studuisse vt sciat (siquid eorum quæ deceant facturus est) quid sit homo ad ea quæ eduntur & bibuntur, & quidnam ex singulis cuique euenturum sit; neque simpliciter sic existimare, quòd prauum edulium sit caseus; dolorem namque ipsi qui se eo impleuerit adfert, sed & quem dolorem, & quamobrem, & cuinam earum quæ homini insunt partium idoneus non sit. Sunt enim tum alij plerique cibi, tum potius natura praui, ac hominem non eodem modo afficiunt. Ita igitur mihi sit *aliquid* verbi causa, vt vinum merum copiosum epotum, afficit quodammodo hominem imbecillum, idque qui viderint omnes nouerint eas esse vini facultates, ipsúmque causam esse, ac in quibus hominis partibus hoc præcipuè possit, nouimus. Veritatem eiusmodi & in cæteris conspicuam esse volo. Caseus siquidem (quoniam hoc exemplo vsus sum) non omnes homines lædit, sed sunt nonnulli qui eo repleti, ne tantillum quidem offenduntur, quinetiam gracilibus mirè conferre perhibetur, quidam autem eo difficilè defunguntur. Horum autem naturæ differunt. Differunt, inquam, in eo, quod in corpore caseo inimicum est ab eo excitatur, & agitatur, quibus eiusmodi humor copiosior inest, & in corpore prædominatur, eos etiam magis prauè affici consentaneum est. Quòd si vniuersæ hominum naturæ infestus esset, omnibus vtique noceret. Hæc autem siquis nouisset, non afficeretur. At in iis qui ex morbis conualescunt, ac præterea etiam in diuturnis morbis multi oboriuntur conflictus, alii quidem sponte, alii verò ab assumptis casu occurentibus. Plerósque autem Medicos noui, velut idiotas ac ignaros, qui siquid *ægri* fortè eadem die innouarint, vt si lauerint, aut deambulauerint, aut aliquid alienum ederint, hęcque omnia quanquam meliora sint adhibita, quã non adhibita, nihilominus horum alicui causam retulerunt, quum causam quidem non agnoscerent, vtilissimum verò, si ita inciderint, è medio tollerent. At non decet, sed nosse quid balneum intempestiuè adhibitum operetur, & quid labor. Nunquam enim eadem ab his molestia, neque ab alio, neque etiam à repletione, neque à cibo tali, vel tali. Quicunque igitur hæc ignorauerit, quemadmodum singula se habeant ad hominem *relata*, is neque cognoscere poterit, quæ ab ipsis fiunt, neque iis rectè vti.

φύσιος εἰδέναι, καὶ πάνυ σπουδάσαι ὡς εἴσεται, εἴπερ τι μέλλει τῶν δεόντων ποιήσειν· ὅ, τι ἐστὶν ἄνθρωπος, πρὸς τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα. καὶ ὅ, τι ἀφ' ἑκάστου ἑκάστῳ συμβήσεται. καὶ μὴ ἁπλῶς οὕτω δοκέειν, ὅτι πονηρὸν βρῶμα τυρός. πόνον γὰρ φέρει τῷ πληρωθέντι αὐτέου· ἀλλὰ τίνα τε πόνον, καὶ διὰ τί, καὶ τίνι τῶν ἐν ἀνθρώπῳ ἐνεόντων ἀνεπιτήδειον. ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ βρώματα καὶ πόματα φύσει πονηρὰ, καὶ διατίθησι τὸν ἄνθρωπον, οὐκ αὐτὸν τρόπον. οὕτως οὖν μοι ἔστω ὁ λόγος, οἷον οἶνος ἄκρητος πολὺς ποθεὶς, διατίθησί πως τὸν ἄνθρωπον ἀσθενέα. καὶ ἅπαντες ἂν ἰδόντες τοῦτο, γνοίησαν ὅτι αὕτη ἡ δύναμις οἴνου, καὶ αὐτὸς ἐστὶν αἴτιος. καὶ οἷσί γε τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο μάλιστά γε δύναται, οἴδαμεν. τοιαύτην δὴ βούλομαι ἀλήθειαν καὶ περὶ τῶν ἄλλων φανῆναι. τυρὸς γὰρ, ἐπειδὴ τουτέῳ σημείῳ ἐχρησάμην, οὐ πάντας ἀνθρώπους λυμαίνεται· ἀλλ' εἰσίν οἵτινες αὐτέου πληρεύμενοι, οὐδ' ὁτιοῦν βλάπτονται· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰσχύουσιν ἂν ξυμφέρειν θαυμασίως προσέχεται. εἰσὶ δὲ οἳ χαλεπῶς ἀπαλλάσσουσι. διαφέρουσι δὲ τουτέων αἱ φύσιες. διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο· ὅπερ ἐν τῷ σώματι ἔνεστι πολέμιον τυρῷ, ὑπὸ τοιουτέου ἐγείρεταί τε καὶ κινέεται. οἷσιν ὁ τοιοῦτος χυμὸς τυγχάνει πλέον ἐνεὼν, καὶ μᾶλλον ἐνδυναστεύων ἐν τῷ σώματι, τουτέους μᾶλλον καὶ κακοπαθέειν εἰκός. εἰ δὲ πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἦν κακὸν, πάντας ἂν ἐλυμαίνετο. ταῦτα δὲ εἴ τις εἰδείη, οὐκ ἂν πάσχοι. τὰ δὴ ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι, τῇσιν ἐκ τῶν νούσων, ἔτι δὲ καὶ ἐν τῇσι νούσοισι τῇσι μακρῇσι, γίνονται πολλαὶ συμπαραλλάξιες. αἱ μὲν ἀπὸ ταὐτομάτου· αἱ δὲ, καὶ ἀπὸ τῶν προσενεχθέντων τῶν τυχόντων. οἶδα δὲ τοὺς ἰητροὺς τοὺς πολλοὺς, ὡς τοὺς ἰδιώτας, ἢν τύχωσι περὶ τὴν ἡμέρην ταύτην τι κεκαινουργηκότες, ὡς λουσάμενοι, ἢ περιπατήσαντες, ἢ φαγόντες τι ἑτεροῖον, ταῦτα δὲ πάντα βελτίω προσενηνεγμένα ἢ μὴ, οὐδενὸς ἧσσον τὴν αἰτίην, τουτέων τινὶ ἀνατιθέντας· τὸ μὲν αἴτιον ἀγνοεῦντας· τὸ δὲ συμφορώτατον, ἢν οὕτω τύχωσιν, ἀφανίσαντας. δεῖ δὲ οὔ· ἀλλ' εἰδέναι τί λουτρὸν ἀκαίρως προσγενόμενον ἐργάσεται, καὶ τί κόπος. οὐδέποτε γὰρ ἡ αὐτὴ κακοπαθείη τουτέων οὐδ' ἑτέρου, οὐδέ γε ἀπὸ πληρώσιος, οὐδέ γε ἀπὸ βρώματος, τοίου ἢ τοίου. ὅστις οὖν ταῦτα μὴ εἴσεται, ὡς ἕκαστα ἔχει πρὸς τὸν ἄνθρωπον, οὔτε γινώσκειν τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτέων δυνήσεται, οὔτε χρέεσθαι ὀρθῶς.

CAPVT XII.

De multis ac varijs figuris partium.

Oportere autem mihi videtur & eas nosse, quæcunque homini affectiones à facultatibus veniunt, & quæcunque à figuris. Id quoddam certè dico. Facultatem quidem esse, & summas nosse humorum qualitates, & vires, figuras verò appello quæcunque insunt in homine. Quædam enim cauæ, & ex lato in angustum sunt coactæ, aliæ etiam expassæ, aliæ solidæ & rotundæ, aliæ verò latæ & suspensæ, aliæ distentæ, aliæ longæ, aliæ densæ, aliæ raræ & vegetę, aliæ spongiosæ & laxæ. Primùm quidem attrahere ad se & allicere humorem ex reliquo corpore, vtrum cauæ & expassæ, aut solidæ, & rotundæ, aut cauæ & in angustum ex lato coactæ maximè possunt. Eas equidem existimo, quæ ex cauitate & latitudine

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ πολλῶν τε καὶ παντοίων σχημάτων τῶν μερῶν.

Δεῖν δέ μοι δοκέει καὶ ταῦτ' εἰδέναι, ὅσα τῷ ἀνθρώπῳ παθήματα ἀπὸ δυναμίων ἔρχεται, καὶ ὅσα ἀπὸ σχημάτων. λέγω δή τι τοῦτο. δύναμιν μὲν εἶναι, τῶν χυμῶν εἰδέναι τὰς ἀκρότητάς τε καὶ ἰσχὺν, σχήματα δὲ λέγω, ὅσα ἔνεστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. τὰ μὲν γὰρ, κοῖλά τε καὶ ἐξ εὐρέος εἰς στενὸν ἐστὶ συνηγμένα· τὰ δὲ καὶ ἐκπεπταμένα, τὰ δὲ στερεά τε καὶ στρογγύλα, τὰ δὲ πλατέα καὶ ἐπικρεμάμενα, τὰ δὲ διατεταμένα, τὰ δὲ μακρὰ, τὰ δὲ πυκνὰ, τὰ δὲ μανά τε καὶ τεθηλότα· τὰ δὲ σπογγώδεα, καὶ ἀραιά. τοῦτο μὲν ἑλκύσαι ἐφ' ἑωυτὸ, καὶ ἐπισπάσασθαι ὑγρότητα ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος, πότερον τὰ κοῖλά τε καὶ ἐκπεπταμένα, ἢ τὰ στερεά τε καὶ στρογγύλα, ἢ τὰ κοῖλά τε καὶ ἐς στενὸν ἐξ εὐρέος συνηγμένα, δύναιτ' ἂν μάλι-

ςα. οἶμαι μέν τοι τὰ τοιαῦτα, εἰς στενὸν συνηγμένα ἐκ κοίλου τε καὶ εὐρέος. καταμανθάνειν δὲ δεῖ αὐτὰ ἔξωθεν ἐκ τῶν φανερῶν. τοῦτο μὲν γὰρ, τῷ στόματι κεχηνὼς, ὑγρὸν οὐδὲν ἀνασπάσαις. προμυλλήνας δὲ, καὶ συστείλας, πιέσας τε τὰ χείλεα, ἔτι τε αὐλὸν προσθέμενος, ῥηϊδίως ἀνασπάσαις ἂν, ὅτι θέλεις. τοῦτο δὲ, αἱ σικύαι προσβαλλόμεναι ἐξ εὐρέος εἰς στενώτερον ἐστενωμέναι, πρὸς τοῦτο τετεχνέαται, πρὸς τὸ ἕλκειν ἀπὸ τῆς σαρκὸς καὶ ἐπισπᾶσθαι, ἄλλα τε πολλὰ τοιουτότροπα. τῶν δ' ἔσω τοῦ ἀνθρώπου, φύσις καὶ σχῆμα τοιοῦτον· κύστις τε, καὶ κεφαλὴ, καὶ ὑστέρα γυναιξί. καὶ φανερῶς ταῦτα μάλιστα ἕλκει. καὶ πλήρεά ἐστιν ἐπακτοῦ ὑγρότητος αἰεί. τὰ δὲ κοῖλα, καὶ ἐκπεπταμένα, ἐπιῤῥυέντα μὲν ἂν ὑγρότητα μάλιστα δέξαιτο πάντων. ἐπισπάσαιτο δ' ἂν, οὐχ ὁμοίως. τὰ δέ γε στερεὰ καὶ στρογγύλα, οὔτ' ἂν ἐπισπάσαιτο, οὔτ' ἂν ἐπιῤῥυὲν ἐκδέξαιτο. περιολισθάνοι τε γὰρ ἂν, καὶ οὐκ ἔχοι ἕδρην, ἐφ' ἧς μένοι. τὰ δὲ σπογγοειδέα τε ἀραιὰ, οἷον σπλὴν, πλεύμων, καὶ μαζοὶ, προσκαθεζόμενα μάλιστα ἀναπίοι, καὶ σκληρυνθείη καὶ αὐξηθείη ὑγρότητος προσγενομένης ταῦτα μάλιστα. οὐ γὰρ ἂν ὥσπερ ἐν κοιλίῃ ἐνῇ τὸ ὑγρὸν, ἔξω τε περιέχῃ αὐτὴν ἡ κοιλίη τὸ ὑγρὸν, καὶ ἐξαλίζοιτ' ἂν καθ' ἑκάστην ἡμέρην. ἀλλ' ὅταν πίῃ καὶ δέξηται αὐτὸς ἐς ἑωυτὸν τὸ ὑγρὸν τὰ κενὰ καὶ ἀραιὰ, καὶ τὰ σμικρὰ πάντα. καὶ ἀντὶ ἀραιοῦ τε καὶ μαλθακοῦ, σκληρός τε καὶ πυκνὸς ἐγένετο. καὶ οὔτ' ἐκπέσσει, οὔτ' ἀφίησι. ταῦτα δὲ πάσχει διὰ τὴν φύσιν τοῦ σχήματος. ὅσα δὲ φῦσάν τε καὶ ἀλλήματα ἐνεργάζονται ἐν τῷ σώματι, προσήκει ἐν μὲν τοῖσι κοίλοισί τε καὶ εὐρυχωρέσιν οἷον κοιλίῃ τε καὶ θώρηκι, ψόφον τε καὶ πάταγον ἐμποιέειν. ὅτι γὰρ ἂν μὴ ἀποπληρώσῃ οὕτως ὥστε στῆναι, ἀλλ' ἔχῃ μεταβολάς τε καὶ κινήσιας, ἀνάγκη ὑπ' αὐτέων, καὶ ψόφον καὶ καταφανέας κινήσιας γίνεσθαι. ὅσα δὲ σαρκώδεά τε καὶ μαλθακὰ, ἐν τοῖσι τοιουτέοισι νάρκαι τε καὶ πληρώματα, οἷα ἐν τοῖσιν ἀποσφαγεῖσι γίνεται. ὅταν δ' ἐγκύρσῃ πλατεῖ τε καὶ ἀντικειμένῳ, καί τι πρὸς αὐτὸ ἀντιπέσῃ, καὶ φύσει τοῦτο τύχῃ μήτε ἰσχυρὸν ἐὸν, ὥστε δύνασθαι ἀνέχεσθαι τὴν βίην, καὶ μηδὲν κακὸν παθεῖν. μήτε μαλθακόν τε καὶ ἀραιὸν, ὥστ' ἐκδέξασθαί τε καὶ ὑπεῖξαι, ἁπαλόν τε καὶ τεθηλὸς, καὶ ἔναιμον καὶ πυκνόν· οἷον ἧπαρ, διὰ μὲν τὴν πυκνότητα καὶ πλατύτητα, ἀντέστηκέ τε, καὶ οὐχ ὑπείκει. φῦσα δὲ ὑποδεχομένη, αὔξεταί τε καὶ ἰσχυροτέρη γίνεται· καὶ ὁρμᾷ μάλιστα πρὸς τὸ ἀντιπαῖον. διὰ δὲ τὴν ἁπαλότητα καὶ τὴν ἐναιμότητα, οὐ δύναται ἄνευ πόνων εἶναι. καὶ διὰ ταύτας τὰς προφάσιας, ὀδύναι τε ὀξύταται καὶ πυκνόταται πρὸς τοῦτο χωρίον γίνονται, ἐκπυήματά τε καὶ φύματα πλεῖστα. γίνεται δὲ καὶ ὑπὸ φρένας ἰσχυρῶς. ἧσσον δὲ πολλόν. διάτασις μὲν γὰρ φρενῶν πλατείη καὶ ἀντικειμένη. φύσις δὲ νευρωδεστέρη τε καὶ ἰσχυροτέρη· διὸ ἧσσον ἐπώδυνά ἐστι. γίνονται δὲ περὶ ταῦτα, καὶ πόνοι καὶ φύματα. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα καὶ ἔσω καὶ ἔξω τοῦ σώματος εἴδεα σχημάτων, ἃ μεγάλα ἀλλήλων διαφέρει πρὸς τὰ παθήματα, καὶ νοσέοντι καὶ ὑγιαίνοντι. οἷον κεφαλαὶ σμικραὶ, ἢ μεγάλαι· τράχηλοι λεπτοὶ, ἢ παχέες· μακροὶ, ἢ βραχέες· κοιλίαι μακραὶ, ἢ στρογγύλαι· θώρηκος καὶ πλευρέων πλατύτητες, ἢ στενότητες· καὶ ἄλλα μυρία, ἃ δεῖ πάντα εἰδέναι ᾗ διαφέρει, ὅπως τὰ αἴτια ἑκάστων εἰδὼς, ὀρθῶς τηρέῃς.

in angustum coactæ sunt. Ista verò ab externis ex rebus manifestis condiscere oportet. Partim quidem, quod ore hians, nihil humidi attraxeris; labris verò protensis, & contractis, & pressis, si præterea fistulam admoueris, facilè quicquid velis attraxeris. Partim verò quæ admouentur cucurbitulæ ex amplitudine in angustius arctatæ eum in vsum arte sunt factæ, vt ex carne trahant & alliciant, aliáque huiusmodi permulta. Eorum autem quæ intra hominem sunt, natura & figura talis est. Vesica & caput, & vterus mulieribus, & manifestè hæc maximè trahunt, sempérque attractæ humiditatis plena sunt. Quæ verò caua sunt & expassa, ea affluentem quidem humorem omnium maximè exceperint; verùm non perinde attraxerint. At solida & rotunda neque attraxerint, neque affluentem *humorem* exceperint. Nam circum elaberetur, nec sedem in qua permaneat haberet. Spongiosa verò & rara, velut lien, pulmo, & mammæ quæ obsident maximè ebiberint, ac induruerint, & creuerint humore accedente, eáque maximè. Neque enim si in ventriculo humor insit, extrinsecus continet hic ventriculus humorem, & per vasa depletur singulis diebus. Sed quum ebiberit & exceperit ipse in sese humidum, vacua & rara, ac parua omnia explentur, ac pro raro & molli, durus & densus euadit, & neque excoquit, neque emittit. hæc autem patitur propter naturæ figuram. Quæcunque verò flatus, corúmque conuolutiones in corpore efficiunt, ea in concauis ac laxis spatiis, vt ventre & thorace, strepitum & sonum excitare æquum est. Quod enim non sic impleuerint, vt consistant, sed mutationes & motiones habeant, ab ipsis strepitum, & euidentes motiones fieri necesse est. Quæ verò & carnosa, & mollia, in iis torpores, & plenitudines, repletiones, quales in iugulatis fiunt. Quum verò in latum, ac renitens inciderit, eíque aliquid obstiterit, idque natura neq. ita robustum sit, vt vim sustinere valeat, nihilque mali pati, neque *ita* molle & rarum, vt & excipiat & cedat, sed tenerum, & floridum, & sanguineum ac densum, velut hepar: ob densitatem quidem & latitudinem resistit, neque cedit, flatus verò subiens augescit, & robustior efficitur, & impetum facit in id maximè quod obluctatur: verùm quia tenerum, & sanguine præditum est, absque doloribus esse non potest. Eásque ob causas acutissimi & creberrimi dolores eo in loco excitantur, suppurationes etiam & tubercula quàmplurima. Fiunt etiam vehementes sub diaphragmate sed multò minùs. Nã distentio quidem diaphragmatis lata ac renitens est; natura verò neruosior, ac robustior, proinde minùs doloribus obnoxia est. In iis tamen & dolores & tubercula oboriuntur. Multæ præterea tum intra tum extra corpus existunt figurarum species, quæ magnopere inter se differunt, secundum affectiones *quas* tum ægrotanti, tum sano excitant, velut capita parua aut magna, ceruice graciles aut crassæ, longæ aut breues, ventres longi aut rotundi, thoracis & costarum latitudines aut angustiæ, & alia innumera, quæ omnia quâ differant nosse oportet, quò cognitas tibi singulorum causas rectè obserues.

A

CAPVT XIII.

De humorum facultatibus.

DE humorum autem facultatibus, quid eorum quisque in homine efficere possit perspectum habere oportet, quemadmodum etiam antea dictum est, cognationes vt inter se habeant. Quòd autem dico tale est. Si dulcis humor in aliam speciem mutetur, non ex commixtione, sed ipse à se discedens, qualisnam primus oriatur, amarus aut salsus, aut acerbus, aut acidus? Sanè acidus humor omnium maximè incommodus fuerit, reliquis aliquantum commodis existentibus, siquidem dulcis omnium commodissimus est. Ad hunc modum si quis possit inuestigando extrinsecus assequi, queat semper is ex omnibus quod melius est eligere. Optimum verò id est quod longissimè abest ab eo, quod incommodum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓʹ.

Περὶ δυναμίων τῶν χυμῶν.

ΠΕρὶ δὲ δυναμίων χυμῶν, αὐτέων τε ἕκαστος ὅ τι δύναται ποιέειν τὸν ἄνθρωπον ἐσκέφθαι, ὥσπερ καὶ πρότερον εἰρέαται, τὰς ξυγγενείας, ὡς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους. λέγω δὲ τὸ τοιοῦτον· εἰ γλυκὺς χυμὸς μεταβάλλοι ἐς ἄλλο εἶδος, B μὴ ἀπὸ ξυγκρήσιος, ἀλλ' αὐτὸς ἐξιστάμενος, ποῖός τις πρῶτος γένοιτο, πικρὸς, ἢ ἁλμυρὸς, ἢ στρυφνὸς, ἢ ὀξύς· ἆρα ὀξὺς χυμὸς ἀνεπιτήδειος προσφόρων ἂν τῶν λοιπῶν μάλιστα εἴη. εἴπερ ὁ γλυκύς γε πάντων ἐπιτηδειότατος. οὕτως εἴ τις δύναιτο ζητέων ἔξωθεν ἐπιτυγχάνειν, δύναιτ' ἂν πάντων ἐκλέγεσθαι αἰεὶ τὸ βέλτιον. βέλτιστον δέ ἐστι, τὸ προσωτάτω τοῦ ἀνεπιτηδείου ἀπέχον.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑΙ.

HIPPOCRATIS PRAECEPTIONES.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Τινὲς παραγγελίαι ἐνταῦθα περιέχονται, δι' ὧν καὶ πρὸς τὴν τῆς ἰητρικῆς κτῆσιν καὶ τριβὴν, τὸν ἰητρὸν διδάσκει.

ARGVMENTVM LIBRI.

Breues quædam præceptiones hîc continentur, quibus ad artem medendi tum adipiscendam, tum exercendam, medicum instruit.

CAPVT PRIMVM.

De tempore, occasione, curatione, exercitatione, ratiocinatione, experientia, recordatione, naturam moueri ac doceri; ac rationem solam in Curationibus non satis esse. C

TEMPVS est, in quo occasio; occasio autem, in qua tempus non multum. Curatio tempore, interdum autem occasione cõtingit. Qui igitur hæc norit, eum D oportet non ratiocinationi priùs incumbentem probabili, sed exercitationi cum ratione Medicinam facere. Ratiocinatio enim memoria quædam est componẽs ea quæ sensu percepta sunt; euidenti namque imaginatione concepta est, ac sensus quæ prior patitur & remittit ad intellectum ea quæ sibi subiecta sunt. Hic autem vbi sæpè accepit quibus, quando, & qualiter obseruans, & in seipsum deponens recordatur. Collaudo itaque & ratiocinationem si E ab experientia initium faciat, & ipsam delationem ex apparẽtibus methodo persequatur. Ex iis enim quæ manifestò perficiuntur, si ratiocinatio initium duxerit, in mentis potestate inesse deprehendetur, quum ipsa ab aliis singula accipiat. Proinde existimandum est naturam à multis & qui-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Αʹ.

Περὶ χρόνου τε, καὶ καιροῦ, καὶ θεραπείης, καὶ τριβῆς, καὶ λόγου, καὶ μνήμης, τὴν φύσιν κινέεσθαί τε, καὶ διδάσκεσθαι· καὶ τὸν μόνον λόγον οὐκ ἐν τῇσι θεραπείῃσιν ἱκανὸν εἶναι.

ΧΡΟΝΟΣ ἐστὶν, ἐν ᾧ καιρὸς· καὶ καιρὸς, ἐν ᾧ χρόνος οὐ πολύς. ἄκεσις χρόνῳ, ἔστι δὲ ἡνίκα καὶ καιρῷ. δεῖ γε μὴν ταῦτα εἰδότα, μὴ λογισμῷ πρότερον πιθανῷ προσέχοντα ἰητρεύειν, ἀλλὰ τριβῇ μετὰ λόγου. ὁ γὰρ λογισμὸς, μνήμη τίς ἐστι ξυνθετικὴ τῶν μετ' αἰσθήσεως ληφθέντων. ἐφαντασιώθη γὰρ ἐναργέως, ἥτε αἴσθησις προπαθὴς καὶ ἀναπομπὸς ἐοῦσα εἰς διάνοιαν τῶν ὑποκειμένων. ἡ δὲ παραδεξαμένη πολλάκις, οἷς, ὅτε καὶ ὁκοίως ταῦτα τηρήσασα, καὶ ἐς ἑωυτὴν καταθεμένη, ἐμνημόνευσε. ξυγκατῄνεω μὲν οὖν καὶ τὸν λογισμὸν, ἤνπερ ἐκ περιπτώσιος ποιῆται τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν καταφορὴν ἐκ τῶν φαινομένων μεθοδεύῃ. ἐκ γὰρ τῶν ἐναργέως ἐπιτελεομένων, ἢν τὴν ἀρχὴν ποιήσηται ὁ λογισμὸς, ἐν διανοίης δυνάμει ὑπάρχων εὑρίσκεται, παραδεχομένης αὐτῆς ἕκαστα παρ' ἄλλων. ὑποληπτέον οὖν τὴν φύσιν ὑπὸ τῶν πολλῶν, καὶ

παντοίων πρηγμάτων κινηθῆναί τε καὶ διδαχθῆναι, βίης ὑπεούσης. ἡ δὲ διάνοια παρ' αὐτῆς λαβοῦσα ὡς προεῖπον, ὕστερον εἰς ἀλήθειαν ἤγαγεν. εἰ δὲ μὴ ἐξ ἐναργέος ἐφόδου, ἐκ δὲ πιθανῆς ἀναπλάσιος λόγου, πολλάκις βαρείην καὶ ἀνιαρὴν ἐπήνεγκε διάθεσιν. οὗτοι δὲ ἀνοδίην χωρέουσι. τί γὰρ ἂν ἦν κακὸν, ἢν τὰ ἐπίχειρα ἐκομίζοντο, οἱ τὰ τῆς ἰητρικῆς ἔργα κακῶς δημιουργέοντες; νῦν δὲ τοῖσιν ἀναιτίοισιν ἐοῦσι τῶν καμνόντων ὁκόσοισιν, οὐχ ἱκανὴ ἐφαίνετο ἐοῦσα τῆς νούσου βίη, εἰ μὴ ξυνέλθοι τῇ τοῦ ἰητροῦ ἀπειρίῃ. περὶ μὲν οὖν τουτέων, ἅλις ἔστω διειλεγμένα. τῇ δ' ὡς λόγου μόνου ξυμπεραινομένων, μὴ εἴη ἐπαυρέσθαι, τῇ δὲ ὡς ἔργου ἐνδείξιος. σφαλερὴ γὰρ καὶ εὐέλεγκτος ἡ μετ' ἀδολεσχίης ἰσχύρωσις. διὸ καὶ καθόλου δεῖ ἔχεσθαι τῶν γινομένων, καὶ περὶ ταῦτα μὴ ἐλαχίστως γίνεσθαι, ἢν μέλλῃ ἕξειν ῥηιδίην καὶ ἀναμάρτητον ἕξιν, ἣν δὴ ἰητρικὴν προσαγορεύομεν. κάρτα γὰρ μεγάλην ὠφελείην περιποιήσει τοῖσί γε νοσέουσι, καὶ τοῖσι τουτέων δημιουργοῖσιν. μὴ ὀκνέειν δὲ παρὰ ἰδιωτέων ἱστορέειν, ἤν τι δοκέῃ ξυμφέρειν εἰς καιρὸν θεραπείης, οὕτω γὰρ δοκέω τὴν ξύμπασαν τέχνην ἀναδειχθῆναι, διὰ τὸ ἐξ ἑκάστου τοῦ τέλεος τηρηθῆναι, καὶ εἰς ταὐτὰ ξυναλισθῆναι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Δόγματα περὶ τῆς περιπτώσεώς τε, καὶ τοῦ μισθοῦ, καὶ τῆς τοῦ νοσέοντος θεραπείης.

ΠΡοσέχειν οὖν δεῖ περιπτώσει τε τῇ ὡς ἐπιτοπολὺ, καὶ μετ' ὠφελείης καὶ ἠρεμαιότητος μᾶλλον, ἢ ἐπαγγελίης καὶ ἀπολογίης τῆς μετὰ πρήξιος. χρήσιμος δὲ καὶ ποικίλος τῶν προσφερομένων τῷ νοσέοντι, ὁ προορισμὸς· καὶ ὅτι μόνον τὸ προσενεχθὲν ὠφελήσει. οὐ γὰρ ἰσχυρισμοῦ δεῖ. πάντα γὰρ τὰ πάθη διὰ πολλὰς περιστάσιας, καὶ μεταβολὰς μονῇ τινι προσοκέλλει. ἐπιφανέστατον δ' ἂν καὶ τοῦτο ἐπιδεηθείη τῆς θεωρίης. εἰ γὰρ ἄρξαιο περὶ μισθαρίων, ξυμβάλλεται γάρ τι καὶ τῷ ξύμπαντι, τῷ μὲν ἀλγέοντι τοιαύτην διανόησιν ἐμποιήσεις, τὴν ὅτι ἐκ ἀπολιπὼν αὐτὸν πορεύσῃ, μὴ ξυνθέμενος· καὶ ὅτι ἀμελήσεις, καὶ οὐχ ὑποθήσεις τινὰ τῷ παρεόντι. ἐπιμελεῖσθαι δεῖ οὖν περὶ στάσιος μισθοῦ. ἀχρήϊον γὰρ ἡγεύμεθα ἐνθύμησιν ὀχλεομένου τὴν τοιαύτην, πολὺ δὲ μᾶλλον, ἐν ὀξεῖ νοσήματι. νούσου γὰρ ταχύτης καιρὸν μὴ διδοῦσα ἐς ἀναστροφὴν, οὐκ ἐποτρύνει τὸν καλῶς ἰητρεύοντα ζητεῖν τὸ λυσιτελὲς, ἔχεσθαι δὲ δόξης μᾶλλον. κρέσσον οὖν σωζομένοισιν ὀνειδίζειν, ἢ ὀλεθρίως ἔχοντας προμύσσειν. καί τοι ἔνιοι νοσέοντες ἀξιοῦσι τὸ ξενοπρεπὲς καὶ τὸ ἄδηλον προκρίνοντες, ἄξιοι μὲν ἀμελείης. οὐ μὲν τοί γε κολάσιος, προκρίνοντες. διὸ τουτέοισιν ἀντιτάξῃ εἰκότως, μεταβολῆς ἐπὶ σάλου πορευομένοισι. τίς γὰρ ὦ πρὸς Διὸς, ἀδελφισμένος ἰητρὸς ἰητρεύει πίστει ἢ ἀτεραμνίῃ; ὥστ' ἐν ἀρχῇ ἀνακρίνοντας τὸ πάθος, μὴ ἀποθέσθαι τινὰ ξυμφέροντα ἐς θεραπείην, ἀποθεραπεῦσαί τε τὸν νοσέοντα, καὶ μὴ περιιδεῖν; τῆς δ' ἐπικαρπίης, μὴ ἄνευ τῆς ἐπισκευαζούσης πρὸς μάθησιν ἐπιθυμίης, παρακελεύομαι δὲ μὴ λίην ἀπανθρωπίην εἰσάγειν, ἀλλ' ἀποβλέπειν ἔς τε περιουσίην καὶ οὐσίην. ὁτὲ δὲ προῖκα, ἀναφέρων μνήμην εὐχαριστίης προτέρην, ἢ παρεοῦσαν εὐδοκιμίην. ἢν δὲ καιρὸς εἴη χορηγίης ξένῳ τε ἐόντι καὶ ἀπορέοντι, μάλιστα ἐπαρκέειν

buſcunque rebus vi quadam cogente moueri ac doceri. Mens autem vbi ab ea acceperit, vt antè dixi, poſtea ad veritatem perducit. Quòd ſi non ex euidenti incurſu, verùm ex probabili rationis figmento præcedat, plerúmq; grauem & moleſtam infert affectionē. Iſti verò inuium tenent. Quidnā enim mali contingeret, ſi manuarium pretium *iis* auferrent qui Medicinæ opera malè adminiſtrant? At nunc citra cauſam præcedentem ægrotantibus quibuſcunque non ſatis eſſe vis morbi viſa eſt, niſi etiam Medici imperitia accederet. Itaque de his hæc ſatis dicta ſunto. At iis quæ ſola ratione concluduntur, frui non liceat, verùm iis quæ operis demonſtratione: fallax enim & ad errorem procliuis quæ cum garrulitate eſt affirmatio. Quare etiam in vniuerſum iis quæ fiunt adhærere oportet, & circa ea vel maximè verſari, ſiquis facilem & innoxium habitum (quem ſanè Medicinam vocamus) poſſeſſurus eſt; valde namque vtilitatem tum ægrotis, tum eorum artificibus comparabit. Neque verò pigeat ex idiotis ſciſcitari ſiquid ad curationis opportunitatem conferre videatur, ſic enim cenſeo artem vniuerſam commonſtratam fuiſſe, quòd ex vniuſcuiuſque fine obſeruata ſit, & ad idem congregata.

CAPVT II.

Præcepta de occaſione fortuita, mercede paciſcenda; & ægri curatione ſuſcipienda.

ATtendere igitur oportet fortuitæ occaſioni quæ vt plurimùm ſe offert, quæque cum vtilitate ac manſuetudine potius fit, quàm cum pollicitatione & defenſione ea quæ cum actione eſt. Vtilis verò eſt ac varia eorum quæ ægroto offeruntur præfinitio, quódque ſolum exhibitum aliquid iuuabit; non enim aſſeueratione opus eſt. Omnes enim affectiones ob varias caſuum circumſtantias & mutationes moræ cuidam incumbunt. Atque id præceptum ſpeculatione opus habuerit. Si namque à mercede inceperis, (id enim & toti negotio aliquid confert) ægroto quidem iſtam cogitationē inducis, te eo relicto non diſceſſurum quòd non compoſueris, & te neglecturum, neque præſenti tibi quenquam *pignore* ſuppoſiturum. De mercede igitur inſtituenda curare oportet. Noxiam enim & inutilem eſſe putamus hanc ægri cogitationem, tum aliàs, tum præſertim in morbo acuto. Morbi enim celeritas nullam ad reditum occaſionem præbens, honeſtè medentem minimè impellit lucrum quærere, ſed exiſtimationē ſequi magis. Satius igitur eſt à morbo ſeruatis exprobrare, quàm pernicioſè habentes emungere. Quanquam ægroti nonnulli peregrinum pactū volunt, & ſpecioſum liquidum præferunt, digni quidem neglectu, non tamen pœnâ qui præferunt. Quare his meritò occurre in ſalo inconſtantiæ fluctuātibus. Quis enim, per Iouem, fraterno amore flagrans Medicus fide magis quàm duritate non medetur? adeò vt & per initia toto affectu cognito, quædam ad curationē conferentia præcipiat, ægrúmque curet, nec ſpretum deſerat? At verò emolumenti, non ſine ea quæ ad diſciplinam apparat cupiditate, adhortor ne nimiam inhumanitatem introducas, ſed ad ſalutē & facultates reſpicias. Interdum verò gratis cures, antiquiorem ducēs memoriam gratitudinis, quàm præſentem exiſtimationē. Quòd ſi occaſio ſit largitionis & peregrino & egeno, maximè his largia-

ris; si namque hominum adsit amor, adest & amor artis. Quidam enim ægrotantes quum senserint eum quo obsidentur morbum haud in tuto versari, proba etiam Medici mansuetudine se ad sanitatem redituros sibi persuadent. Præclarum est ægris quidem præesse sanitatis restituendæ gratia, sanis autem prospicere ne in morbos procidant; sanis quoque curam impendere ad decorem.

τοῖσι τοιουτέοισιν. ἢν γὰρ παρῇ φιλανθρωπίη, πάρεστι καὶ φιλοτεχνίη. ἔνιοι γὰρ νοσέοντες, ᾐσθημένοι τὸ περὶ ἑωυτοὺς πάθος μὴ ἐὸν ἐν ἀσφαλείῃ, καὶ τῇ τοῦ ἰητροῦ ἐπιεικείῃ εὐδοκιμέουσι, μεταλλάσσοντες ἐς ὑγιείην. εὖ δ' ἔχει νοσεόντων μὲν ἐπιστατέειν, ἕνεκεν ὑγιείης· ὑγιαινόντων δὲ φροντίζειν, ἕνεκεν ἀνοσίης, φροντίζειν καὶ ὑγιαινόντων, ἕνεκεν εὐσχημοσύνης.

CAPVT III.

Qui Medici præceptionibus Hippocratis percipiendis apti, qui inepti; duplex ægrorum error, Medicorum consilia probanda, contentiones vitandæ.

QVi igitur in profundo inertiæ sunt, prædicta minimè perceperint. Hi etenim quum Medici non sint, *artis* probra, & à pede in altum euecti; fortunæ tamen egentes à diuitibus quibusdam & ægrotis incrementum accipiunt. Vtrique factis gloriantes, ac in deterius delabentes delicias faciunt, artis innoxia negligentes, in quibus bonus Medicus excellit, & artis socius appellatur. Hic autem curationes sine errore facilè perficiens, nihil horum transilierit ne *etiam* in omni facultatum inopia, non enim infidus est, vt in iniustitia. Ad curationem enim hi non accedunt vbi affectum conclamatum animaduertunt, aliorum Medicorum introductionem vitant, & ægrotos in praui auxilij odio approbant. At ægroti anxij in vtraque improbitate natant qui sese maiori in arte curationi ad finem vsque non commiserint. Morbi enim cuiusdam remissio magnum præbet ægro solatium. Quare qui sanum statum expetunt, eundem nolunt *remediorum* vsum admittere, Medici varietatem imitantes. Multo namque sumptu recusant ægri, prauam consuetudinem venerantes & gratiam non referentes, Medicum conuenire; quibus licet facultates amplissimæ suppetant, de mercede tamen molestè laborant, ac verè quidem sani esse desiderant fœnoris conficiendi vel agriculturæ gratia, de se verò capere negligunt. Adnotationis huiusmodi satis esto. Ægro namque remissio & intensio medicam temporis partitionem possident. Neque sanè indecorum *fuerit*, ne etiam siquis Medicus præsenti angustia circumuentus in ægro aliquo, & imperitiæ tenebris offusus, alios quoque accersiri iubeat, vt ex communi consilio scrutentur quæ apud ægrotum aguntur, vt ad auxiliorum ferendorum facultatem mutuas conferant operas, nam in praui affectus assiduitate, augescente morbo, ob consilij inopiam plurima ab assidenti *Medico* prætermittuntur. In tali ergo occasione animus erigendus est. Nunquam enim ego tale quid definio quod ars ipsa decreuit. De eo nunquam contendendum est aduersus eos qui sibi ludibrium parant. Nam quod iureiurando affirmauero, nunquam Medici ratiocinatio alteri inuiderit, imbecillus namque apparuerit; imò magis qui affines sunt circumforaneo quæstui, hæc facilè moliuntur, quanquam neque falsò intelligi potuit, omni namque copiæ inest inopia.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Οἵτινες ἰατροὶ τοῦ τῶν Ἱπποκράτους παραγγελιῶν αἰσθάνεσθαι ἱκανοί, οἱ δὲ ἀνεπιτήδειοι· διττὸν τὸ τῶν νοσεόντων σφάλμα, τοὺς τῶν ἰητρῶν ξυλλόγους δοκιμαστέους, καὶ μηδέποτε φιλονικητέον.

ΟΙ μὲν οὖν ἐόντες ἐν βυθῷ ἀτεχνίης, τῶν προλελεγμένων οὐκ ἂν αἰσθάνοιντο. καὶ γὰρ οὗτοι ἀνίητροι ἐόντες, ἔλεγχοι ἐκ ποδὸς ὑψούμενοι, τύχης δὲ μὴν δεόμενοι, ὑπό τινων εὐπόρων, καὶ ξενῶν ἔνδοσιν ἀναλαμβάνονται. ἑκάτεροι ἐπὶ τεύχεσιν εὐδοκιμέοντες, καὶ διαπίπτοντες ἐπὶ τὸ χεῖρον, καταχλιδῶσι καταμεμεληκότες τὰ τῆς τέχνης ἀνυπεύθυνα, ἐφ' οἷς ἂν ἰητρὸς ἀγαθὸς ἀκμάζοι ὁμότεχνος καλεόμενος. ὁ δὲ τὰς ἀκέσιας ἀναμαρτήτους ῥηϊδίως ἐπιτελέων, οὐδὲν τουτέων παραβαίη, οὐ πολυτὶ ἀπορίῃ τοῦ δύνασθαι. οὐ γὰρ ἄπιστόν ἐστιν, ὡς ἐν ἀδικίᾳ. πρὸς γὰρ θεραπείην οὐ γίνονται, σκοπέοντες διάθεσιν φθονώδεα φυλασσόμενοι, ἑτέρων ἰητρῶν ἐπεισαγωγήν· αἰνοῦντες ἐν μισοπονηρίῃ βοηθήσιος. οἵ τε νοσέοντες ἀνιώμενοι, νήχονται ἐπὶ ἑκατέρῃ μοχθηρίῃ μὴ ἐγκεχειρικότες ἑωυτοὺς ἕως τέλεος τῇ ἐν τῇ τέχνῃ πλείονι θεραπείῃ. ἄκεσις γὰρ νούσου τινὸς κάμνοντι παρέχει μεγάλην ἀλεωρήν. διὸ δεόμενοι τὴν ὑγιεινὴν διάθεσιν, οὐκ ἐθέλουσι τὴν αὐτὴν χρῆσιν αἰεὶ προσδέχεσθαι, ὁμοιοῦντες ἰητροῦ ποικιλίῃ. πολυτελείης γὰρ ἀποῤῥέουσιν οἱ νοσέοντες, κακοτροπίῃ προσοικειωσάντες, καὶ ἀχαριστέοντες ξυντυχεῖν· δυνατοὶ δ' ἐόντες εὐπορέειν, διαντλίζονται περὶ μισθαρνίων ἀτρεκέως ἐθέλοντες ὑγιέες εἶναι εἵνεκεν ἐργασίης τόκων, ἢ γεωργίης, ἀφροντιστέοντες περὶ αὐτέων λαμβάνειν. παρασημασίης τοιαύτης ἅλις ἔστω. ἄνεσις γὰρ καὶ ἐπίτασις νοσέοντος, ἐπινέμησιν ἰητρικὴν κέκτηνται. οὐκ ἄσχημον δὲ, οὐδ' ἤν τις ἰητρὸς στενοχωρέων τῷ παρεόντι ἐπί τινι νοσέοντι, καὶ ἐπισκοτεόμενος τῇ ἀπειρίῃ, κελεύῃ καὶ ἑτέρους εἰσάγειν εἵνεκα τοῦ ἐκ κοινολογίης ἱστορῆσαι τὰ περὶ τὸν νοσέοντα, καὶ συνεργοὺς γενέσθαι ἐς εὐπορίην βοηθήσιος. ἐν γὰρ κακοπαθείης παρεδρίῃ ἐπιτείνοντος τοῦ πάθεος, δι' ἀπορίην τὰ πλεῖστα ἐκκλίνουσι τῷ παρεόντι. θαῤῥητέον οὖν ἐν καιρῷ τοιουτέῳ. οὐδέποτε γὰρ ἐγὼ τὸ τοιοῦτο ὁριεῦμαι, ὅτι ἡ τέχνη κέκριται. περὶ τουτέου μηδέποτε φιλονικέειν, προσκυρέοντας ἑωυτοῖσι κατασιλλαίνειν. ὃ γὰρ ἂν μεθ' ὅρκου ἐρέω. οὐδέποτε ἰητροῦ λογισμὸς φθονήσειεν ἂν ἑτέρῳ· ἀκιδνὸς γὰρ ἂν φανείη. ἀλλὰ μᾶλλον οἱ ἀγχιστεύοντες ἀγοραίης ἐργασίης, πρήσσουσι ταῦτα εὐμαρέως. καίτοι γε οὐδὲ ψευδέως κατανενόηται, πάσῃ γὰρ εὐπορίῃ, ἀπορίη ἔνεστι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅτι ὁ ἰητρὸς δεῖ κελεύειν τοῖσι νοσέουσι μηδὲν ὀχλέεσθαι κατὰ διάνοιαν, φυλάττειν τὴν εὐεξίην, ἐπικρατίδας τε καὶ ὀδμὰς, καὶ τὴν ποιητικὴν ἀκρόασιν φεύγειν.

Μετὰ τουτέων δὲ πάντων, μέγα ἂν τεκμήριον φανείη σὺν τῇ οὐσίῃ τῆς τέχνης, εἴ τις καλῶς ἰητρεύων, προσαγορεύσιος τοιαύτης μὴ ἀποσταίη, κελεύων τοῖσιν νοσέουσι, μηδὲν ὀχλέεσθαι κατὰ διάνοιαν, ἐν τῷ σπεύδειν ἀφικέσθαι εἰς καιρὸν σωτηρίης. ἡγεύμεθα γὰρ ἀχρηστίην, καὶ προστασσόμενός γε οὐ διαμαρτήσει. αὐτοὶ μὲν γὰρ οἱ νοσέοντες διὰ τὴν ἀλγεινὴν διάθεσιν ἀπαυδέοντες, ἑωυτούς τε μεταλλάσσουσι τῆς ζωῆς. ὁ δὲ ἐγκεχειρισμένος τὸν νοσέοντα, ἐὰν ἀποδείξῃ τὰ τῆς τέχνης ἐξευρέματα, σώζων οὐκ ἀλλοιῶν φύσιν, ἀποίσει τὴν παρεοῦσαν ἐπικαρπίην, ἢ τὴν παραυτίκα ἀπιστίην. ἡ γὰρ τοῦ ἀνθρώπου εὐεξίη, φύσις τίς ἐστι φύσει προπεποιημένη κίνησιν οὐκ ἀλλοτρίην, ἀλλὰ λίην τε εὐαρμοστεῦσα πνεύματί τε καὶ θερμασίῃ, καὶ χυμῶν κατεργασίῃ πάντη τε, καὶ πάσῃ διαίτῃ, καὶ τοῖσι ξύμπασι δεδημιουργημένη. ἢν μή τι ἐκ γενετῆς, ἢ ἀπ' ἀρχῆς, ἔλλειμμα ᾖ. ἢν δὲ ἂν γένηταί τι ἐξιτήλου ἐόντος, πειρᾶσθαι ἐξομοιοῦν τῇ ὑποκειμένῃ. παρὰ γὰρ φύσιν τὸ μινύθημα, καὶ διὰ χρόνου. φευκτέη δὲ καὶ τρῖψις ἐπικρατίδων διὰ προσκύρησιν ἀκέσιος, ὀδμή τε περίεργος. διὰ γὰρ ἰκμαίην ἀξυνεσίην, διαβολὴν κέκτηται· διὰ δὲ τὴν ὀλίγην, εὐσχημοσύνην. ἐν γὰρ μέρει, πόνος ὀλίγος· ἐν πάσῃ, ἱκανός. εὐχαριστίην δὲ οὐ παραιρέω, ἀξίη γὰρ ἰητρικῆς προστασίης. προσθέσιος δὲ δι' ὀργάνων, καὶ σημαντικῶν ἐπιδείξιος, καὶ τῶν τοιουτοτρόπων μνήμην παρεῖναι. ἢν δὲ καὶ εἵνεκα ὁμίλου θέλῃς ἀκρόασιν ποιήσασθαι, οὐκ ἀγακλεῶς ἐπιθυμέεις. μὴ μέντοι γε μετὰ μαρτυρίης ποιητικῆς. ἀδυναμίην γὰρ ἐμφαίνει φιλοπονίης. ἀπαρνέομαι γὰρ εἰς χρῆσιν ἑτέρην, φιλοπονίην μετὰ πόνου ἱστορευμένην. διὸ ἐν ἑωυτῇ μούνῃ, αἵρεσιν ἐοῦσαν χαρίεσσαν. παραποιήσῃ γὰρ κηφῆνος μετὰ παραπομπῆς ἑτοιμοκοπίην.

CAPVT IV.

Quòd Medicus ægrum spe erigere, naturam seu bonum habitum seruare, sudaria, ac odores, comptam ac poëticam orationem vitare debeat.

At præter hæc omnia magnum apparuerit cum essentia artis iudicium, si quis aptè medendo ab eiusmodi compellatione non absistat, iubens ægrotos mente non turbari dum ad salutis tempus peruenire student; id enim inutile censemus, atque id iubens non peccauerit; ipsi enim ægri ob molestam affectionem desperantes, seipsos vita exuunt. Qui verò ægrum *sibi* commissum habet, si artis inuenta demonstrauerit, naturam seruans, non mutans; præsentem fructum reportabit, aut continuò diffidentiam: bonus enim hominis habitus natura quædam est, naturæ motum non alienum adepta, sed valde concinnatum spiritu & calore, tum humorum elaboratione, ac vniuersè omni victu; rebúsque omnibus comparata, nisi aliquis ab ortu aut ab initio defectus obtigerit; siquis autem fuerit, ísque exilis, conandum vt subiectæ naturæ assimiletur: nam præter naturam est defectus, etiam qui tempore oboritur. Fugiendus igitur & sudariorum vsus ob medendi authoritatem, odórque superuacaneus. Nam per cultum peregrinum immodicum, calumniam tibi comparabis; per modicum verò, venustatem. In parte namque dolor, modicus; in toto, multus. Gratiam tamen planè non amputo, digna namque est Medico imperio. At appositionis instrumentorum & indicationis eorum quæ significant, & rerum eiusmodi memoriam adesse oportet. Quòd si vulgi causa comptam orationem construere velis, haud valde gloriosè id desideres; non tamen cum testimonio poëtico *fiat*, nam industriæ inopiam diuulgat. Improbo namque ad vsum alium industriam cum labore quæsitam, quòd per se sola, vt eligatur, grata sit; promptam enim fuci cum deductione lassitudinem consequeris.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Τῷ ἰητρῷ τὴν εὐπρεπίην τε, καὶ συνεχῆ τριβὴν, καὶ ἱκανὴν δίαιταν παραγγέλλει.

Φευκτέη δὲ καὶ διάθεσις, ἐκτὸς ἐοῦσα ὀψιμαθίης. παρεόντων μὲν, οὐδὲν ἐπιτελέει· ἀπεόντων δὲ, μνήμη ἀνεκτή. γίγνεται τοίνυν παμμάχος ἀτυχίη, μετὰ λοιμώδεος νεαρῆς. ἀφροντιστεῦσα εὐπρεπίης, ὁρισμοῖς τε, καὶ ἐπαγγελίῃ, ὅρκοις τε παμμεγέθεσι θεῶν εἵνεκεν. ἰητροῦ προεστεῶτος νόσου, ἀναγνώσιος ξυνεχείης, κατηχήσιός τε ἰδιωτέων φιλαλυτέων λόγοις ἐκ μεταφορῆς διαζηλουμένων, καὶ πρὶν ἢ νούσῳ καταπορέων ξυνηθροισμένων. τῶν μὲν οὖν τοιουτέων ὅποι ἂν καὶ ἐπιστατήσαιμι, οὐκ ἂν ἐπὶ θεραπείης ξυλλόγου, αἰτήσαιμι δὲ ἂν θαρσαλέως βοηθείην, ἱστορίης γὰρ εὐσχήμονος σύνεσις ἐν τουτέοισι διεσπαρμένη. τουτέων οὖν δι' ἀνάγκην ἀξυνέτων ἐόντων, παρακελεύομαι χρησίμην εἶναι τὴν τριβὴν μετ' ὑστέρησιν δογμάτων ἱστορίης. τίς γὰρ ἐπιθυμεῖ δογμάτων μὲν πολυχρεδίην, ἀτρεκέως ἐθέλειν ἱστορέειν, μήτε χειροτριβίης ἀτρεμεότητα. διὸ παραινέω τουτέοισι, λέγουσι μὲν προσέχειν, ποιέουσι δὲ, ἐγκύπτειν. ξυνεσταλμένης διαίτης, μὴ μακρὴν

CAPVT V.

Præcipit Medico decorum, continuam exercitationem, & præscriptionem diætæ idoneæ.

Optanda verò & dispositio quæ extra seram eruditionem sit; hæc quidē præsentibus nihil efficit, absentibus verò memoria ferenda. Fit itaq; omnia tentans infortunium cum iuuenili pernicie, quod decorem negligit, tum definitionibus & denunciatione, tum permagnis incrementis deorum causa factis, dum Medicus morbo præest lectionis assiduitate, instructione priuatorū qui in dubio versantur, qui verba metaphorica suspecta habēt, quíque priusquam morbū cognoscere queat, congregantur. Talibus igitur vbi præfuerint, non ad curationem cōcilium, verùm auxilium audacter implorarem, nam decoræ cognitionis scientia in talibus dispersa est. Quum igitur hi ex necessitate indocti existant, moneo *ipsis* vtilem esse exercitationē post cognitionis dogmatum penuriam. Quis enim subitaneam quidē præceptorū varietatē verè recēsere se velle desiderat citra exercitationis constantiam? Quare hos moneo dicentibus quidē mentem adhibeāt, faciētibus verò, incumbāt. Parca victus ratio haud

haud diuturna instituenda est, diuturnam *enim* ægri auiditatem suscitat, indulgentia quoque morbum prorogat. Siquis cæco attendat id quod opus est, tanquam ingens terror vitandus est; gratiam quoque præcipio per quam vnitas.

A ἐγχρέειν· τοῦ κάμνοντος χρονίην ἐπιθυμίην αὔξησι, καὶ ξυγχωρείη ἐγχρονίη νούσου. ἢν τις προσέχῃ τυφλῷ τὸ δέον, ὡς μέγας φόβος φυλακτέος. καὶ χάριν, δι' ἧς ἑνότης.

CAPVT VI.

Præcepta concisa de aëre, ætate, linguæ obscuritate; de morbi imperturbatione, de crisi, de causa leui, de morbo, de exercitatione, de loco amœno.

Aeris repentina turbatio vitanda. Ætatis vigor omnia habet gratiosa, declinatio verò, contrà. At obscuritas linguæ oboritur aut propter affectum, aut propter aures; vt si priusquam priora enunciarit, alia incœptet; aut antequam quod mente conceptum est eloquatur, alia insuper mente concipiat; Ac citra affectum quidem visibilem appellatum arti incumbentibus præcipuè obtingit. Ætas quum exile sit subiectum, ingens interdum facultas est. Morbi imperturbatio diuturnitatem portendit. Crisis autem, morbi solutio est. Exigua causa curationibus soluitur, nisi quid circa locum periculosum afficiatur. Quia affectus per consensum à mœrore ortus vexat, quidam per alterius consensum vexantur. Vociferatio molesta est; propter vehementem laborem, indulgentia. Locus amœnus vtilitatem affert.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Δόγματα βραχέα περὶ ἠέρος τε, καὶ ἡλικίης, καὶ ἀσαφίης τῆς γλώττης· περὶ τῆς ἀταραξίης τῆς νόσου, περὶ κρίσεως, περὶ μικρῆς αἰτίης, περὶ νόσου, περὶ τριβῆς, περὶ τοῦ ἀλυώδεος τόπου.

B Ἠέρος αἰφνιδίη ταραχὴ φυλακτέη. ἀκμὴ ἡλικίης, πάντα ἔχει χαρίεντα. ἀπόληξις δὲ, τοὐναντίον. ἀσαφίη δὲ γλώττης γίνεται, ἢ διὰ πάθος, ἢ διὰ τὰ οὔατα. πρίν τε πρότερα ἐξαγγεῖλαι, ἕτερα ἐπιβάλλειν. ἢ πρὶν τὸ διανενοημένον εἰπεῖν, ἕτερα ἐπιδιανοέεσθαι. τὸ μὲν αὖ πάθεος ὁρατοῦ λελεγμένου, μάλιστα ξυμβαίνει φιλοτεχνοῦσιν. ἡλικίη σμικροῦ ἐόντος τοῦ ὑποκειμένου, δύναμις ἐνίοτε πάμπολυς. νόσου ἀταραξίη, μῆκος σημαίνει. C κρίσις δὲ, ἀπόλυσις νόσου. μικρὴ αἰτίη, ἄκεσιν λύεται. ἢν μή τι περὶ τόπον καίριον πάθῃ, διότι ξυμπάθησις ὑπὸ λύπης ἐοῦσα ὀχλέει, ἐξ ἑτέρου συμπαθείης τινὲς ὀχλεῦνται. καταύδησις λυπέει· φιλοπονίης κρατερῆς ὕπο, παραίτησις. ἀλυώδης τόπος ὀνησιφόρος.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΡΟΣ ΠΑΤΡΟΦΙΛΟΝ
ΠΕΡΙ ΣΥΣΤΑΣΕΩΣ ΙΑΤΡΙΚΗΣ.

GALENI DE CONSTITVTIONE ARTIS MEDICAE AD PATROPHILVM LIBER.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Ἅπαντα τὰ τῆς ἰατρικῆς μόρια, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ τέλος ἐννοίας συνίστασθαι.

ARGVMENTVM LIBRI.

Medicinæ omnes partes ex finis cognitione constitui.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τί ἐξῆγε τὸν Γαληνὸν πρὸς τὴν τούτου τοῦ βιβλίου σύνταξιν.

ΕΠΕΙ μοι δοκεῖς, ὦ Πατρόφιλε, θεῖόν τι πεπονθέναι πάθος, ὀρεγόμενος ἅπαντα σὺν ἀποδείξει τε καὶ μεθόδῳ μανθάνειν, ὑπηρετῆσαί σου διέγνωκα τῇ προθυμίᾳ, καὶ γράψαι τῶν λόγων ὧν ἤκουσας, ἢ περὶ ὧν ἠπόρεις, ὑπομνήματά σοι. πῶς δ' οὐκ ἂν ὑπέστην τὸν ἆθλον τοῦτον, ὁρῶν σε καθευρηκότα μὲν ἀρχήν τινα, τῆς ἐπ' ἀλήθειαν ἀγούσης ὁδοῦ, μόνον δ' οὐ δυνάμενον αὐτῆς ἐφικέσθαι, δι' ὕψος τε, καὶ μῆκος, καὶ τραχύτητα. τοὺς μὲν γὰρ πολλοὺς ὁρῶ, μηδὲ μετὰ παρακλήσεως ἐπ' αὐτὴν ἰόντας, ἀλλ' ὀκνοῦντάς τε, καὶ ἀποτρεπομένους, σὲ δ' ἐκείνων ἔμπαλιν ἔχοντα. ἀποτρεπομένων γὰρ ἁπάντων, ἄχρι γε τοῦ δεῦρο, καὶ πρὸς ἄλλας ὁδοὺς ἐκτρεπόντων, αὐτήν γε κατιδόντα τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ᾤκισται, καὶ τοῦ κάλλους αὐτῆς ἐραστὴν δριμύτατον γενόμενον, οὔτ' ὀκνεῖν τὴν ὁδὸν, οὔτ' ἐπιτρέπειν ἑαυτῷ μόνῳ τὴν πορείαν. ἐν μὲν δὴ τῷ παρόντι, σύστασιν ἰατρικῆς τέχνης ἐπιθυμῶν ἐξευρεῖν ἀληθῆ, μεστὸς ὠδίνων ἦσθα τὴν ψυχήν. ὡς δ' ἐγὼ ὑποτοπάζω, μικρὸν ὕστερον, ἐμπλησθήσῃ μείζονος ὀρέξεως, εἰ θεάσαιο τὸ τῆς ἀληθείας φῶς καταλαμπόμενον, ἑτέραν οὐχ εὑρὼν ὁδὸν καλλίονα τῆς νῦν σοι ζητουμένης. ὁρῶ γάρ σε περὶ τὴν τ' ἀληθοῦς εὕρεσιν ἐνθείως διακείμενον, ἐφ' ἧς ἂν ὕλης φαντάζοιο. λέγοντος οὖν σου, μυρίοις μὲν ὑποβεβληκέναι τὰ ὦτα, μαθήσεως ἕνεκα τέχνης ἰατρικῆς, οὔτε δ' ὅθεν ἄρχεσθαι χρὴ, σὺν ἀποδείξει τε καὶ μεθόδῳ πρὸς

PROOEMIVM.

Quid Galenum ad libri huius compositionem impulit.

QVVM mihi videaris (Patrophile) diuino quodam affectu affici, qui omnia cum demonstratione & methodo cupis addiscere; tuo obsequi desiderio decreui, tibique eorum, quos audisti, aut de quibus dubitasti sermonum commentarios perscribere. Quomodo verò id certamen non subirem, quum te videam principium quoddam viæ ad veritatem ducentis inuenisse, solùm autem ipsam, propter sublimitatem, & longitudinem, & asperitatem cōsequi non posse? Multos enim conspicio haud quidem cum adhortatione eam adire, sed & negligere, & auersari; te verò illis oppositū habere, auersantibus enim eam ad hūc vsque diem omnibus, & ad alias sese vias abducentibus, te autem ipsam veritatem tanquam in edito loco domicilium habere speculantem, pulchritudinis ipsius amatorem acerrimū esse, neq; hanc viam abhorrere, neque soli tibi viæ aditum cōmittere. At in præsenti veram artis Medicæ constitutionem inuenire affectans parturiendi doloribus animo diuexaris. Vt autem ego conijcio, paulò post maiori desiderio impleberis, si præfulgentem veritatis lucem fueris intuitus, quum alteram viam eā quam nunc tibi inuestigas præstantiorē nullam inueneris. Te namq; animaduerto ad veritatis inuentionē diuinitus dispositum, quacunque in materia mentem adhibere volueris. Itaque quum asseris te, sciētiæ Medicę addiscendæ gratia, quamplurimis aures tuas adhibuisse, neq; vnde cū demōstratione ac methodo auspicari oporteat, ab aliquo

aliquo audiuisse, atque sanè multò magis nullum conuenisse, qui viam à principio ad finem vsque perducentem monstrauerit, ego quod desiderares, id me demonstraturum pollicitus sum, si priùs & hanc rationem aliis in artibus exerceri sustinueris. Quum autem neque pollicitationem vllo modo abhorreas, neque negligas, imò te libentiùs hoc quàm illo modo ad propositum venire proferas, si modo me tibi eandem methodum in omnibus artibus demonstraturum profiterer. Quod quum ego etiamnum pollicerer, atque in prima proposita speculatione demonstrarem, te in speculationis veritate oblectari intuebar. Ac proinde quum multas simili ratione perpenderem, præsertímque ex iis effectiuas (quandoquidem & huius generis est ea quæ circa sanitatem tuendam versatur) tum te ad hanc, quam ab initio impetu aggressus fueras, transtulisti. Ac vbi hîc quoque animaduertisti vnam & eandem methodum esse, ne quæ hac de re pronunciata sunt, è memoria laberentur, quosdam de ipsis commentarios conscribere efflagitasti. Ego verò tuo huic veritatis studio cum oblectatione cedens opera duo composui, alterum quidem in quo operæ pretium esse demonstro sese priùs eum exercuisse, qui artem assequi desiderat, quod prisci philosophi asserunt cuiuscunque artis constitutionem à finis notione oboriri; Hoc autem ob magnitudinem in duos libros diuisum est. Alterum autem ac secundum est, quod nunc incipimus, demonstrat eandem ac vnam methodum, quemadmodum & cæteras omnes artes, ita & Medicinam constituisse. Atque iam oratio exordienda est.

οὐδενὸς ἀκηκοέναι, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον, οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐπὶ τὸ τέλος ὁδὸν οὐδενὶ ἐπιδεικνύντι σοι συγγεγονέναι, δείξειν ὑπεσχόμην ὃ ποθεῖς, εἰ πρότερον ὑπομείναις, καὶ ἐπ' ἄλλων γυμνάσασθαι τεχνῶν τὸν λόγον. σοῦ δὲ, οὐχ ὅπως ἀποστάντος, οὐδ' ὀκνήσαντος τὴν πρόσκλησιν, ἀλλ' ἥδιον ἂν οὕτω φάντος, ἢ ἐκείνως ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐλθεῖν, εἰ μόνον ἐπαγγείλαιμί σοι τὴν αὐτὴν μέθοδον ἐν ἁπάσαις ἐπιδείξειν ταῖς τέχναις. εἶτ' ἐμοῦ καὶ τοῦτ' ἐπαγγελλαμένου, καὶ δεικνύντος ἐπὶ τῆς πρώτης προβληθείσης θεωρίας, ἑώρων σε γανύμενον ἐπὶ τῇ τῆς θεωρίας ἀληθείᾳ. καὶ τοίνυν ἐφεξῆς πολλὰς ὁμοίως διασκεψαμένους, καὶ μάλιστα αὐτῶν τὰς ποιητικὰς, ἐπειδὴ τοῦ γένους ἐστὶ τούτου, καὶ ἡ περὶ τὴν ὑγίειαν ἔχουσα, τηνικαῦτα μετέβης ἐπ' αὐτὴν, ἐφ' ἣν ἐξ ἀρχῆς ὥρμησο, καὶ θεασάμενος ὡς ἔστι κἀνταῦθα μία τε καὶ ἡ αὐτὴ μέθοδος, ἠξίωσας, ὑπὲρ τοῦ μηδέ ποτ' ἐκρυῆναι τῆς μνήμης τὰ λεχθέντα, γραφῆναί τινα αὐτῶν ὑπομνήματα. κἀγὼ χαίρων σου τῇ περὶ τὴν ἀλήθειαν σπουδῇ, δύο ταῦτα ξυνέθηκα γράμματα. τὸ μὲν ἕτερον, ἐν ᾧ χρὴ πρότερον γυμνάσασθαι τὸν τεχνωθῆναι βουλόμενον, ἐπιδείκνυον, ὅπερ οἱ παλαιοὶ φιλόσοφοι λέγουσι, τὸ πάσῃ τέχνῃ τὴν σύστασιν ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ τέλος ἐννοίας γίγνεσθαι. διῃρέθη δὲ διὰ τὸ μέγεθος εἰς δύο βιβλία. τὸ δ' ἕτερον καὶ δεύτερον οὗ νῦν ἀρχόμεθα, δεικνύον ὅπως ἡ αὐτὴ καὶ μία μέθοδος, ὥσπερ τὰς ἄλλας ἁπάσας τέχνας, οὕτω καὶ τὴν ἰατρικὴν συνεστήσατο. καὶ δὴ ἀρκτέον ἤδη μοι τοῦ λόγου.

CAPVT PRIMVM.

De fine Medicinæ, ac variis ex vario fine artibus.

QVVM artium nonnullæ quidem in sola rerum quas considerant contemplatione finem habeant, vt arithmetica, astrologia, ac naturalis scientia; quædam verò nonnullas edant actiones, vt saltatoria, & præconum ars, sed suum quod prodant opus nullum habeant, vbi agere desierint; quædam verò è contrario sua opificia prodant, vt ædificatoria, & ars fabrilis; quædam autem nihil ipsæ conficiant, opus tamen ipsis sit, ac studium & venandi & capiendi aliquid, quemadmodum piscatoria, & quæ canibus fit venatoria, ac, vt summatim dicam, omnis venatoria. Atque quum propositum tibi sit artem medicam methodo constituere, id primùm ex quo genere ipsa sit artium, considerandum, num theoreticarum vna quædam sit, an practicarum, aut effectiua aliqua, vel acquisitiua. Id autem haud arduam inquisitionem, aut inuentionem habet. Opus quippe est reuocare in memoriam, quamobrem huiuscemodi artem assequi vniuersè concupieris; atque id omnium primum ex te sciscitabar, quum nobis initium huiusce exercitationis fieret, mihíque respondisti, velle te homines qui contra naturam corpore sese habent (si tamen fieri etiam possit) ad naturalem statum restituere,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τέλους τῆς ἰατρικῆς, καὶ διαφόρων ἐκ διαφόρου τέλους τεχνῶν.

ΕΠΕΙΔΗ τῶν τεχνῶν, ἔνιαι μὲν ἐν μόνῳ τῷ θεωρῆσαι τὴν φύσιν, ὧν ἐπισκοποῦνται πραγμάτων, ἔχουσι τὸ τέλος, ὡς ἀριθμητικὴ, καὶ ἀστρονομία, καὶ φυσιολογία. τινὲς δὲ πράττουσι μέν τινας πράξεις, ὡς ὀρχηστική τε καὶ κηρυκτικὴ, δεῖξαι δ' οὐδὲν ἔργον ἑαυτῶν ἔχουσι τοῦ πράττειν παυσάμεναι. τινὲς δ' ἔμπαλιν τούτων ἐπιδείκνυνται δημιουργήματα, καθάπερ οἰκοδομική τε καὶ τεκτονική. τινὲς δ' οὐδὲν αὗται δημιουργοῦσι, ἔργον δ' αὐταῖς ἐστὶ καὶ σπούδασμα, θηρᾶσαι τε καὶ κτήσασθαι τῶν ὄντων τι, καθάπερ ἥτε ἁλιευτικὴ καὶ κυνηγετικὴ, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, ἡ θηρευτικὴ πᾶσα. πρόκειται δέ σοι συστήσασθαι μεθόδῳ τέχνην ἰατρικὴν, ἐπίσκεψαι πρῶτον, ἐκ ποίου γένους ἐστὶ τῶν τεχνῶν· ἆρά γε τῶν θεωρητικῶν ἐστὶ μία τις, ἢ τῶν πρακτικῶν, ἢ ποιητική τις, ἢ κτητική. τοῦτο δὲ οὐ χαλεπὴν, οὔτε τὴν ζήτησιν, οὔτε τὴν εὕρεσιν ἔχει. διὰ γὰρ ὅλως ἐπεθύμησας κτήσασθαι τέχνην τοιαύτην, ἀναμνησθῆναί σε χρή. πρῶτον δ' οὖν σε πάντων αὐτὸ τοῦτο ἠρόμην, ἡνίκα ἡμῖν ἡ ἀρχὴ τοῦ τοιούτου ἐγίγνετο γυμνάσματος, ἀπεκρίνω δέ μοι, βούλεσθαι τοὺς παρὰ φύσιν ἔχοντας ἀνθρώπους τὸ σῶμα, μάλιστα μὲν, εἰ οἷόν τε, πάνυ εἰς τὴν φύσιν ἐπαναγαγεῖν.

Εἰ δ' ἄρα τοῦτ' ἀδύνατον, ἀλλὰ τοῦ γε διαγινώσκειν ἑκατέρους, ὅσοι τε ἰάσιμοι, καὶ ὅσοι μή, κτήσασθαί τινα γνῶσιν. ἐπεὶ δὲ ταύτην ἀρχὴν ἔδωκας τῷ λόγῳ τῶν ποιητικῶν, ἔφην σε τεχνῶν ἀποφαίνειν, ἣν συστήσασθαι ποθεῖς, εἴ γε δὴ δεικνύειν ἔχεις τῆς τέχνης τοὔργον, ἤδη τοῦ πράττειν πεπαυμένος. Εἰσὶ δὲ δήπου, καὶ ἄλλαι πολλαὶ τέχναι ποιητικαί, χαλκευτική, νευτική, σκυτοτομική, ναυπηγική, τεκτονική, πλαστική, γραφική, καὶ σχεδὸν ὅσος οὐκ ἄλλος ἀριθμὸς ἑτέρου γένους, αἱ ποιητικαὶ τέχναι παρὰ τοῖς ἀνθρώποις εἰσίν. ἣν οὖν ἐπὶ τῶν τοιούτων τεχνῶν ἔμαθες ἐν τῷ περὶ τούτου γράμματι, ταύτην ἤδη σοι μεταφέρειν καιρός, ἐφ' ἣν συστήσασθαι σπεύδεις, ἀρχὴν κἀνταῦθα τῷ λόγῳ τὴν αὐτὴν τιθέμενος, ἣν ἐπ' ἐκείνων ἁπασῶν ἐτίθεσο, τὴν ἔννοιαν τοῦ τέλους, ἣν ὁπόθεν ἐκτησάμεθα, λέγειν ἤδη καιρός. πρώτη μὲν ἡμῖν ἐγένετο γνῶσις ἡμῶν τε αὐτῶν ὑγιαινόντων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. δευτέρα δ' ἐπὶ ταύτῃ νοσησάντων, ὅθεν περ καὶ ἡ ἐπιθυμία τοῦ θ' ὑγιαίνειν εἰσῆλθεν ἡμῖν, καὶ τοῦ συστήσασθαί τινα τέχνην ὑγιαστικήν. ἀλλ' ἐπεί περ ὑγίειαν ἐργάζεσθαι βουλόμεθα τοῦ γένους, ἂν τις εἴη μία τῶν ποιητικῶν τεχνῶν, ἣν συστήσασθαι ποθοῦμεν. οὐσῶν δὲ διφυῶν ὡς ἐδείχθη τῶν ποιητικῶν, ἐκ τῶν ἐπανορθουμένων ἂν εἴη τὸ ἤδη γεγονός, ἣν ζητοῦμεν οὐκ ἐκ τῶν δημιουργουσῶν ὃ μήπω πρόσθεν ἦν. ἔνιαι μὲν γὰρ τῶν τεχνῶν αὐτὰ τὰ πράγματα δημιουργοῦσιν, ὥσπερ αἱ κατὰ τὴν ὑφαντικὴν καὶ σκυτοτομίαν. ἔνιαι δὲ ἐπανορθοῦνται τὰ ποιήσαντα, καθάπερ αἵ τε τὰ διερρωγότα τῶν ἱματίων, καὶ τὰ διεσπασμένα τῶν ὑποδημάτων συρράπτουσαι.

si verò fieri nequeat, saltem ad vtrumque discernendum, & qui sanabiles, & qui non, cognitionem aliquam comparare. Quoniam autem principium dedisti sermoni, asserui tibi me enunciare ex effectiuis artibus eam esse, quam constituere desideras, siquidem iam artis opus habes demonstrandum vbi operari cessaueris. Sunt autem profectò & aliæ multæ artes effectiuæ, æraria, sutoria, ars fabricandi naues, fabrilis, figulina, pictoria, ac tot propè, quantus non alius numerus alterius generis, effectiuæ artes apud homines sunt. Quam itaque in huiusmodi artibus, eo qui ante hunc est libro, methodum didicisti, ad eam iam te transferre tempus est, quam constituere studes, quum principium hic huic sermoni posueris, quod illis in omnibus statutum est, finis notionem, quam vnde comparauerimus, dicere iam tempestiuum est. Prima quidem nobis oboritur cognitio, tum nostrûm ipsorum, tum cæterorum hominum sanitate fruentium; secunda verò ægrotantium, vnde nobis tum benè valendi, tum artem sanitatis procuratricem constituendi desiderium incessit. At quum sanitatem efficere volumus, ex effectiuarum artium genere aliqua fuerit vna, quam constituere desideramus. Quum autem duplices sint, vt monstratum est, effectiuæ artes, ea quam quærimus rei factæ emendatricibus ortum iam duxerit, non ex rei haud ante existentis effectricibus. Enimuerò nonnullæ artes ipsas res efficiunt, quemadmodum textoria & sutoria; nonnullæ vitiatas emendant, ac corrigunt: vt quæ corrosas vestes, ac dilaceratos calceos consuunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος, τοῦ τῆς ἰατρικῆς ὑποκειμένου· καὶ τῷ ἰατρῷ ἀναγκαίαν εἶναι τὴν τῶν μορίων τε, καὶ τῶν ἐνεργειῶν γνῶσιν.

Ἐδείχθη δὲ κἀπὶ τῆς οἰκοδομικῆς οὕτως ἔχειν. ἔστι γὰρ οὖν δὴ καὶ ταύτῃ ἔργα διττά, γένεσίς τε τῆς οὐκ οὔσης οἰκίας, ἐπανόρθωσίς τε τῆς πεπονθυίας. ἐδείχθη μὲν γὰρ πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ἐνεργείας, ἀναγκαῖον ἐν τῷ δημιουργικῷ γιγνώσκειν ἅπαντα τῆς οἰκίας τὰ μόρια, τίνα τε κατὰ τὴν οὐσίαν ἐστί, καὶ ὁποῖα κατὰ τὴν διάπλασιν, καὶ πηλίκα τε κατὰ τὸ μέγεθος, ὁπόσα τε τὸν ἀριθμόν, καὶ ὅπως ἀλλήλοις συγκείμενα. καὶ τοίνυν τῷ συνισταμένῳ τὴν περὶ τὸ σῶμα τέχνην, ἣν ἐν τῷ παρόντι συγχωρείτωσαν ἡμῖν οἱ περὶ ὀνόματα ἐρίζοντες ὀνομάζειν ἰατρικήν, ἀναγκαῖον ἔσται γιγνώσκειν ἕκαστον τῶν ἁπλῶν μορίων ὁποῖόν τι κατὰ τὴν οὐσίαν ἐστὶ καὶ τὴν διάπλασιν, πηλίκον τε τὸ μέγεθος, ἔτι τε τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν ἅπαντα, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα σύνθεσιν. ὥσπερ οὖν ὁ τὴν ἤδη γεγενημένην οἰκίαν ὁποία τίς ἐστιν ἀκριβῶς γνῶναι βουλόμενος, ἐξ ἀναλύσεως καὶ διαλύσεως ἐπὶ τὴν διάγνωσιν αὐτῆς ἐπεγένετο, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμεῖς ἐξ ἀνατομῆς ἀνθρώπου σῶμα γνωσόμεθα. θεὸς μὲν γὰρ καὶ φύσις, ὡς ὁ πρῶτον οἰκίαν ἐργασάμενος, οὕτω προγιγνώσκουσι τὰ μέρη, τῆς χρείας αὖθις τὸ παράδειγμα γεννώσης. ἡμεῖς δέ, ὡς ὁ τὴν ἤδη γεγενημένην οἰκίαν ἱστορῶν. καίτοι καὶ ἡμεῖς εἰ μὴ καθ' ὅσον οἷόν τε, παραπλησίαν θεῷ ποιησώμεθα τὴν γνῶσιν, ἀδύνατον ἡμῖν ἔσται διαγνῶναι πότε-

CAPVT II.

De subiecto Medicinæ corpore humano; ac necessariam medico esse tum partium tum actionum cognitionem.

MOnstratum autem est & in architectura ita se habere. Sunt enim & ea ratione opera duplicia tum domus non existentis generatio, tum labefactatæ domus emendatio. Etenim ad vtrasque operationes necessarium esse opifici vniuersas domus partes cognoscere proditum est, quæ, substantia; quales, conformatione; quantæ, magnitudine; quot, numero, & quomodo inter se coniunctæ sint. Quocirca & constituenti artem circa corpus humanum versantem (quam in præsenti nobis concedant de vocabulis concertantes Medicinam nominare) necessarium fuerit vnamquamque eius simplicium partium cognoscere, quam substantia; qualem, conformatione; quantam, magnitudine; quem præterea ipsarum omnium numerum; ac mutuam compositionem. Quemadmodum igitur qui iam constructam domum, qualis ea sit, accuratè nosse vult, ex resolutione ac dissolutione ad ipsius dignotionem accedit: Eodem modo nos ex anatome hominis corpus cognoscimus. Nam Deus quidem & natura, vt qui primò domum fabricatus est; sic partes ex vsu ipsis exemplar generante prænorunt. Nos verò, vt qui iam ædificatam domum scrutatur. Licet & nos nisi (quoad fieri queat) similem Deo cognitionem contraxerimus, facultas tamen haud nobis erit dignoscendi, vtrum omnia ob

ob aliquem vsum, ān frustra quædam facta sint. Etenim hæc ambo in opinionem cadere possunt, an præterea ob malum nonnulla procreata sint. Atque etiam hinc cognitio optimè constitutorum corporum procedit; sed de his quidem *aliàs*. Verùm ex dissectione vbi quæ similaria corpora nominantur, quale sit conformatione ipsorum quodque, & quantum magnitudine, & quot vniuersa, & quomodo componantur; didicerimus si compositarum scientiam habuerimus partium, quas organicas appellamus, eiusmodi crus est, eiusmodi manus, eiusmodi digitus, oculus, lingua, pulmo, hepar, & quæ sunt huiusce generis cæteræ. Quin & actiones duplices inuenire licet partium, alias quidem & simplicium & similarium; aliàs verò & compositarum, & organicarum. Licet itaque & pedem vniuersum dum mouetur conspicere; licet etiam & ipsius musculos; ac in singulis musculis per transuersum pedis prorsus incisi motum aliquem deperdi; licet denique scrutari quæ corpori occursant, eo qui in musculum inseritur neruo vulnerato, primum quidem ipsum musculum tum sensus, tum motus expertem reddi, atque cum ipso eum, qui mouebatur, articulum. Vnde & arbitror necessarium quoque esse nobis artem constituentibus non solùm partes, & compositionem, sed & ipsarum functiones congnoscere. Atque eâ re ab ædificatoribus differimus. Nam illi quidem partes solas, & constructionem sciunt, nulla tamen ipsarum actionem edit, neque propterea animal est domus. Verùm & actiones nobis inuestigandæ sunt. At hîc quoque duplex est inquisitionis principium, scilicet actionis & partis cognitio; actionis quidem veluti ratiocinari, inuenisse, & eligere; partis verò vt cerebri, medullæ, dorsi, & cordis. Omnium itaque quas scimus actionum partes, & partium omnium actiones inuestigabimus. Hæc verò inuestigatio nobis hîc quoque prorsus pro quadam erit methodo, de qua posteriùs tractabimus.

CAPVT III.

De organicarum partium materia & actionibus.

At nunc quod duplex quidem sit partium natura, duplex verò & actionum iam dicta sit, rursus quoque accuratiùs explicetur. Totius cruris actio incessus est. Fit autem quum articuli alternatim, mutuóque extenduntur & inflectuntur, quod statim in genu *deprehenditur*; anterioribus quidem musculis rotulam transcendentibus, & suis tendonibus in tibiæ os insertis, ibíque tibiam contrahentibus, cruris fit extensio, interioribus verò similiter agentibus, flexio. Sic in ischio, ac pede quum articulus flectitur, aut extenditur, motus perficiuntur. Imò verò musculus manifestè conspicitur, quum circumiacente cute denudatus ceu ad suum caput contrahi, adducíque, non tamen qui in ipsum neruus inseritur, sensibili quodam motu moueri conspicitur; sed videtur via is esse prodeuntis à cerebro facultatis. Ipsum autem cerebrum principium quidem esse neruis omnibus eiusmodi facultatis clarè & perspicuè ex neruo quocunque diuiso didicimus,

ρον ἅπαντα διά χρείαν τινά γέγονεν, ἢ μάτην ἔνια. καὶ γὰρ ταῦτα ἄμφω δυνατόν ἐστιν ἐπινοεῖν, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι πρὸς κακοῦ τινα γεγονέναι. καὶ μέντοι καὶ ἡ γνῶσις ἡ τῶν ἄριστα κατεσκευασμένων σωμάτων ἐντεῦθεν παραγίνεται. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων αὖθις. ἐξ ἀνατομῆς δὲ τὰ ὁμοιομερῆ προσαγορευόμενα σώματα μαθόντες, ὁποίαν τε τὴν διάπλασιν ἕκαστον αὐτῶν ἐστιν, πηλίκον τε τὸ μέγεθος, ὅσα τε τὰ σύμπαντα, καὶ ὅπως συγκείμενα, τῶν συνθέτων μορίων ἐπιστήμην ἕξομεν, ἃ δὴ καὶ προσαγορεύομεν ὀργανικά, τοιοῦτό ἐστι σκέλος, τοιοῦτον χείρ, τοιοῦτον δάκτυλος, ὀφθαλμὸς, γλῶττα, πνεύμων, ἧπαρ, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. καὶ τοίνυν καὶ τὰς ἐνεργείας διττὰς εὑρεῖν ἐστι τῶν μορίων, ἑτέρας μὲν τῶν ἁπλῶν τε καὶ ὁμοιομερῶν, ἑτέρας δὲ, τῶν συνθέτων τε καὶ ὀργανικῶν. ἔνεστι γοῦν καὶ τὸ σκέλος ὅλον ἰδεῖν κινούμενον· ἔνεστι δὲ, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ μυῶν ἕκαστον. καὶ καθ' ἕκαστόν τε τῶν μυῶν ἐγκάρσιον ὅλως διακοπέντος, κίνησίν τινα διαφθειρομένην τοῦ σκέλους. ἔνεστι δ' ἱστορῆσαι τὰ κατὰ τὸ σῶμα, καὶ ὅτι τὸ καθῆκον εἰς τὸν μῦν νεῦρον ἐπειδὰν τρωθῇ, πρῶτος μὲν αὐτὸς ὁ μῦς ἀναίσθητός τε καὶ ἀκίνητος γίνεται, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τὸ κινούμενον ἄρθρον. ὅθεν οἶμαι καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι συνισταμένοις ἡμῖν τὴν τέχνην, οὐ μόνον γνῶναι τὰ μόρια καὶ τὴν σύνθεσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν, καὶ ταύτῃ διοίσομεν οἰκοδομησάντων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὰ μόρια μόνα, καὶ τὴν σύνθεσιν ἴσασιν, οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ἐνεργεῖ, διότι μηδὲ ζῶόν ἐστιν ἡ οἰκία. ἡμῖν δὲ καὶ τὰς ἐνεργείας ζητητέον ἐστί. ἀρχὴ δὲ κἀνταῦθα διττὴ ζητήσεως, ἤτοι τῆς ἐνεργείας γνῶσις, καὶ τοῦ μορίου. τῆς ἐνεργείας μὲν, οἷον τοῦ λογίζεσθαι, τοῦ μεμνῆσθαι, τοῦ προαιρεῖσθαι· τοῦ μορίου δὲ, οἷον, ἐγκεφάλου, καὶ νωτιαίου, καὶ καρδίας. πασῶν οὖν ὧν ἴσμεν ἐνεργειῶν ζητήσομεν τὰ μόρια, τῶν τε μορίων ἁπάντων τὰς ἐνεργείας. ἡ ζήτησις δὲ πάντως ἡμῖν κἀνταῦθα διά τινος ἔσται μεθόδου, περὶ ἧς αὖθις σκεψόμεθα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ ὑλῶν τε καὶ ἐνεργειῶν τῶν ὀργανικῶν μορίων.

Νυνὶ δ' ὅτι διττὴ μὲν ἡ τῶν μορίων ἐστὶ φύσις, διττὴ δὲ καὶ ἡ τῶν ἐνεργειῶν, ἤδη λέλεκται, καὶ αὖθις ἀκριβέστερον λεγέσθω. τοῦ σύμπαντος σκέλους ἐνέργεια βάδισίς ἐστι. γίνεται δὲ τῶν ἐν αὐτῷ διαρθρώσεων ἐναλλὰξ, ἀλλήλων ἐκτεινομένων τε καὶ συγκαμπτομένων, οἷον αὐτίκα κατὰ γόνυ. τῶν μὲν ἔμπροσθεν μυῶν ὑπερβαινόντων τὴν ἐπιγονατίδα, καὶ διὰ τενόντων εἰς τὸ τῆς κνήμης ὀστοῦν ἐμφυομένων. ἐπεὶ δ' αὖ ἐκεῖ ἐπισπάσωνται τὴν κνήμην, ἡ ἔκτασις γίνεται τοῦ σκέλους. τῶν δ' ἐντὸς ὁμοίως ἐνεργησάντων, ἡ κάμψις. οὕτω καὶ κατ' ἰσχίον καὶ πόδα καμπτομένης, ἢ ἐκτεινομένης τῆς διαρθρώσεως, αἱ κινήσεις γίνονται. φαίνεται μὲν οὖν ὁ μῦς ἐναργῶς, ὅταν τοῦ περικειμένου δέρματος γυμνωθῇ, συναγόμενός τε καὶ ἀνασπώμενος, ὡς ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κεφαλήν. οὐ μὴν τὸ καθῆκον εἰς αὐτὸν νεῦρον αἰσθητήν τινα κίνησιν κινούμενον φαίνεται, ἀλλ' ἔοικεν ὁδὸς εἶναι τοῦτο τῆς ἐξ ἐγκεφάλου κατιούσης δυνάμεως. αὐτὸς δ' ὁ ἐγκέφαλος ὅτι μὲν ἀρχὴ τοῖς νεύροις ἅπασι τῆς τοιαύτης δυνάμεώς ἐστιν, ἐναργῶς ἐμάθομεν ἐκ τοῦ διαιρεθέντος ὁτουοῦν νεύρου.

ἐν μὲν τοῖς ἄνω μέρεσιν ὃ συνεχές ἐστιν ἐγκεφάλῳ, διασώζειν τὰς ἐνεργείας, ἀπολλύναι δ᾽ ἐν τοῖς κάτω. πότερον δ᾽ ὥσπερ αὐτὸς τοῖς νεύροις, οὕτω ἐκείνῳ πάλιν ἕτερόν τι μόριον ἐπιπέμπει τὰς δυνάμεις, ἢ πηγή τις αὐτῶν ἐστιν, ἔτ᾽ ἄδηλον. ἡ γὰρ τοιαύτη σκέψις ὑπὲρ ἡγεμονικῆς ψυχῆς ἐστιν. ἀλλ᾽ ἐπανίωμεν ὅθεν ὁ λόγος ἀπετράπετο. βάδισις μὲν ἡ ἐνέργεια τοῦ σκέλους παντός. ἐξηγεῖται δ᾽ αὐτῆς, τῶν ἐν τοῖς σκέλεσι μορίων τὸ μυῶδες γένος. ὀστᾶ δέ, καὶ χόνδροι, καὶ πιμελή, καὶ ἀδήν, καὶ ἀρτηρία, καὶ δέρμα, καὶ φλέβες, ὑμένες τε καὶ σύνδεσμοι, τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως ἔχουσιν ἐκ τῶν μυῶν. πρῶτα μὲν γὰρ ὑπ᾽ αὐτῶν κινεῖται τὰ ὀστᾶ, τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα τῷ περικεῖσθαι τοῖς ὀστοῖς ἐν κύκλῳ, σὺν ἐκείνοις κινεῖται. ἡ μὲν οὖν τοῦ ποδὸς κίνησις ἐνέργεια τοῦ μυός ἐστιν. ἡ δ᾽ ὅλου τοῦ σκέλους, οὐκ ἔστιν ἁπάντων ἐνέργεια τῶν μορίων αὐτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο, διττὸν ἔφαμεν εἶναι τῶν ἐνεργειῶν τὸ γένος. ἓν μὲν τὸ πρῶτον καὶ κυριώτατα, ἑκάστου τῶν ἁπλῶν μορίων ἐνεργοῦντος, ἕτερον δὲ κατὰ συμβεβηκός, ἢ δευτέρως, ἢ οὐ πρώτως, ἢ ὅπως ἄν τις τῶν ὅλων ὀργάνων ὀνομάζειν ἐθέλῃ.

qui in superioribus quidem partibus quibus cerebro continuus est, actiones seruat, quæ in inferioribus depereunt. At vtrum quemadmodum ipsum *cerebrum* neruis; ita illi rursus altera pars quædam facultates immittat, aut fons quidam ipsarum sit, etiam abditum est. Hæc enim speculatio ad principem animam spectat. Sed redeamus vnde digressa est oratio. Incessus equidem cruris totius actio est. Huic autem præest in cruribus musculosum partium genus; ossa verò, cartilagines, adeps, glandula, arteria, cutis, venæ, membranæ, & ligamenta initium motus habent à musculis. Primùm enim ab ipsis ossa mouentur, cætera verò omnia, quòd ossibus in ambitu assita sint, cum illis mouentur. Quare pedis motus, musculi actio est; verùm vniuersi cruris, non omnium eius partium actio est. Ac propterea diximus duplex esse actionum genus; vnum quidem primum ac maximè proprium cuique partium simplicium agenti; alterum verò ex accidenti, aut secundariò, vel non primariò, aut, quomodocunque aliquis nominare voluerit, vniuersorum organorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ διαπλάσεως τῶν ὀργανικῶν μορίων, ἐξ ἧς αἱ τούτων σύμπασαι ἐνέργειαι συμπληροῦνται.

Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἡμῖν διώρισται, μετὰ τοῦτο ζητητέον ἐστὶν, ἐκ τίνων μὲν, ἡ τῶν ὀργανικῶν μορίων, ἐκ τίνων δὲ, ἡ τῶν ἁπλῶν ἐνέργεια συμπληροῦται. καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ τῶν ὀργανικῶν ἀρκτέον, ἐπεὶ σκέλους ἐμνημονεύσαμεν. εἰ μὴ τοίνυν ᾖ τὰ ὀστᾶ τηλικαῦτά τε καὶ τοσαῦτα, καὶ ὡδί πως διαπεπλασμένα, καὶ ὡδί πως συντεταγμένα, τῶν μυῶν ἡ κίνησις οὐδὲν ἂν ἀνύσῃ. χρὴ γὰρ ἐν ταῖς διαρθρώσεσι, τὸ μὲν ὑποδέχεσθαι τῶν ὀστῶν, τὸ δὲ ἐμβαίνειν, τοὺς συνδέσμους δ᾽ ἔξωθεν ἐν κύκλῳ περιβεβλῆσθαι, σφίγγοντας αὐτῶν τὴν σύνταξιν, ὅπως μὴ παραλλάττοι. οὐ μὴν οὕτως συντόνους τε καὶ σκληρούς, ὡς ἀντιπράττειν ταῖς κινήσεσι, οὐ μὴν οὐδ᾽ οὕτω χαλαρούς ὡς παραλλάττειν ἐπιτρέπειν τὰ διαρθρούμενα. φαίνονται τοίνυν καὶ οἱ σύνδεσμοι δεόμενοι μεγέθους τέ τινος, καὶ διαπλάσεως, καὶ ἀριθμοῦ, καὶ συνθέσεως. ἐάν τε γὰρ ἐλάττους, ἢ μείζους γένωνται, ἐάν τε πλείους, ἢ ὀλιγώτεροι τοῦ δέοντος, ἄν τ᾽ ἐν ἑτέρῳ σχήματι, καὶ καθ᾽ ἕτερον ἐμφυόμενοι χωρίον, οὐκ ἔτ᾽ ἀμέμπτως ἡ τῆς διαρθρώσεως γίνεται κίνησις. ὥσπερ οὖν ἐπὶ συνδέσμων τε καὶ ὀστῶν, καὶ μυῶν εἴρηται νῦν, οὕτως ἐπὶ πάντων προσήκει διασκέψασθαι, τῆς ἐνεργείας τε πέρι καὶ τῆς χρείας. εἰ μὲν γὰρ εὑρίσκοιτο μόριον μηδὲν ἀργὸν ἐνεργείας ἢ χρείας, ἀλλὰ κατὰ τὴν οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὸ μέγεθος, ἔτι τε τὴν διάπλασίν τε, καὶ τὴν σύνταξιν ἄριστα κατεσκευασμένον, οἷόν περ ἐστί, φυλακτέον αὐτό. διημαρτημένον δέ κατά τι, πρὸς τὸ βέλτιον ἀκτέον. ὅπερ οὐχ οἷόν τε ποιῆσαι πρὶν τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὴν χρείαν, καὶ τὴν κατασκευὴν ἑκάστου γνῶναι τῶν μορίων. ζητητέον οὖν αὐτά, καὶ οὐκ ἀποκνητέον, εἰ μέλλοιμεν ἕξειν ἐπιστήμην ὑγιεινοῦ καὶ νοσεροῦ σώματος.

CAPVT IV.

De partium organicarum forma qua ipsæ integras actiones obeunt.

Qvum autem hoc à nobis definitum sit, postea quærendum est, tum quibus partium organicarum, tum quibus simplicium actio compleatur; ac primùm ab organicis exordiendum, quandoquidem cruris meminimus. Itaque nisi ossa tot tantáque sint, & eodem modo conformata, cóque ordine connexa, musculorum motus nihil proficiet. Oportet enim in articulationibus alterum quidem os excipere, alterum verò ingredi *ac excipi*; ligamenta verò ab externo ambitu circumducta esse, quæ eorum constructionem coërceant, vt sedem non permutent; non tamen ita rigida ac dura, vt motibus obnitantur; neque etiam adeò laxa, vt articulos vacillare sinant. Proindéque ligamenta videntur magnitudine quadam, & conformatione, & numero, & compositione indigere; si namque maiora aut minora fuerint, sique plura, vel pauciora quàm deceat, siue in alia figura, vel in alium locum inserantur, non amplius illæsus erit articulationis motus. Quemadmodum igitur & in ligamentis, & ossibus, & musculis nunc dictum est: sic in omnibus tum de actione, tum de vsu differere consentaneum est. Si namque nulla inueniatur pars, quæ actione aut vsu otiosa vacet, imò si secundum substantiam propriam, & magnitudinem, ac præterea conformationem & idoneam structuram constituta sit, ipsa prout est, conseruanda. At in re aliqua vitiata, in statum meliorem ducenda. Quod efficere non potes, priusquam singularum partium actionem, & vsum, & constitutionem noueris. Hæc itaque quærenda, haudque negligenda, si sani & morbosi corporis scientiam simus adepturi.

CAP.

CAPVT V.

Quatuor esse, quibus composita corpora seu partes organicæ constant & labefactantur; ac de continui solutione eiusque differentiis.

QVum autem huc deducta sit oratio, opus est facultatem methodi memoria repetere. Neque enim domus, neque nauis, neque lecti, neque cuiusque rei alterius structuram aliquis aliter explorauerit, an vitio careat, an verò vitiosa sit, quàm si eas quæ componunt partes scrutatus fuerit, quot sint numero, quàm magna quæque, quomodo conformata, & quomodo sita sit. In his autem omnium coagmentatorum corporum tum integritas, tum vitium existit. In his verò ipsis demonstrabitur & domus, & nauis, affectiones consistere, scilicet in partium magnitudine, conformatione, numero, & situ; siquidem & vitium & integritas. At verò lecti, non in istis; vestimentorum autem in aliis quibusdam; calceamentorum verò non in iisdem. In omnibus igitur organicis corporibus, quibus substantia ex compositione est, in quatuor generibus integritas, & vitium, & affectio continetur. Si verò & naturalem vnionem consequantur partes, quintum quoddam orietur id genus eiusmodi corporibus, adeò vt optimum quidem *corpus* optimas sortiatur actiones; quod verò pessimum, pessimas. Si verò aliqua quoq; soluatur vnitas, non vitiosa solùm eiusmodi affectio, sed iam & morbus est. Vocetur autē dilucidioris doctrinæ gratia genus istud, vnitatis solutio, si quis & continui solutionem appellet, haud erit dissidium. Sed quòd & similaribus partibus is excitetur affectus, scire oportet. Etenim ossis, & nerui, & venæ, & arteriæ, & carnis (quotiescunque punguntur, roduntur, secantur, diuelluntur, & rumpuntur) vitiatur continuum. Verùm in osse quidē fractura vocatur affectus; ruptura verò in carnosis musculorum partibus, quæ extensione concitatur; quum autem fibræ peræquè tensæ rumpuntur, vulsura vocatur affectus; eodem verò modo quæ ruptione continui fit in carne solutio, vulnus, quod non extēsione, sed incisione prodit, verùm si quod vulnerat, acutum, ac tenue sit, punctura, & punctio nominatur; si verò graue, contusio, vel collisio; ex corrosione verò qui in osse quidem oboritur, caries; qui verò in cæteris, vlcus. Sed nominare quidem alio modo concedatur. At hæ differentiæ omnes tot talésque sunt quinti generis morborum, quum primas partes obsident. In organicis verò (vt dictum est) secundum eas quæ diuersi sunt generis, coagmentationes oboriuntur, vocantúrque omnes auulsiones. Sed diuisa quadam tota parte similari, affectio quidem illa tum eius partis erit quæ secta est, tum etiam totius erit organi. Interdum tamen ex accidenti, vt quum vel musculus, vel pars huiusmodi aliqua affecta est; Interdū verò etiam primariò, vt quum ligamentum. Vt igitur vnius generis morbi, in quo partium continuum læditur, differentias ego nunc edisserui; ita & tu simili experiare ratione cætera quatuor genera paucis percurrere. Memoria namque ipsa hoc in libro repetere superfluum mihi videtur, quum in libro de morborum differentiis accuratè conscripta sunt omnia.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Τέσσαρα εἶναι, ἐξ ὧν τὰ συνθετικὰ σώματα, ἢ τὰ ὀργανικὰ μόρια συντίθεταί τε καὶ κακοῦται· καὶ περὶ λύσεως τῆς συνεχείας, καὶ τὴν αὐτῆς διαφοράν.

ΕΠειδὴ δὲ κατὰ τοῦτο γέγονεν ὁ λόγος, ἀναμνησθῆναι χρὴ τῆς μεθόδου τὴν δύναμιν. οὔτε γὰρ οἰκίας, οὔτε νεὼς, οὔτε σκίμποδος, οὔτε ἄλλου τῶν ἁπάντων οὐδενὸς, ἑτέρως ἄν τις ἐξετάσειε τὴν κατασκευὴν, εἴτ' ἀμέμπτως ἐστὶν, εἴτε μεμπτὴ, χωρὶς τοῦ τὰ συνθετικὰ διασκέψασθαι μόρια, πόσα τε τὸν ἀριθμόν ἐστι, καὶ πηλίκον ἕκαστον, ὅπως τε διαπέπλεκται, καὶ ὅπως κεῖται. ἀλλ' ἐν τούτοις ἐστὶν, ἥ τ' ἀρετὴ καὶ ἡ κακία τῶν συνθέτων ἁπάντων σωμάτων. ἐν αὐτοῖς δὲ τούτοις ἐδείκνυτο, καὶ τὰ πάθη τῆς οἰκίας εἶναι, καὶ τῆς νεὼς ἤτοι μεγέθει, καὶ διαπλάσει, καὶ ἀριθμῷ, καὶ θέσει τῶν μορίων, εἴπερ γε καὶ ἡ ἀρετὴ, καὶ ἡ κακία. σκίμποδος δὲ οὐκ ἐν τούτοις. ἱματίων δὲ ἄρα ἐν ἄλλοις τισίν. ὑποδήματος δὲ οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς. ἐν ἅπασιν οὖν τοῖς ὀργανικοῖς σώμασιν, οἷς οὐσία κατὰ σύνθεσιν, ἐν τέτταρσι γένεσιν ἡ ἀρετὴ, καὶ ἡ κακία, καὶ τὸ πάθος ἐστίν. εἰ δὲ καὶ κατὰ φύσιν ἕνωσιν λαμβάνοι τὰ μόρια, πέμπτον τι γένος τοῦθ' ὑπάρξει τοῖς τοιούτοις σώμασιν, ὥστε τὸ μὲν ἄριστον, ἀρίστας ἔχειν τὰς ἐνεργείας, τὸ δὲ μοχθηρότατον, χείρας. εἰ δὲ καὶ λυθείη τις σύμφυσις, οὐ μεμπτὴ μόνον ἡ τοιαύτη διάθεσις, ἀλλ' ἤδη καὶ νόσημά ἐστι. καλείσθω δ' ἕνεκα σαφοῦς διδασκαλίας τὸ τοιοῦτον γένος, ἑνώσεως λύσις, οὐδὲν διαφέρον εἰ καὶ συνεχείας τις εἴποι λύσιν. ἀλλ' ὅτι γε καὶ τοῖς ὁμοιομερέσιν ἐγγίγνεται τὸ πάθος τοῦτο, γιγνώσκεσθαι χρή. καὶ γὰρ ὀστοῦ, καὶ νεύρου, καὶ φλεβὸς, καὶ ἀρτηρίας, καὶ σαρκὸς ἐν τῷ νύττεσθαί τε, καὶ διαβιβρώσκεσθαι, καὶ τέμνεσθαι, καὶ διασπᾶσθαι, καὶ ῥήγνυσθαι, διαφθείρεται τὸ συνεχές. ἀλλ' ἐν μὲν ὀστῷ κάταγμα καλεῖται τὸ πάθος. ῥῆγμα δὲ, ἐν τοῖς σαρκώδεσι μορίοις τῶν μυῶν ἐκ διατάσεως γιγνόμενον. αἱ δ' ἶνες ὅταν ὁμοίως ταθεῖσαι ῥαγῶσι, σπάσμα καλεῖται τὸ πάθος. ὡσαύτως δὲ τῷ ῥήγματι τὸ τραῦμα συνεχείας ἐστὶν ἐν σαρκὶ λύσις, οὐκ ἐκ διατάσεως, ἀλλ' ἐκ τομῆς. εἰ δ' ὀξὺ καὶ λεπτὸν εἴη τὸ τιτρῶσκον, ὀνομάζεται νύγμα καὶ νύξις. εἰ δὲ βαρὺ, θλάσμα καὶ θλάσις. τὴν δ' ἐξ ἀναβρώσεως, ὅσα μὲν ἐν ὀστῷ γίγνεται, τερηδών· ὅσα δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις, ἕλκος. ἀλλ' ὀνομάζειν μὲν ἐξέστω, καὶ ἄλλως. αἱ διαφοραὶ δὲ αἱ σύμπασαι, τοιαῦταί εἰσι, καὶ τοσαῦται τοῦ πέμπτου γένους τῶν νοσημάτων, ὅταν ἐν τοῖς πρώτοις συνίστηται μέρεσιν. ἐν ὀργανικοῖς δὲ, ὡς εἴρηται, κατὰ τὰς τῶν ἑτερογενῶν γίγνεται συμφύσεις, καὶ καλεῖται πάντα ἀποσπάσματα. διαιρεθέντος μέντοι τινὸς ὅλου τῶν ὁμοιομερῶν, εἴη μὲν ἂν καὶ αὐτοῦ τοῦ διῃρημένου τὸ πάθος, εἴη δ' ἂν καὶ τοῦ σύμπαντος ὀργάνου. ποτὲ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς, ὡς ἐπειδὰν ἤτοι μῦς, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον πάθῃ, ποτὲ δὲ καὶ πρῶτον, ἐπειδὰν σύνδεσμος. ὥσπερ οὖν ἐφ' ἑνὸς γένους νοσήματος, ἐν ᾧ τὸ συνεχὲς τῶν μορίων βλάπτεται, τὰς διαφορὰς ἐγὼ νῦν ἐπῆλθον, οὕτω καὶ σὺ πειράθητι τῶν ἄλλων τεττάρων γενῶν, ὡσαύτως διελθεῖν. ἀναμιμνήσκειν γὰρ αὐτὴν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ, περιττὸν ἐδόκει μοι, γεγραμμένων γε ἁπάντων ἀκριβῶς ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Περὶ τῆς τῶν ὁμοιομερῶν ὕλης προσεχοῦς τε, καὶ ἀπωθείσης. ἢ περὶ στοιχείων, ἢ τὴν τῶν στοιχείων διδασκαλίαν τῷ ἰατρῷ προσήκειν· καὶ περὶ τῶν ἑπτὰ ὑποθέσεων τῶν πρὸς τὴν ἀλήθειαν εὕρεσιν ἀναγκαίων.

Πάλιν οὖν ἀναμνήσομεν ἡμᾶς αὐτούς, ὡς κἂν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὧν ἐν συνθέσει τῆς οὐσίας εἶδός ἐστιν, ἐδείχθη τὰ σύμπαντα γένη τέτταρα, τῆς ὅλης οὐσίας αὐτῶν αἴτια, καὶ προσέτι τοῦ κατωρθωμένου τε, καὶ διημαρτημένου σχήματος ἐν αὐτοῖς. ἔπειτα δ' ὅτι καὶ αὐτῶν τῶν ἁπλῶν ἑκάστου μορίων ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπίστασθαι τὴν φύσιν, εἰ καὶ τὴν τούτων τις ἀρετήν τε καὶ κακίαν ἱκανὸς ἐστὶ γνωρίζειν, ἐπανορθοῦσθαί τε τὰ παθήματα. πεπονθυίας γοῦν ἐν οἰκίᾳ κεραμίδος ἢ πλίνθου τινός, ὠμῆς ἢ ὀπτῆς, ἐπίστασθαι χρὴ τὸν τεχνίτην, ὅπως τε δημιουργήσῃ τοιαύτην ἑτέραν, ὅπως τε τὴν μὲν πεπονθυῖαν ἐξαιρήσει, καταθήσεται δ' εἰς τὸν ἐκείνης τόπον ἑτέραν ἀπαθῆ. τῷ μέντοι γε τὴν περὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου τέχνην συνισταμένῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ ἀναγκαῖον τοῦτο ἔσται γιγνώσκειν, εἴτε δυνατόν ἐστιν ἀντιτιθέναι τι μόριον, εἴτε ἀδύνατον, ἀντ' ἄλλου τίθεσθαι. σάρκα μὲν ἐκκόψας πεπονθυῖαν, ἑτέραν ἐργάσασθαι δυνάσαι. νεῦρον δὲ ἢ σύνδεσμον κόψας, ἕτερον ἀποτελέσαι τοιοῦτο οὐ δυνήσῃ. τῇ μὲν γὰρ ἐξ αἵματος ἡ γένεσις, τοῖς δὲ ἐκ σπέρματος. ἔστι δὲ καὶ ὀστοῦν ἕν τι τῶν ἐν τῇ πρώτῃ διαπλάσει συνισταμένων, ἀλλ' εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ καταθεῖναί τι δυνάμεθα παραπλήσιον ὀστῷ. καὶ ταῦτα ἐγὼ μὲν νῦν ἀπεφηνάμην ἐκ προχείρου λαβὼν ἕνεκα παραδείγματος. ὁ δὲ λόγος αὐτόν γε κελεύει ζητῆσαι τὸν συνιστάμενον τὴν τέχνην, καὶ ἤδη γε τὰς ἀρχὰς τῆς εὑρέσεως ὑπεγραψάμην, ἐπὶ τὴν πρώτην τοῦ ζώου γένεσιν ἀναπέμψας, καὶ συμβουλεύσας ζητῆσαι, τίνα μὲν ἐκ σπέρματος ἐγένετο, τίνα δ' ἐκ τροφῆς ἀεὶ γίγνεται. ἔτι δὲ δὴ μᾶλλον ἡ μέθοδος ἀναγκάζει τε καὶ κελεύει ζητεῖν ἡμᾶς, εἴθ' ἕν ἐστιν ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν τε καὶ ἁπλῶν φαινομένων μορίων, εἴτ' ἐκ πλειόνων σύγκειται, καὶ τίς ὁ τρόπος αὐτοῖς ἐστὶ τῆς συνθέσεως. εὔδηλον γὰρ ὡς καὶ ταῦτα τοῖς ὀργανικοῖς ὀνομαζομένοις ἀνάλογα, ἔν τε τῇ ποσότητι καὶ διαπλάσει, καὶ μεγέθει, καὶ θέσει τῶν συνιστάντων αὐτά, τήν τ' ἀρετὴν ἕξει καὶ τὴν κακίαν, εἴπερ ἀνάλογος ὁ τρόπος αὐτῶν ἐστὶ τῆς γενέσεως. εἰ δ' οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὡς ἡ τετραφάρμακος ὀνομαζομένη, δι' ὅλων κερασθέντων ἁπάντων ἐγένετο, καθ' ἕτερον τρόπον ἐξευρήσεις αὐτῶν τὴν ἀρετήν τε καὶ κακίαν, καὶ τὴν νόσον. ὥσπερ, οἶμαι, εἰ μὴ κερασθέντων, ἀλλ' ἐκ παραθέσεως ἀκριβοῦς ἡ ἕνωσις αὐτῶν ἐστιν, ὁμοίως τῷ κεφαλικῷ τῷ καλουμένῳ φαρμάκῳ ξηρῷ, καὶ οὕτως ἐξευρήσεις τὴν ἀρετήν τε καὶ κακίαν, καὶ νόσους οἰκείας τῇ γενέσει τοῦ πράγματος. εἰ δὲ μήτε ἐκ πολλῶν διαφερόντων κατ' εἶδος, ἀλλ' ὁμοειδῶν ἁπάντων σύγκειται, καθάπερ εἰ οὕτως ἔτυχεν οἰκία τις ἐξ ὀπτῆς πλίνθου μόνης, ἢ λίθων, ἐν τῇ συνθέσει μόνῃ δηλονότι ἐξευρήσεις τῶν ὁμοιομερῶν τὴν ἀρετήν τε καὶ κακίαν, καὶ νόσους οἰκείας τῇ γενέσει τοῦ πράγματος. ὅτι μὲν δὴ τῶν εἰρημένων ἕν τι τοῖς ὁμοιομερέσιν ὑπάρχει σώμασιν, ὁ λόγος ἡμῖν ὑφηγεῖται. τί δ' ἐξ αὐτῶν ἐστιν ἀληθές, ἀκριβοῦς δεῖται σκέψεως. ὁρῶμεν γέ τοι καὶ τοὺς φιλοσόφους, ἐπὶ τὴν τοιαύτην μὲν ἀφικομένους ζήτησιν, ὥσπερ καὶ

CAPVT VI.

De partium similarium materia proxima, ac remota; seu de elementis, ac elementorum tractationem ad Medicum pertinere, de septem quoque conditionibus ad veritatem inueniendam necessariis.

RVrsum igitur nobis ipsis in memoriam reuocabimus, quod & in cæteris partibus omnibus, in quarum compositione substantiæ species est, demonstratum sit vniuersa genera quatuor totius substantiæ ipsarum esse causas; ac præterea tum probè constitutæ, tum vitiatæ ipsarum figuræ; deinde verò quòd & cuiusque ipsarum simplicium partium naturam scire necesse sit, si quis tum & earum integritatem, & vitium cognoscere, tum affectus emendare commodè valeat. Oblæso igitur domus imbrice, aut latere aliquo, vel crudo, vel cocto, scire oportet opificem & quomodo eiusmodi alterum structurus sit, & quomodo oblæsum execmpturus, ac in illius locum alterum integrum positurus. At sanè & qui artem circa hominis corpus versantem constituit, ei præter cætera necessarium quoque est id nosse, num aliqua pars loco alterius poni queat, an verò alterius vice locari nequeat. Carnem quidem prauè affectam si resecueris, aliam procreare poteris; neruum verò aut ligamentum si secueris, alterum eiusmodi efficere non poteris. Illi etenim ex saguine, his verò ex semine ortus est. Sed os quoque vna quædam est partium quæ in prima conformatione constructæ sunt. Verùm in locum ipsius restituere possumus aliquid ossi assimile. Et hæc nos equidem nunc obiter sumpta exempli gratia prodidimus, imò & ratio ipsum hortatur inquirere, qui artem constituit, iamque inuẽtionis principia descripsimus, quæ ad primam animantis generationem reuisimus, consuluimúsque inquirere, quænam ex semine procreata sint, & quæ ab alimentis perpetuò procreentur. Ad hæc autem magis methodus & cogit & exhortatur nos inquirere, Vtrum singulæ partes similares quæ & simplices conspiciuntur, vnum sint, an verò ex pluribus constẽt, & quis sit earum compositionis modus. Has namque planum est organicis nuncupatis proportione respondentes & in quantitate, & conformatione, & magnitudine, & situ ipsas constituentium, tum integritatem, tum vitium sortituras, si modus ipsarum generationis sit analogus; si verò non ita, sed vt medicamentum quod tetrapharmacum nominatur, totis per tota mixtis factæ sint, alia ratione ipsarum integritatem, & vitium, & morbum comperies. Quemadmodum (arbitror) si non ex mixtis, sed ex appositione accurata sit ipsarum vnitas peræque cephalico, quod vocatur, medicamento arido; sic & integritatem, & vitium, & morbos operis generationi proprios inueneris: si verò non ex multis specie differentibus, sed ex iisdem specie omnibus compositæ sint, vt (si ita sors tulerit) domus quædam ex coctis lateribus solis, aut lapidibus, in compositione sola videlicet similarium partium & integritatem, & vitium, & morbos operis generationi proprios reperies. Vnum sanè aliquod prædictorum similaribus adesse partibus, ratio nobis suadet; quodnam autem ex ipsis verum sit, exacta consideratione indiget. Videmus enim philosophos in huiusmodi quæstionem descendere, quemadmodum & medico-

medicorũ nonnullos plurimũ inter se discrepasse. Quare mihi etiã quamplurimi Medici videntur ab hac quæstione secessisse, quũ se id quod quæreretur inuenturos nequaquã sperarent; nonnulli verò non modò vt impossibilem, sed vt inutilem disquisitionem omiserũt. Quod quidem inutilis minimè sit, si quis non experiẽtia, sed methodo artem constituerit, iam mihi dilucidũ esse videtur, quòd verò non impossibilis, postea considerabimus, quũ quid paucũ priùs inter nos disseruerimus. Si quam enim mihi fidem adhibeas, vt certè adhibes, quum me rem nullã humanæ gloriæ, sed veritatis studio omnia efficere conspicias; ne te multitudo medicorũ, philosophorúmq; discrepantium deterreat. Si nãque ex quibus veritatem nosse oportet, ea omnibus adessent, nec ipsam postea inuenirent, spem inuẽtionis abijci consentaneum esset. Sed si quædam omninò isti non habuerint, quemadmodum etiam concedunt, quædam verò vtrum habuerint non constet, nos verò simus conscij nos ipsos omnia tenere, veritatis inquisitionem audacter admittere necesse est. Quotnam igitur existunt quæ concurrere opus est, vt si quis quærens aliquid, siue verum nouerit, siue nõ; ab inuentione non desperet? Septem nimirũ. Primum quidẽ ACVTA NATVRA, vt quæcunq; disciplina rationalis edoceatur, eam facilè assequatur. Secũdum A PVERILI ÆTATE ET INSTITVTIO, ET EXERCITATIO, vt in primis versetur disciplinis; maximè verò & in arithmetica, & in geometria sese exercuisse oportet, quemadmodum & Plato consuluit. Tertium, ad hæc omnia OPTIMIS SVA TEMPESTATE HABITIS PRÆCEPTORIBVS AVRES ADHIBVISSE. Quartum postea, ipsum esse LABORIS PATIENTISSIMVM, vt nihil quicquam interdiu, nihílque noctu præter disciplinas meditetur. Quintum præterea, quod paucissimis contingit, VERITATEM EXPETERE, eique soli in tota vita studio incumbere, spretisque cæteris omnibus, quæ à plerisque expetuntur. Sextum serie, methodum quandam didicisse, qua tum verum, tum falsum dijudicetur. Non enim certè satis fuerit ad inuentionem duntaxat eorum, quæ desideramus, veritatem cõcupiscere, sed etiam facultatem quandam inuẽtionis paratã habere oportet. Ad hæc omnia septimum, METHODVM EXERCVISSE DECET, vt non solùm cognoscere, sed vti queat. Si namque rhetoribus quidem inferiorem artem sectãtibus haud satis esse videatur nosse methodum, sed totam vitam in ipsius exercitatione conterant, multò magis magna adeò quærentibus solùm edidicisse methodum nequaquam sufficiet. Itaque si quod vnum horum quæ dicta sunt, ad veritatẽ viam instituenti desit, æquum est ipsum haud admodum sperare eorum quæ expetit quicquam esse consequuturũ. Si verò omnia suppetant, quid prohibet veritatem bona spe fultum exquirere?

CAPVT VII.

De Elementorum natura ex quibus fit singularum partiũ compositio; quòd plura vno sint, & quòd alterentur.

INstitutum porrò nobis est, quemadmodum omnes totius corporis partes vel etiam simplicissimas ex dissectione didicimus, ita hoc ipsum inuenire, nempe quales natura existant primariæ ac simplicissimæ partes. Verùm non de omnibus, sed de vna ceu exempli loco sermonem instituemus. Caro inspiciatur primùm, an vnum specie sit elementum quod

A τῶν ἰατρῶν ἐνίους ἐπὶ πλέον ἀλλήλων διενεχθέντας. διό μοι καὶ δοκοῦσιν οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν ἀποστῆναι τῆς τοιαύτης ζητήσεως, ἀπογνόντες εὑρήσειν τὸ ζητούμενον. ἔνιοι δ᾽ οὐ μόνον ὡς ἀδυνάτου τῆς εὑρέσεως ἀπέστησαν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀχρήστου. ὅτι μὲν οὐκ ἄχρηστος, εἰ μέλλοι τις οὐ διὰ πείρας τινὸς, ἀλλὰ μεθόδῳ συστήσασθαι τὴν τέχνην, ἤδη μοι δοκεῖ πρόδηλον ὑπάρχειν. ὅτι δὲ οὐδ᾽ ἀδύνατος, ἐφεξῆς σκοπῶμεν, ὀλίγον τι πρότερον ἡμῖν διαλεχθέντες. εἰ γάρ τί μοι πιστεύεις, ὥσπερ οὖν πιστεύεις, ὁρῶν με οὐδὲν πρὸς δόξαν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἅπαντα πράττοντα, μὴ καταπληττέτω σε τὸ πλῆθος τῶν διαφωνησάντων ἰα-

B τρῶν τε καὶ φιλοσόφων. εἰ μὲν γὰρ ἐξ ὧν χρὴ γνῶναι τ᾽ ἀληθὲς, ἅπασιν ὑπῆρξεν, εἶτ᾽ οὐχ εὗρον, εὔλογον ἦν ἀπογνῶναι τῆς εὑρέσεως. εἰ δέ τινα μὲν οὐδ᾽ ὅλως ἔσχον, ὥσπερ οὖν ὁμολογοῦσι καὶ αὐτοί. τινὰ δ᾽ ἄδηλον εἰ ἔσχον, ἡμεῖς δὲ συνίσμεν αὐτοῖς ἔχουσιν ἅπαντα, θαρρούντως χρὴ προσιέναι τῇ ζητήσει. τίνα τοίνυν ἐστὶν ἃ χρὴ συνελθεῖν, ἵνα ζητῶν ὁποιοῦν τις, ἤτοι γνῷ τ᾽ ἀληθὲς, ἢ μὴ γνοὺς, οὐκ ἀπογνῷ τῆς εὑρέσεως; ζ΄. δηλονότι. πρῶτον μὲν ὀξεῖα φύσις, ὥσπερ ὅπερ ἂν ἐκδιδάσκεται μάθημα λογικὸν ἑτοίμως ἕπεσθαι. δεύτερον

C δὲ, ἡ ἐκ τῆς παιδικῆς ἡλικίας ἀγωγή τε καὶ ἄσκησις, ὡς ἐν τοῖς πρώτοις γενέσθαι μαθήμασι. μάλιστα δ᾽ αὐτὸν ἐν ἀριθμητικῇ τε καὶ γεωμετρίᾳ γυμνάσασθαι δεῖ, καθάπερ καὶ Πλάτων συμβουλεύει. τρίτον ἐπὶ τούτοις ἅπασιν, ὑπέχειν τὰ ὦτα τοῖς κατὰ τὸν ἑαυτοῦ χρόνον ἀρίστοις εἶναι δοκοῦσιν. εἶτα τέταρτον αὐτὸν εἶναι φιλοπονώτατον, ὡς μηδὲν, μήθ᾽ ἡμέρας, μήτε νυκτὸς ἐκμελετᾶν ἄλλο, πλὴν τῶν μαθημάτων. εἶτα πέμπτον ὅπερ ὀλιγίστοις ὑπῆρξεν ἀληθείας ὀρεχθῆναι, καὶ τοῦτο σπουδάσαι μόνον ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ, καταφρονήσαντα τῶν ἄλλων ἁπάντων ἃ τοῖς πολλοῖς διεσπούδασται. πρὸς τού-

D τοις ἕκτον ἐκμαθεῖν τινα μέθοδον, ᾗ διακρίνεται τὸ ἀληθές τε, καὶ τὸ ψεῦδος. οὐ γὰρ δὴ ἀποχρήσει γε μόνον εἰς τὴν εὕρεσιν ὧν ζητοῦμεν ἐπιθυμῆσαι τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ χρὴ καὶ δύναμίν τινα τῆς εὑρέσεως πορίσασθαι. ἕβδομον ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ἀσκῆσαι τὴν μέθοδον, ὡς μὴ γιγνώσκειν μόνον, ἀλλὰ καὶ χρῆσθαι δύνασθαι. εἰ γὰρ δὴ τοῖς μὲν ῥήτορσιν ἐλάττονα τέχνην μετερχομένοις, οὐχ ἱκανὸν εἶναι δοκεῖ τὸ γνῶναι τὴν μέθοδον, ἀλλ᾽ ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ τὴν ἄσκησιν αὐτῆς μεταχειρίζονται. πολὺ μᾶλλον τοῖς οὕτω μεγάλα ζητοῦσιν, οὐκ ἀποχρήσει μόνως ἐκμαθεῖν τὴν μέθοδον. εἰ μὲν οὖν ἕν τι τῶν

E εἰρημένων ἐνδέοι τῷ καθηγουμένῳ τῆς ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ὁδοῦ, δίκαιόν ἐστι μὴ πάνυ τι τυχεῖν ἐλπίζειν, ὧν ἐφίεται. εἰ δὲ ἅπαντα ὑπάρχει, τί κωλύει ζητεῖν τὸ ἀληθὲς ἐπ᾽ ἐλπίσιν ἀγαθαῖς;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ΄.

Περὶ φύσεως στοιχείων ἐξ ὧν ἕκαστον τῶν μορίων συντίθεται· καὶ πλείω ἑνὸς εἶναι τὰ στοιχεῖα, καὶ ἀλλοιούμενα.

F ΕΣτι μὲν δὴ τὸ προκείμενον, ὥσπερ τοῦ σύμπαντος σώματος ἐξ ἀνατομῆς ἐμάθομεν ἅπαντα τὰ μόρια μέχρι τῶν ἁπλουστάτων, ὡς πρὸς τὴν αἴσθησιν, οὕτω καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐξευρεῖν, ὁποῖα τὰ πρὸς τὴν φύσιν ἐστὶ τὰ πρῶτά τε καὶ ἁπλούστατα μόρια. μὴ τοίνυν ἐπὶ πάντων, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑνὸς, ὡς ἐπὶ παραδείγματος ὁ λόγος ἡμῖν γιγνέσθω. τῆς σαρκὸς ἐπισκεπτομένης, πρῶτον μὲν εἰ ἕν τι τὴν ἰδέαν ἐστὶ τὸ γεννῆσαν

αὐτὴν στοιχεῖον. οὐδὲν γὰρ χεῖρον οὕτως ὀνομάσαι τὸ πρῶτόν τε, καὶ ἁπλούστατον ἐν αὐτῇ μόριον· εἶθ' ἑξῆς, εἴπερ μὴ φαίνοιτο τοιοῦτον, εἰ πολλά· κἄπειτα πόσα γε, καὶ τίνα, καὶ ὅς τις ὁ τρόπος αὖθις ἐστὶ τῆς συνθέσεως. ἐπεὶ τοίνυν ἡ σὰρξ ὀδυνᾶται τεμνομένη τε, καὶ θερμαινομένη σφοδρῶς, ἀδύνατον ἓν εἶναι τῷ εἴδει τὸ στοιχεῖον, οἷον Ἐπίκουρος ὑπέθετο τὴν ἄτομον. ὅτι γὰρ οὐχ ἓν τῷ εἴδει τὸ στοιχεῖόν ἐστι τοιοῦτον, ἐνθένδε δῆλον. οὐδεμία τῶν ἀτόμων αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν, οὔτε θερμὴ τὴν φύσιν ἐστὶν, οὔτε ψυχρά, οὐ μὴν οὐδὲ λευκή τις ἐστιν ἐξ αὐτῶν ἢ μέλαινα. καὶ τί διατρίβω, καὶ καταμηκύνω καὶ κατακερματίζων τὸν λόγον; ὅλως γὰρ οὐδεμία ποιότης ἐστὶν αὐτῇ ἀτόμῳ, ὡς οἱ πατέρες αὐτῶν βούλονται. τῶν γὰρ δὴ τοιούτων ποιοτήτων πάσας δι' ὅλων φαίνονται διεληλυθέναι τῶν σωμάτων. ὡς ἥγε κατὰ τὸ σχῆμα ποιότης ὑπάρχει πάσαις αὐταῖς, ὑπάρχει δὲ καὶ ἀντιτυπία, καὶ βάρος. ἀλλ' εἴτε ποιότητα χρὴ καλεῖν, εἴτε ἄλλο τι τὰ τοιαῦτα, πρός γε τὸ προκείμενον, οὐδὲν διαφέρει. πάσαις γὰρ αὐταῖς ὑπάρχει τὰ εἰρημένα, καὶ οὐ διαφέρουσιν ἀλλήλων εἴδει, καθάπερ αἱ ὁμοιομέρειαι τοῖς ἐκείνας ὑποτιθεμένοις, ἢ τὰ τέτταρα στοιχεῖα τοῖς τιθεμένοις ταῦτα. φησὶν οὖν ὁ Ἱπποκράτης. ἐγὼ δέ φημι, εἰ ἓν ἦν ὥνθρωπος, οὐδέ ποτ' ἂν ἤλγεεν, ὀρθότατα λέγων. τὸ γὰρ ἓν, ἀμετάβλητον εἰς ἕτερον, οὐκ ἔχον γε εἰς ὃ μεταβάλοι. τὸ δὲ ἀμετάβλητον ἀναλλοίωτον, καὶ ἀπαθές, τὸ δὲ ἀπαθές, ἀνώδυνον. γίγνεται τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων προτάσεων συμπέρασμα, τὸ ἓν ἀπαθὲς ὑπάρχειν, ἐφ' ᾧ πάλιν ἕτερος ἐρωτηθήσεται λόγος τοιόσδε. εἰ ἓν ἦν τῷ εἴδει τὸ στοιχεῖον, οὐδὲν ἐν τοῖς πᾶσιν οὐδέ ποτε ὀδυνήσεται· ἀλλὰ μὴν ὀδυνᾶται, οὐκ ἄρα ἕν ἐστι τὸ στοιχεῖον. ἐπεὶ δ' ὑπέκειτο περὶ σαρκὸς ποιεῖσθαι τὸν λόγον, ἐπ' ἐκείνης ἐξεταζέσθω. εἰ ἓν ἦν τῷ εἴδει τὸ τῆς σαρκὸς στοιχεῖον, οὐδέ ποτε ἡ σὰρξ ὀδυνήσεται. ἀλλὰ μὴν ὀδυνᾶται. οὐκ ἄρα ἕν ἐστι τῷ εἴδει, τὸ τῆς σαρκὸς στοιχεῖον. ὁ δ' αὐτὸς λόγος, καὶ καθ' ἕτερον ἐρωτηθήσεται τρόπον. εἰ ἀπαθές ἐστι τὸ τῆς σαρκὸς στοιχεῖον, οὐκ ὀδυνηθήσεται. ἀλλὰ μὴν ὀδυνᾶται, οὐκ ἄρα ἐστὶν ἀπαθές. εἰ δὲ καὶ πλείω λέγοι τις εἶναι τὰ στοιχεῖα, μὴ μέντοι γε ἀλλοιούμενα, καὶ ἐπ' ἐκείνων ὁ αὐτὸς λόγος ἐρωτηθήσεται κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. εἰ ἀπαθῆ τῆς σαρκός ἐστι τὰ στοιχεῖα, οὐκ ἀλγήσει. ἀλλὰ μὴν ἀλγεῖ, οὐκ ἄρα ἐστὶν ἀπαθῆ τὰ τῆς σαρκὸς στοιχεῖα. ὁ μὲν οὖν πρότερος λόγος ἀνατρέπει τήν τε τῶν ἀτόμων, καὶ τὴν τῶν ἀνάρμων, καὶ τὴν τῶν ἐλαχίστων ὑπόθεσιν. κατὰ δὲ τὸν δεύτερον, ἥτε τῶν ὁμοιομερειῶν ἀναιρεῖται δόξα, καὶ ἡ Ἐμπεδοκλέους. καὶ γὰρ οὗτος ἐκ τῶν τεττάρων στοιχείων βούλεται συνίστασθαι τὰ σώματα, μὴ μεταβαλλόντων εἰς ἄλληλα. πρόσεχε νοῦν ἤδη τῷ λόγῳ, ὡς θᾶττον ἐλπίδος, ἐξεῦρε τὸ μέγιστον μέρος ὧν ἐζήτεις. οὐκ ἀπαθῆ γὰρ ἀπέδειξεν εἶναι δεῖν τὰ στοιχεῖα τῆς σαρκός, οὐκοῦν ἔτι καθέξουσι τὸ προκείμενον κατὰ τὸν λόγον ἐν τῇ συνθέσει τῶν ἀπαθῶν ἐκείνων σωμάτων, ἃ δὴ στοιχεῖα τῆς τῶν ὄντων ἁπάντων φύσεως ὑποτίθενται, τὰς ὀδύνας γεννᾶσθαι φάσκοντες. ἀπαθὲς γὰρ ὀδυνώμενον, οὔθ' ἡ διάνοια παραδέχεται, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον οὐδὲν τῶν αἰσθητῶν μαρτυρεῖ. τοὺς γοῦν δακτύλους εἰ συμπλέξῃς ἀλλήλων, εἶτ' αὖθις ἀποχωρίζοις, οὔθ' ἡ σύνοδος, οὔθ' ὁ διαχωρισμὸς ὀδύνην ἐργάσεται. τὸ μὲν γὰρ ὀδυνᾶσθαι, σὺν τῷ πάσχειν ἐστίν. πάσχει δὲ οὐδὲν τὸ ψαῦον, ἐπείπερ ἐν δυοῖν τούτοιν ἐστὶ τὸ πάσχειν, ἀλλοιώσει τε τῇ δι' ὅλων, λύσει τῆς συνεχείας. ὁπότ' οὖν οὐδ' ἐν τοῖς παθητικοῖς [σαφ]ῶς σώμασιν, οὔθ' ἡ σύνοδος, οὔθ' ἡ ἄφοδος ὀδύνην

ipsam procreauerit. Nihil enim mali est primam & simplicissimam in ea partem sic appellasse. Deinde si talis non appareat, an multæ; postea, quot hæ, & quæ sint, tum quinam compositionis earum modus existat. Quum igitur caro dum secatur, calescitque vehementer, dolore afficitur; vnum specie elementum esse non potest, cuiusmodi Epicurus atomon statuit. Quòd enim vnum specie elementum tale non sit, inde constat; nulla siquidem ex atomis ipsa per se aut calida natura est aut frigida, neque etiam candida quædam ex ipsis est, vel nigra. Sed quid commoror, & comminuens orationem protraho? In summa namque, nulla qualitas est ipsi atomo, vt authores ipsarum decernunt. Nam huiusmodi qualitates vniuersæ per tota corpora permeasse videntur, vt ipsa figuræ qualitas ipsis omnibus insit, inest autem & renixus & grauitas, sed hæc an qualitatem, an aliud quicquam vocare oporteat, ad propositum nihil attinet. Omnibus enim ipsis prædicta insunt, nec inter se specie differunt, sicut homæomeriæ, *similaritates*, iis qui illas supposuere, aut elementa quatuor hæc statuerunt. Hippocrates igitur inquit. *Ego verò dico, si homo vnum esset, haudquaquam doleret.* Rectissimè pronunciat. Nam vnum in aliud mutari non potest quum non habeat in quod mutetur; quum immutabile, nec alterari, nec mutari possit; impatibile verò dolore vacet; at manat ex dictis pronunciatis hæc conclusio, vnum esse impatibile, ob quam rursus aliud proponetur argumentum tale. Si elementum vnum esset specie, nihil in omnibus vnquam doleret. Atqui dolet, non igitur vnum est elementum. Quoniam verò de carne nobis constitutum erat dissertationem moliri, de illa disseratur. Si vnum esset specie carnis elementum, nunquam caro doleret; Sed dolet; non igitur vnum specie carnis elementum est. Eadem verò ratiocinatio alio quoque modo proponetur. Si impatibile sit carnis elementum non dolebit: Atqui dolet, non igitur est impatibile. At si quis & plura esse elementa dicat, non tamen quæ alterentur, de illis in hunc modum eadem ratiocinatio proferetur. Si impatibilia sunt carnis elementa, non dolebit; sed dolet, non igitur impatibilia sunt carnis elementa. Quare prior quidem ratiocinatio, & atomorum, & incompactilium, & minimorum *corpusculorum* hypothesim subuertit. Altera verò & similaritatum & Empedoclis opinionem tollit. Etenim hic ex quatuor elementis corpora vult constitui, sed quæ inuicem non transmutentur. Adhibe iam disputationi animum, qua citiùs ac sperauerim, maximam eorum partem quæ quærebas inuenit; quippe carnis elementa non impatibilia esse oportere demonstrauit. Non igitur etiamnum qui dolores tempori statuunt in corporum illorum impatibilium compositione, quæ certè elementa omnium rerum naturæ supponunt, propositum in oratione obtinebunt. Etenim nec intellectus capit, imò nec vllum eorum quæ sub sensum cadunt, attestatur, impatibile dolore affici. Nam digitos si inuicem committas, rursúsque separes, nulli dolorem nec coitus, nec separatio concitabit; siquidem dolor passioni coniunctus est. At nihil contiguum afficitur; quoniam in his duobus passio consistit, alteratione, per tota; & continuitatis diuortio. Qùum igitur in patibilibus manifestò corporibus neque coitus, neque sciunctio

ctio dolorem efficiat, multò minùs in impatibilibus efficiet. Quare nec Aſclepiadis *corpuſculum* illud incompactile fragile exiſtens dolebit dum frangitur; non enim ipſi ſenſus eſt. Quare neque huic plus erit doloris ex iis quibus afficitur, quum ſenſus ſit expers, quàm oſſi, cartilagini, adipi, ligamento, & pilis. Etenim hæc omnia patiuntur quidem, ſed non dolent, quia nec ſentiunt. Quicquid igitur dolebit, patibile, ac ſenſibile eſſe oportet; non tamen ex ſenſilibus primis, neceſſarium eſt eſſe ſenſibile, ſed patibile ſolùm ſufficit; Nam aliquando ſenſibile fieri poterit, ſi immutetur, alteretúrque. At quia multitudine innumeræ alterationes ac temperaturæ elementorum fieri poſſunt, infinitæ quoque erunt particularium corporum proprietates, ſecundum quas nihil abſurdum fuerit multa inſenſilia fieri, atque ex iis quæ ſentiunt, aliud magis, aliud minus ſentire. At verò & elementa vno plura neceſſariò eſſe, quæ alterari natura poſſunt, clarè demonſtratum eſt iis, qui, vt paulò ante dictum eſt, apparatum omnem habent illorum, ex quibus poſſit aliquis fieri ſcientificus. Qui verò eò ſtupiditatis veniunt, vt ne vel an methodus quædam demonſtrandi ſit, priùs dignentur inquirere, vel ab alio diſcere, vel ſeſe in ea exercere, iis ſanè hic ſermo non eſt communicandus. Neque enim contendendi cum aliis, aut vincendi, ſed veritatis ipſius inueniendæ deſiderio ad hanc diſputationem deſcendimus. Nam qui indoctas illorum opiniones volet redarguere, is librum quem de elementis ex Hippocratis ſententia inſcripſimus, ſeorſum ſibi legendum proponat.

CAPVT VIII.

De materia compoſitionis ſimilarium ex elementis; & qualitates primas, & corporum elementa quatuor eſſe.

RVrſus igitur ad inſtitutum reuerſi, finem ei imponamus. Quoniam elementum per totum alterabile eſt, quot vniuerſa ſint elementa, deinceps referamus, ducto & hìc ab iis quæ euidenter apparent, orationis exordio. Quæ rem quamcunque alterant, eam tetigiſſe antea, quàm immutaſſe neceſſe eſt, vt ſenſus docet, & ipſa rerum natura indicat. Nam abſurdiſſimum eſt, aliquid in Ægypto à flamma quæ hìc eſt, alterari. Atqui ſi ex contactu id alteret quod tranſmutat, quarumdam tactilium qualitatum ratione operari ipſi neceſſe eſt. Quid igitur vetat has omnes inſpici? Acutum ſanè quod proximè accedit, ſecat, verùm ſubſtantiam eius non alterat, quemadmodum nec grauitas; ſed contundit quidem & hæc, verùm per totum patientis ſubſtantiæ mutationem non efficit; quin nec durities ita ſibi proximum alterare poteſt, vt in aliam ſpeciem traducat. Calor tamen & frigidus totam adiacentem ſubſtantiam alterare poteſt. Ita verò humor & ſiccitas, etſi non ſubitò, quemadmodum prædictæ, certè tempore & ipſæ ſubiecta tranſmutant. An igitur aliam adhuc alterandi facultatem habemus? An vniuerſa multitudo in his eſt? Certè ſolas prædictas qualitates efficientes tum dici, tum cenſeri conuenit, ac præſertim primam inter eas oppoſitionem. Atque in hac magis calorem,

ἐργάζηται, χολῇ γε ἂν ἐν τοῖς ἀπαθέσιν ἐργάσαιτο. οὐ μὴν οὐδὲ τὸ ἄναρμον τὸ Ἀσκληπιάδου θραυστὸν ὂν ὀδυνήσεται θραυόμενον, ἀναίσθητον γάρ ἐστιν. ὥστε οὐδὲ τούτῳ πλέον ὀδύνης ἔσται ἐξ ὧν πάσχει, τῆς αἰσθήσεως ἀπούσης. ὥσπερ ὀστῷ, καὶ χόνδρῳ, καὶ πιμελῇ, καὶ συνδέσμῳ, καὶ θριξί. καὶ γὰρ ταῦτα πάντα πάσχει μὲν, οὐκ ὀδυνᾶται δὲ, διότι μηδὲ αἰσθάνεται. χρὴ τοίνυν τὸ μέλλον ὀδυνήσεσθαι παθητὸν εἶναι καὶ αἰσθητόν. οὐ μὴν ἐξ αἰσθητικῶν γε τῶν πρώτων ἀναγκαῖον εἶναι τὸ αἰσθητικὸν, ἀλλ' ἀρκεῖ τὸ παθητικὸν μόνον. αἰσθητικὸν γὰρ δύναται γενέσθαι ποτὲ, μεταβάλλον τε καὶ ἀλλοιούμενον. ἐπεὶ δὴ ἀπείρους ἐγχωρεῖ τὸ πλῆθος γενέσθαι τὰς ἐκ τῶν στοιχείων ἀλλοιώσεις τε καὶ κράσεις, ἄπειροι τῶν κατὰ μέρος σωμάτων αἱ ἰδιότητες συστήσονται, καθ' ἃς οὐδὲν ἄτοπον ἀναίσθητα γενέσθαι πολλὰ, καὶ τῶν αἰσθανομένων, τὸ μὲν μᾶλλον αἰσθάνεσθαι, τὸ δὴ ἧττον. ὅτι μὲν οὖν ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ πλείω τοῦ ἑνὸς εἶναι τὰ στοιχεῖα, καὶ ἀλλοιοῦσθαι φύσιν ἔχοντα, δεδήλωται σαφῶς, τοῖς γε, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται, τὴν παρασκευὴν ἔχουσιν ἅπασαν, ἐξ ὧν ἄν τις ἐπιστημονικὸς γένοιτο. τοὺς δ' εἰς τοσοῦτον ἥκοντας ἀναισθησίας, ὡς μηδ' εἰ τίς ἐστιν ἀποδεικτικὴ μέθοδος, ζητῆσαι πρότερον ἐθέλειν, ἢ παρ' ἄλλου μαθεῖν, ἢ ἀσκηθῆναι, τούτοις οὐδὲ κοινωνοὺς τοῦ λόγου ποιητέον. οὐ γὰρ ἐρίζοντες ἄλλοις, ἢ νικᾷν ἐθέλοντες, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν εὑρεῖν σπουδάζοντες, ἐπὶ τόνδε τὸν λόγον ἀφικόμεθα. τῷ γὰρ βουλομένῳ καὶ τὰς ἀπαιδεύτους ὑπολήψεις αὐτῶν ἐξελέγχειν, ἴδιον γέγραπται βιβλίον, ἐν ᾧ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων ἐπισκεπτόμεθα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ ὕλης συνθέσεως τῶν ἐκ τῶν στοιχείων ὁμοιομερῶν· καὶ τὰς πρώτας ποιότητάς τε, καὶ τὰ τῶν στοιχείων σώματα τέσσαρα εἶναι.

ΠΑλιν οὖν ἐπανελθόντες ἐπὶ τὸ προκείμενον, ἐπιθῶμεν αὐτῷ τέλος. ἐπεὶ τὸ στοιχεῖον ἀλλοιωτόν ἐστι δι' ὅλου, πόσα τὰ πάντ' ἐστὶ στοιχεῖα διέλθωμεν ἑξῆς, ἀρχὴν κἀνταῦθα τῶν λόγων, τῶν ἐναργῶς τι φαινομένων ποιησάμενοι. τοῖς ἀλλοιοῦσιν ὁποιοῦν ἀναγκαῖον καὶ ἁψαμένοις ὧν πρότερον ἀλλοιῶσι, ποιήσασθαι τὴν μεταβολὴν, ὥσπερ ἡ αἴσθησις διδάσκει, καὶ αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις ἐνδείκνυται. παρὰ γὰρ τὴν ἔννοιάν ἐστιν ὑπὸ τῆς ἐνταῦθα φλογὸς ἀλλοιοῦσθαί τι τῶν ἐν Αἰγύπτῳ. καὶ μὴν εἰ ἁψάμενον ἀλλοιοῖ τὸ μεταβάλλον, ἀναγκαῖον αὐτῷ κατά τινας τῶν ἁπτῶν ποιότητας ἐνεργῆσαι. τί οὖν τὸ κωλῦον ἐστὶν ἐπισκέψασθαι πάσας αὐτάς; ὀξὺ μὲν οὖν τέμνει τὸ πλησιάζον, ἀλλ' οὐκ ἀλλοιοῖ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, καθάπερ οὐδὲ τὸ βάρος, ἀλλὰ θλᾷ μὲν καὶ τοῦτο, δι' ὅλου δ' οὐκ ἐργάζεται τῆς πασχούσης οὐσίας τὴν μεταβολήν. οὐ μὴν οὐδὲ σκληρότης οὕτω ἀλλοιῶσαι δύναται τὸ πλησιάζον, ὡς εἰς ἕτερον εἶδος μεταστῆσαι. θερμότης μέντοι καὶ ψυχρότης, ὅλην ἀλλοιῶσαι δύναται τὴν πλησιάζουσαν οὐσίαν. ὡσαύτως δὲ ὑγρότης, καὶ ξηρότης, εἰ καὶ μὴ διὰ ταχέος ὁμοίως ταῖς εἰρημέναις, ἀλλ' ἐν χρόνῳ γε καὶ αὗται μεταλλάττουσι τὰ ὑποκείμενα. ἆρ' οὖν καὶ ἑτέραν τινὰ ἔχομεν ἀλλοιοῦν δυναμένην; ἢ τὸ σύμπαν πλῆθος ἐν ταύταις ἐστί; καὶ μόνας ὀνομάζεσθαί τε, καὶ νομίζεσθαι προσήκει τὰς εἰρημένας ποιότητας δραστικὰς, καὶ μάλιστ' ἐν αὐταῖς τὴν πρώτην ἀντίθεσιν, καὶ κατ' αὐτὴν μᾶλλον τὴν θερμότητα, δραστικωτάτη

γὰρ αὕτη τῶν ποιοτήτων ἐστίν. ἑξῆς δ' αὐτῆς ψυχρότης, εἶθ' ὑγρότης, καὶ ξηρότης. ἄλλη δὲ οὐδὲ μία ποιότης ἀλλοιοῖ τὰ πλησιάζοντα δι' ὅλων αὐτῶν. εἰ γάρ τι διασπᾷ, ἢ θλᾷ, ἢ τέμνει, ἢ νύττει, δρᾷ μέντοι καὶ τοῦτο, δι' ὅλου δὲ οὐκ ἐκτείνει τοῦ πάσχοντος τὴν ἀλλοίωσιν, ὅθεν οὐδ' εἰς ἕτερον εἶδος οὐσίας αὐτὸ μεθίστησιν, ἀλλ' εἰς πλείους διαιρεῖ. τὴν γοῦν χιόνα διαιρῶν μὲν εἰς ἐλάχιστα μόρια, φυλάξεις χιόνα, θερμήνας δὲ παύσεις τοῦ εἶναι χιόνα. καὶ γὰρ καὶ ἡ γένεσις ἐξ ὕδατος αὐτῆς ψυχθέντος, οὐκ εἰς ἓν ἀθροισθέντος. αὔξησις μὲν γὰρ οὐσίας τοῦτο, γένεσις δὲ ἐκεῖνο. καὶ δὴ καὶ τῶν ἐναντίων, ἡ μὲν εἰς σμικρὰ διαίρεσις, μείωσις τῆς οὐσίας ἐστίν, ἡ δὲ θέρμανσις, ἑτέρας οὐσίας ἐστὶ γένεσις, ὅταν ἀλλοιώσῃ τὸ προϋπάρχον εἶδος. ὅσα τοίνυν σώματα πρῶτον τὰς τοιαύτας ἔχει ποιότητας, ἐκεῖνα στοιχεῖα τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐστί, καὶ τῆς σαρκός. ἔστι δὲ ταῦτα, γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀήρ, καὶ πῦρ, ἅπερ ἅπαντες οἱ μὴ φεύγοντες ἀπόδειξιν φιλόσοφοι, στοιχεῖα τῶν γινομένων τε καὶ φθειρομένων ἔφασαν εἶναι. καὶ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλά φασιν αὐτά, καὶ εἶναί τι κοινὸν ἅπασιν ὑποκείμενον. ἀλλ' οὐ περὶ τούτων ὁ λόγος. ὅτι δὲ οὐ χρὴ δυσωπεῖσθαι τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτανόντων τῆς ἀληθείας, ἀλλ' εἰ μὲν ἔχει τις ἀπόδειξιν, ἐκείνῃ πιστεύειν. εἰ δ' οὐκ οἶδεν ὅλως οὐσίαν ἀποδείξεως, ὥσπερ ἔνιοι τῶν φιλοσοφεῖν φασκόντων ὁμολογοῦσι, μὴ τολμᾶν ἀποφαίνεσθαι πάντως. παραπλήσιον γὰρ τοῦτό γε, τῷ βούλεσθαι μαθεῖν ὅπως χρὴ προγινώσκειν ἔκλειψιν ἡλίου, πρὶν ἐν ἀριθμοῖς καὶ γραμμαῖς γυμνάσασθαι. φευκτέον οὖν σοι τοιούτους ἀνθρώπους, ὥσπερ τὰ βάραθρα. συγκατασπῶσι γὰρ αὐτοῖς ἐνίοτε τοὺς πλησιάζοντας, ἢ πάντως γε ῥυπαίνουσι, εἰ μή τις ἱκανῶς εἴη γεγυμνασμένος ἐν θεωρίᾳ λογικῇ. ταύτῃ τοι καὶ ἀσκητέον ἡμῖν οὕτως, ὡς οὐδὲν ἕτερον ἐκείνην τὴν θεωρίαν. ἀλλὰ τοῦτο μέν, οἶδ' ὅτι πάρεργον.

ipsa siquidem qualitatum efficacissima est; post hunc frigus est, mox humor, & siccitas; nulla verò alia qualitas sibi adiacentia per tota alterat. Si namque diuellit aliquid, contundit, secat, & pungit, id quidem facit, verùm per totam *substantiam* patientis alterationem non extendit; vnde nec in alteram essentiæ speciem ipsum transfert, sed in plurima separat. Itaque niuem si diuidas in minimas partes ipsam quidem niuem seruabis. Sin calefeceris, non esse niuem efficies; etenim ex aqua ipsa refrigerata, non in vnum collecta eius ortus est; hoc siquidem substantiæ incrementum, illud generatio est. Iam verò contrariorum in parua quidem diuisio, substantiæ diminutio est; calefactio autem, alterius substantiæ generatio, quum præcedentem alterauerit speciem. Igitur quæcunque corpora primùm huiusmodi qualitates obtinent, illa reliquorum omnium, & carnis elementa sunt; sunt autem hæc terra, aqua, aër, & ignis; quæ philosophi omnes, qui demonstrationem non refugiunt, elementa esse eorum quæ generantur & corrumpuntur, asseuerarunt, ac ipsa in se mutuò transmutari aiunt, communéque aliquod omnibus esse subiectum. Verùm de his haud verba sunt. Sed quòd deterreri non oporteat multitudine à veritate aberrantium, verùm demonstrationi, si cui eius copia sit, fidem adhibere. Porrò si omninò demonstrationis substantiam ignorant, vt nonnulli qui se philosophos dicunt, vereri se sententiam ferre omninò fatentur. Nam perinde est, ac si quis discere vellet quonam modo defectum solis præsagiri oporteat, priusquam in numeris se & lineis exercuerit. Fugiendi itaque eiusmodi homines sunt, tanquam barathra; quippe secum aliquãdo eos quibuscum versantur, attrahũt, vel omninò inficiunt, nisi in logica speculatione abundè quis exercitatus fuerit. Hac itaq; via non ita in re altera, quàm in illa theoria nobis exercendum est. Sed hoc equidem scio, præter institutum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Τὰ ὁμοιομερῆ σώματα, καὶ τὰς αὐτῶν κράσεις, καὶ μέντοι γε τὴν ὑγείαν τε, καὶ τὴν νόσον ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων γίγνεσθαι· ὅθεν καὶ τὸ τῶν ὁμοιομερῶν καὶ τῆς ἰατρικῆς εἶδος.

Ἐπὶ δὲ τὸ προκείμενον ἐπανίωμεν. ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων ἀλλήλοις κεραννυμένων, ἓν ὁμοιομερὲς γίγνεται σῶμα, κατὰ τὸ τῆς κράσεως ποιόν, ἤτοι γε αἰσθητικόν, ἢ ἀναίσθητον. ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ μέρος ἐν ἑκατέρῳ τῷ γένει διαφοραὶ πᾶσαι, τῇ τῆς κράσεως ἕπονται διαφορᾷ. κατὰ γοῦν τὴν ταύτης ἰδιότητα τὸ μὲν γίγνεται ὀστοῦν, τὸ δὲ σάρξ, τὸ δὲ ἀρτηρία, τὸ δὲ νεῦρον. ἀλλὰ καὶ ἡ καθέκαστον αὐτῶν ἰδιότης, ἐν τῇ τῆς κράσεώς ἐστιν ἰδιότητι. ξηροτέρα μὲν γὰρ καὶ θερμοτέρα σάρξ, ἡ τοῦ λέοντος. ὑγροτέρα δὲ καὶ ψυχροτέρα, τοῦ προβάτου· μέση δ' ἀμφοῖν, ἡ τοῦ ἀνθρώπου. καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἡ μὲν τοῦ Δίωνος, εἰ οὕτως ἔτυχε, θερμοτέρα, ψυχροτέρα δ' ἡ τοῦ Φίλωνος. ὥστε γίγνεσθαι τὰς διαφορὰς τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων ἁπλᾶς μέν, ὅσαπερ ἐστὶ τὰ στοιχεῖα, θερμοτέρας, καὶ ψυχροτέρας, καὶ ὑγροτέρας, καὶ ξηροτέρας. συνθέτους δ' ἄλλας τέτταρας, ὑγροτέρας τε ἅμα, καὶ ψυχροτέρας, θερμοτέρας τε καὶ ὑγροτέρας. ἄλλην τέ τινα τρίτην ξηροτέραν τε ἅμα, καὶ θερμοτέραν, ἐφ' ᾗ τετάρτην ψυχροτέραν τε ἅμα, καὶ ξηροτέραν. ἐφ' αἷς πρώτην ἁπασῶν εἶναι τὴν εὐκρατοτάτην. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ὁ λόγος ἱκανὸς ἐξείργασται σύμπας ἐν

CAPVT IX.

Similaria corpora, eorúmque temperamenta, sanitatem quoque & morbum ex quatuor elementis exoriri, vnde forma similarium partium & medicinæ.

AD rem propositam redeamus. Ex quatuor elementis inuicem contemperatis corpus vnum similare gignitur, pro temperamenti qualitate vel sensibile, vel insensibile. Simili verò ratione & particulares in vtroque genere differentiæ omnes, temperamenti differentiam sequuntur. Pro huius enim proprietate aliud os, aliud caro, aliud arteria, aliud neruus efficitur. Sed & cuiusque ipsorum proprietas in temperamenti proprietate consistit, siccior namque & calidior leonis caro est; humidior frigidiórque ouis; media inter vtramque hominis; atque inter ipsos homines Dionis caro, exempli gratia, calidior est, frigidior autem Philonis. Quapropter tot similarium partium differentiæ sunt, simplices quidem, quot elementa, calidiores, frigidiores, humidiores, & sicciores; compositæ verò aliæ quatuor, humidiores simul & frigidiores, calidiores & humidiores; alia quoque tertia quædam siccior vnà & calidior; deinde quarta frigidior simul & siccior; his accedit princeps omnium temperatissima. Sed de his quidem sermo idoneus totus in libris

libris de temperamentis habitus est. Verùm præsens sermo, quia similarium integritatem ac vitium in elementorum commoderatione & incommoderatione inuenit; deinceps ab ipsarum vitio morbum distinguet. Hæc verò distinctio ab vtrarumque rerum notione, vt in opere de demonstratione ostensum est, primum exordium habitura est. Quæ igitur salubris constitutionis corporis notio est, quæ iam & insalubris? Sana quidem corporis structura, illæsas secundum naturam actiones habet, ægra verò læsas. Proinde quum quis sanus imbecilliores quidem, quàm alius sanitate fruens, functiones habet, nondum verò iam læsas, intemperatior sanè est, sed nondum ægrotat. Igitur inter salubres corporis habitus vnus quidem est temperatissimus, octo verò intemperati. At morbus temperatus nullus est; intemperati verò, omnes; tot numero, quot salubres intemperaturæ. Quòd si ex sanis alios temperatos, alios intemperatos statuere cuipiam nō placeat, is alterum duorum dogmatum sequi cogetur, vel omnes semper ægrotare, vel vnam esse omnium temperiem, virorum, mulierum, iuuenū, senum, puerorum, athletarum; priuatorum, operariorum, in otio degentium, robustorum, imbecillium; sed vtrumque absurdum est, ergo tertiam quandam sanitatis latitudinem esse oportet, vt plurimæ in ea sanorum corporum differentiæ, in maioris ac minoris ratione comprehendantur, sicut & in aliis omnibus habet. Etenim domus, & nauis, & lectus, & arca, & vestimentum, & calceus, & currus, vel meliùs vel peiùs structurâ est priusquàm ægrotet. Atque hæ tres corporis dispositiones in omnibus nobis statuendæ sunt, optima, deprauata, & morbosa; sed optima quidem vna est, in perfectissimum enim deterius non cadit, reliquorum duorum innumerabilis certè copia est, habent autem differentias ratione pluris & minoris.

CAPVT X.

Epilogus eorum quæ dicta sunt effectus Medicinæ prodit.

QVum igitur hucusque hac oratione peruenimus, ipsam coërcentes quæ dicta sunt, ea per capita repetamus. Agnoscemus enim ita & quid rei quæsitæ iam inuentum sit, & quid præterea supersit. Nobis quidem propositum est, artem sanitatis effectricem constituere, sed non ita est vt architectura, quæ domum extruit; sed vt partis eius labefactatę emendatrix; quanquam hîc non eodem prorsus modo, verùm idipsum quod quæritur, erat inuenire, quatenus similiter ædificatori, corporis vitia emendare potest qui sanitatis tuendæ artem profitetur. At quia ad hæc omnia corporis naturam prænosse necesse est, cuius vitia ars curatura sit; ideo hoc ipsum disquisiuimus. Quum autem inuenerimus vt functiones & structuræ partium secundum naturam sunt, pro quarum conseruatione, & quum vitiatæ fuerint emendationis omnibus modis propugnandum est; ex quot compleatur quod secundum naturam est, quæsiuimus. Quum autem compertum habuerimus organicis partibus ex earum quæ ipsis insunt simplicium compositione substantiam esse; atque simplicibus, ex quatuor elementis, deinceps vtrarumque partium morbos considerabimus. Ac iam ferè corporum tum sanorum, tum ægrorum cognitionem ratio nobis inuenit,

τοῖς περὶ κράσεων. ὁ δὲ νῦν ἐνεστὼς, ἐπειδὴ τῶν ὁμοιομερῶν τήν τε ἀρετήν τε καὶ τὴν κακίαν ἐξεῦρεν, ἐν τῇ συμμετρίᾳ τε καὶ ἀμετρίᾳ τῶν στοιχείων, ἑξῆς ζητήσει διαιρεῖσαι τὴν κακίας αὐτῶν τὴν νόσον. ὁ διαιρισμὸς δὲ ἀπὸ τῆς ἐννοίας ἑκατέρων τῶν πραγμάτων, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἀποδείξεως ἐδείκνυτο, τὴν πρώτην ἀρχὴν ἕξει. τίς οὖν ὑγιαινούσης κατασκευῆς τοῦ σώματος ἔννοια, καὶ τίς ἤδη νοσούσης; ἡ μὲν οὖν ὑγιαίνουσα κατασκευὴ τοῦ σώματος, ἀβλαβεῖς ἔχει τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας· ἡ δὲ νοσοῦσα, βεβλαμμένας. ὥστ' ἐπειδάν τις ὑγιαίνων, ἀσθενεστέρας μὲν ὑγιαίνοντος ἑτέρου τὰς ἐνεργείας ἔχῃ, μηδέπω δ' ἤδη βεβλαμμένας δυσκρατότερος μέν ἐστι, νοσεῖ δ' οὐδέπω. μία μὲν οὖν ἡ εὐκρατοτάτη τῶν ἕξεών ἐστι τῶν ὑγιεινῶν, ὀκτὼ δὲ δύσκρατοι. νόσος δὲ εὔκρατος μὲν οὐδεμία, δύσκρατοι δὲ σύμπασαι. τοσαῦται τὸν ἀριθμὸν, ὅσαι περ αἱ ὑγιειναὶ δυσκρασίαι. εἰ δ' οὐκ ἀρέσκει τινὶ τῶν ὑγιαινόντων, τοὺς μὲν εὐκράτους τίθεσθαι, τοὺς δὲ δυσκράτους, οὗτος ἀναγκασθήσεται δυοῖν δογμάτων ἑλέσθαι θάτερον, ἢ διαπαντὸς ἅπαντας νοσεῖν, ἢ μίαν ἁπάντων εἶναι κρᾶσιν ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν, ἀκμαζόντων, γερόντων, παίδων, ἀθλητῶν, ἰδιωτῶν, ἐργατῶν, ἀργῶν, ἰσχυρῶν, ἀσθενῶν, ἀλλ' ἑκάτερον ἄτοπον. ἀναγκαῖον οὖν τρίτον εἶναί τι πλάτος ὑγείας, ὡς παμπόλλας ἐν αὐτῷ περιέχεσθαι διαφορὰς τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον. οὕτω δὲ κἀν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔχει. καὶ γὰρ οἰκία, καὶ ναῦς, καὶ σκίμπους, καὶ κιβωτὸς, ἱμάτιόν τε, καὶ ὑπόδημα, καὶ δίφρος, ἤτοι βέλτιόν ἐστιν, ἢ χεῖρον τῇ κατασκευῇ πρὶν νοσεῖν. καὶ τρεῖς ταύτας ὑποθετέον ἡμῖν ἐστι κατασκευὰς σώματος ἅπασι τοῖς οὖσι, τὴν ἀρίστην, τὴν φαύλην, τὴν νοσοῦσαν. ἀλλ' ἡ μὲν ἀρίστη μία, τὸ χεῖρον γὰρ οὐκ ἐγγίγνεται τῷ τελεωτάτῳ. τῶν δὲ ἄλλων ἀμφοῖν οὐκ εὐαρίθμητον μὲν τὸ πλῆθος, αἱ διαφοραὶ δ' ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ἐπίλογος τῶν προειρημένων τὰ τῆς ἰατρικῆς ἐνεργείας δηλοῖ.

ΟΠότ' οὖν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ γεγόναμεν ἐπιστήσαντες αὐτὸν, ἀναλάβωμεν ἐν κεφαλαίοις τὰ εἰρημένα. γνωσόμεθα γὰρ οὕτως ὁπόσον τε τοῦ ζητουμένου τὸ εὑρημένον ἤδη, καὶ ὁπόσον ἔτι τὸ ὑπολειπόμενόν ἐστι. προὔκειτο μὲν ἡμῖν συστήσασθαι τέχνην ὑγείας ποιητικὴν, ἀλλ' οὐχ οὕτως ὡς ἡ οἰκοδομικὴ τῆς οἰκίας δημιουργική ἐστιν, ἀλλ' ὡς τοῦ διαφθειρομένου μέρους αὐτοῦ ἐπανορθωτική. καὶ οὐδ' ἐνταῦθα πάντη τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ ζητούμενον ἦν ἐξευρεῖν, ἄχρι πόσου παραπλησίως οἰκοδόμῳ, τὰ σφάλματα τοῦ σώματος ἐπανορθοῦσθαι δυνατός ἐστιν ὁ τὴν ὑγιαστικὴν τέχνην μεταχειριζόμενος. ἐπεὶ δ' ἀναγκαῖον εἰς ἅπαντα τὰ τοιαῦτα προεγνῶσθαι τὴν φύσιν τοῦ σώματος, οὗ τὰ σφάλματα μέλλει θεραπεύειν ἡ τέχνη, διὰ τοῦτ' αὐτὸ ἐζητήσαμεν. εὑρόντες δ' ὡς ἐνέργειαί τε καὶ κατασκευαὶ μορίων εἰσὶ κατὰ φύσιν ὧν ἀντιποιεῖσθαι χρὴ παντὶ τρόπῳ τῆς φυλακῆς τε, καὶ τῆς ἐπανορθώσεως ἐπειδὰν πάσχοιεν, ἐκ πόσων συμπληροῦται τὸ κατὰ φύσιν ἐζητήσαμεν. εὑρόντες δ' ὡς τοῖς ὀργανικοῖς μορίοις, ἐκ συνθέσεώς ἐστι τῶν ἐν αὐτοῖς ἁπλῶν ἡ οὐσία, τοῖς δ' ἁπλοῖς ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, ἐφεξῆς καὶ περὶ τῶν καθ' ἑκάτερα νοσημάτων σκεψόμεθα. καὶ σχεδὸν ἡμῖν ὁ λόγος ἤδη τὴν γνῶσιν τῶν ὑγιεινῶν τε καὶ νοσωδῶν σωμάτων ἐξεύρηκεν,

οὐδὲ ταύτην ἅπασαν, ἀλλ' εἶδός τι μόνον αὐτῆς, καὶ οἷον παράδειγμα. τὴν δὲ σύμπασαν οὐσίαν τῆς τῶν ὑγιαινόντων τε, καὶ νοσωδῶν σωμάτων ἐπιστήμης ἕξομεν, ἐπειδὰν ταῖς ὕλαις ἐμβιβάσωμεν τὰ εἴδη. χρὴ γὰρ οὐ μόνον ὅτι θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ κερασθέντων, ἕκαστόν τι γίγνεται μόριον ἐγνωκέναι τὸν ἰατρὸν, ἀλλὰ καὶ κατ' εἶδος ἐπελθόντα, τίς μὲν ἡ τῶν ὀστῶν ἐστι κρᾶσις, ὁποία δ' ἡ τῶν σαρκῶν τε, καὶ νεύρων, καὶ φλεβῶν, ἑκάστου τε τῶν ἄλλων τῶν ἁπλῶν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ὀργανικῶν, ἥ τις ἑκάστου μορίου σύνθεσις, οἷον χειρὸς, σκέλους, ἥπατος, θώρακος, πνεύμονος, καρδίας, ἐγκεφάλου. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐχ ἁπλῶς τά γένη τε καὶ τὰς διαφορὰς τῶν νοσημάτων, αὔταρκές ἐστι γιγνώσκειν, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον μόριον, ὅπως γίγνεται ταῦτα. τοῦτο γὰρ ποιήσαντες ἐπιστήμην ἂν ἔχοιμεν ὑγιεινοῦ τε καὶ νοσεροῦ σώματος, οὐ κατὰ τὸ εἶδος μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν, ἥ τις ἐκ συναμφοτέρων ἐδείχθη συνίστασθαι, τοῦ τε εἴδους, καὶ τῆς ὑποδεχομένης ὕλης αὐτό. κατάλοιπον δ' ἐστὶ διελθεῖν, ὅπως ἄν τις ἐξιάσαιτο τά τε νοσήματα, καὶ φυλάττοιτο τὴν ὑγείαν, ἅπερ ἐπιπλεῖστον μὲν ἐν δύο πραγματείαις διερχόμεθα, τῇ τε τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου, καὶ τῇ τῶν ὑγιεινῶν. ἐνταῦθα δ' ὅσον ὑποδεῖξαι τὴν μέθοδον, αὐτῶν ἀρκεῖ μνημονεῦσαι.

neque hanc vniuersam, sed speciem quandam duntaxat ipsius, & velut exemplum. Atqui vniuersam tum sanorum, tum ægrotantium corporum scientiæ substantiam habebimus, quum ipsi materiæ species induxerimus. Oportet enim non solùm medicum nosse singulas quasque partes ex humido, frigido, sicco, calidóque mixtis procreari, verùm etiam speciatim ipsas inspicere, quod ossium sit temperamentum, quale carnium, neruorum, venarum, & cuiusque aliarum simplicium, similiter verò & organicarum, quæ cuiusque partis sit compositio, veluti manus, cruris, iecoris, thoracis, pulmonis, cordis, cerebri. Eadem ratione neque satis est simpliciter genera & differentias morborum cognoscere, sed etiam quomodo hi singulis partibus accidant. Id enim si fecerimus, scientiam sortiemur & sani & ægroti corporis non solùm speciatim, sed & tota substantia; quæ vtrisque tum specie, tum materia eam suscipiente constituitur. Reliquum verò est percensere quomodo quis morbos curet, & sanitatem tueatur, quæ in duobus operibus plenissimè tractamus; nempe medendi methodo, & de sanitate tuenda. At hîc eorum meminisse sufficit, quatenus methodum præmonstrare possint.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἐκ τίνων παραγγελμάτων ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος συνίσταται.

Ἡ μὲν οὖν θεραπευτικὴ μέθοδος, ἐκ τῆς τῶν ὑγιαινόντων τε καὶ νοσούντων σωμάτων ἄρχεται διαθέσεως. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν ὑγιαῖνον καθ' ὑπερβολὴν ἄν θ' ὁμοιομερὲς, ἄν τ' ὀργανικὸν ᾖ, σύμμετρον πάντα ἐστίν. ἄμετρον δὲ, τὸ νοσοῦν. ἐπισκεπτέον αὐτοῦ τὴν ἀμετρίαν, ἥ τις ποτ' ἐστίν. ἀνάγκη γὰρ εἶναι τὴν ἑτέραν ἐναντίαν αὐτῇ ἀμετρίαν. κατὰ μὲν τὰς τῶν ὁμοιομερῶν καὶ ἁπλῶν σωμάτων διαθέσεις ποιότητα, κατὰ δὲ τὰς τῶν ὀργανικῶν, εἰ μὲν εἴη κατὰ μέγεθος ἡ ἀμετρία τοῦ νοσήματος, ἕτερον ἐναντίον μέγεθος. εἰ δὲ κατὰ διάπλασιν, ἑτέραν ἐναντίαν διάπλασιν, οὕτω καὶ εἰ κατὰ θέσιν ἢ ἀριθμόν. ἐπὶ πάντων οὖν ἡ εἰς τὸ σύμμετρον ἐπάνοδος ἐκ τῆς ἀμετρίας, ὑπὸ τῆς ἐναντίας ἀμετρίας ἔσται. χρὴ γὰρ οἷον ὁδόν τινα βαδίσαι τὸ παρὰ φύσιν ἔχον, ἐν τῷ πρὸς τὴν φύσιν ἐπανέρχεσθαι, τὴν αὐτὴν μὲν, ἀλλ' ἔμπαλιν ὁδοιπορήσασαν. εἰ δ' ἔμπαλιν ἔρχεσθαι μέλλοι, διὰ τῶν ἐναντίων ἀφίξεται τῇ παρούσῃ διαθέσει. καὶ οὗτος ἂν εἴη κοινότατός τε καὶ γενικώτατος σκοπὸς ἁπάσης τῆς ἰάσεως τῶν νοσημάτων, τὸ ἐναντίον, ὥς που καὶ πρὸς Ἱπποκράτους εἴρηται. τὰ ἐναντία, τῶν ἐναντίων ἰάματα. κατὰ μέρος δὲ τὰ κατὰ μέρος ἐναντία, τῷ μὲν θερμῷ νοσήματι, τὸ ψυχρόν. τῷ δὲ ψυχρῷ, τὸ θερμόν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ μὲν ξηρῷ, τὸ ὑγραῖνον. τῷ δὲ ὑγρῷ, τὸ ξηραῖνον. οὕτω μὲν ἐπὶ τῶν ὁμοιομερῶν. ἐπὶ δὲ τῶν ὀργανικῶν, καθ' ἕκαστον τῶν εἰρημένων αὖθις γενῶν τεττάρων, τῇ νοσώδει ἀμετρίᾳ τὴν ἐναντίαν χρὴ ἀντεισάγειν, ἄχρις ἂν ἐπὶ τὸ σύμμετρον καὶ κατὰ φύσιν ἔλθωμεν. οἷον εἰ ἐπετράφη τινὶ ἕλκει σὰρξ πλείων τῆς κατὰ φύσιν, οὐ τὸ σαρκοῦν, οὐδὲ τὸ ἀνατρέφον, ἀλλὰ τὸ καθαιροῦν τε, καὶ ἀφαιροῦν, καὶ διαβιβρώσκον, καὶ διαφθεῖρον ἁρμόττει προσφέρειν. ὥσπερ εἰ καὶ κοῖλον ἕλκος, ἔν τινι γένοιτο μέρει, σαρκωτικὸν προσφέρειν ἐκείνῳ. ἑκατέρου δ' εἰς τοσοῦτον ἡ χρῆσις, ὡς παύσασθαι τό τε περιττόν, ὅταν εἰς τὸ σύμμετρον ἀφίκηται, πρὶν ὑπερβῆναι πρὸς τὸ ἐναντίον.

CAPVT XI.

Quibus preceptis medendi methodus constituatur.

ITaque medendi methodus ex sanorum ægrorúmque corporum affectu incipit. Quum enim summè sanum, siue similare, siue organicum fuerit, commoderatū omninò sit, incommoderatū verò, quod ægrotat; inspiciēda est ipsius incōmoderatio, quænā hæc sit; necessariū enim est dari alterā huic contrariā incommoderationem; in similarium quidem & simpliciū partium affectibus qualitatem; in organicis verò, si in magnitudine fuerit incommoderatio morbi, aliā contrariā magnitudinē, si in cōformatione, alteram cōtrariam conformationem; ita si in situ, vel numero. Proinde in omnibus ex intemperie ad commoderationem reditus à cōtraria incommoderatione futurus est. Nam quod præter naturā affectum est, id dum ad naturā redit, veluti per viam quandā, eandémque, sed è contrario tendentem, incedere oportet. Si verò ex diuerso incessurum sit, per contraria præsenti affectui, diuertetur. Atque is scopus communissimus, generalissimúsque vniuersæ curationis morborum fuerit, id contrarium, vt quibusdem in locis ab Hippocrate traditum est. *Contraria, contrariorum sunt remedia.* Particularibus autem particularia sunt contraria, calidum quidem frigido morbo; calido verò frigidum; similiter autem sicco quidem humidū, humido denique siccum. Sic quidem in similaribus *res se habet*. In organicis autem vniuscuiusq; prædictorū quatuor generū morbosæ incommoderationi cōtrarium inducere oportet, donec ad cōmoderationem, & naturalem statum peruenerimus; veluti si caro maior quàm natura exigat, vlceri cuipiam excreuerit, non id offerre cōgruit quod carnem procreet, neque quod nutriat, sed quod eam exedat, auferat, erodat, atque corrumpat; quemadmodum si in parte aliqua cauum vlcus acciderit, huic sarcoticum adhibendum est; vtriusque verò eatenus vsus erit, vt tunc primum cesses, quum ad cōmoderationē priùs venerit, quàm ad contrariū excedat. enim

Etenim nisi excrescentem *carnem* excedendo, in commoderato statu constitueris, cauam partem efficies. Item nisi cauum reficiendo commoderatè constitueris, ac sedaueris excrescentem efficies. In hoc sanè morborum genere, quo partes ad maiorem minoremque magnitudinem decedunt, per contraria, vt dictum est, emendatio molienda est. At in altero genere, quo partes à naturali conformatione deturbantur, quoniam complures sunt particulares differentiæ, suum cuiusque contrarium inuenire decet. Exempli gratia, si pars aliqua seipsa gibbosior euadit, in contrarium statum reducenda est, premendo & impellendo, quæ verò intrò compressa est, ac veluti resima, in exteriorem partem reducere, vt nasum, expedit. Quod si pro asperis læuia facta sunt, exasperare; quemadmodum & quæ aspera læuigare conuenit. Ita verò & quæ cauitates, vel meatus, vel omninò foramina, aut maiora, aut minora, aut magis vacua quàm oporteat, aut pleniora, aut à crassis lentísque humoribus obstructa habent, & hæc ad contrarium quousque ad commoderationem veniant ducere oportet; quinetiam quæ in situ à naturali statu digressæ sunt, eas ad pristinam naturam in contrarium impellendo reducere; Quæ quidem pars in anteriorem regionem progressa est retrorsum; quæ verò in posteriorem deflexit, ea ad anteriora retrahetur; ac in reliquis duabus oppositionibus simili modo, quæ sursum, deorsum, quæ hinc illuc. Quòd si naturali numero partium vitiato, totum organum in morbum incidat, scire sanè & hîc oportet aliud numeri excessum quantitatis, aliud esse defectum, vt in magnitudinis mutatione prius dictum est; curationem verò, vt illic, in ablatione adiectionéque consistere. Sed eo differunt, quòd in hoc *morbi* genere partes quidem integras, in illo verò partium portiones, auferre, vel adiicere conueniat.

CAPVT XII.

Qua ratione quædam à natura, quædam à Medico restituantur.

AT considerandum venit, non in hoc genere solùm, sed in aliis quoque vniuersis quorum facultas nobis adest, vt indicationem exequamur. Nam morbi idea modum solum curationis indicat; An verò impossibilis sit aut possibilis, non etiamnum simul indicat. Nam id in vniuersis effectiuis artibus, non ex rerum faciendarum notione, sed efficientis causæ potentia ac impotentia desumitur; ac præterea ex materiæ copia, inopiáque. Itaque res eædem in his fieri, in illis minimè possunt; & alio tempore fieri non possunt, alio possunt. Quæ igitur circa corpus boni gratia fiunt, eorum causa tum natura, tum Medicus existit. Sed quædam naturæ, quædam verò Medicis sunt impossibilia. Naturæ quidem impossibile est os ita confractum, vt partes eius aberrent, membrúmque distortum sit, erigere ac conformare; medico verò possibile; sic etiam luxatum Medicus reponere potest, natura non potest. Cauum vlcus carne replere natura potest, medicus non potest; sicut ex semicoctis aut crudis aliquid concoquere. Sed & in his medicus naturæ famulatur, opitulatúrque;

A καὶ γὰρ τὸ τὰς ὑπερσάρκους καθαιρεῖν, εἰ μὴ στήσῃς ἐν τῷ συμμέτρῳ κοῖλον ἀποδείξεις τὸ μέρος. ἀνατρέφων τε τὸ κοῖλον εἰ μὴ στήσῃς, κἀνταῦθα παύσαιο κατὰ τὸ σύμμετρον, ὑπερσαρκοῦν ἐργάσῃ. κατὰ μὲν δὴ τὸ γένος τοῦτο τῶν νοσημάτων, ἐν ᾧ τὰ μόρια πρὸς τὸ μεῖζόν τε καὶ τοὔλαττον ἐκτρέπεται, τὴν ἐπανόρθωσιν, ὡς εἴρηται, διὰ τῶν ἐναντίων ἐστὶ ποιητέον. καθ' ἕτερον δὲ γένος, ἐν ᾧ τῆς διαπλάσεως ἐξίστανται τῆς κατὰ φύσιν, ἐπειδὴ πλείους εἰσὶν αἱ κατὰ μέρος διαφοραί, καθ' ἑκάστην αὐτῶν ἐξευρίσκειν τὸ ἐναντίον. οἷον εἴ τι μόριον ἑαυτοῦ κυρτότερον ἐγένετο, πρὸς τοὐναντίον ἀπάγειν αὐτὸ θλίβοντα, καὶ ὠθοῦντα. τὰ δ' εἴσω θλιβέντα, καὶ οἱονεὶ σιμωθέντα, πρὸς τὸ ἐκτὸς ἐπανάγειν B ὥσπερ τὴν ῥῖνα. τὰ δ' αὖ τραχέων λεῖα γινόμενα, τραχύνειν. ὥσπερ γε καὶ ὅσα τραχέα λεαίνειν. οὕτω δὲ καὶ ὅσα τὰς κοιλότητας, ἢ τοὺς πόρους, ἢ ὅλως τὰς διατρήσεις, ἤτοι μείζους, ἢ ἐλάττους ἔχειν, ἢ κενωτέρας τοῦ δέοντος, ἢ μεστοτέρας, ἢ συμπεφραγμένας ὑπὸ παχέων τε, καὶ γλίσχρων ὑγρῶν, καὶ ταῦτα πρὸς τοὐναντίον ἀπάγειν, μέχρις ἂν ἐπὶ τὸ σύμμετρον ἀφίκηται. καὶ μὲν δὴ καὶ ὅσα κατὰ τὴν θέσιν ἐξέστη τῆς κατὰ φύσιν, ἐπανάγειν αὐτὰ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν, ἔμπαλιν ἀπάγοντα. τὸ μὲν εἰς τὸ πρόσω χωρῆσαν, ὀπίσω, τὸ C δ' εἰς τὴν ὀπίσω χώραν μεταστάν, ἀνθέλκοντα πρόσω. καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἀντιθέσεις δύο, τήν τε ἄνω, καὶ τὴν κάτω, καὶ τὴν ἔνθα καὶ ἔνθα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. εἰ δὲ τοῦ κατὰ φύσιν ἀριθμοῦ τῶν μορίων διαφθαρέντος, εἰς νόσον ἐμπίπτει τὸ σύμπαν ὄργανον, εἰδέναι μὲν δήπου κἀνταῦθα χρή, τὸ μὲν ὑπερβολὴν εἶναι τοῦ ποσοῦ, τὸ δὲ ἔλλειψιν, ὡς κἀν τῇ κατὰ μέγεθος ἐξαλλαγῇ πρόσθεν εἴρηται, τὴν δ' ἴασιν, ὥσπερ ἐπ' ἐκείνης ἐν ἀφαιρέσει τε καὶ προσθέσει γίγνεσθαι. διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι μόρια μὲν ὁλόκληρα κατὰ τοῦτο τὸ γένος, ἐν ἐκείνῳ δὲ μέρη μορίων ἀφαιρεῖν τε, καὶ προστιθέναι D προσήκει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Πῶς ἵνα μὲν τῇ φύσει, ἵνα δὲ τῷ ἰατρῷ κατορθοῦνται.

ΣΚεπτέον δ' οὐκ ἐπὶ τούτου τοῦ γένους μόνον, ἀλλὰ κἀπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὧν δύναμις ἡμῖν ἐστιν ἐξεργάσασθαι τὴν ἔνδειξιν. ἡ γὰρ τοῦ νοσήματος ἰδέα τὸν τρόπον ἐνδείκνυται μόνον τῆς ἐπανορθώσεως, εἰ δὲ ἀδύνατός ἐστιν ἢ δυνατός, οὐκ ἔτι συνενδείκνυται. λαμβάνεται γὰρ ἐν ἁπάσαις ταῖς ποιητικαῖς E τέχναις τὸ τοιοῦτον, οὐκ ἐκ τῆς ἐννοίας τῶν γινομένων πραγμάτων, ἀλλ' ἐκ τῆς δυνάμεώς τε καὶ ἀδυναμίας τοῦ δημιουργοῦντος αἰτίου, καὶ προσέτι τῆς κατὰ τὴν ὕλην εὐπορίας τε, καὶ ἀπορίας. τὰ γοῦν αὐτὰ πράγματα, τοῖς μὲν ἀδύνατα, τοῖς δὲ δυνατὰ καθίστανται, καὶ καθ' ἕτερον μὲν καιρὸν, ἀδύνατα, καθ' ἕτερον δὲ, δυνατά. αἴτιον γοῦν ἐστι τῶν περὶ τὸ σῶμα γενομένων ἐπ' ἀγαθῷ, φύσις τε καὶ ἰατρός. ἀλλὰ ἵνα μὲν τῇ φύσει, ἵνα δὲ τοῖς ἰατροῖς ἐστιν ἀδύνατα. τῇ φύσει μὲν ὀστοῦν κατεαγός, ὡς παραλλάττειν αὐτοῦ τὰ μόρια, καὶ διεστράφθαι τὸ F κῶλον, ἀδύνατον ὀρθῶσαι καὶ διαπλάσαι, τῷ δὲ ἰατρῷ, δυνατόν. οὕτω δὲ καὶ τὸ παραρθρῆσαν, ἰατρῷ μὲν ἐμβαλεῖν δυνατόν, ἀδύνατον δὲ τῇ φύσει. τὸ κοῖλον δ' ἕλκος σαρκῶσαι, τῇ φύσει μὲν ἐστι δυνατόν, ἀδύνατον δ' ἰατρῷ, καθάπερ γε καὶ τὸ πέψαι τι τῶν ἡμιπέπτων τε καὶ ἀπέπτων. ἀλλὰ καὶ εἰς ταῦθ' ὑπηρετεῖ τε καὶ συμπράττει τῇ φύσει ὁ ἰατρός,

καθαρὸν μὲν ἐργαζόμενος τὸ ἕλκος, ἐπιθέσει φαρμάκου καθαίροντος, ἐπιφέρων δὲ τὰ συμμέτρως θάλποντα τοῖς πεφθῆναι δεομένοις. πολλὰ δὲ καὶ αὐτῇ τῇ φύσει, τῶν ἔμπροσθεν ὑπ' αὐτῆς ἀπεργασθέντων, ἀδύνατον αὖθις ποιῆσαι, καθάπερ φλέβα, καὶ ἀρτηρίαν, καὶ σύνδεσμον, καὶ νεῦρον, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. τῆς οὖν θεραπευτικῆς μεθόδου πρῶτον μὲν ἐξευρεῖν, ὥσπερ εἴρηται, τὸν κοινὸν ἁπάντων σκοπὸν, ὅτι τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰάματα. δεύτερον δὲ, καθ' ἕκαστον γένος ὑποτάξαι τἀναντία. τρίτον ἐπὶ τούτοις σκέψασθαι, πότε μὲν ἐστὶ δυνατὸν ἡμῖν, ἢ τῇ φύσει τῷ κατὰ τὴν ἔνδειξιν ὑπηρετῆσαι σκοπῷ, πότε δὲ ἤτοι παντάπασιν ἀδύνατον, ἢ κατὰ χρόνον ἀδύνατον, ἢ ἐκ μέρους ἀδύνατον. καὶ εἴη ἂν οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα τῆς φυσικῆς θεωρίας, ἐν ᾗ γε χρὴ γεγυμνάσθαι τὸν ἐξευρήσοντα τὸ δυνατόν τε καὶ ἀδύνατον ἐν ἑκάστῳ τῶν ἐσομένων. αἱ πραγματεῖαι δέ εἰσιν, αἱ τοῦτο διδάσκουσαι δύο, ἥ τε περὶ ζωογονίας ὀνομαζομένη, καθ' ἣν ὅπως ἐκ σπέρματός τε καὶ καταμηνίου τὴν γένεσιν ἔχει τὸ κυούμενον ἐπισκεπτόμεθα, καὶ ἡ λοιπὴ περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων. ἐν μὲν γὰρ τῷ περὶ τῆς φύσεως τοῦ σπέρματος ἐπισκέψαι φανεῖταί σοι πάντως, ὑποβαλόντι τὴν σκέψιν ἀποδεικτικῇ μεθόδῳ, ταῦθ' ἅπερ ἡμῖν ἀπεδείχθη τὸ γεννᾶσθαι τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τῷ κυουμένῳ μορίων, τῆς διαπλαττούσης αὐτὰ δυνάμεως ὕλῃ χρωμένης αὐτῇ τῇ τοῦ σπέρματος οὐσίᾳ. καὶ εἴπερ τοῦτ' ἐξεύροις, οὐκ ἂν ἔτι θαυμάσαις, εἰ μηδὲν τῶν τοιούτων ἡ φύσις ὕστερόν ποτε δύναται δημιουργεῖν. ἐν δὲ τῷ περὶ φυσικῶν δυνάμεων, ἐπισκοπεῖσθαι τὴν περὶ τῶν γεννωμένων διοίκησιν, ὡς κἀντεῦθεν εὐπορῆσαί σε τῆς εὑρέσεως, ὧν δυνατόν ἐστι τῇ φύσει ποιεῖν, αὐτῇ τε κατὰ μόνας, ὑπηρετουμένῃ τε πρὸς τῶν ἰατρῶν, ὧν τ' ἀδύνατον. ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ καθ' ὃν ἐπισκεπτόμεθα περὶ τῆς τῶν δημιουργικῶν αἰτιῶν δυνάμεως, καὶ τῆς τῶν ἀποτελουμένων οὐσίας, ἐξευρήσεις ἅπαντα τὰ δυνατὰ καὶ ἀδύνατα. οἷον εἰ δυνατὸν ἀπολλυμένου χόνδρου, γεννᾶσθαι πάλιν ἕτερον χόνδρον, ἢ ἀντ' αὐτοῦ τι παραπλήσιον. οὕτω δὲ καὶ ὀστοῦ εἰ δυνατὸν ἕτερον ποιῆσαι τοῦ μετὰ τὴν ἀποκύησιν ἀπολλυμένου, ἢ τι παραπλήσιον αὐτῷ. καὶ εἰ συμφῦναι τὸ νευρῶδες τοῦ διαφράγματος, ἢ τὴν καρδίαν, ἢ τὸ ἧπαρ, ἢ ὅλως ὁτιοῦν τῶν ἄλλων μορίων. ἐμοὶ δὲ οὐ καιρὸς ἐνταῦθα διέρχεσθαι πάντα. οὐ γὰρ εἰς ἓν τοῦτο τὸ βιβλίον ἐγχωρεῖ τὴν ὅλην ἰατρικὴν καταθέσθαι, οὐδὲ τοῦτ' ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος ἔσπευδεν, ἀλλὰ τὰς μεθόδους εἰπεῖν, ἐνδείξασθαί τε περὶ τῆς συστάσεως τῆς τέχνης ἐκ τίνων τε, καὶ πόσων ἀρχῶν, καὶ κατὰ τίνας ὁδοὺς γίγνεται. καταπαύσας οὖν ἐνταῦθα τὸν ἐνεστῶτα λόγον, εἰς ἕν τε κεφάλαιον ἀναλαβών, προσθήσω τῷ πρόσθεν ἤδη συνεστῶτι μέρει τῆς τέχνης. ὡς γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῶν ὑγιεινῶν τε καὶ νοσωδῶν σωμάτων εἶδος ἐξευρόντες, ἠξιοῦμεν ἐν ταῖς κατὰ μέρος ὕλαις αὐτὸ θεάσασθαι πάσαις. οὕτω καὶ νῦν ὑπὸ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου τῶν σκοπῶν εὑρημένων, εἰς τὰς κατὰ μέρος ὕλας ἐμβιβάζειν αὐτοὺς ἀξιώσομεν, ἵνα γνῶσιν ὅσα τε δυνατὸν γίγνεσθαι κατ' αὐτήν εἰσιν, ἢ ἐκ μέρους, ἢ κατά τινα χρόνον, ὅσα τ' ἀδύνατον παντάπασιν. ἐπισκοπεῖσθαι δὲ κἀνταῦθα τὴν πρὸς τὰς ἄλλας τέχνας ἀναλογίαν. ὡς γὰρ εἴ τις ἐξ ὀπτῶν πλίνθων γεγενημένης οἰκίας, εἶτα πεπονθυίας κατά τι μέρος, ἐπανορθοῦσθαι τοῦτο κελεύσειεν, ἐξαιροῦντας μὲν ὅσαι πεπόνθασι τῶν πλίνθων. εἰς δὲ τὸν ἐκείνων τόπον, ἐντιθέντας ἑτέρας ἀπαθεῖς, ἀναγκαῖον ἔσται τῷ δημιουργῷ κατασκευάζειν πρότερον ἑτέρας, ὁμοίας ταῖς πεπονθυίαις. ἔτι τε πρὸς τούτῳ τὴν ἐπιτηδείαν ὕλην οὐκ ἔχοντος παρέχειν τοῦ δεσπότου τῆς οἰκίας, ἀδύνατον εἶναι λέγειν τὴν

mundum quidem vlcus efficiens medicamento A purgante imposito; illis autem quæ egent concoctione, afferens ea quæ commoderatè calefaciant. Multa verò ipsa natura quæ prius effecerit, denuò generare non potest, vt venam, arteriam, ligamentum, neruum, & id genus alia. Itaque primum ad medendi methodum pertinet, vt dictum est, communem omnium scopum inuenire qui est, contraria contrariorum esse remedia. Secundum verò, in vnoquoque genere contraria ordine collocare. Tertium postea considerare quando quidem natura, vel nos scopo possimus inseruire, quem indicatio suggerit; quando rursus vtrisque est vel omninò impossibile, vel B certo tempore impossibile, vel partim impossibile. Atque non minima hæc naturalis speculationis portio fuerit, in qua exercitatum esse oportet eum qui inuenerit in vnoquoque quid præstari, quid secus possit. Porrò commentarij duo id perdocent; alter qui de animantis generatione inscribitur, quo disceptamus qua ratione fœtus ex semine & menstruali sanguine ortum habet; ac reliquus de naturalibus facultatibus. In libro enim de seminis natura, consideranda esse videbantur tibi omninò, speculationem demonstratiuæ methodo subiicienti, hęc quæ nobis demõstrata sunt complures in fœtu C concepto partes facultate ipsas conformante, materia ipsa seminis substantia vtente, procreari. Et si hoc inueneris non miraberis amplius, si nullam ipsarum natura postea aliquando creare possit. At in libro de naturalibus facultatibus generatarum dispensationem intueberis, vt inde copiam tibi compares inuentionis rerum quas natura tum per se, ac seorsim, tum medicorum ministerio possit efficere, quasque non possit; in illo loco, in quo de causarum efficientium facultate disceptamus, & perfectarum partium substantia, reperies quæcunque fieri possint & quæ non possint. Vt, si cartilagine deperdita, aliam regenerari cartilaginem sit possibile, an pro ea aliquid consimile. Sic autem & os vtrum post conceptionem perditum alterum, an ei quippiam simile construi queat. Item an neruosa septi transuersi substantia coalescere, an cor, an iecur, vel vniuersè quæcunque cæterarum partium. Omnes sanè percensere, tempus mihi non est. Neque enim tota medicina hoc vno libello comprehendi potest, neque id ab initio studuit oratio, sed methodos quasdam recensere, demonstraréque de constitutione artis ex quibus, & quot E principiis, quibúsque viis, ipsa fiat. Absoluto igitur hîc præsenti sermone, ac in summam redacto, priùs iam constitutæ artis parti *nonnulla* adiiciam. Quemadmodum enim in illo sanorum ægrorúmque corporum specie inuenta, in particularibus materiis vniuersis spectare ipsam voluimus; ita inuentis à medendi methodo scopis, in particulares materias ipsos inducere dignabimur, vt nota sunt, quæ per eam aut ex parte, aut aliquo tempore fieri possunt, quæque omninò non possunt. At hîc ad alias artes analogia consideranda est. Vt enim si quis ex coctis lateribus domum F extructam, dein aliqua parte affectam emendari iusserit, auferendo quidem quicunque læsi sunt lateres; in illorum verò locum illæsos reponendo; necessarium priùs est opifici alios affectis similes extruere. Ac etiamnum præterea, si materiam idoneam ædium Dominus præstare non possit, reparationem esse impossibilem asseuerare.

asseuerare. Ita in hac proposita speculatione res sese habet. Nam materiæ penuria nullum eorum quæ ex semine natura in animali formando construxit rursus construere non potest.

CAPVT XIII.

De auxiliorum materia deligenda, ac inuenienda.

QVum autem de his abundè dictum sit, quod sermoni deest id adiiciamus, ea de quibus paulo antè disseruimus, inuenienda remedia. Etenim veluti generales ipsorum ideas recensuimus oportere alia refrigerare, alia calefacere, alia humectare, alia exiccare. Hi namque in similaribus scopi sunt, veluti in his vitiata quantitate eam, vel auferre, vel reficere. Ita verò & in his numero vitiatis, vel totum detrahere, aut generare. In his denique conformatione vitiata, eam ad naturales figuras reducere; repleta vacuare, vacua replere, obstructiones aperire, aperta contrahere, conniuentia & densata in contrarium conuertere, illa aperiendo, hæc rarefaciendo. Sic autem in compositionis morbo scopus est ad naturalem statum reducere, in soluta vnitate, diductarum partium conglutinationem moliri. Verùm in omnibus his auxiliorum materiam inuenire, non parua est artis portio; velut statim in luxatis articulis, quum contingit non modò in posteriora, & anteriora, & in dextra ac sinistra prolabi luxatum, sed etiam in superiorem locum à musculorum contentione reuelli, duplici motione opus est iis qui in locum articulos reponunt, prima quidem deorsum, altera verò in sedem propriam repositione, atque idcirco sine tensione opposita, reductio fieri non potest. Ad oppositam verò tensionem, validarum apprehensionum, tensionumque vsum esse cuique manifestum est. At quum interdum nostris manibus ea nequeamus efficere, instrumenta ad hoc idonea inuenimus, sed ipsorum pleraque ad luxarorum repositionem inseruiunt. Atque hæc omnia instrumenta, remediorum materiæ quædam sunt, quemadmodum & quæ conueniunt omnia, medicamenta, edulia, potiones, ac vniuersè quæcunque corpori admouentur, commemoratas affectiones in naturalem statum reuocant. Oportet itaque medicum in horum materia versatum fuisse, qui prædictos scopos materiarum vsui accommodet, ne interdum quodam habitu deceptus sit iis simili, qui frigidam conferre censent omnibus refrigerandis, & calidam calefaciendis, ignorantes frigidam aliquando ex accidente calefacere, & calidam refrigerare. Plurima sanè de horum omnium methodo in opere de medicamentis tractantur. Id autem præsenti sermoni apponemus, vniuersum hoc materiæ præsidiorum genus, in offerendis, faciendis, euacuandis, atque extrinsecus incidentibus consistere; quæ si omnia artem constituens discusserit, & particularem vniuersæ materiæ scientiam habuerit, non solùm facultatis, sed & vsus, ita vniuersas causas sanitatis, vt nihil ipsi ad medentis artis constitutionem desit, absoluerit, omnibus his in capita duo redactis, corporum quibus auxilia adhibentur, cognitionem, & ipsam auxiliorum naturam.

ἐπανόρθωσιν. οὕτως ἔχει κἀπὶ τοῦ νῦν προκειμένου σκέμματος. ἀπορίᾳ γὰρ τῆς ὕλης, οὐδὲν ἐξ ὑστέρου ποιεῖν ἡ φύσις οἷά τ' ἐστὶν, ὧν ἐκ σπέρματος ἐν τῷ διαπλάττειν τὸ ζῶον ἐποίησεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ τοῦ ἐξευρίσκειν τε, καὶ ἐκλέγειν τὰς ὕλας τῶν βοηθημάτων.

ΕΠεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων αὐτάρκως εἴρηται, προσθῶμεν τῷ λόγῳ τὸ λεῖπον, ὑπὲρ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἐξευρίσκοντες τὰ βοηθήματα. τὰς μὲν γὰρ δὴ γενικὰς αὐτῶν ἰδέας διήλθομεν, ὡς χρὴ τὰ μὲν ψύχειν, τὰ δὲ θερμαίνειν, τὰ δὲ ὑγραίνειν, τὰ δὲ ξηραίνειν. οὗτοι γὰρ ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν οἱ σκοποὶ, καθάπερ ἐν τοῖς κατὰ τὸ πηλίκον, ἤτοι καθαιρεῖν, ἢ ἀναθρέφειν, οὕτω δὲ κἀν τοῖς κατ' ἀριθμὸν, ἢ ἐξαιρεῖν ὅλον, ἢ γεννᾷν. ἐν δὲ τοῖς κατὰ διάπλασιν, εἰς τὰ κατὰ φύσιν ἐπανάγειν σχήματα, καὶ κενοῦν τὰ πεπληρωμένα, καὶ πληροῦν τὰ κεκενωμένα, καὶ τὰς ἐμφράξεις ἐκφράττειν, καὶ τὰς ἀναστομώσεις συνάγειν, καὶ τὰ μεμυκότα, καὶ πεπυκνωμένα πρὸς τοὐναντίον ἐπιστρέφειν, τὰ μὲν ἀναστομοῦντα, τὰ δὲ ἀραιοῦντα. οὕτω δὲ κἀν τῷ κατὰ τὴν σύνθεσιν νοσήματι, πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάγειν ὁ σκοπὸς, κἀν τῷ τὴν ἕνωσιν λελύσθαι κόλλησιν ἐργάζεσθαι τῶν κεχωρισμένων. ἀλλ' ἐν ἅπασι τούτοις ἐξευρίσκειν ὕλας βοηθημάτων, οὐ μικρόν ἐστι μόριον τῆς τέχνης. αὐτίκα εὐθέως ἐπὶ τῶν παραλλαττόντων ἄρθρων, ἐπειδὰν συμβαίνῃ μὴ μόνον ὀπίσω καὶ πρόσω, καὶ ἔνθα καὶ ἔνθα μεταχωρεῖν τὸ ἐξιστάμενον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ἄνω τόπον ὑπὸ τῆς τῶν μυῶν συντονίας ἀνέλκεσθαι, διττῆς κινήσεώς ἐστι τοῖς ἐμβάλλουσιν ἡ χρεία, προτέρας μὲν τῆς κάτω, δευτέρας δὲ τῆς εἰς τὴν οἰκείαν χώραν ἀποθέσεως. καὶ διὰ τοῦτο χωρὶς ἀντιτάσεως, ἀδύνατον γενέσθαι τὴν ἐμβολήν. εἰς δὲ τὴν ἀντίτασιν, ὅτι μὲν ἰσχυροτέρων ἀντιλήψεών τε καὶ τάσεών ἐστι χρεία, πρόδηλον ἅπαντι. ποιεῖν δ' αὐτὰ, ἐνίοτε διὰ τῶν ἡμετέρων χειρῶν ἀδυνατοῦντες, ὄργανα πρὸς τοῦτ' ἐξευρήκαμεν ἐπιτήδεια. τὰ πολλὰ δ' αὐτῶν, καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἀπόθεσιν τῶν ἐξηρθρηκότων συμπράττει, καὶ ταῦτα πάντα τὰ ὄργανα τῶν βοηθημάτων ὕλαι τινές εἰσιν, ὥσπερ καὶ τὰ ἁρμοζόμενα πάντα, καὶ τὰ φάρμακα, καὶ τὰ ἐδέσματα, καὶ τὰ πόματα, καὶ ἁπλῶς ὅσα προσαγόμενα τῷ σώματι, τὰς εἰρημένας διαθέσεις, εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάγει. χρὴ τοίνυν πεπραγματεῦσθαι, καὶ περὶ τῆς τούτων ὕλης τὸν ἰατρὸν, συμβιβάζοντα τοῖς εἰρημένοις ἔμπροσθεν σκοποῖς τὴν χρῆσιν τῶν ὑλῶν, ἵνα μή ποτε πλανηθῇ ὅμοιόν τι πάθος τοῖς οἰομένοις, ὅσα μὲν δεῖται ψύχεσθαι, πᾶσιν αὐτοῖς ἁρμόττειν ὕδωρ ψυχρὸν, ὅσα δὲ θερμαίνεσθαι, θερμὸν, οὐκ εἰδόσιν ὅτι κατὰ συμβεβηκὸς, ἐνίοτε καὶ τὸ ψυχρὸν, θερμαίνει, καὶ τὸ θερμὸν, ψύχει. πλεῖστα δὲ περὶ τῆς ἐν τούτοις ἅπασι μεθόδου, κατὰ τὴν περὶ φαρμάκων πραγματείαν λέγονται. ἐν δὲ τῷ παρόντι λόγῳ τοῦτο προσθῶμεν, ὡς ἅπαν τὸ τοιοῦτον γένος τῆς ὕλης τῶν βοηθημάτων, ἐν προσφερομένοις, καὶ ποιουμένοις, καὶ κενουμένοις, καὶ τοῖς ἔξωθεν προσπίπτουσι κεῖται, δι' ὧν ἁπάντων ὁ συνιστάμενος τὴν τέχνην διεξελθὼν, καὶ τῆς κατὰ μέρος ὕλης ἁπάσης ἐπιστήμην ἔχων, οὐ μόνον τῆς δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ τῆς χρήσεως, οὕτως ἂν εἴη συμπεπληρωκὼς ἅπαντα τὰ ὑγιεινὰ τῶν αἰτίων, ὡς μηδὲν λείπειν αὐτῷ πρὸς τὴν τῆς θεραπευτικῆς τέχνης σύστασιν, εἰς δύο κεφάλαια τούτων ἁπάντων ἀναγομένων, εἴς τε τὴν γνῶσιν τῶν σωμάτων, οἷς προσάγεται τὰ βοηθήματα, καὶ αὐτὴν τὴν τῶν βοηθημάτων φύσιν.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔʹ.

Περὶ τῶν ἐν τοῖς ὑγιέσι διαγνωστικῶν σημείων, ὑφ' ὧν αἱ παρὰ φύσιν διαθέσεις γνωρίζονται, ἐπὶ παραδείγματος τῆς πλευρίτιδος.

Υπόλοιπον δ' ἂν εἴη πράττειν αὐτῷ μέλλοντι τὰ κατὰ τὴν τέχνην, ἐξευρῆσθαί τινα διαγνωστικὴν θεωρίαν ἁπασῶν τῶν διαθέσεων, καὶ μάλισθ' ὅσαι περὶ τὰ κατὰ βάθος μόρια συνίστανται. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα τοῦ τυχόντος ἐστὶν ἐξευρεῖν ἑκάστου τῶν μορίων, ἢ τῶν ἁπλῶν, ἢ τῶν ὀργανικῶν, τὴν νοσώδη διάθεσιν, ὅταν ἐν τῷ βάθει τύχῃ κείμενον. ἀλλὰ κἀνταῦθα μεθόδῳ τινὶ χρὴ πειρᾶσθαι τὸ πεπονθὸς ἐξευρίσκειν ἅμα τῇ περὶ αὐτὸ διαθέσει, περὶ ἧς εἴρηται καὶ ἡμῖν ἑτέρωθι διὰ πλειόνων. ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἄλλων ἁπασῶν μεθόδων ἐνταῦθα τὰ κεφάλαια διήλθομεν, οὕτω καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ πρῶτόν γε διὰ τίνος γνώσεως τῶν παρὰ φύσιν, ἐλπίζειν χρὴ τὴν διάγνωσιν αὐτῶν ποιήσασθαι. τρία γάρ ἐστι τὰ σύμπαντα γένη τῶν παρὰ φύσιν, ἓν μὲν, αἱ διαθέσεις, αἱ βλάπτουσαι τὴν ἐνέργειαν. ἕτερον δὲ, τὰ τούτων αἴτια· καὶ τρίτον, τὰ συμπτώματα. τὰ μὲν οὖν αἴτια κυριώτατα μὲν, ὅταν ἐνεργῶσι, ταύτης τῆς προσηγορίας ἀξιοῦται. λέγεται μέντοι γε πολλάκις εἰ καὶ μηδέπω μηδὲν ἐνεργεῖ κατ' αὐτὸ τὸ δύνασθαι μόνον, ὥσπερ καὶ ἡ ἀπεψία νόσων αἰτία λέγεται, κἂν μηδέπω νοσάζῃ. καλῶ δὲ ἀπεψίαν, οὐ μόνον τῆς ἐν γαστρὶ πέψεως τὴν ἀποτυχίαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀγγείοις τε καὶ ἥπατι, καὶ κατὰ τὸν ὄγκον σύμπαντα. τῶν δὲ συμπτωμάτων τὸ γένος, εἰς τρεῖς τέμνεται διαφορὰς, τὴν βλάβην τῶν ἐνεργειῶν, τὰ συμβεβηκότα τοῖς σώμασι, τὰς τῶν ἐκκρινομένων ἀμετρίας. ἁπάντων δὲ τούτων αἰτία τοῦ σώματός ἐστιν ἡ διάθεσις, ἣν εἴτε νόσον, εἴτε πάθος ὀνομάζοι τις, οὐ διοίσει. γνωρίζεται δ' εἰκότως ὑπὸ τῶν συμπτωμάτων, αἰτίας γε λόγον ἔχουσα πρὸς αὐτά. ἔνια μὲν οὖν αὐτῶν, ἐξ ἀνάγκης ἕπεται ταῖς διαθέσεσιν, ἔνια δ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ἤτοι πλειστάκις, ἢ σπανιάκις, ἢ ἀμφιδόξως. ὥσπερ αὖ πάλιν, ἕτερα συμπτώματα, τὰ μὲν ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τῇ διαφορᾷ τῆς διαθέσεως, τὰ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὰ δ' ἀμφιδόξως, τὰ δὲ σπανίως. ὅσα μὲν οὖν ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τῷ νοσήματι συμπτώματα, παθογνωμονικὰ προσαγορεύεται, καὶ ταῦθ' ἡγεῖσθαι χρὴ γνωρίσματα βέβαια τῶν νοσημάτων ὑπάρχειν. ὅσα δ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἤτοι τῆς διαφορᾶς ἐστι τοῦ νοσήματος, ἢ τοῦ ἤθους, ἢ τοῦ μεγέθους ἐνδεικτικά. δείξω δ' ἐπὶ παραδείγματος ἑνὸς ἑκάστου τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, ἵν' ἐντεῦθεν ὁρμώμενος, ἔχῃς γυμνάζειν σεαυτὸν ὁμοίως ἐν ἅπασι κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον. ὑποκείσθω φλεγμαίνειν ὁ τὰς πλευρὰς ὑπεζωκὼς ὑμήν. ἔστι δὲ δήπου τοῦτο τὸ πάθος ἡ φλεγμονὴ, συμπτώματα μὲν ἐξ ἀνάγκης ἔχουσα, τὸν παρὰ φύσιν ὄγκον, ἔρευθος, ὀδύνην, ὧν οὐχ ὑποπίπτει νῦν τὰ δύο, λείπεται δὲ τὸ ἄλγημα μόνον, ὃ κατὰ τὰς πλευρὰς ἐρείδει νυγματῶδες γιγνόμενον. ἀλγεῖ μὲν οὖν ὁ ἄνθρωπος, ὅτι φλεγμονὴ τὸ πάθος. ἡ δὲ ἰδέα τῆς ὀδύνης, νυγματώδης, ὅτι καὶ ἡ οὐσία τοῦ πεπονθότος ἐστὶν ὑμενώδης. κατὰ δὲ τὴν πλευρὰν ἐρείδει, διότι ἐν ταύτῃ κεῖται τὸ πεπονθός. καὶ μὲν δὴ καὶ μέχρι πλείστου διήκει, διότι καὶ αὐτὸς ὁ ὑπεζωκὼς ἐπὶ πλεῖστον ἐκτέταται. πυρετὸς δ' ἐξ ἀνάγκης ἕπεται διά τε τὸ πάθος, καὶ τὴν θέσιν τοῦ πεπονθότος, ὧν ἐὰν ἀπῇ θάτερον, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθήσει πυρετός. οὐδὲ γὰρ

CAPVT XIV.

De signis diagnosticis in salubribus quibus affectus præter naturam dignoscuntur, pleuritidis exemplo.

Enimvero qui quæ sunt artis facturus est, ipsi reliquum erit, vt quandam omnium sibi affectuum dignoscendorum facultatem inueniat, eorúmq; maximè qui altis partibus insident. Neque enim hîc obuij cuiusque est singularum partium, vel simplicium, vel organicarum quum in alto sitæ fuerint, morbosum affectum inuenire. Attamen & hîc methodo quadam partem affectam, simul cum eius affectu comminisci conandum est. de qua pluribus & à nobis alibi dictum est; Verùm sicut aliarum omnium methodorum capita hîc perlustrauimus, ita de his quoque differere necesse est; ac primùm quo eorum quæ præter naturam sunt affectuum genere, ipsorum cognitio speranda sit, instruere. Tria namque vniuersa sunt eorum quæ præter naturam dicuntur genera. Vnum affectus actionem lædentes; Alterum, illorum causæ; Tertium, symptomata. Itaque principalissimæ quidem causæ, quum agunt, hanc appellationem merentur; dicuntur tamen multoties causæ, etiamsi nondum quicquam agant, eo dumtaxat quòd agendi facultate polleant; vt cruditas morborum causa dicitur, licet morbum nondum intulerit. Voco autem cruditatem, non solùm frustratam in ventriculo concoctionem, sed in vasis quoque, iocinore, corporísque mole vniuersa. Symptomatum genus in tres secatur differentias, actionum læsionem; simplices quæ corporibus accidunt qualitates; eorum quæ excernuntur incommoderationem. Omnium verò horum causa, corporis est affectus, quem siue quis morbum appellet, siue affectionem, nihil interest. Cognoscitur autem meritò ex symptomatis causæ rationẽ ipsorum respectu obtinere. Quædam enim ex ipsis necessariò affectus sequuntur, quædã non necessariò, sed vel sæpe, vel rarò, vel ambiguè: quemadmodũ rursus alia symptomata affectus differentiã ex necessitate sequuntur, quædam vt plurimùm, quædã incertò, quædã rarò. Quæ iam ex necessitate morbum sequuntur symptomata, pathognomonica, hoc est affectuum indicatoria nuncupãt. Atque hæ certæ morborum notæ censendæ sunt. Quæ verò non necessariò, vel morbi differentiam, vel morem, vel magnitudinem indicant. Sed exemplo quodam cuiusque prædictorum vim ostendam, vt eo adiutus, similiter in omnibus eadem methodo teipsum exerceas. Supponatur igitur membrana costas succingens inflammatione laborare. Affectus hic inflammatio est, symptomata quidem necessariò habens, tumorem præter naturam, ruborem, dolorem; quorum duo iam non subincidunt, solus autem dolor relinquitur, qui costis incumbens punctorius concitatur. Dolet igitur homo, quod inflammatio affectus sit, doloris autem species pungens est, quòd affectæ partis substantia membranosa sit. Pleuræ verò incumbit, quia illa afficitur, quinetiam dolor latissimè spargitur, quòd membrana costas succingens plurimùm extensa sit. Febris autem ex necessitate sequitur, tum propter affectum, tum propter partis affectæ situm, quorum alterum si absit, febris necessariò non sequetur. Neque enim si

ſi digitus inflammatione laboret, continuò febris inuadit, quoniam procul à corde *ſitus eſt*. Neque quum membrana ſuccingens affecta fuerit, mox affectus vel ſcirrhus, vel œdema contingit; quanquam difficultas ſpirandi ex iis ſit quæ neceſſariò partem affectam ſequuntur, quia ſpirabilis cuiuſdam inſtrumenti portio eſt. Atqui ſpirandi difficultatis ſpecies non propter partem, ſed ob affectum erit; dolor enim reſpirationis inſtrumenta plurimùm diduci prohibet; ideóque actionem reſpirationis, vſu nondũ expleto priùs diſſoluit. Vnde ad ſecundã actionem celeriter accedere neceſſitas eſt; nõ ampliùs tantum quietis intermittendo, quãtum in naturali ſtatu; atq; ſic ſpiritus paruus & frequens redditur. At & pulſuum alteratio, ex neceſſitate membranæ coſtas ſuccingentis inflammationem comitatur, tum quæ à febribus, tum quæ ab affectæ partis ſpecie non ſeparatur. Arteriæ namque ipſis, quòd quidem febricitent, maiorem, celeriorem, & frequentiorem pulſum edunt, quia verò neruoſa pars eſt quæ inflãmatione infeſtatur, cum tenſione ſimul ac duritie. Hæc igitur neceſſariò ſuccingentis membranæ inflammationem ſymptomata ſequũtur. Vnum autem eſt ex his quæ neceſſariò ſequuntur, decubitus vel in latus affectum qui minùs eſt dolorificus, vel in oppoſitum; vel in vtrumque ſimiliter. Nam quum duplex ſuccingẽs membrana ſit, ſi quidẽ exterior eius pars oſſibus incumbẽs validiore inflammatione laboret, faciliùs in oppoſitũ latus reclinant. Etenim in affecta parte premũtur. Si verò altera interior ægrotet, quod vt plurimum accidere conſueuit, in oppoſitum recũbentes vehemẽtiùs dolent, quòd pars inflammata ipſis pendeat; quòd ſi in affectã partem, minùs; nõ enim hæc ab oſſibus premitur, neque ſuſpenſa eſt, ſed ab vtroque libera eſt, & ſuper alterum illæſum affirmata. Vtriſque verò ſuccingentis membranæ partibus affectis, in vtrumq; latus æqualiter decũbunt. At verò quòd dolor quibuſdã ad hypochondrium perueniat, aliis ad clauiculã, id tum propter partis affectæ naturam fit, tum quia inflammationis ſymptoma dolorem intẽdat. Quoniã enim ad clauiculas vſq; membrana ſuccingens aſcendit, & totum ſeptum tranſuerſum, vbi ſuperiores eius partes inflammãtur, iugulum deorſum reuelli videtur; vbi inferiores, dolor ad hypochondrium peruenit. Igitur exiguam planè inflammationem in coſtarum medio excitari oportet, ne in alterutram partem pertingat, vt magna in ambas peruenit. Quinetiam quòd nonnulla reſudent, ac tenuis ex inflammata parte ſanies effluat, tum propter morbum, tum propter partem eueniet, quemadmodum in omnibus oris partibus inflammatis, & oculis accidit. Siquidem & ex humorum influxu inflammatio ſuboritur, & pars rara eſt, non, vt cutis, conſtricta denſáque. Quum igitur copioſus ſimul ac tenuis in inflammata parte humor ſubſiſtit, & pars rara eſt, plurimum foràs effunditur; quum verò è contrario pauca ſit, & craſſa fluxio, corpúſque denſum, pauciſſimum, quod autem eſt pauciſſimum ad tuſſim quidem irritat, nihil autem expuitur; quemadmodum ſi fluxio fiat copioſiſſima, & plurimùm tuſſiunt ægri, & non pauca expuunt. Ac tuſſis ab hoc affectu inſeparabilis eſt; excreatio verò poſt tuſſim non inſeparabilis, verùm ſæpe contingit. Si igitur expuant; ſputum neceſſariò colorabitur, non tamen eodem perpetuò colore, quia nec in parte inflammata eiuſdem ſemper naturæ eſt excrementum.

A ἐὰν ὁ δάκτυλος φλεγμαίνῃ, πάντως πυρέττουσιν, ὅτι πόῤῥω τῆς καρδίας. οὐδ' ὅταν οὖν ὁ ὑπεζωκὼς μὲν πάθῃ, τὸ πάθος δ' ἤτοι σκίῤῥος, ἢ οἴδημα τύχῃ. καὶ μὴν καὶ ἡ δύσπνοια τῶν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθησόντων ἔσται τῷ πεπονθότι τόπῳ, διότι μέρος ἐστὶν ἀναπνευστικοῦ τινος ὀργάνου. τὸ μέντοι τῆς δυσπνοίας εἶδος οὐ διὰ τὸ μέρος, ἀλλὰ διὰ τὸ πάθος ἔσται. κωλύει γὰρ ἡ ὀδύνη διεστάλθαι μέχρι πλείστου τὰ τῆς ἀναπνοῆς ὄργανα. προκαταλύει τοιγαροῦν τῆς ἀναπνοῆς τὴν ἐνέργειαν, οὐδέπω τῆς χρείας πεπληρωμένης, ὅθεν ἀναγκάζεται διὰ τάχους ἐπὶ τὴν δευτέραν ἐνέργειαν ἰέναι, μηκέτ' ἠρεμοῦντα τοσοῦτον, ὅσον ὅτ' ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἦν, καὶ οὕτω γίνεται τὸ πνεῦμα B μικρὸν καὶ πυκνόν. ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν σφυγμῶν ἀλλοίωσις, ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ τῇ φλεγμονῇ τοῦ ὑπεζωκότος, ἥτ' ἀχώριστος τῶν πυρετῶν, καὶ ἡ κατὰ τοῦ πεπονθότος ἰδέαν. σφύζουσι γὰρ αὖθις αἱ ἀρτηρίαι, διότι μὲν πυρέττουσι μεῖζον, καὶ θᾶττον, καὶ πυκνότερον, ὅτι δὲ νευρῶδες τὸ φλεγμαῖνον, ἅμα τάσει τε καὶ σκληρότητι. ταῦτα μὲν οὖν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ τὰ συμπτώματα τῇ φλεγμονῇ τοῦ ὑπεζωκότος. ἐξ ἀνάγκης δὲ κἀκ τῶν ἑπομένων ἕν τι, ἤτοι γε ἐπὶ τὴν πεπονθυῖαν πλευρὰν ἡ κατάκλισις ἧττον ἐπώδυνός ἐστιν, ἢ ἐπὶ τὴν ἀντικειμένην, ἢ ἐπ' C ἀμφοτέρας παραπλησίως. διπλοῦ γὰρ ὄντος τοῦ ὑπεζωκότος, εἰ μὲν οὖν τὸ περὶ τοῖς ὀστοῖς ἔξωθεν αὐτοῦ μέρος ἰσχυρότερον φλεγμαίνοι, ῥᾷον ἐπὶ τὸ ἀντικείμενον κατακλίνονται, θλίβονται γὰρ ἐπὶ τοῦ πεπονθότος. εἰ δὲ τὸ ἕτερον τὸ ἔνδον, ὅπερ ὡς τὰ πολλὰ συμβαίνειν εἴωθεν, ἐπὶ τὸ ἀντικείμενον ὀδυνῶνται μᾶλλον κλινόμενοι. κρεμᾶται γὰρ αὖθις τὸ φλεγμαῖνον. εἰ δ' ἐπὶ τὸ πεπονθὸς, ἧττον, οὔτε γὰρ θλίβεται πρὸς τοῖς ὀστοῖς, οὔτε κρεμᾶται, ἀλλ' ἀμφοῖν γε τούτοις ἠλευθέρωται, καὶ κατὰ θατέρου τοῦ ἀπαθοῦς ἐστήρικται. παθόντων δὲ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τοῦ ὑπεζωκότος, ὁμοίως ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς πλευρὰς D κλίνονται. καὶ μὲν δὴ καὶ τῷ διήκειν τὸ ἄλγημα τοῖς μὲν εἰς ὑποχόνδριον, ἐνίοις δ' εἰς κλεῖν, διά τε τὴν φύσιν τοῦ πεπονθότος γίνεται μορίου, καὶ τὸ τῆς φλεγμονῆς σύμπτωμα τὸ ἐκτείνεσθαι τὴν ὀδύνην. ἐπεὶ γὰρ ἄχρι τε τῶν κλειδῶν ὁ ὑπεζωκὼς ἀνήκει, καὶ κατὰ τοῦ διαφράγματος ἅπαντος, τῶν μὲν ἄνω μερῶν αὐτοῦ φλεγμαινόντων, ἡ κλεὶς κατασπᾶσθαι δοκεῖ, τῶν κάτω δ', εἰς ὑποχόνδριον ἐξήκει τὸ ἄλγημα. μικρὰν οὖν χρὴ πάνυ κατὰ τὰ μέσα τῶν πλευρῶν γενέσθαι τὴν φλεγμονὴν, ἵν' εἰς μηδέτερον ἐξίκηται, ὡς ἥ γε μεγάλη πρὸς ἄμφω διικνεῖται. καὶ μὴν καὶ τὸ διιδροῦσθαί τινα, καὶ ἀπο- E χεῖσθαι τοῦ φλεγμαίνοντος μορίου λεπτὸν ἰχῶρα διά τε τὸ νόσημα γενήσεται, καὶ τὸ μόριον, ὥσπερ καὶ τοῖς ἐν τῷ στόματι φλεγμαίνουσιν ἅπασι συμπίπτει, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἐξ ἐπιῤῥοῆς τε γὰρ τῶν ὑγρῶν ἡ φλεγμονὴ, καὶ τὸ μέρος ἀραιὸν, οὐχ ὥσπερ τὸ δέρμα πεπιλημένον τε καὶ πυκνόν. ὅταν μὲν οὖν πολλή τε ἅμα, καὶ λεπτὴ κατὰ τὸ φλεγμαῖνον ἡ ὑγρότης ὑπάρχῃ, καὶ τὸ μόριον ἀραιὸν, πλεῖστον ἀποχεῖται πρὸς τὸ ἐκτός. ὅταν δ' ἔμπαλιν ὀλίγον τε ᾖ καὶ παχὺ τὸ ῥεῦμα, καὶ τὸ σῶμα πυκνὸν, ἐλάχιστον. τουτὶ δ' ἐλάχιστον ἐρεθίζει μὲν εἰς βῆχα, πτύουσι δὲ οὐδέν. ὥσπερ γε κἀπειδὰν πλεῖστον F γένηται, βήττουσί τε πλεῖστα καὶ ἀναπτύουσιν οὐκ ὀλίγα. καὶ εἴη ἂν, τὸ μὲν βήττειν ἀχώριστον τοῦ πάθους, τὸ δὲ πτύειν ἐπὶ τῷ βήττειν, οὐκ ἀχώριστον μὲν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ γιγνόμενον. εἰ μέντοι γε ἀναπτύοιεν, ἐξ ἀνάγκης μὲν χρωσθήσεται τὸ σίελον, οὐ μὴν ἀεί γε ταὐτῷ χρώματι, διότι μηδ' ἐν τῷ φλεγμαίνοντι μέρει τῆς αὐτῆς ἀεὶ φύσεώς ἐστι τὸ περιττόν.

ὅταν μὲν οὖν αἱματῶδες, ἢ χολῶδες ὑπάρχῃ, τοιοῦτον δὲ ἐν πλευρίτισι τοὐπίπαν ἐστὶ τὸ τὴν φλεγμονὴν ἐργαζόμενον ῥεῦμα, κέχρωσται τὸ σίελον αὐτοῦ ἀῤῥοῦ ὑπὸ τοῦ περιεχομένου χυμοῦ κατὰ τὸ φλεγμαῖνον. ἐρυθρὸν μὲν, ὅταν αἱματικὸν ὑπάρχῃ τὸ ῥυὲν εἰς τὸν ὑπεζωκότα. ξανθὸν δὲ, ὅτε πικρόχολόν ἐστιν. εἰ μέντοι φλεγματώδης χυμὸς πρῶτον ἀφρώδεις τε καὶ διασαπεὶς, αἴτιος καθίσταται τοῦ τὴν φλεγμονὴν ἐργαζομένου ῥεύματος, τηνικαῦτα ἀποπτύουσιν ἀφρώδη. πτύουσι δὲ καὶ μέλανά ποτε, κατοπτηθέντος τοῦ ῥεύματος, ἄν θ' αἱματικὸν, ἄν τε πικρόχολον ᾖ. συνενδείξεται οὖν τὰ τοιαῦτα πάντα, τῇ τε τοῦ πεπονθότος μορίου διαγνώσει, καὶ τῇ τοῦ πάθους, τὴν διαφορὰν τοῦ ῥεύματος. ὡς ἐκ τῶν εἰρημένων εὔδηλον, ὡς καὶ τὴν οὐσίαν ἑκάστου τῶν πεπονθότων μορίων, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπίστασθαι, καὶ τὴν πρὸς τὰ παρακείμενα κοινωνίαν, εἰς τὴν τῶν νοσημάτων τε καὶ νοσούντων τόπων εὕρεσιν. ὅτι δὲ οὐδὲν διαφέρει λέγειν, ἢ θέσιν, ἢ σύνθεσιν, ἢ πρὸς τὰ παρακείμενα κοινωνίαν, εὔδηλον εἶναι νομίζω, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω.

Quum igitur cruentum, vel biliosum extiterit, (talis autem in pleuritide plerumque fluxio est quæ inflammationem efficit) coloratum est sputum ipsius cruore *refuso*, ab humore qui in parte inflammata continetur. Rubrum sanè, quum quod in succingentem membranam defluit, id cruentum est. Flauum, quum biliosum est. Si verò pituitosus humor primùm & impactus, & putrefactus, fluxionis inflammationem generantis author fuerit, tunc spumosa expuunt; expuunt autem & nigra nonnunquam fluxione exassata, siue cruenta, siue biliosa fuerit. Hæc igitur omnia vnà cum affectæ partis, ipsiusque affectus dignotione, fluxionis differentiam indicabunt. Quare ex his quæ dicta sunt, constat tum cuiusque partis ægrotæ substantiam, tum communionem cum vicinis necessariò esse cognoscendam ad morbi eiusque laborantis loci inuentionem. Quòd autem nihil referat, situm, vel compositionem, vel cum aliis societatem, communionémque dicere, quis ignorat?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τῶν ὑπολοίπων σημείων, ἐξ ὧν τά νοσήματά τε, καὶ τὰ πεπονθότα μόρια διαγιγνώσκομεν.

Εὔδηλον δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων ἐστὶν, ὡς καὶ τὴν ἐνέργειάν τε καὶ τὴν χρείαν ἑκάστου τῶν μορίων ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπίστασθαι. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰς τῶν νοσημάτων τε, καὶ συμπτωμάτων γενέσεις. εἰς δὲ τοῦτο, καὶ τὰς ποιούσας αἰτίας τὰ νοσήματα. πρός τε γὰρ τὴν διάγνωσιν ἑκάστου τῶν πεπονθότων μορίων ἅμα ταῖς διαθέσεσι, καὶ πρὸς τὰς τοῦ νοσήματος αὐτοῦ διαφορὰς, ἀναγκαῖα φαίνεται ταῦτα. καὶ τὸ μέγεθος δὲ, καὶ τὸ ἦθος ἑκάστου τῶν νοσημάτων, ἐκ τῶν αὐτῶν τούτων λαμβάνεται. τὸ μέγεθος μὲν, ἔκ τε τοῦ κατὰ τὴν διάθεσιν αὐτῶν μεγέθους, καὶ τῶν ἑπομένων αὐτῇ συμπτωμάτων. τὸ δὲ ἦθος, ἔκ τε τῆς διαφορᾶς τοῦ νοσήματος, καὶ τῶν ἑπομένων αὐτῇ συμπτωμάτων. εὐθέως γοῦν ἐπὶ τοῦ προκειμένου παραδείγματος, ὀλεθριώτατος μὲν ἐστὶν ὁ μελαγχολικὸς ἐπικρατῶν χυμὸς, ὅτι τε κακοηθέστατος αὐτός ἐστι, καὶ διαβρωτικώτατος, καὶ δύσπεπτος, καὶ δυσεκκάθαρτος, ὅτι τε πλείστης ἐστὶ θερμασίας ἐνδεικτικὸς, ὑφ' ἧς κατοπτηθεὶς ἐγένετο. πάντων δὲ ἐπιεικέστατος ὁ αἱματικὸς, ὡς ἂν γλυκύτατός τε καὶ εὐπεπτότατος ὤν. οἱ δὲ ἄλλοι δύο χυμοὶ, μεταξὺ τῶν εἰρημένων εἰσιν, ἁπλότητός τε καὶ κακοηθείας. τῶν συμπτωμάτων δὲ, τὸ μὲν μηδὲν ἀναπτύειν ὀλέθριον, ὅτι τε δεδέσθαι δηλοῖ πρὸς τῆς φλεγμονῆς τὸ ῥεῦμα, καὶ ὅτι διὰ τὸ μένειν ἔνδον ὅλον διαφθαρήσεται. τὸ δὲ ἀναπτύειν ἀπόνως τε καὶ ῥᾳδίως ἐπιεικέστατον. εἰ δὲ δὴ καὶ τὸ πτυόμενον εἴη πεπεμμένον, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐπιεικέστατον. ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς συμπτώματα, τὸ ἦθος δηλοῖ τοῦ νοσήματος. ἤδη δὲ καὶ τἄλλα ὅσα κατὰ συμπάθειαν ἐπιγίνεται, παραφροσύναι τε, καὶ κώματα, καὶ ἀνορεξίαι, καὶ οὖρα, καὶ διαχωρήματα ποῖα καὶ ποῖα γιγνόμενα. γυμναστέον οὖν ἡμῖν ἐστὶν ἐν ἅπασι τοῖς εἰρημένοις, εἰ διαγνωστικοὶ βουλόμεθα γενέσθαι νοσήματός τε καὶ μορίου πεπονθότος, ἤθους τε καὶ μεγέθους, καὶ διαφορᾶς τῆς κατ' αὐτά. ἐκ τῶν αὐτῶν δὲ τούτων ἡμῖν ὑπάρξει, καὶ τὸ προγιγνώσκειν, εἰς ὅ,τι τελευτήσει τὸ νόσημα, καὶ ἡ τῶν βοηθημάτων ἐπιδέξιος χρῆσις. ἡ μὲν γὰρ πρόγνωσις ἀναίτιόν τε τὸν ἰατρὸν ἀποφαίνει τῶν θανάτων, εὐπειθεῖς

CAPVT XV.

De reliquis notis, quibus morbos, & affectas partes dignoscimus.

Ex prædictis autem liquet quòd tum actionem tum vsum singularum partium scire sit necessarium; ad hæc etiamnum morborum, & symptomatum generationes; postea causas etiam morbos efficientes. Etenim hæc ad cuiusque partis affectæ, ac vnà ipsius affectus dignotionem, & ad morbi ipsius differentias necessaria videntur; Sed & magnitudo, & vniuscuiusque morbi mores, ex his ipsis deprehenduntur; magnitudo quidem & ex ipsorum affectus magnitudine, & ex symptomatis illum consequentibus; mores autem ex morbi differentia, & symptomatis eum comitantibus. Statim enim in proposito exemplo, melancholicus humor quum exuperat, perniciosissimus est, quòd is maximè malignus plurimum erodat, ægrè concoquatur, & vix expurgetur; quódque copiosissimi caloris sit index, à quo assatus dicitur. Omnium verò mitissimus sanguineus humor est; quòd dulcissimus, & concoctu facillimus existat. Reliqui duo humores inter hos dictos consistunt medij, in simplicitate & malignitate. Ex symptomatis, nihil prorsus expuere, perniciosum; tum quòd detineri ab inflammatione ipsum fluorem indicet; tum quòd intus manendo totus corrumpatur. At citra laborem, & ex facili excreare, saluberrimum est. Si verò iam sputum coctum fuerit, hoc etiamnum quàm saluberrimum est. Cæterùm pulsuum symptomata, morbi morem repræsentant, atque iam alia omnia quæ ex consensu contingunt, deliria, sopores, fastidium, vrinæ, deiectiones hoc aut illo modo factæ. Proinde exercere nos oportet in his omnibus prædictis, si morbum, partem affectam, morem, magnitudinem, & eorum differentiam velimus dignoscere; ex his verò ipsis præsagire licebit quò morbus desinet, & dexter auxiliorum vsus. Etenim præsagia medicum mortis non authorem declarant, ægrósque reddunt

reddunt obtemperantes, & ex multis remediorum occasionem prædocent. Quòd autem dexter remediorum vsus id artis quidem sit præcipuum, à quo vniuersus sermo manauerit, omnibus manifestum est. At qua ratione ex prædictis præsagia comparentur, paulò post dicetur. Nunc etenim his quæ exposui, finem priùs imponere volo. Nam morborum, & eos suscipientium partium dignotio in vno nobis exemplo declarata est; Adiicere verò aliud quoddam simile nihil mali *fuerit*. Nam eorum quæ excernuntur idea permulta docet. Cum ipsa autem concurrit vnde excretionem fieri cernimus; vt ex ambobus coëuntibus stabilis vna indicatio proueniat. Membranoso etenim, verbi gratia, corpore excreto, indicatio quidem ex eo quod apparet, talem partem exulceratam esse indicat, quæ in summo membranæ naturam obtineat; id autem separatum significare nequit, attamen excretionis ad affectam partem nos deducet. Quod etenim deorsum deiectum est, intestini vlcerationem innuit; sursum verò vomitu reiectum, ventriculi, tussiendo redditum, membranarum quæ asperas arterias integunt; at mictum, vel vesicæ vel qui in pudendo est meatus. Has igitur ipsas partes, ac præterea quæ per consensum & primario affectu laborant, ab inuicem discernere conuenit, principatu, consequentia, magnitudine, & paruitate; insupérque accessione causarum vtrumque deprauantium. Multi siquidem ob stomachi affectum, vel cerebro consentiente, vel oculis suffusione laborantibus, melancholiæ symptomatis infestantur. At si quis animum diligenter adhibeat, commemoratos affectus cruditates, & excrementa in ventriculi orificio collecta sequi deprehendet; atque eosdem simul intendi cum illis quæ os ventriculi lædunt, & remittere cum his quæ hoc iuuare dicuntur. At vniuersam de affectis partibus tractationem transigere in præsentia mihi propositum non est, quemadmodum nec aliud quicquam eorum quæ in arte medica absoluta sunt; verùm solam inueniendi ipsa methodum ostendere ac quomodo ea fini artis coniuncta sit. Atqui necessarium est, vt variis se modis quisque exerceat in omnibus nostris commentariis. Quod igitur in rem præsentem requiritur, apponentes, ad methodos commemoratas discedemus; atque hîc rei formam esse censeto; vbi verò materiis inducta fuerit, totam substantiam, quum omnia particulatim recensuero, sicut modò in paucis exemplis factitaui, & hæc tibi artis integra pars erit.

CAPVT XVI.

De remediorum delectu ac vsu ex substantia, conformatione & situ partium laborantium.

AT superest vt demonstremus ad commodum remediorum vsum, accuratam partis quam curamus, substantiæ, conformationis, ac situs cognitionem esse necessariam. Substantia namque docet primos morbos qui in intemperie consistunt, quantum à naturali statu recesserint, quantúmque ipsos singulos calefacere, refrigerare, exiccare, & humectare oporteat. Conformatio verò ipsos per se morbos docet, de quibus antea dictum est; & eorum

τε προέχει τοὺς κάμνοντας, ἐκ πολλῶν τε προδιδάσκει τὸν καιρὸν τῶν βοηθημάτων. ἡ δὲ βοηθημάτων χρῆσις ἐπιδέξιος, ὅτι μὲν αὐτὸ τὸ κυριώτατόν ἐστι τῆς τέχνης, ἐφ' ᾧ σύμπας ὁ λόγος ὥρμηται, πρόδηλον παντί. πῶς δὲ ἐκ τῶν προειρημένων προγίγνεται, μετ' ὀλίγον εἰρήσεται. νυνὶ μὲν γὰρ ἐπιθεῖναι βούλομαι πρότερον οἷς διεξῄειν, τὸ τέλος. ἡ γὰρ τῶν νοσημάτων ἅμα τοῖς δεδεγμένοις αὐτὰ μορίοις διάγνωσις, ἐφ' ἑνὸς μὲν ἤδη μοι παραδείγματος εἴρηται. προσθεῖναι δ' ἕτερόν τι παραπλήσιον, οὐδὲν χεῖρον. ἡ γάρ τοι τῶν ἐκκρινομένων ἰδέα διδάσκει πολλά, συνῆπται δ' αὐτῇ τὸ σῶμα, ἐξ οὗ τὴν ἔκκρισιν ὁρῶμεν γιγνομένην, ὡς ἐξ ἀμφοῖν συνιόντων ἔνδειξιν μίαν γίγνεσθαι βεβαίαν. ὑμενώδους γάρ, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἐκκριθέντος σώματος, ἡ μὲν ἐξ αὐτοῦ τοῦ φανέντος ἔνδειξις, ἡλκῶσθαί τι τοιοῦτον ἐνδείκνυται μέρος, ὡς ἐπιπολῆς ὑμενώδη φύσιν ἔχειν, ἀφωρισμένον δὲ αὐτό, δηλοῦν ἀδυνατεῖ. τὸ μέντοι τῆς ἐκκρίσεως χωρίον, ἐπ' αὐτὸ τὸ πεπονθὸς ποδηγεῖ. κάτω μὲν γὰρ διαχωρηθέν, ἐντέρου δηλοῖ τὴν ἕλκωσιν, ἄνω δὲ ἐμεθέν, γαστρός. ἀναβηχθὲν δέ, τῶν ὑπαλειφόντων τὰς τραχείας ἀρτηρίας ὑμένων, οὐρηθὲν δὲ ἤτοι κύστεως, ἢ τοῦ κατὰ τὸ αἰδοῖον πόρου. αὐτά τε οὖν ταῦτα, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰ κατὰ συμπάθειάν τε, καὶ πρωτοπάθειαν κάμνοντα σώματα, διακρίνειν ἀλλήλων προσήκει, τῇ τε ἡγεμονίᾳ καὶ ἀκολουθίᾳ, καὶ τῷ μεγέθει τε, καὶ τῇ σμικρότητι, καὶ προσέτι τῇ τῶν κακούντων ἑκάτερον αἰτίων προσόδῳ. πολλοὶ γοῦν ἐπὶ στομαχικαῖς διαθέσεσιν, ἤτοι τοῦ ἐγκεφάλου εἰς συμπάθειαν ἀχθέντος, ἐν μελαγχολικοῖς ἐγένοντο συμπτώμασιν, ἢ τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖς τῶν ὑποχεομένων. ἀλλ' ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐάν τις ἀκριβῶς προσέχῃ τὸν νοῦν, εὑρήσει ταῖς ἀπεψίαις τε, καὶ ταῖς τῶν περιττωμάτων ἀθροίσεσιν ἐν στόματι κοιλίας ἑπόμενα τὰ εἰρημένα παθήματα, καὶ συμπαροξυνόμενά τε τοῖς βλάπτουσι τὸ τῆς γαστρὸς στόμα, καὶ συγκαθιστάμενα τοῖς ὠφελοῦσι. ἀλλ' οὐ πρόκειταί μοι τὰ νῦν, ἅπαντα τὸν περὶ τῶν πεπονθότων μερῶν λόγον διέρχεσθαι. ὥσπερ οὐδ' ἄλλο τι τῶν κατὰ τὴν τέχνην ὁλόκληρον, ἀλλ' ἐνδείξασθαι μόνον τὴν μέθοδον αὐτῆς τῆς εὑρέσεως, καὶ ὅπως τῷ τέλει τῆς τέχνης συνῆπται. καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν αὐτὸν καθ' ἕκαστον γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἐν ἁπάσαις, ταῖς ὑπ' αὐτῶν γεγραμμέναις ἡμῖν ἐννοίας, ταῖς πραγματείαις ἀναλεγόμενον. ὅπερ οὖν ἀναγκαῖόν ἐστιν εἰς τὰ παρόντα προσθέντες, ἀπαλλάξομεν ἐπὶ τὰς εἰρημένας μεθόδους, κἂν ταῦτα τὸ εἶδος νόμιζε τοῦ πράγματος ὑπάρχειν. ἐπειδὰν δὲ ταῖς ὕλαις ἐμβιβασθῶ, ὅλην τὴν οὐσίαν, ὅταν ἅπαντα διέλθω τὰ κατὰ μέρος, ὥσπερ νῦν ἐπὶ παραδειγμάτων ὀλίγων ἐποίησα, καὶ τοῦτ' ἄν σοι τὸ μέρος εἴη τῆς τέχνης ὁλοκλήρως συνεστηκός.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛʹ.

Περὶ ἐκλογῆς τε καὶ χρείας τῶν βοηθημάτων ἐξ οὐσίας τε, καὶ διαπλάσεως, καὶ θέσεως τῶν πεπονθότων μορίων.

ΥΠόλοιπον δ' ἐστὶν ὑποδεικνύειν, ὡς καὶ εἰς τὴν ἐπιδέξιον χρῆσιν τῶν βοηθημάτων ἀναγκαῖον ἐπίστασθαι τὴν οὐσίαν ἀκριβῶς τοῦ θεραπευομένου μορίου, καὶ τὴν διάπλασιν, καὶ τὴν θέσιν. ἡ μὲν οὖν οὐσία διδάσκει τὰ πρῶτα νοσήματα τὰ κατὰ δυσκρασίαν, εἰς ὅσον ἐξέστηκε τοῦ κατὰ φύσιν, ἄχρι πόσου τε θερμαντέον ἐστὶν ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ψυκτέον, καὶ ξηραντέον, καὶ ὑγραντέον. ἡ δὲ διάπλασις, αὐτά τε τὰ καθ' ἑαυτὴν διδάσκει νοσήματα, περὶ ὧν ἔμπροσθεν εἴρηται, καὶ συνενδείκνυται τὸ

μέγεθος αὐτῶν. εἰς ὅσον γὰρ ἕκαστον ἐξέστηκε τοῦ κατὰ φύσιν, εἰς τοσοῦτον ἥκει μεγέθους. ἅμα δὲ τῷ μεγέθει, καὶ τὸ μέχρι πόσου, διὰ τῶν ἐναντίων ἐπανάγειν αὐτὰ χρὴ πρὸς τὸ κατὰ φύσιν, ἐξ αὐτοῦ λαμβάνεται. ταῦτα μὲν οὖν ἀνάλογον τοῖς κατὰ δυσκρασίαν. αἱ δὲ ἐμφράξεις τε, καὶ σφηνώσεις τούτου εἰσὶ γένους, ἴδιον δὲ ἐξαίρετον ἐνδείκνυται, τὸν τρόπον τῆς κενώσεως ἐκ τῶν στομάτων, καὶ διὰ τῶν σχημάτων ἃ κέκτηται τὸ θεραπευόμενον ὄργανον. ἐπικοινωνεῖ δὲ τοῦτο τοῖς ὑπὸ τῆς θέσεως ἐνδεικνυμένοις, ὑπὲρ ὧν ἤδη λέγωμεν. ὅσα μὲν οὖν ἐν αὐτοῖς ἀνάλογόν ἐστιν, εἴς τε τὴν τοῦ μεγέθους διάγνωσιν, εἴς τε τὸ ποσὸν τῆς τῶν βοηθημάτων χρήσεως, οὐδὲν ἔτι δέομαι λέγειν. ὅσα δὲ ἐξαίρετα, λεκτέον ἐφεξῆς, ἐπειδὴ καὶ ἡ χρεία μεγίστη πρὸς τὰς θεραπείας αὐτῶν ἐστι μιγνυμένων τοῖς ἀπὸ τῆς διαπλάσεως ἐνδείξεσιν. ἔσται δὲ κἀνταῦθα ὁ λόγος ἐπὶ παραδειγμάτων ὀλίγων, ὑπὲρ τοῦ γνῶναι τὴν μέθοδον. ἔμφραξις ἐστὶ μὲν, ἕν τι τῶν ὀργανικῶν παθῶν. ἐγγίγνεται δὲ ἐν ἥπατι μάλιστα διά τε τὴν κατασκευὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐνέργειαν. αἱ γὰρ ἀπὸ τῶν πυλῶν φλέβες εἰς ἅπαντα τοῦ σπλάγχνου τὰ σιμὰ κατασχιζόμεναι, συνάπτουσι τοῖς ἐν τοῖς κυρτοῖς ἀδήλοις αἰσθήσει στόμασι. ἀναφέρεται δὲ ἐκ τῆς κοιλίας τροφὴ πᾶσα, πρὸς ἕνα τόπον τοῦ ἥπατος, ὃν ἀπ' αὐτοῦ τοῦδε τοῦ νῦν εἰρημένου, πύλας ὀνομάζουσιν. οὔτε γὰρ εἰς τὰς πόλεις εἰσελθεῖν τις δύναται, πρὶν διελθεῖν τὰς πύλας, οὔτ' εἰς ἧπαρ ἀφικέσθαι, πρὶν ἐν τούτῳ γενέσθαι τῷ χωρίῳ. διανέμεται δὲ ἐντεῦθεν εἰς τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος ἅπαντα, κἄπειτα δι' ὧν εἰρήκαμεν περάτων εἰς τὸ κυρτὸν μεταλαμβάνεται. οὐδὲν οὖν θαυμαστόν ἐστι, διά τε τὴν τῶν ὁδῶν στενότητα καὶ τὸ πλῆθος τῆς διερχομένης οὐσίας ἐμφράξεσι συνεχέσιν ἁλίσκεσθαι τὸ σπλάγχνον. ἴασις οὖν αὐτῶν ἔσται, πρὶν μὲν πολλὰς γενέσθαι, καὶ πυρέξαι τὸν ἄνθρωπον ἡ τῶν λεπτυνόντων ἐδεσμάτων τε καὶ φαρμάκων προσφορά. πολλῶν δὲ γενομένων, οὐκ αὐτὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ κένωσίς ἐστιν, ἣν ἵνα δι' ὧν χρὴ ποιεῖσθαι χωρίων, ἥ τε διάπλασις ἐνδείξεται τοῦ σπλάγχνου, καὶ ἡ θέσις. ἐκ τούτων γοῦν ὁρμώμενοι, τὰ μὲν ἐν τοῖς σιμοῖς τοῦ ἥπατος ἐπ' ἔντερον προτρέψομεν. ὅσα δὲ ἐν τοῖς κυρτοῖς ἐστι, δι' οὔρων ἐκκενώσομεν. οὕτω δὲ καὶ ὅσα κατὰ τὸν θώρακα, καὶ τὸν πνεύμονα περιέχεται, κενοῦσθαι δεόμενα παρά τε τῆς διαπλάσεως αὐτῆς, καὶ τῆς θέσεως ἐδιδάχθημεν ἐκκαθαίρειν διὰ βηχῶν. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅσα κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἐπὶ τὰς ῥῖνας ἕλκειν. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἡ τῶν φλεγμαινόντων μορίων ἴασις, ἐκ θέσεώς τε καὶ διαπλάσεως λαμβάνεται. ἔστι μὲν γὰρ καὶ τούτων ὁ πρῶτος σκοπὸς, ἡ κένωσις τοῦ χυμοῦ τοῦ κατασκήψαντος εἰς τὸ φλεγμαῖνον. ὅπως δὲ ἐκκενοῦν αὐτὸν χρὴ, τῶν κατεχόντων ὀργανικῶν μορίων ἡ φύσις ἐνδείκνυται. παρ' αὐτῶν γοῦν διδασκόμενοι, τὰ μὲν εἰς ἰσχίον κατασκήψαντα ῥεύματα, διὰ τῶν κατ' ἰγνύα τε καὶ σφυρὰ φλεβῶν ἐκκενώσομεν, ὥσπερ γε καὶ ὅσα κατὰ τὰς μήτρας ἴσχεται. τὰ δὲ κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα, διὰ τῆς ἔνδον κατ' ἀγκῶνα φλεβός. τὰ δὲ κατὰ κεφαλήν τε καὶ τράχηλον, ἐκ τῆς ὠμιαίας. ἡ γὰρ τῶν ἐγγυτάτων τε καὶ κοινῶν τῷ πεπονθότι μορίῳ φλεβῶν κένωσις, ἀρίστη τε καὶ ῥάστη. καὶ τὸ διαφορεῖν δὲ τὸ φλεγμαῖνον, ἔστι μὲν δήπου καὶ αὐτὸ τὴν ἐκ τοῦ νοσήματος ἔνδειξιν ἔχον. ὑπαλλάττεται δὲ ἐν τῷ κατὰ μέρος τῶν βοηθημάτων χρῆσις, τὴν παρὰ τῆς θέσεως τοῦ πεπονθότος μορίου προσλαμβάνον ἔνδειξιν. ὅσα μὲν γὰρ ἐπιπολῆς κεῖται, τοιοῦτον ἐπ' αὐτῶν εἶναι προσήκει τὸ διαφορῆσον φάρμακον, οἷον τὸ ἐνδείκνυται τὸ τῆς φλεγμονῆς εἶδος. ὅσα δὲ ἐν βάθει, τοσοῦτον

magnitudinem simul indicat, nam quantum quodque à naturali statu decessit, tantùm accedit magnitudo, vnà verò cum magnitudine & id quòd adusque quantum ipsa quæ decesserunt ad naturam per contraria restituenda sint ex ipsa deprehenditur. Itaque hæc proportione morbis in intemperie respondent; obstructiones autem & constipationes huius sunt generis. At proprium, eximiumque euacuationis modum ostendit ex osculis & figuris quas sortitum est quod curatur organum. Id autem cum iis communicat, quæ à situ indicationem habent de quibus iam dicamus, quæ igitur inter ea proportionem habent ad magnitudinis dignotionem, aut ad remediorum vsus quantitatem, non opus est dicere. Quæ verò eximia ac præcipua sunt ea deinceps docenda, quoniam & vsus ad curationem eorum est maximus, quæ indicationibus à conformatione sumptis immiscentur; quin & hîc paucis exemplis, vt methodum cognoscamus, sermo futurus est. Obstructio sanè vnus quidam est organicorum morborum; potissimùm verò iecori, tum propter eius structuram, tum ob actionem accidit. Etenim venæ quæ à portis in totam visceris cauam partem distribuuntur, osculis earum quæ in gibba sunt sensum latentibus cohærent. Defertur autem totum alimentum ex ventriculo ad locum vnum hepatis, quem ab eo quod modo dictum est, portas appellant. Nemo enim in ciuitatem ingredi potest, nisi portas primò transeat; neque alimentum ad iecur peruenire, priùs quàm in hoc loco fuerit; inde verò in totam iecoris cauam partem distribuitur, ac deinde per dictos venarum terminos in gibbum transsumitur. Nihil igitur mirum est, viscus hoc crebris obstructionibus ob viarum angustiam, & substantiæ permeantis copiam corripi. Harum igitur curatio fuerit, antequam plures augeantur, & homo febricitet, eduliorum & medicamentorum attenuantium oblatio. Multis autem adauctis, non modò ipsa, sed & vacuatio curabit, quam quibus locis astrui oporteat, tum visceris conformatio, tum situs demonstrat. Ex his igitur procedentes, quæ in cauis quidem hepatis sunt, ea ad intestinum impellemus, quæ verò in gibbis existunt, per vrinas vacuabimus; simili modo & quæ in thorace & pulmone continentur, si vacuanda sint, à conformatione ac situ didicimus per tusses expurgare, simili modo & quæ in cerebro hærent, ad nares trahere. Non minùs autem partium inflammatione laborantium sanatio ex situ & conformatione sumitur. Etenim & horum primus scopus est humoris in partem inflammatam decumbentis euacuatio. Quomodo autem hic euacuandus sit, continentium organicarum partium natura docet. Ab ipsis igitur instituti, fluxiones in coxam decumbentes, per venas poplitis & tali vacuabimus, quemadmodum & ea quæ in vteris continentur. Quæ verò in thorace & pulmone, per interiorem cubiti venam. Quæ denique in capite & ceruice *infestant*, per humeralem. Optima namque & facillima est, per proximas & affectæ parti communes venas euacuatio. Atque quod tumet, per halitum discutere, & hoc sanè ex morbo indicationem habet. Verùm particularem auxiliorum vsum variandum esse, partis affectæ situs ostendit. Qui namque in summa cute affectus constituti sunt, iis tale resoluens esse medicamentum conuenit, qualis inflammationis species indicat. Qui in alto latent, hoc acrioribus

acrioribus medicamentis indigent, quo magis ab exterioribus recesserunt. Quare nõnunquam si vehementer admodũ in alto lateant, cucurbitulis vtimur; quod in summa cute ortis inflammationibus quàm maximè contrarium est. Ita verò si adstringentis medicamenti vsus erit, loci id desiderantis situm inspiciemus. Nam si eò medicamentum adstringens peruenire potest, nihil vetat id adhiberi. Sin autem non possit, considerandum venit, ne quando ex proximis humorem in locum affectum propellamus. Proinde vel miscenda est adstringẽti medicamento facultas quædam eiusmodi, quę veluti id manu ducat, vel eo non vtendum est. Maximè siquidem eos lædere noui, qui ex pulmone sanguinem extussiẽtibus, medicamenta adstringentia toti thoraci vndique apposuerunt. Nam præterquam quòd facultas eorum in pulmonem non penetraret, etiã sanguis qui in thorace continebatur, in viscus illud agebatur. Atq; de his satis esse dictũ arbitror ad pręsentem disputationem. Tantum igitur adhuc præfatus, quòd methodus hæc forma solùm commentarij huius extet, aliud aggrediar. Cęterùm singularum corporis partium scientia ac discursus velut vniuersa substantia est quam in aliis commentariis transegimus.

CAPVT XVII.

De prænotione seu signis prognosticis.

DE prænotione igitur deinceps dicturi sumus; quum nobis tum ad alia quædam, tum ad curationem non minimùm vtilis videatur. Itaq; primùm volenti prænoscendi artem constituere, necessarium est priùs cõsiderasse vtrum quemadmodum vniuscuiusque animantis natura proprium vitæ tempus sortitur, ita & morbi singuli; vt fieri nequeat quatuor diebus solui morbum, cuius naturale tempus præscriptum duorum sit mensium. An omnis morbus diuturnior fieri, & celerrimè solui possit. Nunc tamen quia plerique iam futurorum præscij fuerunt Medici, non amplius ab idiotis quæritur, vtrum possibile sit aliquem futuri euẽtus fieri præscium, an verò impossibile, sed serie omnes & rem possibilem tenent, & medicum percontantur, quo certo tempore morbus soluetur. Ad præsentem itaque tractationem nihil deterius accesserit, si nunc primùm nos artem prognosticam constituere supponamus, etenim reliqua omnia simili ratione pertractauimus. Vnũ sanè & primum necessarium est, (si prænotio quædam sit) esse nonnulla quæ certò sint futuro tempore ventura. Scrutandum autem deinceps quomodo quis hæc; quæ & quot sint inueniat. Non enim omnia quæ ægrotanti sunt euentura, necessarium habent ortum. Nocturnus enim ex vicinis tumultus, & canum latratus, vel nuncia quædam molesta ægros reddunt insomnes; quorum quodque neque necessariam habet generationem, neque certam prænotionem. An igitur quæ morbi ratione proueniunt, & præfinitam generationem habent, & certam prænotionẽ, an neque hæc vniuersa? Potest enim repentè humor aliquis superfluus in corpore interiùs ad partem aliquã vitæ necessariam prosiliens confluere; quemadmodum contrà alius ex nobiliparte in ignobilem transmigrare. At eum qui in nobilem partem inuectus est, summum periculum ex necessitate sequetur; qui verò in obscuram trãsfertur repentina ac inopinata laborantis salus erit. At verò

A δριμυτέρων δεῖται φαρμάκων, ὅσῳ τῶν ἐκτὸς ἀποκεχώρηκεν, ὥστε καὶ σικύας ἐπ' αὐτῶν ἐνίοτε χρήζομεν, εἰ κατὰ συχνοῦ κέοιτο βάθους, ὅπερ ἐναντιώτατόν ἐστι τοῖς ἐπιπολῆς φλεγμαίνουσιν. οὕτω δὲ καὶ εἴ που στύφοντος εἴη φαρμάκου χρεία, σκοπεῖσθαι τοῦ δεομένου χωρίου τὴν θέσιν. εἰ μὲν γὰρ ἱκανόν ἐστιν ἐξικέσθαι πρὸς αὐτὸ τὸ στῦφον, οὐδὲν κωλύει παραλαμβάνειν. εἰ δ' οὐχ ἱκανόν, ἐπισκοπεῖσθαι μή ποτε ἄρα τὴν ἐκ τῶν παρακειμένων ὑγρότητα συνελάσωμεν εἰς τὸ πεπονθός, ὥστε ἤτοι τὴν ποδηγοῦσαν τῷ στύφοντι φαρμάκῳ μικτέον ἐστὶ δύναμιν, ἢ οὐ χρηστέον αὐτῷ. μέγιστον οὖν οἶδα βλάψαντας,

B ὅσοι τοῖς ἐκ πνεύμονος ἀναβήττουσιν αἷμα, περιτιθέασιν ἐν κύκλῳ καθ' ὅλον τὸν θώρακα φάρμακα στύφοντα. πρὸς γὰρ τῷ μὴ διϊκνεῖσθαι τὴν δύναμιν αὐτῶν εἰς τὸν πνεύμονα, συνελαύνουσι καὶ τὸ κατὰ τὸν θώρακα αἷμα πρὸς τὸ σπλάγχνον. ἀρκεῖν ἡγοῦμαι καὶ περὶ τούτων, εἴς τε τὴν ἐνεστῶσαν πραγματείαν τὰ εἰρημένα. τοσοῦτον οὖν εἰπὼν ἔτι περὶ αὐτῶν ἀπαλλάξομαι, ὡς ἡ μὲν μέθοδος αὕτη, τὸ εἶδος μόνον ἐστὶ τῆς πραγματείας. ἡ δὲ καθ' ἕκαστον μέρος τοῦ σώματος ἐπιστήμη τε καὶ διέξοδος, ἡ οἷον οὐσία σύμπασα, ἣν ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις διεξήλθομεν.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ προγνώσεως, ἢ τῶν προγνωστικῶν σημείων.

ΠΕρὶ προγνώσεως τοίνυν ἐφεξῆς λέξομεν, ἐπειδὴ χρήσιμος ἡμῖν εἰς ἄλλα τέ τινα, καὶ οὐχ ἥκιστα πρὸς τὴν θεραπείαν ἐφάνη. τῷ μὲν οὖν πρῶτον βουλομένῳ συστήσασθαι τέχνην προγνωστικὴν, ἀναγκαῖόν ἐστι προεπισκέψασθαι πότερον, ὥσπερ ἑκάστου ζώου φύσις, ἴδιον ἔχει χρόνον ζωῆς, οὕτω καὶ τῶν νοσημάτων ἕκαστον. ὡς ἀδύνατον εἶναι τέσσαρσιν ἡμέραις

D λυθῆναι νόσον, ἧς ἡ φυσικὴ προθεσμία δυοῖν ἐστι μηνῶν. ἢ πᾶν νόσημα καὶ χρονίσαι δυνατόν ἐστι, καὶ λυθῆναι τάχιστα. νυνὶ μέντοι διὰ τὸ πολλοὺς ἤδη γεγονέναι προγνωστικοὺς τῶν ἐσομένων ἰατροὺς, οὐκέτ' οὐδὲ τοῖς ἰδιώταις ζητεῖται, πότερον ἐγχωρεῖ γενέσθαι τινὰ τοῦ μέλλοντος ἀποβήσεσθαι προγνωστικὸν, ἢ ἀδύνατόν ἐστι. ἀλλ' ἑξῆς ἅπαντες ὥσπερ δυνατοῦ τε τοῦ πράγματος ἔχουσι, πυνθάνονταί τε τὸν ἰατρὸν ἐν ᾗ τινι προθεσμίᾳ λυθήσεται τὸ νόσημα. πρὸς μέντοι τὴν ἐνεστῶσαν πραγματείαν οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον ὑποθέσθαι νῦν πρῶτον ἡμᾶς συνίστασθαι τέχνην προγνωστικὴν, καὶ γὰρ τ' ἄλλα πάντα

E κατὰ τὸν λόγον οὕτω διήλθομεν. ἓν μὲν δὴ καὶ πρῶτον ἀναγκαῖον, εἴπερ εἴη τις πρόγνωσις, εἶναι τινα βεβαίως ἐσόμενα κατὰ τὸν μέλλοντα χρόνον. ἑξῆς δὲ σκεπτέον ὅπως ἄν τις εὕροι τίνα τε, καὶ πόσα τὰ τοιαῦτά ἐστιν. οὐ γὰρ πάντα γε τὰ γενησόμενα περὶ τὸν κάμνοντα, τὴν γένεσιν ἀναγκαίαν ἔχει. θόρυβος οὖν ἐκ γειτόνων διὰ νυκτὸς, καὶ κύνες ὑλακτοῦντες, ἢ ἀγγελίαι τινὲς ἀηδεῖς ἀγρύπνους ἐργάζονται τοὺς νοσοῦντας, ὧν οὐδὲν, οὔτ' ἀναγκαίαν ἔχει τὴν γένεσιν, οὔτε βεβαίαν τὴν πρόγνωσιν. ἆρ' οὖν ὅσα κατὰ τὸν τοῦ νοσήματος ἀποτελεῖται λόγον, ὡρισμένην τε τὴν γένεσιν ἔχει, καὶ βεβαίαν τὴν πρόγνωσιν, ἢ οὐδὲ ταῦτα σύμ-

F παντα; δύναται γὰρ ἐξαίφνης ἐπιρρυῆναί τι περιττὸν ὑγρὸν ἔνδον τοῦ σώματος, ἀλλόμενον ἐπί τι μόριον ἀναγκαῖον εἰς τὴν ζωήν. ὥσπερ αὖ πάλιν ἕτερον ἐκ μέρους κυρίου μεταστῆναι εἰς ἄκυρον. ἀκολουθήσει δ' ἐξ ἀνάγκης τῷ μὲν εἰς τὸ κύριον ἐνεχθέντι μέρος ἔσχατος κίνδυνος, τῷ μεταστάντι δ' ἐξαιφνίδιός τε καὶ ἀπροσδόκητος ἡ τοῦ κάμνοντος σωτηρία. τῶν μὲν δὴ

τοιούτων καταστάσεων, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐστὶ προγνῶναι τὸ βέ- A
βαιόν τε καὶ σφαλερόν. οὐ μὴν ἐς ὅ,τι τελευτήσει, δυνατὸν
ἀκριβῶς ἐξευρεῖν. ἐφ' ὧν δὲ οὐκ ἔτι διαῤῥεῖ τὰ περιττώματα,
κατασκήψαντα δὲ εἴς τινα τόπον, ἐκεῖνον κατείληφεν, ἐπὶ
τούτων ἐγχωρεῖ προγνῶναι τὸ μέλλον, εἰδόσιν ἡμῖν ὅτι τε
δυνάμεις εἰσὶ τῆς φύσεως οὐκ ὀλίγαι καθ' ἃς διοικεῖται τὸ
ζῶον, ὁποία τέ τις αὐτῶν ἡ διαφορά. καὶ μὴν γε καὶ ὅσα καθ'
ὅλον τὸ ζῶον ἐμφέρεται τῷ αἵματι περιττά, χωρὶς πλήθους
ἀμέτρου, καὶ ταῦτα προθεσμίαν ἕξει πέψεως ἰδίαν ἕκαστα,
ἐὰν μόνον ἑκάστου περιττώματος εὕρωμεν τὴν φύσιν. οὕτω γὰρ
ἐγχωρήσει τι καὶ περὶ τῆς πέψεως αὐτοῦ στοχάσασθαι τεχνι- B
κῶς, ἁπάντων γε δηλονότι τῶν περὶ τὸν κάμνοντα πραττο-
μένων ὀρθῶς. ὅσα γὰρ ἁμαρτάνεται πρός τινος, ἢ τοῦ βραδύ-
ναι τὴν λύσιν τοῦ νοσήματος, ἢ τοῦ φθάσαι τὸν θάνατον αἴτια
καθίσταται, καὶ χρὴ μεμνῆσθαι τοῦδε παρ' ὅλον τὸν λόγον, εἴπερ
τινὸς ἄλλου. μόναι γὰρ αἱ προγνώσεις ἀποβήσονται τοῦ ἀρίστου
ἰατροῦ, θεραπεύοντος μὲν αὐτοῦ ὀρθῶς, τοῦ κάμνοντος δὲ μη-
δὲν ἁμαρτάνοντος. τὸ δ' οἴεσθαι τοιαύτην εἶναι τοῖς ἰατροῖς τὴν
πρόγνωσιν, οἵαν οἱ μάντεις ἐπαγγέλλονται, γελοῖον. ἐκεῖνοι
μὲν γὰρ φασιν ἐνναταῖον, εἰ οὕτως ἔτυχε, σωθήσεσθαι τὸν ἄν-
θρωπον, οὐκ ἔτι προστιθέντες ἁπάντων ὀρθῶς γιγνομένων. C
οἱ μὲν γὰρ ἅπαντα τὰ τοῖς κάμνουσιν αἰσίως τε, καὶ ἀπαισίως
ἐπιγενησόμενα προμαντεύονται. ὁ δὲ ἰατρὸς οὐχ οὕτως
προερεῖ τὸ μέλλον, ἀλλ' εἰδὼς εἰ πάντα γίγνοιτο δεόντως, ἑβδο-
μαῖον, εἰ οὕτως ἔτυχε, λυθήσεσθαι τὸ νόσημα. προσγινομένου
δέ τινος ἁμαρτήματος, εἰ μὲν μικρὸν εἴη τοῦτο, δύνασθαι με-
ταπεσεῖν τὴν λύσιν ἐκ τῆς ἑβδόμης εἰς τὴν ἐννάτην. εἰ δὲ
μεῖζον, εἰς τὴν ἑνδεκάτην. εἰ δὲ πολὺ μεῖζον, εἰς τὴν τεσσα-
ρεσκαιδεκάτην. εἰ δὲ πάνυ σφόδρα μέγα, κίνδυνον ἀκολου-
θήσειν ἀντὶ σωτηρίας ἀσφαλοῦς. προσέχει γὰρ ὁ ἰατρὸς ἀεὶ τοῖς
δυσὶ τούτοις ὥσπερ ἀντιπάλοις, τῷ τε νοσήματι καὶ τῇ φύσει.
καὶ πρῶτον μὲν τοῦ σωθήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ ἀπολεῖσθαι τὴν D
πρόγνωσιν ἐκ τοῦ διαγνῶναι τὸ ἰσχυρότερον. ἔπειτα δὲ καὶ
τῆς προθεσμίας ἐκ τοῦ πόσῳ θάτερον ἰσχυρότερόν ἐστι, ποιεῖ-
ται. καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν εἰ κατασκεψάμενος ἑκατέρου τὴν
ῥώμην, ἐξευρήσει τὸ νικῆσον. ὁρῶμεν γὰρ οὐκ ὀλίγους τῶν γυ-
μναστικῶν ἐκ τῶν πρώτων κινήσεων, ἃς κινοῦνται πρὸς ἀλ-
λήλους οἱ παλαισταί, προλέγοντας τὸν νικήσοντα. πολλάκις γε
καὶ πρὸ τῆς νίκης, καὶ ὅτι ταχέως ὑποχείριον ἕξει τὸν ἀντα-
γωνιστήν. πράττουσι δὲ τοῦτο ὅταν ὁρῶσιν ἀξιολόγῳ τινὶ τὸν
ἕτερον ἰσχυρότερον ὄντα θατέρου. προγνώσεται μὲν οὕτω ὁ ἰα- E
τρὸς ὑγείαν τε καὶ θάνατον οὐκ ἐξ ἄλλων ἀσκημάτων, ἢ τοῦ
γνωρίζειν ἀκριβῶς ἰσχὺν τοῦ νοσήματος καὶ φύσεως. ἐκ δὲ τῶν
αὐτῶν, καὶ τὴν ἑκατέρου προθεσμίαν εὑρήσει. ταχεῖα γὰρ ἔσται
ἡ λύσις τοῦ νοσήματος, ὅταν ἡ δύναμις εὐρωστῇ, θάνατος δὲ
διὰ ταχέων, ἂν αὐτὴ μὲν ἀσθενὴς ᾖ, ἰσχυρότερον δὲ τὸ νόσημα.
τὸ δὲ τῆς ὑπεροχῆς μέγεθος ἐνδείκνυται τῆς προθεσμίας τὸν
χρόνον. ἀπὸ τούτων μὲν τῶν σκοπῶν ὁ ἰατρὸς ἐστὶ προγνωστι-
κός. ἐξ οἵων δὲ διασκεμμάτων αὐτοὺς περίεστι διαγνώσκειν
τοὺς σκοπούς, εἴρηται μὲν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ἐπὶ πλέον,
ἐρήσεται δὲ καὶ νῦν ἡ καθόλου μέθοδος, ὥσπερ τῶν ἄλλων ἁπάν- F
των οὕτω καὶ τοῦδε. ἰσχὺν μὲν τῆς φύσεως ἐκ τῶν οἰκείων ἐνερ-
γειῶν γνωριεῖς, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τοὺς σφυγμούς, ἐπεὶ τῆς
ζωτικῆς οὗτοι δυνάμεως ἔργον εἰσί. τὸ δὲ μέγεθος τοῦ νοσή-
ματος, ἐκ τῶν οἰκείων συμπτωμάτων. τὸ δ' ὅσῳ θάτερον
ὑπερέχει θατέρου, ταῖς ἀπεψίαις καὶ πέψεσιν, αὐτὰς δὲ ταύτας

in huiuſmodi conſtitutionibus id ipſum duntaxat prænoſcere licet, tum quod ſecurum, tum quod periculoſum eſt, non tamen quò quid deſinat, accuratè queas inuenire. In quibus verò non amplius excrementa deſluunt, ſed in partem aliquam quum decubuerit illam obſident, in his futurum licet prænoſcere, quum ſciamus & naturæ facultates quibus animal gubernatur, non eſſe exiguas, & quænam ipſarum ſit differentia, quinetiam quę cum ſanguine per totum animal feruntur excremēta, citra immoderatam copiam, ea ſtatum præfinitum coctionis tempus habent proprium ſingula, ſi modò cuiuſque excrementi naturam inuenerimus. Sic enim artificio quiddam de eius concoctione coniectare licebit, ſi nimirum omnia circa ægrotum rectè adminiſtrentur. Nam quicunque ab aliquo errores committuntur, cauſæ conſtituuntur, quæ aut morbi ſolutionem remorantur, aut mortem accelerāt. Atque huius rei toto hoc ſermone, ſi alterius cuiuſquam, meminiſſe oportet. Solæ namque prænotiones contingent ab optimo Medico, eo quidem rectè curante, & ægro nihil delinquente. At talem Medicis prænotionem eſſe arbitrari, qualem vates profitentur, ridiculum eſt. Illi ſiquidem hominem nono die, (ſi ſors ita proſperè tulerit) incolumem euaſurum denunciant, his non additis, ſi omnia probè adminiſtrentur; hi namque omnia vel auſpicatò vel inauſpicatò ceſſura eſſe præſagiunt. Medicus verò futurum non ita prædicit, ſed nouit, ſi omnia decenter fiant, ſeptimo die, exempli gratia, morbum ſolutum iri. Si quis autem error acceſſerit, iſque paruus fuerit, morbi ſolutionem ex ſeptimo in nonum diem tranſiturum; ſi maior, in vndecimum; ſi verò multò maior, in decimumquartum, ſi maximus, periculum pro ſalute certa ſequuturum. Intendit enim ſemper medicus animum hiſce duobus, vt aduerſariis & morbo, & naturæ. Ac primùm quidem futuræ ſalutis hominis, vel interitus, ex dignotione valentioris, atque poſtea præfiniti temporis ex eo quanto alterutrum valentius ſit, prænotionem aſtruit. Neque mirari oportet ſi vtriuſque viribus perſpectis, victurum deprehendas. Videmus enim non paucos gymnaſtas, ex primis ac mutuis quos luctatores concitant inſultibus, eum qui ſeparaturus ſit prædicere, ſæpe etiam ante victoriam, quódque aduerſarium celerrimè ſit proſtraturus. Hoc autem agūt, quum re quadam notabili alterum altero valentiorem eſſe conſpiciunt. Itaque medicus tum ſanitatem tum mortem præſagiet, non ex aliis exercitationibus, quàm ex accurata roboris morbi, & naturæ cognitione. Sed ex iis ipſis etiam præfinitum vtriuſque terminum reperiet. Cita namque erit morbi ſolutio, quum facultas robuſta fuerit. Sin imbecillis illa, morbus autem validior, mors accelerat. Sed exceſſus magnitudo, tempus termini indicabit. Ab his equidem ſcopis, medicus futuri prænotionem ducet. Quibus autem obſeruationibus ipſi abundè liceat ſcopos dignoſcere, fuſiùs in libris de Criſibus tractatum eſt. Nunc autem etiam vniuerſalis vt aliorum omnium, ita & huiuſmodi methodus tractabitur. Robur quidem naturæ ex propriis functionibus cognoſces, maximè verò ex iis quæ pulſum edunt, quoniam is vitalis facultatis opus eſt. Magnitudinem autem morbi ex propriis ſymptomatibus. At id quo alterum ab altero euincitur, ex coctionibus & cruditatibus *deprehendemus*; has autem ipſas ex propriis

ex propriis excrementis, ventris quidem per ea quæ deiiciuntur; vasorum verò per vrinas; totius deniq; corporis, per sudores, atque ita alias omnes quæ in vna parte quadam, aut pluribus consistunt, eas quidem quæ thoracis ac pulmonis sunt per ea quæ tussi excreantur. Quæ verò vesicæ, aut renum, per ea quæ cum vrinis inferuntur. Iecoris autem simam partem, & mesenterium vt facultate se habeant, per ea quæ deiiciuntur; ac superiorem ventriculum, & stomachum, ex iis quæ vomitu excluduntur. Quęcunque verò per palatum excernũtur, vel per nares, vel per aures, cerebri vt se habeat, robur indicabunt. Ad hoc omnibus est commune, morbum priùs non posse solui, quàm in prodeuntibus excrementis signa concoctionis appareant, siue aures laborẽt, siue oculi, siue fauces, siue aliqua pars fuerit exulcerata. Et vt summatim dicam, concoctiones crisis celeritatem salutísque securitatẽ significant. Cruda verò, incocta, & quæ in prauos abscessus vertuntur, nullam crisim, vel labores, vel mortes, vel ipsorum morborũ recidiuas nunciant. Hæc de prænotione ad rem præsentem sufficiant. Vniuersus siquidem de his sermo, peculiaribus libris proditus est, pluribus sanè particulatim, sed ferè omnia theoremata complectentibus, quales sunt de pulsibus, crisibus, ac de diebus decretoriis, sunt inscripti. Ex quibus enim quis prænoscat potissimùm hisce tribus cõmentariis ostẽsum est. Ac mihi sanè videtur medẽdi method' iã finẽ habere.

ἐκ τῶν ἰδίων περιττωμάτων. τὰς μὲν ἐν τῇ γαστρὶ διὰ τῶν ὑπιόντων κάτω, τὰς δ' ἐν τοῖς ἀγγείοις διὰ τῶν οὔρων, τὰς δ' ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διὰ τῶν ἱδρώτων. οὕτω δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας, ὅσαι κατά τι μέρος ἓν ἢ πλείω συνίστανται. τὰς μὲν κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα διὰ τῶν ἀναβηττομένων. ὅσαι δὲ κατὰ κύστιν ἢ νεφρούς, διὰ τῶν τοῖς οὔροις ἐμφερομένων. ἥπατος δὲ σιμὰ καὶ μεσεντέριον ὅπως ἔχει δυνάμεως ἐκ τῶν ὑπιόντων κάτω, καὶ τῶν ἐμουμένων τὰ κατὰ τὴν ἄνω γαστέρα καὶ τὸν στόμαχον. ὅσα δὴ δι' ὑπερῴας ἐκκρίνεται, ἢ διὰ ῥινῶν, καὶ δι' ὤτων, ἐγκέφαλον ὅπως ἔχει ῥώμης δηλώσει. κοινὸν δ' ἐπὶ πάντων, ὡς οὐχ οἷόν τε διαλυθῆναι τὸ νόσημα, πρὶν ἐν τοῖς ἀπιοῦσι περιττώμασιν ὀφθῆναι πέψεως γνωρίσματα. οὕτω κἂν ὦτα κακῶς ἔχῃ, κἂν ὀφθαλμοί, κἂν φάρυγξ, κἂν μόριόν τι ἑλκωθὲν εἴη, ἢ συλλήβδην εἰπεῖν ἅπαντες πεπασμοὶ ταχυτῆτα κρίσεως, καὶ ἀσφάλειαν ὑγιεινὴν σημαίνουσιν. ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα, καὶ εἰς κακὰς ἀποστάσεις ἐκτρεπόμενα, ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. ταῦτα περὶ προγνώσεως ἀρκεῖ πρὸς τὸ παρόν. ὁ γάρ τοι πᾶς ὑπὲρ αὐτῶν λόγος ἐν τῇ οἰκείαις πραγματείαις γέγονται κατὰ μέρος μεγίσταις οὔσαις, καὶ σχεδὸν ἅπαντα τὰ θεωρήματα περιειληφυίαις, τάς τε περὶ τῶν σφυγμῶν καὶ κρίσεων, καὶ κρισίμων ἡμερῶν. ἐξ ὧν γάρ τις προγινώσκει μάλιστα, διὰ τῶν τριῶν τούτων δεδήλωται. δοκῶ τέλος ἔχειν τὴν θεραπευτικὴν ἅπασαν μέθοδον.

CAPVT XVIII.

De præseruatione ac emendatione corporis neutrius decidentiæ.

QVandoquidẽ & eos qui à morbis soluti *conualescunt*, ad sanum firmúmque virium robur ducere conuenit, & eos qui in morbos procliues decidũt, à morbis præseruare; & eos etiamnum, qui citra læsionem vllam sanitate fruuntur, in eâ conseruare, ac tres hæ residuæ artis sunt partes, paucissimis verbis etiam de harum constitutione aliquid disserendum. Quum igitur, & antea dictum sit tria esse eorum vniuersa genera quæ præter naturam sunt, causas, affectus & symptomata, præseruatrix vtique pars artis erit, quam & propriè vocant prophylacticen, in primo genere consistens. Quando enim vel copia quædam humorum, vel prauitas, vel obstructio, vel corrumpens vis corpori innascitur, periculũ est ne homo quamprimum ægrotet, aliquando etiam extremè periclitetur. Verùm interdum difficilè huiusmodi causæ queunt cognosci, quum hominem minimè infestant, vt certè venenum canis rabie laborãtis, cuius signum propriũ nullum in corpore continetur, antequam ad commorsũ rabies prope appulerit. Quare medicũ hasce causas ab ipsis ægrotantibus sciscitari necessarium est, & quæ singula ipsis obuenerint. Quũ tamen plenitudo, aut humorũ prauitas, vel tumorẽ corporis procreat, vel viscus aliquod obstruit, licet ipsa dignoscere per quædam symptomata media quodãmodo eorum tum quæ sanis insunt, tum quæ ægris accidunt. Etenim quæ sanis insunt omnia secundũ naturam, ac illæsa sunt, quæ ægris accidunt, tũ præter naturam, tum cum læsione existunt, horum intermedia ex genere quidem eorũ sunt quæ morbis accidunt, sed tam exigua magnitudinibus, & viribus imbecilla, vt consuetæ ab ipsis cuiq; parti functiones nondũ interturbẽtur. Si nãq; dolor aliquis capitis, vel alterius cuiuspiã partis fuerit, ita paruus

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ προφυλακῆς τε, καὶ τῆς ἐπανορθώσεως τοῦ οὐδετέρου σώματος τοῦ εἰς νόσον ἐπιφερομένου.

ΕΠειδὴ καὶ τοὺς ἀπαλλαγέντας νοσημάτων, εἰς εὐρωστίαν ὑγιεινὴν ἄγεσθαι προσήκει, καὶ τοὺς ὑποσυρομένους εἰς τὰ νοσήματα προφυλάττεσθαι τὰς νόσους, ἔτι τε τοὺς ἀμέμπτως ὑγιαίνοντας ἐν τούτῳ φυλάττεσθαι. καὶ τρία ταῦτα ὑπόλοιπα μέρη τῆς τέχνης ἐστί, διὰ βραχυτάτων εἰπεῖν τι καὶ περὶ τῆς τούτων συστάσεως. ἐπεὶ τοίνυν εἴρηται καὶ πρόσθεν, ὡς ἔστι τρία τὰ σύμπαντα γένη τῶν παρὰ φύσιν, αἰτίαι τε, καὶ διαθέσεις, καὶ συμπτώματα. τὸ προφυλακτικὸν κἂν εἴη μέρος τῆς τέχνης, ὃ δὴ καὶ καλοῦσιν ἰδίως προφυλακτικὸν ἐν τῷ πρώτῳ γένει συνιστάμενον. ὅταν γὰρ ἤτοι πλῆθός τι χυμῶν, ἢ φαυλότης, ἢ ἔμφραξις, ἢ φθαρτικὴ δύναμις ἐγγίνηται τῷ σώματι, κίνδυνός ἐστι νόσον οὔπω νοσῆσαι τὸν ἄνθρωπον. ποτὲ δὲ καὶ ἐσχάτως κινδυνεῦσαι, δυσδιάγνωστοι δὲ τοιαῦται αἰτίαι ἅτε οὐ λυποῦσαι τὸν ἄνθρωπον. ὥσπερ γε ἀμέλει καὶ ὁ τοῦ λυττῶντος κυνὸς ἰός, οὗ σημεῖον ἴδιον οὐδὲν ἐστιν ἐν τῷ σώματι περιεχόμενον, πρὶν ἐγγὺς ἥκειν λύττης τὸν δηχθέντα. καὶ δὴ καὶ πυνθάνεσθαι τῶν τοιούτων αἰτιῶν, ἀναγκαῖόν ἐστι τὸν ἰατρὸν αὐτῶν τῶν παρόντων, ὑπὲρ τῶν συμπεσόντων αὐτοῖς ἑκάστου. ὅταν μέντοι πλῆθος, ἢ κακοχυμία ὑποτρέφηται, ἢ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, ἢ ἐμφράττηταί τι σπλάγχνον, ἔνεστι γνωρίζειν αὐτὰ διά τινων συμπτωμάτων, ἃ μέσα πώς ἐστι τῶν τε τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑπαρχόντων, καὶ τῶν τοῖς νοσοῦσι συμβαινόντων. τὰ μὲν γὰρ τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑπάρχοντα, κατὰ φύσιν ἅπαντά ἐστι καὶ ἀμέμπτα. τὰ δὲ τοῖς νοσοῦσι συμβαίνοντα παρὰ φύσιν τε καὶ μεμπτά, τὰ δὲ μεταξὺ τούτων ἐκ μὲν τοῦ γένους ἐστὶ τῶν τοῖς νόσοις συμβαινόντων, οὕτω δὲ σμικρὰ τοῖς μεγέθεσι, καὶ ἀσθενῆ ταῖς δυνάμεσι ὡς μηδέπω κωλύεσθαι πρὸς αὐτῶν τὰς συνήθεις ἑκάστῳ πράξεις. εἴτε γὰρ ὀδύνη κεφαλῆς, ἢ ἄλλου τινὸς εἴη μέρους, οὕτω σμικρά τις

ὡς μήπω τὸν ἄνθρωπον ἀναγκάζεσθαι κλινήρη γίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ εἴτε βάρος, ἤτοι καθ' ὑποχόνδριον, ἢ κεφαλὴν, ἢ ἄλλο τι μέρος, ἢ σπλάγχνον, οὐδὲ τοῦθ' ἱκανὸν ἀποστῆσαι τῶν συνήθων. ἔτι δὲ δὴ μᾶλλον ὄγκος τοῦ σώματος, ἢ ἰσχνότης, ἢ ἀχροια, καὶ ὁ πρὸς τὰς κινήσεις ὄκνος, ἢ ὑπνώδης διάθεσις, ἢ ἀγρυπνία τῶν κατὰ τὰς τοῦ βίου πράξεις ἐνεργειῶν ἀπάγειν οὐχ ἱκανά, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἀνορεξία τις, ἢ ὄρεξις ἐπιτεταμένη σιτίων. ἄμφω γὰρ γίνεται τοῦ σώματος οὐκ ἀκριβῶς ὑγιαίνοντος, ὥσπερ γε τὸ ἀδίψους παρὰ λόγον, ἢ διψώδεις, ἢ δακνομένους τὸν στόμαχον, ἢ τὴν κοιλίαν, ἢ κοπώδεις ἑαυτοὺς αἰσθάνεσθαι. τοιοῦτος γάρ τις ὁ τύπος ἐστὶ τῶν συμβαινόντων τοῖς προφερομένοις εἰς νόσον. ἡ δ' ἐπανόρθωσις τῶν ἐργαζομένων αὐτὰ διαθέσεων, συνελόντι μὲν εἰπεῖν, διὰ τῶν ἐναντίων, ὡς ἔμπροσθεν δέδεικται. κατὰ μέρος δ' ἐπιόντι, τὸ μὲν περιττὸν ἅπαν ἐκκενοῦν προσήκει, διορισάμενον ὅπως ἐστὶ περιττὸν, εἴτε ὡς ποιὸν, εἴτε ὡς ἄμφω. τὸ δ' ἐπανελθεῖν δυνάμενον εἰς τὸ κατὰ φύσιν, ἀλλοιοῦν διὰ τῶν ἐναντίων, τὸ μὲν παχὺ καὶ γλίσχρον, λεπτύνοντα, τὸ δὲ λεπτὸν, παχύνοντα, κοινῇ δ' ἄμφω πέττοντα, τὰς δ' ἐμφράξεις, διαῤῥύπτοντα, τὰ δ' ὅλῳ τῷ γένει παρὰ φύσιν, οἷά τε τὰ δηλητήρια, καὶ οἱ ἰοὶ τῶν ἰοβόλων ζώων, ἀλλοιοῦντα καὶ κενοῦντα, τὰς μὲν ἀλλοιώσεις διὰ τῶν ἐναντίων, ἤτοι καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν, ἢ κατὰ ποιότητα μίαν, ἢ δύο ποιουμένους, ἐκκενοῦντα δὲ διὰ τῶν ἑλκτικῶν δυνάμεων. δι' ὧν δ' ἄν τις ταῦτα ποιήσειε βοηθημάτων, ἐξ αὐτῶν τῶν διαθέσεων ληπτέον. εἰ μὲν γὰρ πάντες ὁμοίως αὐξηθεῖεν χυμοὶ, διὰ φλεβοτομίας μὲν ἡ κυριωτάτη καὶ μεγίστη κένωσις, ἑξῆς δὲ διὰ τρίψεων καὶ γυμνασίων, καὶ λουτρῶν, καὶ ἀσιτίας. οὕτω δὲ χρὴ κενοῦν, κἂν εἰ τὸ αἷμα πλεονάσῃ μόνον. εἰ δ' ὁ τῆς ξανθῆς, ἢ μελαίνης χολῆς χυμὸς, ἤ τις ὑδατώδης ὀῤῥὸς χυμοῦ, διὰ κενώσεως μὲν, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως. τὰ μὲν γὰρ ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶ περιττώματα τοῖς ὑπηλάταις ἐκκαθαίρειν. τὰ δ' ἐν ταῖς ἄλλαις δι' οὔρων μὲν τὰ ὑδατώδη καὶ λεπτὰ, διὰ καθάρσεως δὲ τὰ χολώδη. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ τὰ λεπτὰ τοῖς ὑπηλάταις ἐκκενοῦν. τὰ δὲ καθ' ὅλην τὴν ἕξιν, ὅσα μὲν λεπτὰ δι' ἱδρώτων τε καὶ φαρμάκων, ὁπόσα τῷ δέρματι προσφερόμενα ξηραίνειν πέφυκε. ὅσα δὲ χολώδη, καθάρσει μὲν πρότερον, ἑξῆς δὲ τῇ διὰ τοῦ δέρματος κενώσει. εἰ δ' ὁ τοῦ φλέγματος πλεονάζοι χυμὸς, εἰ μὲν ἁλμυρὸν εἴη καθαίρειν, ὀξὺ δὲ γινόμενον, ἀλλοιοῦν πειρᾶσθαι συντελοῦντα τῇ φύσει πρὸς τὴν πέψιν αὐτοῦ. πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον ἔτι τὸ γλυκὺ πέττεται ῥᾳδίως. ἄγει δ' εἰς πέψιν ἡσυχία τε, καὶ θάλψις μετρία, καὶ σιτίων εὐχύμων ὀλίγων ἐδωδὴ, καὶ οἴνου πόσις θερμαίνοντος ὀλίγον. τὴν δὲ θάλψιν μετρίαν ποιεῖ ἡ τρῖψις εὔκρατος, καὶ ἡ τῶν θερμῶν ὑδάτων σύμμετρος χρῆσις, ἐδέσματά τε καὶ φάρμακα τὰ μετρίως θερμαίνοντα. διαῤῥίπτει δὲ τὰς ἐμφράξεις, ὅσα λεπτύνειν πέφυκεν ἐδέσματά τε καὶ πόματα, καὶ φάρμακα. τὰς δ' ὕλας τούτων ὅπως εὑρίσκειν τε καὶ κρίνειν προσήκει, διὰ μιᾶς ἐξηγησάμεθα πραγματείας, ἣν περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ἐπιγράφομεν. εἴρηται δὲ κἀν τῷ περὶ τῆς λεπτυνούσης διαίτης γράμματι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ τῆς τῶν ἐκ τῶν νοσημάτων ἀναλαμβανόντων ἀναθρέψεως, καὶ τῆς τῶν ὑγιαινόντων φυλακῆς.

Καιρὸς οὖν ἤδη μετιέναι τῷ λόγῳ πρὸς τοὺς ἐκ τῶν νοσημάτων ἀναλαμβανόντας, ἐφ' ὧν οὔτ' αἴτιον οὐδὲν ἐστὶ

vt hominem nondum lecto decumbere cogat; sed & si grauitas vel in hypocondriis, vel capite, vel quadam alia parte, vel viscere, neque hæc potuerit à solitis functionibus deturbare sed etiamnum magis tumor corporis, aut macies, aut decoloratio, & ad motus segnities, aut somnolenta dispositio, aut vigiliæ à functionibus ad vitæ actiones necessariis haud abducere satis valuerint, imò nec inappetentia, vel adaucta vehementiùs ciborum appetentia. Ambo siquidem corpore non absolutè sano oboriuntur quemadmodum & præter rationem sese haud sitibundos, vel sitibundos; aut stomacho morderi, seu ventriculo; aut lassatos sese sentire; talis enim typus quidam est eorum quæ in morbum decidentibus accidunt. At hæc efficiētium affectuum emendatio si summatim quidem loquar, contrariis, vt priùs ostensum est, celebratur. Si verò articulatim explicem, superuacuum omne euacuari conuenit, distinctione priùs facta, quomodo sit superuacuum, an vt quātum, siue vt quale siue vt vtrumque. Quod autem in naturalem statum redire potest, id contrariis alterare *oportet*, crassum quidem ac lentum attenuātibus, tenue verò incrassantibus; communiter autem vtrumq; concoquentibus, obstructiones aperiētibus; at quæ toto genere præter naturam sunt, qualia venena, & animalium virus iaculantium ictus, alterantibus & vacuātibus. Alterationes quidem per contraria vel tota substantia, vel vna qualitate, vel duabus agentia fiunt. euacuationes verò per remedia attrahēdi facultatibus prædita. Quibus autē auxiliis hæc aliquis acturus situs ab ipsis affectibus ei petendū. Si namq; omnes peræquè humores aucti fuerint, venę sectione vacuatio pręcipua ac maxima celebrabitur, deinde frictionibus, exercitiis, & balneis, & inedia. Hoc autē pacto vacuare oportet, si sanguis duntaxat exuberauerit. Si verò bilis flauæ, vel atræ humor, vel aquosum quoddā humoris serū, vacuatione quidem, sed non simili *vtendum est*. Nam quæ in primis quidē sunt venis excrementa, *medicamētis* aluum subducentibus expurgāda sunt; quæ verò in aliis per vrinas quidē aquosa ac tenuia, biliosa verò, purgatione. Sed possunt quoque tenuia aluum subducentibus vacuari. At quæ in toto *corporis* habitu stabulātur, tenuia quidem, per sudores, & medicamenta quæ cuti admota exiccare consueuerunt, verū si biliosa *extiterint*, primùm purgatione, deinde per cutim euacuare conuenit. Quòd si pituitosus exuberet humor, si salsa quidem fuerit pituita, purgare; sin acida, alterare moliatur is qui naturam ad eius concoctionē iuuat. At sanè dulcis multò facilius etiamnum concoquitur. Ad concoctionē autē ducit quies, moderatus calor, ciborū boni succi modicorum esus, ac vini modicè calefacientis potio. At calorem moderatū frictio temperata, & cōmoderatus aquarum calidarū vsus, & edulia, & medicamenta mediocriter calefacientia promouent. Obstructiones discutiunt quæcunque esculenta, & potulenta; & medicamenta attenuare nata sunt. At horum materias vt & inuenire, ac iudicare deceat, vno opere exposuimus, quod de simplicium medicamentorum facultate inscripsimus. Quin etiam in libro de victu attenuante traditum est.

CAPVT XIX.

De refectione conualescentium & conseruatione sanorum.

TEmpus itaque iam est vt ad eos qui ex morbis conualescunt, oratione transeamus, in quibus

quibus neque causa est præter naturam, neque affectus, sed sola cum virium imbecillitate macies. Proindéque in eum qui secundum naturam sit statum degentium reductio, refectio corroboratióque est, quæ ex commoderatis tum exercitationibus, tum alimentis cōparatur. Sed & materias quibus motus, & nutritio fieri possint, in opere de sanitate tuenda explicauimus. At ne ea de re quid præsenti sermoni desit, nunc etiam vniuersæ artis sanitatis tuendæ, non solùm refectricis, quam analepticen vocant, methodus repetenda est. Ac primùm quodnam ipsorum genus existat, idne *hygieinon* quod præsentem sanitatem tuetur. an hoc solo à therapeutico seu curandi genere differat, quòd paulatim emendationem moliatur? corpori namque priorem statum conseruanti, eâ quæ illi præsit arte haud opus fuerit. Verùm quia corrumpitur, nec quod priùs erat idem permanet, idipsum causa est cur ea quæ ipsi prospiceret, indigeat. Enimverò si id corpus vacuari, exhauririque solùm obtingeret, defectum cibus potusque refercirent. Si verò aut humorum copia, aut excrementorum prauitas coaceruetur, ipsi opus erit exercitationibus scopum eum habentibus vt tum humorem euacuent, & purgent, tum excrementa concoquãt, modo id causas omnes quæ sanitatem ipsam euertere possunt, euitet, frigus, calorem, lassitudinem, cruditatem, temulentiam, vigilias, mœrores, excandescentiam, iram, & quæcunque id genus cætera. Non enim necesse est ea sigillatim oratione prodere, quum quod argumentum proposuimus iam absolutum sit. Propositum enim erat non de omnibus medicinæ partibus decursu differere, sed quemadmodum alias artes, ita & hanc suam à finis notione sortitam esse constitutionem demonstrare; quum igitur id iam perfectum sit, summatim totam medicinæ rationem repetamus; moxq, eam quam ad cæteras quasque artes effectiuas habet analogiam ostendentes.

παρὰ φύσιν, οὔτε διάθεσις, ἰσχνότης δὲ μόνη μετὰ δυνάμεως ἀσθενείας. διὰ ταῦτά τοι καὶ ἡ εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἀγωγὴ τῶν οὕτω διακειμένων, ἀνάθρεψίς τε καὶ ῥῶσίς ἐστιν ἐκ κινήσεών τε καὶ τροφῶν συμμέτρων γιγνομένη. τὰς δὲ ὕλας κἀνταῦθα δι᾽ ὧν αἱ κινήσεις τε καὶ θρέψεις ἔσονται, διὰ τῆς ὑγιεινῆς ἐδήλωσα πραγματείας. ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοῦ μηδὲν λείπειν τῷ παρόντι λόγῳ, λεχθήσεται καὶ νῦν ἡ μέθοδος ἁπάσης τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας, οὐ μόνον τῆς ἀναληπτικῆς λεγομένης. καὶ πρῶτόν γε ὁποῖον τὸ γένος αὐτῶν ἐστι, ἆρά γε τῶν παρόντων φυλακτικὸν, ἢ τούτῳ μόνῳ διαφέρει τοῦ θεραπευτικοῦ, τῷ κατὰ μικρὰ ποιεῖσθαι τὴν ἐπανόρθωσιν; οὐ γὰρ δὴ διαφυλάττοντί γε τῷ σώματι τὴν ἔμπροσθεν ἕξιν, ἐπισταμένης ἐδέησε τέχνης, ἀλλ᾽ αὐτὸ τοῦτ᾽ ἐστὶ αἰτία τοῦ δεῖσθαι τῆς προνοουμένης ἐπιστήμης, ὅτι διαφθείρεταί τε, καὶ οὐ διαμένει τοιοῦτον οἷον ἔμπροσθεν ἦν. εἰ μὲν δὴ τοῦτο μόνον αὐτῷ τὸ κενοῦσθαί τε καὶ διαφορεῖσθαι συμπίπτοι, τροφὴ καὶ ποτὸν ἀναπληρώσουσι τὸ λεῖπον. εἰ δ᾽ ἤτοι ὑποτρέφοιτο πλῆθος χυμῶν, ἢ περιττώματα μοχθηρὰ γυμνασίων αὐτῷ δεήσει, σκοπὸν ἐχόντων καὶ ἐκκενοῦν μὲν, καὶ καθαίρειν τὸν χυμὸν, καὶ πέττειν τὰ περιττώματα, πρὸς τῷ καὶ διαφυλάττεσθαι τὰς αἰτίας ἁπάσας, ὅσαι τὴν ὑγείαν αὐτὴν διαφθεῖραι δυνήσονται, ψύξιν, ἔγκαυσιν, κόπον, ἀπεψίαν, μέθην, ἀγρυπνίαν, λύπας, ὀργὰς, θυμὸν, ὅσα τ᾽ ἄλλα τοιαῦτα. οὐ γὰρ ἔτι δεῖ καθ᾽ ἕκαστον ὑπεξιέναι τῷ λόγῳ τῆς ὑποθέσεως, ἣν ὑπεθέμεθα πεπληρωμένης ἤδη. πρόκειται γὰρ οὐ κατὰ διέξοδον ὑπὲρ ἁπάντων τῶν μερῶν τῆς ἰατρικῆς διελθεῖν, ἀλλὰ δεῖξαί πως ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ τέλος ἐννοίας, ὥσπερ τῶν ἄλλων τεχνῶν, οὕτω καὶ ταύτης ἡ σύστασις γίγνεται. καὶ τοίνυν ἐπειδὴ γέγονεν ἤδη τοῦτο, διὰ κεφαλαίων ἀναλάβωμεν ἅπαντα τῆς ἰατρικῆς τὸν λόγον, εὐθὺς καὶ τὴν ἀναλογίαν ἐπιδεικνύντες, ἣν ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας τέχνας, ὅσαι ποιητικαί.

CAPVT XX.

Epilogus, quónam in genere sit artium effectiuarum Medicina.

EST igitur medicina, vna effectiuarum artium, non tamen simpliciter, vt ædificatoria, fabrilis, textoria; sed vt labefactatæ domus emendatrix, & lacerarum vestium sartrix. Quoniam verò & harum ipsarum duplicem esse constitutionem ostendimus, interdum quidem artifice exemplum ex se fingente, interdum verò quod extrinsecus consistit speculante; medicam artem secundi generis esse demonstrauimus. Non enim ex seipsa fingit exemplum, verùm ex Anatome totum id diligenter speculata, vitiatum emendare conatur. Differt autem in hoc ab artibus prædictis, quòd plurima naturâ operante subministrat; vniuersam tamen speculationem, ex qua medicus emendator & minister manat, aliis effectiuis artibus similem obtinet. Etenim partium similarium substantiam, & generationis organicarum modum pernouit: peræquè etiamnum tum affectuum inuentionem, tum curationis cuiusque ipsorum scopos introduxit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ἐπίλογος, ἐν τίνι γένει ἐστὶ τῶν ποιητικῶν ἰατρική.

ΕΣτιν οὖν ἡ ἰατρικὴ, μία τῶν ποιητικῶν, οὐ μὴν ἁπλῶς οὕτως, ὡς ἡ οἰκοδομική τε, καὶ τεκτονικὴ, καὶ ὑφαντικὴ, ἀλλ᾽ ὡς ἥ τε τῆς πεπονθυίας οἰκίας ἐπανορθωτικὴ, καὶ τῶν ῥαγέντων ἱματίων ἀκεστική. ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων αὐτῶν ἡ σύστασις ἐδείχθη διττὴ, ποτὲ μὲν ἑαυτοῦ γεννῶντος τοῦ τεχνίτου τὸ παράδειγμα, ποτὲ δ᾽ ἐκτὸς ὑπάρχοντος θεωρουμένου, τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐκ τοῦ δευτέρου γένους ἐπεδείξαμεν. οὐ γὰρ ἑαυτῆς διαπλάττει τὸ παράδειγμα. θεασαμένη δὲ δι᾽ ἀνατομῆς ὅλον ἀκριβῶς, αὐτὸ πειρᾶται τὸ διαφθειρόμενον ἐπανορθοῦν. διήνεγκε δ᾽ ἐν τούτῳ τῶν προειρημένων τεχνῶν, ὅτι τὰ πλεῖστα τῆς φύσεως ἐργαζομένης ὑπηρετεῖ. τὴν θεωρίαν μέντοι πᾶσαν ἐξ ἧς ὁρμώμενος ὁ ἰατρὸς ἐπανορθωτικός τε καὶ ὑπηρετικός ἐστιν, ἀνάλογον ἐκτήσατο ταῖς ἄλλαις τέχναις ταῖς ποιητικαῖς. καὶ γὰρ τῶν ὁμοιομερῶν ἔγνωκε τὴν οὐσίαν, καὶ τῶν ὀργανικῶν τὸν τρόπον τῆς γενέσεως, ἔτι τε τῶν παθῶν τὴν εὕρεσιν ὁμοίως ἐποιήσατο, καὶ τοὺς καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν σκοποὺς τῆς ἰάσεως.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΤΕΧΝΗ ΙΑΤΡΙΚΗ.

GALENI ARS MEDICA.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Τέχνην τὴν ἰατρικὴν συνίστησιν ἐξ ὅρου τῶν σωμάτων τε, καὶ σημείων, καὶ τῶν αἰτιῶν.

ARGVMENTVM LIBRI.

Medicam artem constituit ex corporum, signorum, & causarum definitione.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Περὶ τριπλῆς διδασκαλίας τε, καὶ περὶ τοῦ τῆς ὁρικῆς ἀξιώματος.

ΤΡΕΙΣ εἰσὶν αἱ πᾶσαι διδασκαλίαι τάξεως ἐχόμεναι. πρώτη μὲν ἡ ἐκ τῆς τοῦ τέλους ἐννοίας κατ᾽ ἀνάλυσιν γινομένη. δευτέρα δέ, ἡ ἐκ συνθέσεως τῶν κατὰ τὴν ἀνάλυσιν εὑρεθέντων. τρίτη δέ, ἡ ἐξ ὅρου διαλύσεως, ἣν νῦν ἐνιστάμεθα. καλεῖν δ᾽ ἔξεστι τὴν τοιαύτην διδασκαλίαν, οὐ μόνον ὅρου διάλυσιν, ἀλλὰ καὶ διάπτυξιν, ὥς τινες ὠνόμασαν, ἢ ἀνάλυσιν, ἢ διαίρεσιν, ἢ ὥς ἕτεροί τινες ἐξάπλωσιν, ἢ ἐξήγησιν ὡς ἄλλοι. ἐπεχείρησαν μὲν οὖν ἔνιοι τῶν Ἡροφιλείων τοιαύτην ποιήσασθαι διδασκαλίαν, ὥσπερ καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ἐρυθραῖος. ἐπεχείρησαν δὲ καὶ τὴν κατὰ σύνθεσιν, αὐτοί τε οἱ Ἡροφίλειοι, καί τινες τῶν Ἐρασιστρατείων τε, καὶ Ἀθήναιος ὁ Ἀτταλεύς. οὐδεὶς μέντοι γε τῶν πρὸ ἡμῶν, ἔγραψε τὴν ἐκ τῆς τοῦ τέλους ἐννοίας ἀρχομένην διδασκαλίαν, ἐξ ἧς αἱ τέχναι πᾶσαι συνίστανται κατὰ μέθοδον. ἀλλ᾽ ἐκείνην μὲν ἑτέρωθι διήλθομεν, ἐνταυθοῖ δὲ τὴν ὁρικὴν ποιησόμεθα διδασκαλίαν. ὅσον γὰρ ἀπολείπεται τῆς κατὰ ἀνάλυσιν, ἀξιώματί τε καὶ μεθόδῳ, τοσοῦτον πλεονεκτοῦσαν εὑρήσομεν εἰς σύνοψίν τε τοῦ ὅλου, καὶ μνήμην τῶν κατὰ μέρος. εὐμνημόνευτα γὰρ ἱκανῶς ἐστι τὰ ἐκ τῆς τοῦ ὅρου διαλύσεως ἅπαντα, διὰ τὸ περιέχειν ὅλης τῆς τέχνης ἐν ἑαυτῷ τὰ κεφάλαια τὸν ἄριστον ὅρον, ὃν δή τινες καὶ οὐσιώδη ὀνομάζουσιν, ἀντιδιαιρούμενοι τοῖς ἐννοηματικοῖς προσαγορευομένοις. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων οἷς ὁρίζονται πράγμασιν, οὗτοι δὲ ἀπὸ τῆς οὐσίας αὐτῆς συνίστανται. ἡ δὲ κατὰ μέρος ἐξεργασία συμπάσης τῆς ἰατρικῆς θεωρίας, ἐν πολλαῖς ἡμῖν ἑτέραις γέγραπται πραγματείαις, αἷς ἔξεστι χρῆσθαι πρὸς τὰς τρεῖς διδασκαλίας. ἀλλὰ νῦν γε τῆς ὁριστικῆς ἀρξόμεθα, τοσοῦτον ἔτι προσθέντες, ὡς μόνα τὰ κεφάλαια, καὶ οἷον συμπεράσματα τῶν κατὰ διέξοδον ἀποδεδειγμένων, εἰρήσεται νῦν.

PROOEMIVM.

De triplici doctrina, ac de definitiuæ dignitate.

TRES sunt omnes doctrinæ, quæ ordine cōparantur. Prima quidē ex finis notione, quę per resolutionem fit; Secunda ex compositione eorum, quæ per resolutionem fuerunt inuenta; Tertia ex definitionis dissolutione, quam nūc instituimus. Licet autem huiusce-modi doctrinā vocare non tātum definitionis dissolutionem, sed & explicationem, vt nonnulli nominarunt, vel resolutionem, vel diuisionem, vel (vt nonnulli alij) explanationem, vel expositionē, vt alij. Ac conati quidem sunt, & Herophiliorum quidam, talem facere doctrinam, quemadmodum Heraclides Erythræus. Conati sunt autē & ea, quæ per compositionem, & ipsi Herophilij, & quidam Erasistrati sectatores, & Athenæus Attaleus. Nemo tamē ante nos eam, quæ oritur à notione finis, scripsit, ex qua omnes artes methodo constituuntur; sed illam quidem alio in opere pertractauimus. Hîc verò definitiuam constituemus doctrinam, quantùm enim ab ea, quæ per resolutionem fit, & dignitate, & methodo remota est, tantum & ad totius compendium, & ad particularium memoriam præstare inuenietur, commodè namque ac facilè memoriæ mandātur vniuersa ex definitionis dissolutione, quoniam totius artis capita in se optima definitio complectitur, quam quidam substantialem nominant, distinguúntque, oppositam aliis, quæ notionales appellantur. Illæ siquidem ab accidentibus, quæ insunt rebus definitis, hæ verò ab ipsa essentia cōstituuntur. Elaboratum autem est à nobis particulatim totius medicæ speculationis opus, & in pluribus conscriptum tractatibus, quibus ad tres doctrinas vti licet. Nūc verò definitiuam aggrediemur, si hoc tantum addiderimus nos sola capita, & vt conclusiones eorum quæ fusiùs demonstrata sunt, nunc esse traditūros.

CAP.

A

CAPVT PRIMVM.

Medicinæ definitio & explicatio generalis, & quot modis dicatur effectiuum, indicatiuum, & susceptiuum.

MEDICINA est scientia salubrium, & insalubrium, & neutrorum. Nihil verò differt, si quis *loco insalubrium*, ægrorum dixerit. Nomen quidem scientiæ communiter, & nō propriè B accipere oportet. Salubre autem, & insalubre, & neutrum, vnumquodque tripliciter dicitur, primò quidem vt corpus, secundò autem, vt causa, tertiò verò, vt signum. Etenim corpus, quod sanitatem continet; & causam, quæ ipsam efficit, & cōseruat; & signum, quod indicat; hæc omnia salubria Græci vocitant. Eodem modo, & susceptiua morborum corpora; & morbos efficientes, conseruantésque causas; & signa indicantia, insalubria vocant. Atq; eadem ratione corpora neutra, causas, signáque *dixerunt*. At prima quidem ratione sciētia est, causarum salubriū medicina; iam verò propter eas, & C aliarum, secunda verò insalubrium, tertia denique neutrarum. Ac sanè & post has corporum, prima quidem, & hîc salubrium, secunda insalubriū; tertia neutrorum. Atque de signis eadem ratione *dicēdum*. In artis autem actionibus prius quidē est corporū dignotio ex signis videlicet; postea verò causarum, quæ in ipsis sunt, inuentio. Sed quoniam & effectiuum, & indicatiuum, & susceptiuum, dupliciter vnumquódque dicitur, hoc quidem simpliciter; hoc verò vt nūc, nosse oportet medicinam esse vtrorúmque scientiam. Sed & ipsum simpliciter duobus dicitur modis, & quod semper; & quod vt D multùm, & vtrorúmq; medicina est scientia. Neutra verò, & causa, & corpus, & signum, & quod simpliciter dicitur, & quod vt nunc, tripliciter vnumquodque enunciatur, hoc quidem, quia neutrius contrariorum est particeps; hoc verò, quia vtriusque, hoc verò, quia aliquando huius, aliquando illius. Horum autem ipsorum secundum rursus duobus dicitur modis; aliquando quidem, quia vtriusque contrariorum ex æquo est particeps, aliquando verò, quia plus alterius. Est verò & in tota definitione, dictionis ambiguitas quædam, quam & ipsam diluere oportet. Quum enim dicitur medicinam esse scientiam, & salubrium, & insalu- E brium, & neutrorum, significatur & quod omnium particularium, significatur & quod qualium, significatur & quod quorumdam. Sed quod omnium quidem indefinitum est, atque impossibile, quod autem quorumdam, imperfectum, atque ab arte alienum, quod verò qualium artificiosum pariter, atque sufficiens ad omnia artis particularia, quod etiam dicimus in medicinę definitione comprehendi. Primum igitur à corporibus auspicabimur, qualiánam sint, tum salubria, tum insalubria, tū neutra, & postea de signis, & causis disseremus. F

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ὅρος τῆς ἰατρικῆς τε καὶ ἡ διάπτυξις καθολική, καὶ ποσαχῶς τὸ ποιητικόν, καὶ τὸ δηλωτικόν, καὶ τὸ ἐπιδεκτικὸν λέγεται.

ἸΑΤΡΙΚΗ ἐστὶν ἐπιστήμη ὑγιεινῶν, καὶ νοσωδῶν, καὶ οὐδετέρων. οὐ διαφέρει δὲ οὐδ' εἰ νοσερῶν τις εἴποι. τοῦ μὲν οὖν τῆς ἐπιστήμης ὀνόματος, κοινῶς τε καὶ οὐκ ἰδίως ἀκούειν χρή. τὸ δὲ ὑγιεινὸν, καὶ τὸ νοσῶδες, καὶ τὸ οὐδέτερον, τριχῶς ἕκαστον λέγεται. τὸ μὲν ὡς σῶμα, τὸ δὲ ὡς αἴτιον, τὸ δὲ ὡς σημεῖον. τό τε γὰρ τὸ ἐπιδεκτικὸν σῶμα τῆς ὑγείας, καὶ τὸ ποιητικὸν, καὶ φυλακτικὸν αὐτῆς αἴτιον, καὶ τὸ δηλωτικὸν σημεῖον, ἅπαντα ταῦτα καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες ὑγιεινά. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ νοσώδη, τά τε ἐπιδεκτικὰ νόσων σώματα, καὶ τὰ ποιητικά τε, καὶ φυλακτικὰ νόσων αἴτια, καὶ τὰ δηλωτικὰ σημεῖα. καὶ δὴ καὶ τὰ οὐδέτερα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον σώματά τε καὶ αἴτια, καὶ σημεῖα. καί ἐστι κατὰ πρῶτον μὲν λόγον, ἐπιστήμη τῶν ὑγιεινῶν αἰτίων ἰατρική, δι' ἐκεῖνα δ' ἤδη καὶ τῶν ἄλλων. δεύτερον δὲ τῶν νοσωδῶν. τρίτον δὲ τῶν οὐδετέρων. καὶ δὴ καὶ μετὰ ταῦτα τῶν σωμάτων, πρῶτον μὲν κἀνταῦθα τῶν ὑγιεινῶν, ἐφεξῆς δὲ τῶν νοσερῶν, εἶτα τῶν οὐδετέρων. καὶ περὶ τῶν σημείων δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. ἐν μέντοι ταῖς πράξεσι, πρότερον μὲν τῶν σωμάτων ἡ διάγνωσις, ἐκ τῶν σημείων δηλονότι, μετὰ ταῦτα δὲ, ἡ τῶν ἐπ' αὐτοῖς αἰτίων εὕρεσις. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τὸ ποιητικὸν, καὶ τὸ δηλωτικὸν, καὶ τὸ ἐπιδεκτικὸν διχῶς ἕκαστον λέγεται, τὸ μὲν ἁπλῶς, τὸ δὲ ἐν τῷ νῦν. ἰστέον ἀμφοῖν οὖσαν ἐπιστήμην τὴν ἰατρικήν. καὶ αὐτὸ δὲ, τὸ ἁπλῶς διχῶς λέγεται, τό τε διὰ παντὸς, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ ἔστιν ἀμφοτέρων τούτων ἐπιστήμη ἡ ἰατρική. τὸ δὲ οὐδέτερον, αἴτιόν τε, καὶ σημεῖον, καὶ σῶμα, τό τε ἁπλῶς λεγόμενον, καὶ τὸ ἐν τῷ νῦν, τριχῶς ἕκαστον λέγεται. τὸ μὲν τῷ μηδ' ἑτέρου τῶν ἐναντίων μετέχειν, τὸ δὲ, τῷ τῶν ἀμφοτέρων, τὸ δὲ, τῷ ποτὲ μὲν τοῦδε, ποτὲ δὲ τοῦδε. τούτων δ' αὐτῶν τὸ δεύτερον, κατὰ δύο τρόπους λέγεται. ποτὲ μὲν τῷ μετέχειν ἑκατέρου τῶν ἐναντίων ἐξ ἴσου, ποτὲ δὲ τῷ πλέον θατέρου. ἔστι δὲ καὶ καθ' ὅλου τοῦ ὅρου κατὰ τὴν λέξιν ἀμφιβολία τις, ἣν καὶ αὐτὴν χρὴ διαλύεσθαι. ἐν γὰρ τῷ λέγειν τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην ὑπάρχειν ὑγιεινῶν, καὶ νοσερῶν, καὶ οὐδετέρων, σημαίνεται μὲν, καὶ τὸ πάντων τῶν κατὰ μέρος, σημαίνεται δὲ καὶ τὸ ὁποίων, σημαίνεται δὲ καὶ τὸ τινων. ἀλλὰ τὸ μὲν πάντων, ἀπερίοριστόν τε καὶ ἀδύνατον, τὸ δὲ τινων, ἐλλιπές τε καὶ οὐ τεχνικόν. τὸ δ' ὁποίων, τεχνικόν τε ἅμα, καὶ διαρκὲς εἰς ἅπαντα τῆς τέχνης τὰ κατὰ μέρος, ὅπερ καὶ περιέχεσθαί φαμεν ἐν τῷ τῆς ἰατρικῆς ὅρῳ. ἀρξόμεθα οὖν ἀπὸ τῶν σωμάτων πρῶτον, ὁποῖά τινα τά θ' ὑγιεινὰ, καὶ τὰ νοσώδη, καὶ τὰ οὐδέτερα τετύχηκεν ὄντα. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν περὶ τῶν σημείων τε καὶ αἰτίων διεξέλθωμεν λόγον.

CAPVT II.

De corpore salubri, insalubri & neutro.

SAlubre simpliciter corpus est, quod ab ipso quidem ortu simplicibus, ac primis partibus

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ ὑγιεινοῦ σώματός τε, καὶ νοσώδους, καὶ οὐδετέρου.

ὙΓιεινόν ἐστιν ἁπλῶς σῶμα, τὸ ἐκ γενετῆς εὔκρατον μὲν ὑπάρχον, τοῖς ἁπλοῖς καὶ πρώτοις μορίοις. σύμμε-

ἐν δὲ τοῖς ἐκ τούτων συγκειμένοις ὀργανικοῖς. ὑγιεινὸν δὲ νῦν ἐστι σῶμα, τὸ κατὰ τὸ παρὸν ὑγιαῖνον. ἔστι δὲ δή που καὶ τοῦτο καθ' ὃν ὑγιαίνει χρόνον, εὔκρατόν τε καὶ σύμμετρον, οὐ τὴν ἀρίστην εὐκρασίαν τε καὶ συμμετρίαν, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν. αὐτοῦ δὲ τοῦ ἁπλῶς ὑγιεινοῦ σώματος, διὰ παντὸς μὲν τοιοῦτόν ἐστι, τὸ εὐκρατότατόν τε καὶ συμμετρότατον, ὡς τὸ πολὺ δὲ, τὸ τῆς ἀρίστης κατασκευῆς ἀπολειπόμενον οὐ πολλῷ. νοσῶδες δέ ἐστιν ἁπλῶς σῶμα, τὸ ἐκ γενετῆς, ἤτοι δύσκρατον τοῖς ὁμοιομερέσιν, ἢ ἀσύμμετρον τοῖς ὀργανικοῖς, ἢ ἀμφότερα. νοσῶδες δὲ νῦν ἐστι σῶμα τὸ νοσοῦν, ἐν ᾧ λέγεται χρόνῳ τοιοῦτον ὑπάρχειν. εὔδηλον δὲ ὡς καὶ τοῦτο καθ' ὃν λέγεται χρόνον εἶναι νοσῶδες, ἤτοι δύσκρατόν ἐστιν ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν, ἢ ἀσύμμετρον ἐν τοῖς ὀργανικοῖς, ἢ ἀμφότερα. καὶ δὴ καὶ διὰ παντὸς νοσῶδές ἐστιν, ὅ,τι περ ἂν ἐκ γενετῆς, ἤτοι δυσκρατότατον ὑπάρχῃ, ἐν ἁπλοῖς καὶ πρώτοις μορίοις ἅπασιν, ἢ τισιν, ἢ τοῖς κυριωτάτοις, ἢ καὶ τοῖς ὀργανικοῖς ἀσυμμετρότατον, ὁμοίως καὶ ἐν τούτοις, ἢ πᾶσιν, ἢ τισιν, ἢ τοῖς κυριωτάτοις. ὡς τὸ πολὺ δὲ νοσῶδές ἐστι σῶμα, τὸ τοῦ τοιούτου τῆς κακίας ἀπολειπόμενον, οὔπω δ' ἐν τῷ μέσῳ καθεστηκός. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ οὐδέτερον σῶμα τριχῶς ἐλέγετο, τὸ μὲν μηδ' ἑτέρας τῶν ἄκρων διαθέσεων μετέχον, τὸ δὲ τῶν ἀμφοτέρων, τὸ δὲ τῆς, ποτὲ μὲν τῆσδε, ποτὲ δὲ τῆσδε. κατὰ μὲν τὸ πρῶτον σημαινόμενον, οὐδέτερον ἔσται σῶμα, τὸ μέσον ἀκριβῶς ὑπάρχον, τοῦ τε ὑγιεινοτάτου σώματος, καὶ τοῦ νοσωδεστάτου, καὶ τούτου τὸ μὲν ἁπλῶς τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι περ ἐκ γενετῆς τοιοῦτον κατεστήσατο. τὸ δὲ νῦν ὅπου, κατὰ τὸ παρὸν τὸ μέσον ὑπάρχει τοῦ τε ὑγιεινοτάτου, καὶ τοῦ νοσωδεστάτου. αὐτοῦ δὲ τοῦ ἁπλῶς τὸ μὲν διὰ παντὸς τοιοῦτον, ὅτι περ ἂν ἐν ἁπάσαις ταῖς ἡλικίαις διαμένῃ τοιοῦτον. τὸ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸ καὶ μεταβολάς τινας λαμβάνον. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, οὐδέτερον ἔσται σῶμα, τὸ ἐναντίων ἅμα διαθέσεων μετέχον ἐκ γενετῆς, ἤτοι καθ' ἓν μόριον, ἢ κατὰ δύο διαφέροντα. καθ' ἓν μὲν, εἰ κατὰ τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν εὔκρατον εἴη τῶν δραστικῶν ποιοτήτων, ἢ κατ' ἀμφοτέρας μὲν, ἀλλὰ περὶ τὴν διάπλασιν, ἢ τὸ μέγεθος, ἢ τὸν ἀριθμὸν τῶν μορίων, ἢ τὴν θέσιν ἐσφαλμένον, ἢ ἔμπαλιν ἐν τούτοις μὲν κατωρθωμένον ἅπασιν, ἢ τισιν, ἐν δὲ τῇ κράσει διημαρτημένον. ἐν διαφέρουσι δὲ μορίοις, καὶ κατὰ πάσας τὰς ἀντιθέσεις δύναταί τι τῶν ἐναντίων ἅμα μετέχειν. καὶ διὰ παντὸς μὲν τοιοῦτον, τὸ κατὰ πάσας τὰς ἡλικίας μένον ὅμοιον, ὡς τὸ πολὺ δ' ἐστὶ, τὸ καὶ μεταβάλλον κατά τι. οὕτως δὲ κἂν τῷ νῦν οὐδέτερον ἔσται σῶμα, κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, ἢ τῷ περὶ ἓν μόριον, τὰ μὲν ἔχειν ὑγιεινὰ, τὰ δὲ νοσερὰ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, ἢ τῷ περὶ διαφέροντα μέρη. κατὰ δὲ τὸ τρίτον σημαινόμενον, οὐδέτερον ἔσται σῶμα, τὸ ποτὲ μὲν ὑγιεινὸν, ποτὲ δὲ νοσερὸν ἐν μέρει γινόμενον, ὥσπερ ἐνίοις ὑπῆρξε, παισὶ μὲν οὖσιν, ὑγιεινοῖς εἶναι, νεανίσκοις δὲ γενομένοις, νοσεροῖς, ἢ ἔμπαλιν. ἐν ἑνὶ δὲ χρόνῳ τὸ οὕτως οὐδέτερον, ἀκριβῶς μὲν οὐκ ἐγχωρεῖ συστῆναι, κατὰ πλάτος δ' ἐγχωρεῖ. ἴσμεν δὲ ὅτι τὸ νῦν, διχῶς λέγεται. τὸ μὲν οὖν ὑγιεινὸν, καὶ νοσῶδες, καὶ οὐδέτερον σῶμα ποσαχῶς λέγεται, καὶ ὁποῖον ἕκαστόν ἐστιν αὐτάρκως δεδήλωται.

A probè temperatum est; in organis verò quæ ex illis componuntur, est commoderatum. Salubre autem nunc est corpus, quod in præsenti est sanum, est verò hoc quo tempore sanum existit, & probè temperatum,& commoderatum, non optima ac summa & temperie,& symmetria, sed *sibi* propria. Ipsius verò salubris simpliciter corporis perpetuò quidem, est id,quod & temperatissimum, & commoderatissimum est, vt multùm autem, quòd ab optima constitutione non admodum discedit. Insalubre verò simpliciter est corpus, quod ab ortu, vel similaribus partibus intemperatum, vel organicis incommoderatum, vel vtrumque est. B Insalubre verò nunc est corpus, quod eo tempore, quo tale dicitur, ægrotat. Perspicuum autem est, & id quo tempore ægrum esse dicitur, aut similaribus partibus intemperatum, aut organicis incommoderatum, aut vtrumque esse. Atque semper insalubre est, quod ab ipso ortu, aut simplicibus, primisque partibus vel omnibus, vel quibusdam, vel principibus, intemperatissimum est, aut organicis incommoderatissimum existit, iisque similiter, vel omnibus, vel quibusdam, vel maximè præcipuis. Vt multum verò insalubre est corpus, quod ab huius quidem vitio recedit, nondum tamen in medio constitutum est. C Quoniam verò,& neutrum corpus tripliciter dicebatur; primum quidem, quod neutrius extremarum affectionum, secundum quod vtriusque; tertium quod nunc huius, nunc illius est particeps. Iuxta primum significatum, neutrum erit corpus, quod exquisitè medium est saluberrimi,& insaluberrimi corporis; & huius hoc quidem simpliciter tale,quod ab ipso ortu ita constitutum est; hoc verò vt nunc, quod in præsenti saluberrimi, atque insaluberrimi medium existit, ipsius autem simpliciter *neutrum*, quod perpetuò quidem tale est, id in omnibus ætatibus tale perdurat; quod verò vt multùm, id D nonnullas recipit mutationes. Iuxta verò secundum significatum, neutrum erit corpus, quod ab ortu contrariarum simul affectionum est particeps, aut in vna parte, aut in duabus differentibus, in vna quidem, si in altera agentium qualitatum oppositione, vel vtraque, etiam probè temperatum sit; sed in conformatione, vel magnitudine, vel numero partium, vel situ oblæsum; aut contrà in his quidem rectè se habeat, vel omnibus, vel quibusdam; peccet autem in temperamento. In differentibus verò partibus, & per omnes oppositiones quodammodò potest contrariorum simul esse E particeps. Ac semper quidem tale, quod per omnes ætates simile permanet. Vt multùm verò, quod in aliquo permutatur. Ita verò, & nunc neutrum erit corpus, iuxta secundum significatum, vel quia in parte vna hæc quidem ipsi salubria existunt, illa verò insalubria, vel in differentibus ita afficitur partibus. Secundum verò tertium significatum, neutrum erit corpus, quod aliquando quidem salubre, aliquando verò insalubre per vices existit, vt nonnullis accidit, qui in puetitia salubres vigent, in iuuentute, insalubres redduntur, aut contrà. In vno autem tempore, quod ita est neutrum, F exquisitè quidem consistere nequit, ampliori verò, potest. Nouimus autem, quòd nunc dupliciter dicitur. Salubre igitur, & insalubre, & neutrum corpus quot modis dicatur, & quale vnumquodque sit, abundè explicatum est.

CAP.

CAPVT III.

De signis in vniuersum salubribus, insalubribus, & neutris.

DE signis verò deinceps dicendum; sunt autem & ex his salubria quidem *diagnostica* quæcunque præsentem indicant sanitatem; *prognostica* quæ futuram prænunciant, & anamnestica quæ præteritam memoriæ subiiciunt. Insalubria verò, quæ & morbum præsentem indicant, & futurum prænunciãt, atque præteritum memoriæ subijciunt. Eadem ratione & neutra alia neutram affectionem deprehendunt, prænunciant, & memoriæ subijciunt, atque hæc nihil omninò de affectionibus manifestant, vel nihilo magis salubrem, quàm insalubrem affectionem diuulgant; & quæ partim quidem salubrem, partim verò insalubrem indicant affectionem; & quæ aliquando quidem salubrem, aliquando verò insalubrem, & hæc quoque secundum tria tempora, veluti salubria, & insalubria. Vocantur autem nonnunquam à veterioribus medicis hæc omnia, signa prognostica, tametsi, præsentia, vel præterita significant. Vsus verò non paruus est ex prænunciantibus, atque indicantibus, minor autem ex memorantibus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ γνωρισμάτων τῶν καθόλου ὑγιεινῶν τε, καὶ νοσωδῶν, καὶ οὐδετέρων.

ΠΕρὶ δὲ τῶν σημείων ἐφεξῆς ἂν εἴη ῥητέον. ἔστι δὲ καὶ τούτων ὑγιεινὰ μὲν, ὅσα τῆς τε παρούσης ὑγείας ἐστὶ διαγνωστικὰ, καὶ τῆς μελλούσης ἔσεσθαι προγνωστικὰ, καὶ τῆς προγεγενημένης ἀναμνηστικά. νοσώδη δὲ τά τε τῆς παρούσης νόσου διαγνωστικὰ, καὶ τῆς προγεγενημένης ἀναμνηστικὰ, καὶ τῆς μελλούσης ἔσεσθαι προγνωστικά. κατὰ ταῦτα δὲ, καὶ τὰ οὐδέτερα, τά τε τῶν οὐδετέρων διαθέσεων διαγνωστικὰ, καὶ προγνωστικὰ, καὶ ἀναμνηστικὰ, καὶ τὰ μηδὲν ὅλως δηλοῦντα περὶ διαθέσεων, ἢ τὰ μηδὲν μᾶλλον ὑγιεινὴν, ἢ νοσερὰν δηλοῦντα διάθεσιν. καὶ τὰ κατά τι μὲν ὑγιεινὴν, κατά τι δὲ νοσερὰν δηλοῦντα διάθεσιν, καὶ τὰ ποτὲ μὲν ὑγιεινὴν, ποτὲ δὲ νοσώδη· καὶ ταῦτα δὲ κατὰ τοὺς τρεῖς χρόνους ὁμοίως τοῖς ὑγιεινοῖς τε καὶ νοσώδεσι. καλεῖται δ᾽ ἐνίοτε πρὸς τῶν παλαιῶν ἰατρῶν ἅπαντα ταῦτα τὰ σημεῖα προγνωστικὰ, κἂν τῶν ἐνεστώτων, ἢ προγεγονότων ᾖ δηλωτικά. καὶ ἡ χρεία μεγάλη μὲν τῶν διαγνωστικῶν τε καὶ προγνωστικῶν, ἐλάττων δὲ τῶν ἀναμνηστικῶν.

CAPVT IV.

De signis diagnosticis optimæ constitutionis corporis, ac potissimùm cerebri probè temperati.

QVum igitur sint salubria corpora, hæc quidẽ simpliciter, hæc verò vt nunc, quæ & perpetuò bene valentia dicuntur; salubrium simpliciter corporum duplicem diximus esse differẽtiam; quod nonnulla quidem perpetuò, nonnulla verò, vt multum, sint talia. Perpetuò quidem, quæ optimam constitutionem sortita sunt; vt multum verò, quæ non magnopere ab illa recedunt. Horum autem dignotiones sumendæ sunt ab iis, quæ secundum substantiæ rationem ipsis insunt; & ab iis, quæ ex necessitate consequuntur, tum actionibus, tum symptomatis quæ sanè & accidentia propriè vocamus. A substantia quidem ipsa eorum, quæ optimæ sunt constitutionis, commoderatio similarium quidem partium in caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, organicarum verò, in quãtitate, ac numero eorum, ex quibus componuntur, ac præterea conformatione, & situ partium singularum, totiusque organi. Ab his verò, quæ ex necessitate consequuntur in similaribus partibus, vt quatenus ad tactum spectat, commoderatio, mollitiei, ac duritiei quatenus autem ad visum, coloris probitas, & læuitatis, atque asperitatis mediocritas. In rationibus verò perfectio, quam & ipsarum integritatem appellamus. Ab his verò, quæ organicas partes comitantur, in organorum vniuersi corporis & symmetria & pulchritudine, ac præterea in earũ, quæ ipsis insunt, actionum integritate. Optimæ igitur constitutionis corporum signa indicantia sunt hæc. Eorum autem, quæ ab ipsa recedunt, sed adhuc salubria *existunt*, nonnulla quidem in similarium partium temperie vitium aliquod leue subeunt, nonnulla verò in organorum commoderatione, & id quoque perexiguum, atque vel omnium, vel quorumdam, vel vtrorũque. Vitiorũ verò genera eadẽ sunt ac quæ integritatẽ perficiũt, tẽperies quidẽ in similaribus,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ σημείων τῶν διαγνωστικῶν τῆς ἀρίστης τοῦ σώματος κατασκευῆς, καὶ μάλιστα τοῦ εὐκράτου ἐγκεφάλου.

ΟΝτων οὖν σωμάτων ὑγιεινῶν, τῶν μὲν ἁπλῶς, τῶν δὲ ἐν τῷ νῦν, ἅπερ δὴ καὶ ὑγιαίνοντα λέγεται. τῶν ἁπλῶς ὑγιεινῶν σωμάτων, διττὴν ἔφαμεν εἶναι τὴν διαφοράν. τῷ τὰ μὲν διὰ παντὸς ὑπάρχειν τοιαῦτα, τὰ δὲ ὡς τὸ πολύ· διὰ παντὸς μὲν, ὅσα τὴν ἀρίστην ἔχει κατασκευήν· ὡς τὸ πολὺ δὲ, ὅσα μὴ πολλῷ ταύτης ἀπολείπεται. τὰς διαγνώσεις δὲ αὐτῶν, ἀπό τε τῶν ὑπαρχόντων κατὰ τὸν τῆς οὐσίας αὐτῶν λόγον χρὴ ποιεῖσθαι, καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης τούτοις ἑπομένων ἐνεργειῶν τε καὶ συμπτωμάτων, ἃ δὴ καὶ συμβεβηκότα καλοῦμεν ἰδίως. ἀπὸ μὲν τῆς οὐσίας αὐτῆς; τῶν ἐν ἀρίστῃ κατασκευῇ, συμμετρία τῶν ὁμοιομερῶν, ἐν θερμότητι, καὶ ψυχρότητι, καὶ ξηρότητι, καὶ ὑγρότητι. τῶν δ᾽ ὀργανικῶν ἐν ποσότητι, καὶ πηλικότητι τῶν συντιθέντων αὐτὰ, καὶ προσέτι διαπλάσει τε καὶ θέσει τῶν μορίων ἑκάστου, καὶ ὅλου τοῦ ὀργάνου. ἀπὸ δὲ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων τοῖς ὁμοιομερέσιν, ὡς μὲν πρὸς τὴν ἁφὴν, ἐν σκληρότητι καὶ μαλακότητι συμμετρία, πρὸς δὲ τὴν ὄψιν, εὐχροιά τε, καὶ ἡ κατὰ λειότητα καὶ δασύτητα συμμετρία. κατὰ δὲ τὰς ἐνεργείας ἡ τελειότης, ἣν δὴ καὶ ἀρετὴν αὐτῶν ὀνομάζομεν. ἀπὸ δὲ τῶν τοῖς ὀργανικοῖς ἑπομένων, ἐν συμμετρία τε καὶ κάλλει τῶν τοῦ παντὸς σώματος ὀργάνων, ἔτι τε τῇ τῶν ὑπαρχουσῶν αὐτοῖς ἐνεργειῶν ἀρετῇ. τῆς μὲν οὖν ἀρίστης κατασκευῆς τοῦ σώματος, τὰ διαγνωστικὰ σημεῖα ταῦτά ἐστι. τῶν δ᾽ ἀπολειπομένων μὲν αὐτῆς, ὑγιεινῶν δ᾽ ἔτι. τὰ μὲν ἐν τῇ τῶν ὁμοιομερῶν ἔσφαλται κράσει μικρόν τι σφάλμα, τὰ δὲ ἐν τῇ τῶν ὀργανικῶν, μικρὸν τι κἀνταῦθα, καὶ ἤτοι πάντων, ἢ τινων, ἢ καθ᾽ ἑκάτερον. τὰ δὲ γένη τῶν σφαλμάτων, τὰ αὐτὰ τοῖς μὲν ἀρετὴν αὐτῶν συμπληροῦσι, κρᾶσις μὲν ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν,

ἀριθμὸς δὲ, καὶ διάπλασις, καὶ μέγεθος, καὶ θέσις ἐν τοῖς ὀργανικοῖς. ἀμφοῖν δὲ κοινὸν ἡ ἕνωσις, ἣν δὴ καὶ συνέχειαν αὐτῶν ὀνομάζομεν. ἐν δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτοις γένεσι, καὶ ἡ τῶν νοσωδῶν σωμάτων ἐστὶ κακία, καθ' ἑκάτερον τοῦ νοσώδους τὸ σημαινόμενον. ὅρος δ' ἀμφοῖν ἐστι διακριτικὸς, ἡ τῆς ἐνεργείας αἰσθητὴ βλάβη. τὰ δὲ τῆς ἀρίστης ἀπολειπόμενα κατασκευῆς σώματα βραχύ τι, βέβλαπται μὲν δή που καὶ αὐτὰ κατά γε τὴν ἀλήθειαν, οὐ μὴν αἰσθητόν γε τοῦτο. διορίζει τοιγαροῦν αὐτὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ἔν τε ταῖς ἐνεργείαις, καὶ τῷ τοῖς νοσώδεσιν αἰτίοις ἀπομάχεσθαι. τὰ δέ γε ἁπλῶς νοσώδη σώματα, διώρισται τῷ τε ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν νοσωδῶν αἰτίων νικᾶσθαι, καὶ τῷ πολύ τι κατὰ τὴν ἀρετὴν τῶν ἐνεργειῶν ἀπολείπεσθαι. γίνεται γοῦν ἀμφοῖν ἐν μέσῳ τὰ οὐδέτερα, τά τε ἁπλῶς λεγόμενα, καὶ τὰ σύν τινι πλάτει. καὶ τμηθήσεται τὸ τῆς ὅλης ὑγιείας πλάτος εἰς τρία μόρια, πλάτος ἔχοντα καὶ αὐτὰ συχνόν. ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἔσται τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων, τὸ δὲ δεύτερον, τῶν οὐδετέρων, τὸ δὲ τρίτον, τῶν νοσωδῶν. οἷς ἐφεξῆς ἐστι τὰ ἤδη νοσοῦντα σώματα, βλάβαις αἰσθηταῖς ἐνεργειῶν ἀφωρισμένα. τὰ μὲν οὖν ὀδυνώδη τε, καὶ ὧν αἱ κινήσεις πλημμελεῖς εἰσιν, ἢ ὅλως ἀπολώλασιν, ἐναργεῖς ἔχει τοὺς ὅρους. ὅσα δ' ἀτόνους κέκτηται τὰς ἐνεργείας, ἐν μὲν ταῖς μεγίσταις ἀποστάσεσιν εὐδιάκριτα, κατὰ δὲ τὰς μικροτέρας ἀμφίβολα, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τὸ γένος τοῦτο τῆς βλάβης, ἡ μηδετέρου τῶν ἐναντίων ἐνεργειῶν μετέχουσα συνίσταται διάθεσις, ἣν καὶ αὐτὴν ἔφαμεν οὐδετέραν ὀνομάζεσθαι. πάντων τούτων αἰσθήσει διακρινομένων, οὐκ αὐτῇ τῶν πραγμάτων τῇ φύσει. κίνδυνος γὰρ εἰς τὸ τῆς ἀειπαθείας ὑποσυρῆναι δόγμα. καὶ τοίνυν καὶ τὰ σημεῖα τῶν ὑγιαινόντων μὲν σωμάτων, ἀλλ' ἤτοι νοσωδῶν, ἢ οὐδετέρων ὑπαρχόντων, τῷ ποσῷ τῆς ἀποστάσεως διοίσει, θεμένων ἡμῶν ἄκρους μὲν ὅρους ἐναντίους ἀλλήλοις, τήν τε ἀρίστην κατασκευὴν, καὶ τὴν ἄρτι γινομένην νόσον. ἐπισκεπτομένων δὲ, ὁποτέρῳ τούτων ἐστὶν ἐγγυτέρω τὰ δοκιμαζόμενα σώματα. τὸ μὲν γὰρ ἐγγυτέρω τῆς ἀρίστης κατασκευῆς, ὑγιεινόν, τὸ δὲ ταύτης μὲν πορρωτέρω, τοῦ δ' ἤδη νοσοῦντος, ἐγγυτέρω, νοσῶδες. τὸ δ' ἀμφοῖν μεταξὺ, καὶ ἴσον ἑκατέρων ἀπέχειν φαινόμενον, οὐδέτερον ἔσται τοῦτο.

numerus autem,& conformatio, & magnitudo, & situs in organicis; vtrisq; verò partibus communis vnitas,quam & ipsorum continuitatē appellamus. In his autem ipsis generibus sunt corporum insalubrium vitia,secundum vtrumque insalubris significatum. Terminus autem qui vtrumque distinguit, est actionum læsio sensilis ac manifesta. Quæ verò ab optima corporum constitutione paululum dimouentur,re vera quidē & ipsa in aliquo læsa sunt, non tamen id sensu deprehenditur. Hæc autem distinguntur,quòd validiùs aut imbecilliùs actiones obeant,morbificisque causis reluctentur. At simpliciter insalubria corpora distinguuntur,quòd facilè à causis insalubribus superētur, quódque multum ab actionum integritate deficiant. In medio autem amborū constituuntur neutra,tum quæ simplicitate appellantur,tum quæ cum latitudine quadam. Ac diuiditur totius sanitatis latitudo in tres partes,multam & ipsas latitudinem habentes; quarum prima quidem erit salubrium corporum;secūda neutrorum, tertia insalubrium, quibus succedunt deinceps,quæ iam ægrotant corpora, manifestis sensui actionum læsionibus distincta. Quæ igitur doloribus afficiuntur, & quorum motus sunt deprauati,aut omninò perditi, manifestas habent notas. Quæ verò imbecilles edunt actiones,in magnis quidem decessibus,facilè discernuntur,in minoribus verò ambigua sunt,atque idcirco in eo genere noxæ consistit affectio neutrius contrariorum particeps,quam & ipsam neutram diximus appellari. Quum hæc omnia sensu iudicentur, non ipsa rerum natura, periculum enim esset, ne in dogma *ἀειπαθείας*,id est, *perpetui affectus*, traheremur. Hæc igitur sunt sanorum corporum signa, sed quæ aut insalubria, aut salubria, aut neutra existunt, quantitate distantiæ differunt, constitutis à nobis extremis, terminis inter se contrariis, optima constitutione corporis, & nuper facto morbo, ac deinceps considerantibus, vtri eorum viciniora sint ea, quæ ad examen corpora veniunt. Quod enim propius est optimæ constitutioni, salubre; Quod verò ab hac longiùs recedit, atque ad id, quod iam ægrotat, propius accedit, insalubre: Quod autem inter vtrumque situm est, atque æqualiter ab vtroque distare videtur neutrum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῶν τῆς κατασκευῆς μέσης τοῦ σώματος γνωρισμάτων διαγνωστικῶν. καὶ περὶ τῶν διαφορῶν τῶν μορίων.

Τῆς μὲν οὖν ἀρίστης κατασκευῆς τοῦ σώματος, εἴρηται τὰ γνωρίσματα. τῶν δ' ἀπολειπομένων αὐτῆς, ἰσάριθμα μὲν τὰ γένη, ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον τέμνεσθαι δυναμένων. ἀφωρισμένων δὲ εἰς τρία μέρη, τὰ σημεῖα τοῦ νοσώδους σώματος ἁπλῶς ἐροῦμεν. ἐξ αὐτῶν γὰρ ἔσται δῆλα, καὶ τὰ λοιπὰ δύο πλάτη. κατὰ γένος μὲν οὖν εἴρηται πρόσθεν ἐν τῷ τῆς ἀρίστης κατασκευῆς λόγῳ, κατ' εἶδος δὲ, νῦν εἰρήσεται διελομένων ἡμῶν πρότερον τὰ μόρια. τέσσαρες δ' αὐτῶν εἰσιν αἱ πᾶσαι διαφοραί. τὰ μὲν γὰρ ἀρχαί τινές εἰσιν, τὰ δ' ἀπ' ἐκείνων ἐκπέφυκε. τὰ δ', οὔτ' ἄλλων ἀρχὴ τῆς διοικήσεως, οὔθ' ὑπ' ἄλλων ἄρχεται, συμφύτους ἔχοντα τὰς διοικούσας αὐτὰ δυνάμεις. ἔνια δὲ συμφύτους τε ἅμα καὶ ἐπιρρύτους ἔχει. ἀρχαὶ μὲν οὖν

CAPVT V.

De signis diagnosticis mediæ constitutionis corporis, ac de partium differentiis.

Optimæ igitur constitutionis corporis notas explicauimus. Eorum verò, quæ ab ipsa deficiunt, totidem sunt numero genera, quæ in magis,& minus secari possunt. His autem in tres partes diuisis, insalubris simpliciter corporis signa trademus, ex his enim & reliquæ duæ latitudines innotescent. Generatim igitur, priùs in opere de optima constitutione, dictum est; speciatim autem nunc dicetur, vbi prius partes diuiserimus. Sunt verò earum quatuor vniuersæ differentiæ, nam nonnullæ earum principia quædam existunt; Quædam verò ab ipsis ortæ sunt; quædam nec aliarum gubernationi præsunt, neque ab aliis gubernantur, quæ cognatas habent facultates quibus reguntur; quædam verò insitas simul,& influentes habent. Principia igitur sunt

ſunt cerebrum, cor, hepar, & teſtes. Ab his verò ortum habent, ipſiſque miniſtrant; nerui quidem, & ſpinalis medulla, cerebro; cordi verò, arteriæ; hepati, venæ; ipſa verò ſeminaria vaſa, teſticulis. Quæ autem per ſe gubernantur, cartilago, os, ligamentum, membrana, glandulæ, adeps, caro ſimplex. Cæteræ verò omnes partes, communem iſtis habentes ex ſe diſpenſationem, arteriis, neruis, & venis indigent. Capillorum autem, atque vnguium gubernatio nulla eſt, ſed ſola generatio. Hæ igitur ſunt partium differentiæ.

A εἰσὶν ἐγκέφαλος, καρδία, ἧπαρ, καὶ ὄρχεις. ἀπ' ἐκείνων δ' ἐκπέφυκε, κἀκείνοις ὑπηρετεῖ. νεῦρα μὲν, καὶ νωτιαῖος μυελὸς ἐγκεφάλῳ, τῇ καρδίᾳ δ' ἀρτηρίαι, φλέβες δ' ἥπατι, τὰ σπερματικὰ δ' ἀγγεῖα τοῖς ὄρχεσιν. αὐτὰ δ' αὑτὰ διοικεῖ χόνδρος, ὀστοῦν, σύνδεσμος, ὑμὴν, ἀδὴν, πιμελὴ, σὰρξ ἁπλῆ. τὰ δ' ἄλλα πάντα μόρια κοινὴν τούτοις ἔχοντα τὴν ἐξ ἑαυτῶν διοίκησιν, ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν, καὶ νεύρων προσδεῖται. τριχῶν δὲ, καὶ ὀνύχων, οὐδὲ διοίκησίς τίς ἐστιν, ἀλλὰ γένεσις μόνη. αὗται μὲν οὖν αἱ τῶν μορίων διαφοραί.

B

CAPVT VI.

Signa diagnoſtica temperamenti cerebri ac primùm temperati.

Signa autem nos temperamenti cuiuſque, ſumpto à cerebro initio, deinceps dicemus. Sunt verò quinque vniuerſa genera ſignorum, *quæ* ipſius *naturam oſtendunt*, vnum quidem totius capitis conſtitutio; ſecundum verò, ſenſilium actionum integritas & vitium; tertium, effectiuarum; quartum, principum; C & quintum, naturalium. Aliud verò genus præter hæc omnia, eſt quæ ab extrinſecus ipſi occurſantibus aduenit alteratio. Equidem vniuerſi capitis affectio, ex eius magnitudine, figura, atque capillis ſumitur. Paruum igitur caput vitioſæ conſtitutionis cerebri proprium eſt indicium. Magnum verò non neceſſariò probæ conſtitutionis indicium, ſed ſi quidem ob inſitæ facultatis robur eueniat, quæ multam, atque optimam materiam formauerit, bonum ſignum, at ſi ob materiæ ſolius multitudinem, haudquaquam bonum. Diſtinguenda igitur hæc ſunt, tum figura, tum his, quæ ab D eo ortum habent. Figura quidem, ſi concinnum ſit, ſemper enim hoc bonum eſt ſignum. His autem, quæ ab eo ortum habent, ſi valida ſit ceruix, & aliis oſſibus optimè conſtet, atque ſi vniuerſum neruoſum genus ipſi vegetum robuſtiſſimumque ſit. Propria autem capitis figura eſt, veluti ſi excogitares globum integrum cereum, leuiter vtrinque depreſſum. In hoc enim neceſſe eſt, poſteriores, anterioréſque partes magis gibbas fieri, quàm globo conueniat, vtraſque verò laterales, magis rectas. Quòd ſi occipitis eminentia alicui minuatur, ſimul intuere neruos, atque ceruicem E cum aliis oſſibus. Nam, ſi ſecundum naturam habeant, materiæ defectu, non facultatis imbecillitate hoc contigit; illis verò prauè affectis, principium eſt debile. Plurimum autem occipitis defectum commemoratorum comitatur imbecillitas; rariſſiméque aliter euenire conſueuit. Caput etiam in occipitio magis acuminatum animaduerte, iiſdem adhibitis diſtinguendi rationibus, quibus in toto ipſo capite grandiori facto *vtebamur.* At ſæpenumero & hîc bonum ſignum eſt, cum figura concinna cerebelli quod nonnulli medici poſterius cerebrum appellant, vt reuera F & poſterius eſt, & ſutura lambdoide circumſcribitur. Eſt verò hæc pars, ſpinalis medullæ principium, ac proinde, neruorum omnium, qui in toto animali ſunt actiui. Ipſa autem pars poſterior per ſe paucos admodum ſentientes obtinet neruos, permultos verò actiuos, quemadmodum & altera, & anterior, ſentientes quidem plu-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Τὰ σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ πρῶτον τῆς τοῦ ἐγκεφάλου εὐκράτου.

Σημεῖα δ' ἑκάστου τῆς κράσεως ἐφεξῆς εἰρήσεται, τὴν ἀρχὴν ἀπ' ἐγκεφάλου ποιησαμένων ἡμῶν. ἔστι δὲ πέντε τὰ σύμφυτα γένη τῶν γνωρισμάτων αὐτοῦ. ἓν μὲν ἡ τῆς συμπάσης κεφαλῆς διάθεσις, δεύτερον δὲ ἡ τῶν αἰσθητικῶν ἐνεργειῶν ἀρετή τε καὶ κακία, καὶ τρίτον ἡ τῶν C προαιρετικῶν, καὶ τέταρτον ἡ τῶν ἡγεμονικῶν, καὶ πέμπτον ἡ τῶν φυσικῶν. ἄλλο δὲ γένος ἐπὶ τούτοις ἅπασιν, ἡ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αὐτῷ προσπιπτόντων ἀλλοίωσις. ἡ μὲν δὴ τῆς συμπάσης κεφαλῆς διάθεσις, ἐκ μεγέθους τε καὶ σχήματος αὐτῆς λαμβάνεται, καὶ τριχῶν. ἡ μὲν οὖν μικρὰ κεφαλὴ μοχθηρᾶς ἐγκεφάλου κατασκευῆς ἴδιον σημεῖον. ἡ μεγάλη δὲ, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀγαθῆς κατασκευῆς σημεῖον. ἀλλ' εἰ μὲν διὰ ῥώμην ἐγένετο τῆς ἐγχωρίου δυνάμεως, ὕλην χρηστήν τε καὶ πολλὴν δημιουργούσης, ἀγαθὸν σημεῖον. εἰ δὲ διὰ τὸ μόνης τῆς ὕλης τὸ πλῆθος, οὐκ ἀγαθόν. διοριστέον D οὖν ἐστιν αὐτὰ, τῷ τε σχήματι, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ πεφυκόσι. τῷ σχήματι μὲν, εἰ εὔρυθμος, ἀεὶ γὰρ ἀγαθὸν τοῦτο σημεῖον. τοῖς δ' ἀπ' αὐτοῦ πεφυκόσιν, εἰ καρτερὸς αὐχήν τέ ἐστιν, καὶ τοῖς ἄλλοις ὀστοῖς ἄριστα διάκειται. καὶ εἰ τὸ νευρῶδες αὐτῇ σύμπαν, εὐτραφές τέ ἐστι καὶ εὔτονον. οἰκεῖον δὲ σχῆμα κεφαλῆς, ὥσπερ ἂν εἰ νοήσαις σφαῖραν ἀκριβῆ κηρίνην, ἑκατέρωθεν ἀτρέμα πεπιλημένην. ἀνάγκη γὰρ τῆς τοιαύτης, κυρτότερα μὲν ἢ κατὰ σφαῖραν, γίνεσθαι τά τε ὄπισθεν καὶ τὰ ἔμπροσθεν, εὐθύτερα δὲ τὰ ἑκατέρωθεν. εἰ δ' ἡ κατ' ἰνίον ἐξοχὴ μειωθείη τινὶ, συνε- E πισκέπτου τά τε νεῦρα, καὶ τὸν αὐχένα σὺν τοῖς ἄλλοις ὀστοῖς. κατὰ φύσιν μὲν γὰρ ἐχόντων, ἔνδεια τῆς ὕλης, οὐ δυνάμεως ἀῤῥωστία τὸ τοιοῦτον ἐγένετο. φαυλοτέρων δὲ ὑπαρχόντων, ἀσθενὴς ἡ ἀρχή. τὰ πολλὰ δὲ ταῖς κατ' ἰνίον ἐνδείαις, ἀσθένεια τῶν εἰρημένων ἕπεται, καὶ σπάνιον πάνυ τὸ μὴ τοιοῦτον. καὶ τὴν φοξοτέραν δὲ κατ' ἰνίον ἐπισκέπτου κεφαλὴν, ὡσαύτως τοῖς ἐφ' ὅλης αὐτῆς μεγάλης γινομένης διορισμοῖς. ὡς τὰ πολλὰ δὲ κἀνταῦθα σὺν εὐρύθμῳ τῷ σχήματι γινομένης τῆς παρεγκεφαλίδος, ἀγαθὸν σημεῖον, ἣν ἔνιοι τῶν ἰατρῶν ὀπίσθιον ἐγκέφαλον ὀνομάζου- F σιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν ὀπίσθιος, ὁριζόμενος τῇ λαμβδοειδεῖ ῥαφῇ. τοῦ νωτιαίου δέ ἐστιν ἀρχὴ τὸ μόριον τοῦτο, καὶ δι' ἐκείνου, ἁπάντων τῶν καθ' ὅλον τὸ ζῶον νεύρων προαιρετικῶν. αὐτὸ δὲ τὸ ὄπισθεν μέρος καθ' αὑτὸ, παντάπασιν ὀλίγων αἰσθητικῶν μετέχει, παμπόλλων δὲ τῶν προαιρετικῶν, ὥσπερ γε καὶ θάτερον τὸ πρόσθιον, αἰσθητικῶν μὲν παμ-

πόλλων, ὀλίγων δὲ τῶν πρακτικῶν. ὥστε καὶ καλῶς ἐσκευασμένα, ῥωμαλέας ἕξει τὰς ἀποφύσεις ἑκάτερον τὰς ἰδίας. οἱ αὐτοὶ δὲ κἀπὶ τῶν ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς τῶν κατὰ τὸ μέτωπον διορισμοὶ τοῖς ὄπισθεν, εἴς σμικρότητά τε καὶ μέγεθος αὐτοῦ βλεπόντων, καὶ σχῆμα, καὶ τὰς ἐνταῦθα αἰσθήσεις, ὄψιν τε, καὶ γεῦσιν, καὶ ὄσφρησιν. ἀλλήλων γάρ ἐστι γνωρίσματα, καὶ ἀλλήλοις μαρτυρεῖ, τά τε ἀπὸ τῆς ἀρχῆς πεφυκότα, τῇ τῆς ἀρχῆς ἀρετῇ τε καὶ κακίᾳ, καὶ ἡ ἀρχὴ τοῖς ἀπ' αὐτῆς. ἡ μέντοι τῶν ἡγεμονικῶν ἐνεργειῶν ἀρετή τε καὶ κακία, τῆς ἀρχῆς μόνης ἐστὶν αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν γνώρισμα. καλῶ δὲ ἡγεμονικὰς ἐνεργείας, τὰς ὑπὸ τῆς ἀρχῆς μόνης γινομένας. ἀγχίνοια μὲν οὖν λεπτομερείας οὐσίας ἐγκεφάλου γνώρισμα, βραδυτὴς δὲ διανοίας παχυμερείας. εὐμάθεια δὲ εὐτυπώτου, καὶ μνήμη μονίμου. οὕτω δὲ καὶ ἡ μὲν δυσμάθεια δυστυπώτου. ἡ δὲ ἐπιλησμοσύνη διαρρεούσης, καὶ τὸ μὲν εὐμετάβολον ἐν δόξαις, θερμῆς, τὸ δὲ μόνιμον ψυχρᾶς. ἔτι δέ μοι δοκῶ λείπεσθαι δύο γένη γνωρισμάτων, ὧν ἐξ ἀρχῆς ὑπεσχόμην ἐρεῖν. ἓν μὲν τὸ τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν, ἕτερον δὲ τὸ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων, ἔσται δὲ κοινὸς ὑπὲρ ἀμφοῖν ὁ λόγος. εἰ μὲν εὔκρατος ὁ ἐγκέφαλος ὑπάρχει κατὰ τὰς τέσσαρας ποιότητας, ἁπάντων τῶν εἰρημένων ἕξει μετρίως, καὶ τῶν περιττωμάτων, ὅσα δι' ὑπερῴας, ἢ ὤτων, ἢ μυκτήρων ἐκκαθαίρεται, καὶ τούτων ἕξει μετρίως, ἥκιστά τε βλαβήσεται πρὸς ἁπάντων τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων, ὅσα θερμαίνει, καὶ ψύχει, καὶ ξηραίνει, καὶ ὑγραίνει. τοῖς τοιούτοις αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς, βρέφεσι μὲν οὖσιν ὑπόπυρροι, παισὶ δὲ ὑπόξανθοι, τελειουμένοις δέ, γίνονται ξανθαί, μεταξύ πως οὖσαι τῶν τε ἀκριβῶς οὔλων καὶ ἁπλῶν, οὐ μὴν οὐδὲ φαλακροῦνται ῥᾳδίως. ἀκούειν δὲ χρὴ τῶν εἰρημένων τε καὶ ῥηθησομένων γνωρισμάτων, ὡς ἐπὶ εὐκράτων οἰκήσεων. ὅσα δὲ κατὰ τὰς τρίχας οὐκ ἐπὶ χωρίων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν χυμῶν κράσεως, ἀνάλογον ἐχούσης τῇ κράσει τὴν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον. εἰ δὲ θερμότερος εἴη τοῦ συμμέτρου, κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν εὔκρατος. εἰ μὲν ἐπὶ πλέον εἴη θερμότερος, ἰσχυρὰ πάντα τὰ ῥηθησόμενα γενήσεται γνωρίσματα, βραχείας δὲ τῆς ὑπερβολῆς ὑπαρχούσης, ἀμυδρά. κοινὸς δὲ οὗτος ὁ λόγος ἐπὶ πάντων εἰρήσθω μοι τῶν μορίων, τῶν ἐν πάσαις ταῖς κράσεσι μελλόντων λέγεσθαι γνωρισμάτων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ σημείων διαγνωστικῶν τῆς κράσεως δυσκράτου ἁπλοῦς τοῦ ἐγκεφάλου. θερμῆς, ψυχρᾶς, ξηρᾶς καὶ ὑγρᾶς.

Ἑξῆς δὲ οὖν σημεῖα τῆς ἐν ἐγκεφάλῳ θερμότητος, ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις, ἐρυθρότερα καὶ θερμότερα τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν σύμπαντα, καὶ αἱ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς φλέβες αἰσθηταί, αἱ τρίχες τούτοις γεννηθεῖσι, ταχέως ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φύονται. πολλῷ μὲν οὖσι θερμοτέροις τῶν εὐκράτων, μέλαιναι, καὶ ἰσχυραί, καὶ οὖλαι γίνονται. μὴ πολλῷ δέ, ὑπόξανθοι μὲν τὸ πρῶτον, εἶτα μελαίνονται, προϊόντων δὲ ταῖς ἡλικίαις φαλακροῦνται, καὶ μᾶλλόν γε οἱ ἐπὶ πλέον θερμότεροι. περιττώματα δὲ καθ' ὑπερῴαν καὶ μυκτῆρας, ὀφθαλμούς τε καὶ ὦτα, βραχέα καὶ πέπονα τούτοις ἐστίν, ὅταν ἀμέμπτως ὑγιαίνωσι. πληρουμένης δὲ τῆς κεφαλῆς ἐνίοτε. συνεχῶς γὰρ καὶ μάλιστα αὐτοῖς, ὅταν ἀφυλάκτως

rimos, paucos admodum actiuos. Quare & probè constituta vtraque pars, robustas habebunt suas propagines. Eædem quoque distinctiones adhibendæ sunt in partibus capitis anterioribus ad frõtem spectantibus, quæ etiam in posterioribus ad ipsius & paruitatem, & magnitudinem inspicientes, atque itidem figuram, & sensus ibi collocatos, visum, gustum, atque odoratum. Mutuas namque de se notas tradunt, seque inuicem testantur, & quæ à principio oriuntur, principij integritatem, & vitium; & principium ea, quæ ab ipso nascuntur. Atenim principum actionum virtus ac vitiũ sunt principij solius ipsius per se indicia. Voco autem actiones principes quæ à solo principio procedunt: solertia quidem subtilis substantiæ cerebri signum est; tarditas verò intellectus, crassæ; discendi verò facilitas, formas facilè suscipientis; memoria autem stabilis: Sic & discendi difficultas, formas non facilè suscipientis; & obliuio, fluidæ; mobilitas quoque in opinionibus, calidæ, stabilitas autem, frigidæ. Adhuc autem duo indiciorum genera mihi videor prætermisisse, de quibus sum ab initio me dicturum pollicitus, vnum quidem ad actiones attinet naturales; alterum verò ad ea, quæ extrinsecus occursant. Erit autem de vtrisque sermo communis. Si cerebrum quidem in quatuor primis qualitatibus probè temperatum sit, omnia quæ diximus habebit moderata; & excrementa, quę vel per palatum, vel aures, vel nares, vel oculos expurgantur, hæc quoque modicè habebit, atq; ab iis, quæ extrinsecus occursant, minimè lædetur, quæ vel calefaciunt, vel refrigerant, vel exiccant, vel humectant. Talibus capilli capitis, quum adhuc sunt infantes, subrufi, quum verò pueri, subflaui; quum iam adoleuerint, flaui fiunt, mediique quodammodo sunt inter eos, qui absolutè sunt crispi, & simplices; non tamẽ facilè caluescunt. Quæ verò dicta, ac posteriùs dicenda indicia sunt, accipere oportet, vt in temperatis habitationibus. Quæ autẽ ad capillos *attinent*, non ad locorum tãtùm, sed ad humorum quoque temperamentum, quod cerebri temperamento proportione respondeat, *sunt referenda*. Si verò commoderato calidius sit, in altera verò oppositione probè temperatum, si quidem præter modum calidius fuerit, omnia, quæ dicentur, validiora erunt indicia; sed si parua sit exuperantia, imbecilla. Communis autem hæc ratio statuatur in omnibus partibus, quarum in temperamentis vniuersis indicia sumus tradituri.

CAPVT VII.

De signis diagnosticis temperamenti intemperati simplicis cerebri, calidi, frigidi, sicci & humidi.

DEinceps igitur caloris cerebri signa, præter ea quæ priùs enarrata sunt, sequuntur; quæ circa caput existunt, omnia rubicundiora, & calidiora sunt, & quæ in oculis sunt venæ, magis sensui patent; capilli editis in lucem celeriter in capite nascuntur; multò quidem calidioribus, probo temperamento, nigri, & robusti, & crispi fiunt; non multò autem, subflaui quidem primum fiunt, deinde nigricant, ac progredientibus ætatibus caluescunt, eoque magis, quò sunt calidiores. Excrementa verò palati, narium, oculorum, & aurium pauca & concocta ipsis sunt, quum integram habuerint sanitatem. At si aliquando eis caput repleatur; continuò enim, ac tum præsertim, quum nullam victus seruauerint rationem,

rationem, tale quid eis accidit, plura quidem in ipsis excrementa, sed non incocta generantur. impletur autem, atque grauatur eorum caput à calefacientibus cibis, & potibus, odoribus, atque hisce omnibus, quæ extrinsecus occursant, inter quæ est, qui nobis circunfunditur aër. Sed præterea magis, si non solùm natura calida, sed etiam humida corpora extiterint. Breuibus autem somnis huiusmodi temperamenta contenta sunt, iisdémque minimè profundis. Frigidioris verò quàm oporteat, cerebri indicia sunt; vberiora in propriis emissariis excrementa; & capilli recti, & rufi, & stabiles, & qui longo post ortum tempore nascuntur, tenues, atque ab initio malè nutriti; & facilè à causis frigidis læduntur atque hoc ipso læsionis tempore catarrhis, & grauedinibus capiuntur; neq; verò tangentibus calida, neque intuentibus rubicunda quæ circa caput sunt, apparent; & oculorum venæ visum effugiunt; & somnolentiores quodam modo sunt. Sicciores autem cerebri indicia; meatus excrementis vacant, & sensuum conspicitur integritas, sunt autem vigiles, capilli robustissimi, & qui celerrimè statim ab ortu nascuntur, crispi autem potius sunt, quàm recti, citóque caluescunt. Humidioris verò *cerebri* indicia, capilli plani, neque prorsus caluescunt. Sensus hebetes sunt, & excrementorum multitudo; somni multi atque profundi. Atque hæ quidem simplices sunt intemperies.

CAPVT VIII.

Signa diagnostica temperamenti compositi cerebri, calidi sicci, calidi humidi, frigidi sicci; & frigidi humidi.

EX copulatis verò prima quidem calida & sicca est: qua præditi, excrementis carent, sensúsque acres habent, & vigilantissimi sunt: præproperè caluescunt, ipsísque capilli & celerrimè nascuntur, & vberrimè aluntur, magni quidem ac crispi, caput autem tangentibus calidū apparet & rubrum, ad vigoris vsque ætatem. Si verò cum calore coniuncta sit humiditas: si quidem vtraque à mediocritate leuiter declinet, coloris bonitas adest, & calor. Oculorúmque venæ magnæ. Et excrementa copiosiora, mediocriter cocta. Capilli recti. Et subflaui. Nec facilè caluescunt. Calidis autem eiusmodi caput impletur ac grauatur. Quod si humidius sit, multo maiore excrementorum prouentu scatet. Si verò plurimum calor & humiditas excesserint, morbosum erit ac excrementosum, promptéque ab humidis & calidis offendetur. His autem Auster perpetuò aduersatur. Aquilones verò saluberrimi sunt. Neque verò longas vigilias ferre possunt. Ad somnum autem conuersi, vnà cum sopore vigilant. Somnia visis plena habent. Et visum caliginosum, sensúsque hebetes. Quòd si longè iusto temperamento calidius cerebrum sit, paulò verò humidius, manent calidi temperamenti signa, cum quibus obscuræ humoris notæ coniunguntur, quemadmodum, si multò quidem humidius sit cerebrum, minus verò calidum, perspicua firmáque erunt humoris indicia, caloris verò infirma. Hæc autem compositarum omnium intemperaturarum communis est ratio. Frigida autem & sicca cerebri temperamenta quantum ex se est, caput frigidum reddunt, ac decolorant. Semper enim memoria tenendum est

διαιτῶνται, τὸ τοιοῦτον συμβαίνει, πλείω μὲν, ἀλλ' οὐκ ἄπεπτα τὰ περιττώματα γίνεται. πληροῦνται δὲ καὶ βαρύνονται τὴν κεφαλὴν ὑπὸ θερμαινόντων ἐδεσμάτων τε, καὶ πομάτων, καὶ ὀσμῶν, καὶ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων ἁπάντων, ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ περιέχων ἡμᾶς ἀήρ. ἔτι τε μᾶλλον, εἰ μὴ μόνον εἴη θερμὰ τὰ τοιαῦτα τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ ὑγρά. βραχέσιν ὕπνοις αἱ τοιαῦται κράσεις ἀρκοῦνται, πρὸς τῷ μηδὲ βαθεῖς αὐτοὺς γίνεσθαι. ψυχροτέρου δὲ ἢ προσῆκεν ἐγκεφάλου γνωρίσματα, περιττώματα πλείω κατὰ τὰς οἰκείας ἐκροάς, καὶ αἱ τρίχες εὐθεῖαί τε, καὶ πυρραί, καὶ μόνιμοι, καὶ μετὰ πολὺν χρόνον τοῦ γεννηθῆναι φυόμεναι, λεπταὶ καὶ ἄτροφοι τὸ πρῶτον, καὶ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν ψυχρῶν αἰτίων βλάπτονται, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν χρόνον τῆς βλάβης, καταῤῥόις τε καὶ κορύζαις ἁλίσκονται. οὐ μὴν οὐδ' ἁπτομένοις θερμὰ τὰ περὶ τὴν κεφαλήν, οὐδ' ὁρῶσιν ἐρυθρά, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν αἱ φλέβες ἀόρατοι, καὶ ὑπνωδέστεροί πώς εἰσι. ξηροτέρου δ' ἐγκεφάλου γνωρίσματα, τὸ ἀπέριττον ἐν ταῖς ἐκροαῖς, καὶ τὸ τῶν αἰσθήσεων ἀκριβές. ἀγρυπνητικοὶ δέ εἰσι, καὶ τρίχας ἰσχυροτάτας μὲν ἔχουσι. καὶ τάχιστα φύουσι γεννηθέντες, οὔλας μᾶλλον ἢ εὐθείας, φαλακροῦνται δ' ἐν τάχει. ὑγροτέρου δὲ τρίχες ἁπλαῖ, καὶ οὐδ' ὅλως φαλακροῦνται, καὶ αἱ αἰσθήσεις ἀχλυώδεις εἰσί, καὶ περιττωμάτων πλῆθος, ὕπνοι τε πολλοί, καὶ βαθεῖς. αὗται μὲν αἱ ἁπλαῖ δυσκρασίαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Γνωρίσματα διαγνωστικὰ κράσεως συνθέτου τοῦ ἐγκεφάλου, θερμοῦ καὶ ξηροῦ, θερμοῦ καὶ ὑγροῦ, ψυχροῦ καὶ ξηροῦ, ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ.

ΣΥνθετοι δέ, θερμὴ μὲν καὶ ξηρὰ πρώτη, καθ' ἣν ἀπέριττοί τέ εἰσι, καὶ ἀκριβεῖς ταῖς αἰσθήσεσι, καὶ ἀγρυπνητικώτατοι, καὶ φαλακροῦνται ταχέως. ἡ πρώτη μέντοι γένεσις τῶν τριχῶν ταχίστη τέ ἐστι καὶ εὐτραφεστάτη, μελανότριχές τε καὶ οὐλότριχές εἰσι, καὶ θερμοί, ψαυόντων τῆς κεφαλῆς, ἐρυθροί τε μέχρι τῶν τῆς ἀκμῆς χρόνων. εἰ δ' ὑγρότης προσείη τῇ θερμότητι, βραχὺ μὲν ὑπερβαλλουσῶν ἀμφοτέρων τοῦ συμμέτρου, εὔχροιά τε καὶ θερμότης, καὶ αἱ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς φλέβες μεγάλαι, καὶ περιττώματα πλείω, μετρίως πέπονα, καὶ αἱ τρίχες εὐθεῖαι καὶ ὑπόξανθοι, καὶ οὐ φαλακροῦνται ῥᾳδίως. πληροῦνται δέ, καὶ βαρύνονται τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τῶν θερμαινόντων. εἰ δὲ καὶ ὑγραίνοιντο, πολὺ δή που μᾶλλον, ἡνίκα καὶ πλῆθος ἴσχουσι περιττωμάτων. ἐὰν δ' ἐπὶ πλεῖστον ὑγρότητός τε καὶ θερμότητος ἥκωσι, νοσώδης τούτοις ἡ κεφαλή, καὶ περιττωματική, καὶ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν ὑγραινόντων τε καὶ θερμαινόντων βλαπτομένη. νότος δ' αὐτοῖς πολέμιος ἀεί. ἄριστα δ' ἐν τοῖς βορείοις διάγουσιν, οὐ μὴν οὐδ' ἐγρηγορέναι δύνανται μέχρι πλείονος, ὕπνῳ τ' ἐπιτρέψαντες ἑαυτούς, ἅμα τε κωματώδεις εἰσί, καὶ ἄγρυπνοι, καὶ φαντασιώδεις τοῖς ὀνείρασιν, καὶ αἱ ὄψεις ἀχλυώδεις, καὶ αἱ αἰσθήσεις οὐκ ἀκριβεῖς. εἰ δὲ πολλῷ μὲν εἴη τοῦ συμμέτρου θερμότερος ὁ ἐγκέφαλος, ὀλίγῳ δ' ὑγρότερος, ἐπικρατήσει μὲν τὰ τῆς θερμῆς κράσεως γνωρίσματα, μιχθήσονται δ' αὐτοῖς ἀμυδρὰ τὰ τῆς ὑγρότητος, ὥσπερ καὶ εἰ πολλῷ μὲν ὑγρότερος, ὀλίγῳ δὲ θερμότερος. ἐναργῆ μὲν ἔσται καὶ σφοδρὰ τὰ τῆς ὑγρότητος, ἀμυδρὰ δὲ, τὰ τῆς θερμότητος γνωρίσματα. κοινὸς δ' οὗτος ὁ λόγος ἐπὶ πασῶν ἐστι τῶν κατὰ συζυγίαν δυσκρασιῶν. αἱ ψυχραὶ δ' ἅμα καὶ ξηραὶ κράσεις ἐγκεφάλου, ψυχρὰν καὶ ἄχρουν ἀποτελοῦσι τὴν κεφαλήν, ὅσον ἐφ' ἑαυταῖς. ἀεὶ γὰρ

χρὴ μεμνῆσθαι τοῦ κατ᾽ ἀρχὴν διωρισμένου, περισκοπουμένους ὅσον ἐκ τῆς τῶν χυμῶν κράσεως ἀλλοιοῦται τὰ κατ᾽ αὐτόν. εὐθὺς δ᾽ αἱ τοιαῦται κράσεις, ἄφλεβοί τε τὰ κατὰ τοὺς ὀφθαλμούς εἰσι, καὶ πρὸς τῶν ψυχρῶν αἰτίων ἑτοίμως βλάπτονται, διὸ καὶ ἀνωμάλως ὑγιαίνουσι, ποτὲ μὲν κουφότατοι τὰς κεφαλὰς, ἀπέριττοί τε τὰς ἀκροάς. ἐνίοτε δὲ κατάῤῥοις τε, καὶ κορύζαις ἐπὶ σμικροῖς αἰτίοις ἑτοίμως ἁλισκόμενοι. αἱ δ᾽ αἰσθήσεις αὐτῶν ἐν νεότητι μὲν ἀκριβεῖς τέ εἰσι, καὶ ἄμεμπτοι τὰ πάντα. προϊοῦσι δὲ, ἀπομαραίνονται ταχέως, καὶ συλλήβδην φάναι, ταχύγηροι τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἅπαντές εἰσι, διὸ καὶ πολιοῦνται ταχέως. αἱ τρίχες δ᾽ αὐτοῖς γεννηθεῖσι μὲν ἀνέρχονται μόγις, ἄτροφοι καὶ πυῤῥαί. προήκοντι δὲ τῷ χρόνῳ, κρατούσης μὲν ἐπὶ πλέον τῆς ψυχρότητος ἤπερ τῆς ξηρότητος, οὐ φαλακροῦνται. τοὔμπαλιν δὲ, εἰ συμβαίη τὴν ξηρότητα μὲν πλεῖον κρατῆσαι τῆς ὑγρότητος, τὴν ψυχρότητα δὲ τῆς θερμότητος ὀλίγον, οἱ τοιοῦτοι φαλακροῦνται. αἱ δ᾽ ὑγραὶ καὶ ψυχραὶ κράσεις ἐγκεφάλου, κωματώδεις ἐργάζονται, καὶ ὑπνηλοὺς, καὶ φαύλους τὰς αἰσθήσεσι, καὶ περιττωματικούς. εὐψύκτους τε καὶ εὐπληρώτους τὴν κεφαλὴν, εὐαλώτους τε κατάῤῥοις καὶ κορύζαις. οὐ μὴν οὐδὲ φαλακροῦνται οἱ τοιοῦτοι. ταυτὶ μὲν οὖν ἐστι τὰ σημεῖα τῶν ἐγκεφάλου κράσεων. ἐξ αὐτῶν δ᾽ ὁρμώμενος ἐφ᾽ ἕκαστον ὄργανον αἰσθήσεως, ἴθι τὰς διαγνώσεις μεταφέρων.

quod initio explicauimus, considerandúmque, quantum ex humorum temperie immutetur. Initio autem in eiusmodi temperamentis oculi venis carent. Promptéque à causis frigidis læduntur, ideóque in incerta instabilíque valetudine degunt. Aliquando quidem capita leuissima habent, emissariáque excrementis vacua, aliquando verò destillatione & grauedine, leui occasione promptè corripiuntur. In iuuentute quidem sensus eius acres sunt, omníque vitio carent, procedente verò tempore celeriter marcescunt. Et, vt semel dicam, omnes præproperam senectutem in capite ostendunt: quocirca citò canescunt. Capilli autem ægrè nascuntur, maléque nutriuntur in lucem editis: atque rufi sunt. Nec verò tempore, si frigus siccitatem magis exuperet, caluescunt. Contrà si humiditatem siccitas plurimum, frigiditas verò caliditatem paululum superet, caluescunt. Humida verò & frigida cerebri temperamenta soporosos ac somniculosos efficiunt. Ac sensus deprauant. Caput excrementis implent. Frigorisque iniuriis obnoxium reddunt. Faciléque replent, ac destillationibus grauedinibúsque opportunum efficiunt. Neque verò qui sic temperati sunt, caluescunt. Hæc igitur sunt cerebri temperamentorum indicia, quibus ad singula sentiendi instrumenta progrediendo, notas deprehendes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ΄.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν κράσεως.

Ἀρκέσει δ᾽ ἐπ᾽ ὀφθαλμῶν μόνον εἰπεῖν, ὅσοι μὲν ἁπτομένοις ἐναργῶς εἰσι θερμοὶ, καὶ κινοῦνται ῥᾳδίως τε καὶ πολλάκις, καὶ φλέβας εὐρείας ἔχουσι, θερμοὶ σύμπαντές εἰσι. ψυχροὶ δὲ οἱ τούτοις ἐναντίοι, καὶ ὑγροὶ μὲν, οἱ μαλακοί τε ἅμα καὶ πλήρεις ὑγρότητος. ξηροὶ δὲ οἱ αὐχμηροί τε ἅμα καὶ σκληροὶ, καὶ βλάπτονται μὲν ὑπὸ τῶν ὁμοίων αἰτίων τῇ κράσει ῥᾳδίως. ὠφελοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων τῇ ἐμμέτρῳ χρήσει. ἀλλὰ τοῦτό γε κοινὸν ἐπὶ πάσῃ διαγνώσει κράσεως ἁπάντος μορίου, μεμνῆσθαι προσήκει. μέγεθος δ᾽ ὀφθαλμῶν ἅμα μὲν εὐρυθμίᾳ τε καὶ τῇ τῶν ἐνεργειῶν ἀρετῇ, πλῆθος οὐσίας εὐκράτου ἐξ ἧς διεπλάσθησαν ἐνδείκνυται. τὸ δ᾽ ἄνευ τούτων, πολλὴν μὲν τὴν οὐσίαν, οὐκ εὔκρατον δὲ δηλοῖ. μικρότης δ᾽ ὀφθαλμῶν ἅμα μὲν εὐρυθμίᾳ τε, καὶ τῇ τῶν ἐνεργειῶν ἀρετῇ, ὀλίγην μὲν, ἀλλ᾽ εὔκρατον ἐνδείκνυται τὴν οὐσίαν ἐξ ἧς διεπλάσθησαν, ἅμα δ᾽ ἀῤῥυθμίᾳ τινὶ καὶ κακίᾳ τῶν ἐνεργειῶν, ὀλίγην τε ἅμα καὶ φαύλην εἶναι σημαίνει τὴν οὐσίαν αὐτῶν. τὰ δὲ κατὰ χρόας, ὧδε χρὴ διορίζεσθαι, γλαυκοὶ μὲν ὀφθαλμοὶ λάμποντες ὑγρότητι καθαρᾷ τε καὶ οὐ πολλῇ, φωτὸς λαμπροῦ γίνονται περιουσίᾳ, μέλανες δ᾽ ἔμπαλιν. οἱ δ᾽ αὖ μεταξὺ, κατὰ τὰς ἀνὰ μέσον αἰτίας. γλαυκὸς μὲν οὖν ὀφθαλμὸς ἤτοι διὰ μέγεθος, ἢ λαμπρότητα τοῦ κρυσταλλοειδοῦς, ἢ προπετῆ θέσιν, ἢ διὰ τὴν τοῦ λεπτοῦ καὶ ὑδατώδους ὑγροῦ τοῦ κατὰ τὴν κόρην ὀλιγότητά τε καὶ καθαρότητα γίνεται. πάντων μὲν ἅμα συνελθόντων, ὁ γλαυκότατος. εἰ δὲ τὰ μὲν αὐτῶν παρείη, τὰ δὲ μὴ, τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν γλαυκότητι συνίσταται. μέλας δ᾽ ὀφθαλμὸς, ἢ διὰ τὴν σμικρότητα τοῦ κρυσταλλοειδοῦς, ἢ διὰ τὸ ἐν βάθει θέσθαι, ἢ ὅτι λαμπρόν τε καὶ αὐγοειδὲς ἀκριβῶς οὐκ ἔστιν, ἢ ὅτι τὸ λεπτὸν ὑγρὸν, ἤτοι πλέον, ἢ οὐ καθαρόν ἐστιν, ἢ διά τινα τούτων, ἢ διὰ πάντα πέφυκε γίνεσθαι. τὸ μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον ἐν αὐτοῖς, ὡς

CAPVT IX.

Signa diagnostica temperamenti oculorum.

Sed de oculis solùm disputare satis fuerit. Qui enim calidi tangentibus manifestè sentiuntur faciléque ac crebrò mouentur, & venas amplas habent, calidi omnes sunt. Frigidi verò his contrarij sunt. Et humidi quidem molles sunt, humoréque referti: sicci verò squallentes, & duri. Faciléque à similibus suo temperamento causis læduntur, iuuantur verò à moderato contrariorum vsu. Verùm id in omni partis cuiusque temperamento cognoscendo commune esto. Oculorum magnitudo concinna vnà cum actionum integritate, temperatæ materiæ copiam ex qua conditi sunt, ostendit. quæ, si hæc desint, multam quidem materiam, sed malè temperatam significat. Oculorum verò paruitas & concinnitas vnà cum actionum integritate, paucam quidem, sed temperatam ostendit materiam, ex qua sunt conformati. Actionum verò vitium cum inconcinnitate quadam, paucam simul & prauam materiam ipsorum significat. Quæ autem ad colorem attinent, ad hunc modum explicanda sunt. Oculi puro ac non multo humore collucentes, splendoris magnitudine cæsij redduntur: nigri verò contrà: horum autem medij medias causas obtinent. Cæsius igitur oculus fit aut propter magnitudinem, aut splendorem crystallini humoris, aut prominentem eius situm, aut tenuis aquosi humoris qui ante pupillam positus est, exiguitatem & puritatem. Maximè autem cæsius fit omnibus his vnà concurrentibus. Quòd si horum quædam adsint, quædam verò desint, magis & minus cæsius fiet. Niger verò oculus fieri solet cum crystallinus humor paucus, vel in profundo positus, vel exquisitè splendidus ac lucidus non est: aut tenuis humor vel multus vel impurus est: aut cum aliqua horum adsunt, aut omnia. In his autem majoris, & minoris ratio inuenitur, vt antè

antè declaratum, est. Tenuis itaque humor aquosior & copiosior oculum humidiorem esse arguit: quemadmodum crassior & parcior sicciorem. Crystallinus verò si quidem durior sit, icciorem: si verò mollior, humidiorem. Ad eundem modum si tenuem plus iusto superet, aridiorem, sin superetur, contrarium efficit.

CAPVT X.

De signis diagnosticis temperamenti simplicis cordis, calidi, frigidi, sicci & humidi.

DE cordis autem temperamentis deinceps dicemus, si priùs memorauerimus, nos cum vnamquamque partem seipsa calidiorem esse, aut frigidiorem, aut sicciorem, aut humidiorem dicemus, non ad aliquam aliam, sed ad seipsam referre. Nam quocunque modo natura frigidius cor sit, temperamenti longè calidioris est quàm cerebrum calidissimum. Calidioris igitur cordis, quatenus ad suam mediocritatem refertur, signa quædam inseparabilia ac propria sunt, respirationis & pulsus magnitudo, celeritas, & frequentia; audacia, & ad actiones obeundas impigritas. Quòd si plurimùm calor exuperet, præceps acerbáque iracundia, & furiosa temeritas. Est autem his thorax hispidus, maximéque pectus, & vicinæ hypochondriis partes. Magna autem ex parte corpus vniuersum calidum reddit calida cordis intemperies; nisi iecur vehementer obsistat. Paulò post autem totius corporis signa recensebimus. Quinetiam thoracis latitudo, caloris est nota, nisi hîc etiam vehementer cerebrum obstiterit; quoniam vt plurimùm spinæ medullæ magnitudo illi proportione respondet. Tanta quidem vertebrarum, quanta spinæ medullæ, magnitudo est; proindéque & totius spinæ. Cum ea autem parte quæ dorso adhæret, thorax coniungitur, quemadmodum nauis cum carina; quocirca dorsum longitudine necessariò æquabit, latitudinem verò vertebrarum ratione, quum ad crassitudinis earum proportionem conditus sit, habebit. Quum verò cordis calor exuperans ex primo ortu flatu distendat ac dilatet, ipsius calori proportione respondebit. Quare si exiguum caput sit, thorax verò latus, maximum caloris cordis est argumentum. Si verò id magnum sit, thorax verò paruus, cordis frigidioris maximéque propria nota est. Quòd si capiti proportione thorax respondeat, aliis notis cordis temperamentum explicanda est, nullo ex thoracis magnitudine sumpto indicio. In frigidiore verò corde pulsus sunt mediocribus minores, non tamen necessariò tardiores, aut rariores. Respiratio verò, si quidem thorax tantò minor sit, quantò cordis frigus vehementius, pulsibus proportione respondebit. Sin maior quàm pro cordis frigoris vehementia, non solùm minor, sed & tardior & rarior erit. Tales natura timidi sunt, diffidentes, torpentes, & cunctatores. Et glabrum pectus habet. De exiguitate autem eius differere, vt antè dictum est, oportet. Quemadmodum, & de corporis vniuersi calore. Siccius autem cor duriores pulsus efficit. Et iram non præcipitem quidem, sed feram, ac implacabilem, vniuersúmque

A ἔμπροσθεν εἴρηται. τὸ μὲν οὖν λεπτὸν ὑγρὸν, ὑδατωδέστερόν τε καὶ πλέον γινόμενον, ὑγρότερον ἀποφαίνει τὸν ὀφθαλμόν. ὥσπερ γε καὶ εἰ παχύτερον, ἢ ἔλαττον γίνοιτο ξηρότερον, τὸ δὲ κρυσταλλοειδὲς, εἰ μὲν σκληρότερον εἴη, ξηρότερον, εἰ δὲ μαλακώτερον, ὑγρότερον. οὕτως δὲ καὶ εἰ μὲν ὑπερβάλλοι τῆς συμμετρίας τοῦ λεπτοῦ ξηρότερον. εἰ δ' ἀπολείποιτο, τοὐναντίον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

B Περὶ σημείων διαγνωστικῶν τῆς κράσεως ἁπλῆς τῆς καρδίας, θερμῆς, ψυχρᾶς, ξηρᾶς, καὶ ὑγρᾶς.

ΠΕρὶ δὲ τῶν τῆς καρδίας κράσεων ἑξῆς λεγέσθω. πρότερόν γε τοῦτο ἀναμνησάντων ἡμῶν, ὡς ἕκαστον μέρος ἤτοι θερμότερον, ἢ ψυχρότερον, ἢ ξηρότερον, ἢ ὑγρότερον ἑαυτοῦ γεγονέναι φαμὲν, οὐ πρὸς ἕτερόν τι παραβάλλοντες, ἀλλὰ πρὸς ἑαυτό. ὅπως γὰρ ἂν ἡ καρδία γένηταί τινι, φύσει ψυχροτέρα πολὺ θερμότερος τὴν κρᾶσίν ἐστιν, ἐγκεφάλου τοῦ θερμοτάτου. τῆς μὲν οὖν θερμοτέρας, ὡς πρὸς τὴν οἰκείαν συμμετρίαν καρδίας σημεῖα. τὰ μὲν ἀχώριστά τε καὶ C οἰκεῖα, μέγεθος ἀναπνοῆς, καὶ σφυγμοῦ τάχος, καὶ πυκνότης ἐστὶν, εὐτολμία τε, καὶ τὸ πρὸς τὰς πράξεις ἄοκνον. εἰ δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἥκει θερμότητος, ὀξυθυμία τε μανιώδης, καὶ θρασύτης. ἔστι δὲ καὶ λάσιος αὐτοῖς ὁ θώραξ, καὶ μάλιστα τὰ στέρνα, καὶ τὰ καθ' ὑποχόνδριον ὅσα τούτοις πλησίον. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ, καὶ τὸ σύμπαν σῶμα θερμὸν ἐπὶ θερμῇ τῇ καρδίᾳ γίνεται, πλὴν εἰ μὴ μεγάλως ἀντιπράττοι τὸ ἧπαρ. εἰρήσεται δ' ὀλίγον ὕστερον ἅπαντος τοῦ σώματος τὰ γνωρίσματα. καὶ μέντοι καὶ ἡ τοῦ θώρακος εὐρύτης, θερμότητος γνώρισμα. πλὴν εἰ μὴ κἀνταῦθά ποτε μεγάλως ὁ ἐγκέφαλος D ἀντιπράξειεν. ἐπειδὴ τὸ μὲν τοῦ νωτιαίου μέγεθος, ἀνάλογόν ἐστιν ἐκείνῳ τὰ πολλὰ, καὶ τηλικοῦτοι μὲν οἱ σπόνδυλοι τὸ μέγεθος ἡλίκος ὁ νωτιαῖος μυελὸς, ὥστε καὶ ἡ ῥάχις ὅλη. συμπήγνυται δὲ ὁ θώραξ ἐπὶ τῷ κατὰ τὸ μετάφρενον αὐτῆς μέρει, καθάπερ ἐπὶ τρόπιδι ναῦς, ὥστ' ἐξ ἀνάγκης ἕξει τὸ μὲν μῆκος ἴσον τῷ μεταφρένῳ, τὸ δ' εὖρος, ὅταν μὲν ἀνάλογον τῷ πάχει τῶν σπονδύλων ἡ σύμπηξις αὐτῷ γένηται κατ' ἐκείνους. ὅταν δὲ ἡ τῆς καρδίας θερμότης κρατήσασα, διαφυσήσῃ τε καὶ εὐρυνῇ κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν, ἀνάλογον τῇ ταύτης θερμότητι. διὸ καὶ ὅταν μὲν ἐπὶ σμικρᾷ κεφαλῇ, ὁ θώ- E ραξ εὐρὺς ᾖ, μέγιστον γίνεται γνώρισμα τῆς κατὰ τὴν καρδίαν θερμότητος. ὅταν δ' ἐπὶ μεγάλῃ σμικρὸς, ἰδικώτατον καὶ τοῦτο σημεῖόν ἐστι καρδίας ψυχροτέρας. εἰ δ' ἀνάλογον ἔχει τὴν κεφαλὴν τοῖς ἄλλοις σημείοις, διορίζου περὶ τῆς καρδίας, ὡς ἐκ θώρακός γε πηλικότητος οὐδὲν ληψόμενος. ἐπὶ δὲ ψυχροτέρας καρδίας, σφυγμοὶ μικρότεροι τῶν συμμέτρων, οὐ μὴν βραδύτεροί γε ἐξ ἀνάγκης, ἢ ἀραιότεροι. ἡ ἀναπνοὴ δὲ, εἰ μὲν τοσοῦτον μικρότερος ὁ θώραξ, ὅσον ἡ καρδία ψυχροτέρα, τοῖς σφυγμοῖς ἀνάλογον. εἰ δὲ μείζων, ἢ κατὰ τὸ ποσὸν τῆς ψύξεως, οὐ σμικροτέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ βραδυτέρα, F καὶ ἀραιοτέρα. δειλοὶ τὴν φύσιν οἱ τοιοῦτοι, καὶ ἄτολμοί εἰσι, καὶ μελληταὶ, καὶ ψιλὸν αὐτοῖς τὸ στέρνον τριχῶν ἐστι. περὶ δὲ σμικρότητος αὐτῆς διοριστέον, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ περὶ τῆς ὅλου τοῦ σώματος θερμότητος. ἡ δὲ ξηροτέρα καρδία, τοὺς σφυγμοὺς ἐργάζεται σκληροτέρους, καὶ τὸν θυμὸν οὐχ ἕτοιμον μὲν, ἄγριον δὲ καὶ δυσπαυστον, ὡς τὰ πολλὰ δὲ, καὶ ὅλον τὸ

σῶμα ξηρότερον, εἰ μὴ τὰ καθ' ἧπαρ ἀντιπράττει. ὑγροτέρας δὲ καρδίας σημεῖα, σφυγμοὶ μαλακοί, καὶ ἦθος εὐκίνητον μὲν πρὸς ὀργήν, εὐκατάπαυστον δέ, καὶ τὸ σύμπαν σῶμα ὑγρότερον, πλὴν εἰ μὴ τὰ καθ' ἧπαρ ἀντιπράττει.

corpus, vt plurimum aridius, nisi iecur obstiterit. Humidioris verò cordis signa, pulsus molles, mores ad iram procliues, sed quæ facilè pacari possit, vniuersúmque corpus humidius, nisi iecur repugnet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως συνθέτου τῆς καρδίας, θερμῆς καὶ ξηρᾶς, θερμῆς καὶ ὑγρᾶς, ψυχρᾶς καὶ ὑγρᾶς, ψυχρᾶς καὶ ξηρᾶς.

Κατὰ δὲ συζυγίαν τῶν πρώτων ποιοτήτων, αἱ δυσκρασίαι τῆς καρδίας ὧδε ἔχουσιν. θερμῆς καὶ ξηρᾶς καρδίας οἱ σφυγμοὶ σκληροὶ καὶ μεγάλοι, καὶ ταχεῖς, καὶ πυκνοί, καὶ αἱ ἀναπνοαὶ μεγάλαι τε, καὶ ταχεῖαι, καὶ πυκναί. καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον εἰς τάχος ἐπιδιδόασι καὶ πυκνότητα, οὐ συναυξηθέντος ἀνάλογον τῇ καρδίᾳ τοῦ θώρακος. πάντων οὗτοι λασιώτατοι τὰ κατὰ τὸ στέρνον εἰσί, καὶ τὸ ὑποχόνδριον. εἰς δὲ τὰς πράξεις ἕτοιμοι, καὶ θυμικοί, καὶ ταχεῖς ἄγριοι, καὶ ἀνήμεροι, καὶ ἰταμοί, καὶ ἀναίσχυντοι, καὶ τυραννικοὶ τοῖς ἤθεσι, καὶ γὰρ ὀξύθυμοι, καὶ δυσπαυστοι. περὶ δὲ τῆς ἅπαντος τοῦ σώματος κράσεως, ἔτι τε τῆς τοῦ θώρακος εὐρυχωρίας, ἀνάλογον τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις διοριστέον. εἰ δ' ὑγρότης ἐπικρατήσειεν ἅμα θερμότητι, λάσιοι μὲν ἧττον οἱ τοιοῦτοι τῶν προειρημένων, ἕτοιμοι δὲ εἰς τὰς πράξεις οὐδὲν ἧττον. οὐ μὴν ἄγριός γε ὁ θυμός, ἀλλ' εἰς ὀργὴν μόνον ἕτοιμοι, οἱ σφυγμοὶ δὲ μαλακοί τε καὶ μεγάλοι, καὶ ταχεῖς, καὶ πυκνοί. καὶ ἡ ἀναπνοὴ τοῦ μὲν θώρακος ἀνάλογον ἔχοντος τῇ καρδίᾳ, κατὰ τὴν αὐτὴν ἰδέαν τοῖς σφυγμοῖς. μικροτέρου δὲ γενομένου, τοσοῦτον θάττων τε καὶ πυκνοτέρα τῶν προειρημένων, ὅσον καὶ ὁ θώραξ μικρότερός ἐστιν. πολλῆς δὲ τῆς κατὰ τὴν κρᾶσιν ἐκτροπῆς γενομένης, καὶ μάλιστα εἰ κατὰ τὴν ὑγρότητα συμπέσῃ τοῦτο, πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἔτι καὶ τὰ σηπεδονώδη νοσήματα γίνεται, διαφθειρομένων τε καὶ σηπομένων αὐτοῖς τῶν χυμῶν συμπεσεῖται, καὶ αἱ ἐκπνοαί, μείζους τε καὶ θάττους τῶν εἰσπνοῶν, κἀν τοῖς σφυγμοῖς ἡ συστολὴ ταχεῖα. ὑγροτέρας δὲ καὶ ψυχροτέρας καρδίας, οἱ μὲν σφυγμοὶ μαλακοί, τὸ δὲ ἦθος, ἄτολμόν τε καὶ δειλόν, καὶ ὀκνηρόν. εἰσὶ δὲ καὶ ψιλοὶ τριχῶν οἱ τοιοῦτοι τὰ στέρνα, καὶ ἥκιστα μηνιῶσιν, ὥσπερ καὶ εἰς ὀργὴν οὐχ ἕτοιμοι. τὰ δὲ κατὰ θώρακα, καὶ τὸ σύμπαν σῶμα, τοῖς ἔμπροσθεν ὡσαύτως διοριστέον. ἡ ψυχροτέρα δὲ καὶ ξηροτέρα καρδία, τοὺς μὲν σφυγμούς, σκληροὺς ἐργάζεται καὶ μικρούς. τὴν δὲ ἀναπνοήν, εἰ μὲν ἀνάλογον τῇ ψυχρότητι μικρὸς ὁ θώραξ γένοιτο σύμμετρον. εἰ δὲ μείζων, ἀραιὰν καὶ βραδεῖαν. ἀοργητότατοι πάντων οὗτοι. βιασθέντες μέντοι τισὶν ὀργισθῆναι, φυλάττουσι τὴν μῆνιν. εἰσὶ δὲ καὶ ἄτριχοι τὰ στέρνα πάντων μάλιστα. περὶ δὲ σμικρότητος τοῦ θώρακος, ἔτι τε τῆς τοῦ ὅλου σώματος ψυχρότητος ὁμοίως διοριστέον. ἓν κοινὸν ἐπὶ πᾶσι τοῖς εἰρημένοις ἐκεῖνο μεμνημένους, ὡς ὅσα περὶ ἠθῶν, ἢ νῦν, ἢ κατ' ἄλλον τινὰ γέγραπται λόγον, εἰς διάγνωσιν κράσεως, οὐχ ὑπὲρ τῶν ἐκ φιλοσοφίας, ἢ χρηστῶν, ἢ μοχθηρῶν ἠθῶν ἐγγιγνομένων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἐμφύτων ἑκάστῳ λέλεκται.

CAPVT XI.

Signa diagnostica temperamenti compositi cordis, calidi sicci, calidi humidi, frigidi humidi, & frigidi sicci.

IN coniugatis verò primis cordis qualitatibus intemperaturæ ad hunc modum habent. Calidi & sicci cordis pulsus duri sunt, magni, celeres, ac frequentes. Et respirationes magnæ, celeres, ac frequentes; multóque magis celeritas ac frequentia maior fit, si thorax ad cordis proportionem auctus non sit. His autem maximè omnium pectus ac hypochondria hirsuta sunt. Ad actiones verò prompti sunt, animosi, celeres, truculenti, immansueti, improbi, impudentes, tyrannicisque moribus præditi. Etenim concitati animi sunt, ac vix implacabiles. De corporis autem vniuersi temperamento præterea & de thoracis latitudine, ad eorum quæ antè declarata sunt proportionem differere oportet. Si verò humiditas vnà cum calore vincat; minus hirsuti sunt, quàm hi de quibus antè meminimus: non minus verò ad res agendas prompti. Nec verò feroci sunt animo, sed tantùm ad iram proni. Pulsus autem molles sunt, magni, celeres, ac crebri. Et respiratio, si quidem thorax cum corde proportionem habeat, eandem quæ pulsibus inest, formam seruabit. Quòd si minor is sit, tantò celerior ac frequentior, quàm antè commemoratæ, respiratio erit, quantò thorax minor extiterit. Si verò temperamentum à mediocritate multum deflectat, præsertímque ad humiditatem; præter ea quæ suprà retulimus, morbos ex humorum corruptione ac putredine procreabit. Et expiratio inspiratione maior, & celerior est, in pulsibúsque celeris contractio. Humidioris verò & frigidioris cordis temperamenti pulsus molles sunt. Quatenus autem ad mores attinet, diffidentes, timidi, segnésque sunt, hique sunt pectore glabro. Et quemadmodum promptè non irascuntur, sic nec pertinacis sunt iræ. Quæ verò ad thoracem & vniuersum corpus attinent, ea non aliter explicare oportet, quàm quæ priùs exposita sunt. Frigidius autem ac aridius cor pulsus duros & paruos efficit; respirationem verò (si quidem thoracis exiguitas cum cordis frigore proportionem habeat) pulsibus respondentem, sin is latior sit, raram ac tardam. Hi omnium minimè iracundi sunt: coacti tamen aliqua occasione irasci, iram retinent. Glabro autem ac debili omnium maximè sunt pectore. De thoracis autem paruitate, & totius corporis frigore, eodem modo differendum est. Vbi vnum commune in omnibus quæ dicta sunt, memorauerimus; nempe nos de moribus tam in hoc quàm in alio opere ad temperamenti cognitionem proditis, non de bonis prauisque ex philosophia comparatis, sed vnicuique congenitis verba fecisse.

CAPVT XII.

Signa diagnoſtica temperamenti ſimplicis & compoſiti hepatis.

IEcoris calidioris notæ ; venarum latitudo ; Flaua bilis vberior ; & in ætatis vigore, atra. Calidior ipſi ſanguis eſt, ob idque corpus vniuerſum, niſi cor repugnet. Hirſuta his hypochondria ſunt, ac venter. Frigidioris autem, venarum anguſtia, vberior pituita, ſanguis vniuerſique corporis habitus frigidior, niſi à corde calefiat. Glabra his hypochondria ſunt, ac venter. Siccioris verò, ſanguis craſſior ac paucior, venæ duriores, vniuerſus corporis habitus aridior. Humidioris autem, ſanguis quidem vberior ac humidior ; venæ molliores, quemadmodum vniuerſum corpus, niſi cor repugnet. Calidioris verò ſimul & aridioris iecoris ſignæ ſunt ; hypochondria hirſutiſſima, ſanguis craſſior & ſiccior, flaua bilis plurima, & in ætatis vigore atra ; venæ amplæ ac duræ ſunt ; quemadmodum & vniuerſum corpus. Calor enim qui ex corde prodit, frigus quod ex iecore proficiſcitur, vincere poteſt, quemadmodum frigus calorem. Siccitatem verò cor humidius in contrarium mutare non poteſt. In harum autem qualitatum medio, iecoris humiditas conſiſtit, vtpote quæ magis à cordis ſiccitate vincatur, quàm ſiccitas ab humiditate, ſed minus tamen quàm calor, atque etiam longè minus quàm frigus. Ipſa enim omnium iecoris qualitatum facillimè ſuperatur. Conſtat igitur, quòd in idem conſpirantibus vtriuſque principij temperamentis, corpus totum pro illarum viribus omninò afficietur, cuius notas poſt explicabimus. Humidius autem ſimul & calidius iecur minus quàm calidius & aridius hirſuta reddit hypochondria. Plurimum verò ſanguinis gignit, magnáſque venas efficit, & corporis habitum humidiorem ac calidiorem, niſi cor repugnet. Si verò vtraque qualitas naturalem modum vehementer exuperet, morbo ex putredine, humorúmque vitio corpus promptè corripietur. Atque etiam magis, ſi aucta ſit humiditas, non multùm verò calor : contrà verò ſi parum quidem aucta ſit humiditas, plurimùm verò calor, humorum vitio minimè laborat. Humidius autem ac frigidius iecur glabra habet hypochondria, magíſque pituitoſum ſanguinem gignit, vnà cum venarum anguſtia. Vniuerſum corpus ſibi ſimile reddit ; niſi cor in contrarium mutet. Frigidius autem & aridius iecur paulum ſanguinis gignit ; anguſtáſque venas efficit, & hypochondria glabra reddit, niſi & hîc cor quoque vicerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως ἁπλῆς τε, καὶ συνθέτου τοῦ ἥπατος.

Ἥπατος θερμοτέρου γνωρίσματα, φλεβῶν εὐρύτης, ἡ ξανθὴ χολὴ πλείων. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τῆς ἀκμῆς, καὶ ἡ μέλαινα, θερμότερον αὐτοῖς τὸ αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ τὸ σύμπαν σῶμα. πλὴν εἰ μὴ τὰ κατὰ τὴν καρδίαν ἀντιπράττοι, δασύτης τῶν καθ᾽ ὑποχόνδρια καὶ γαστέρα. ψυχροτέρου δὲ στενότης φλεβῶν, φλέγμα πλεῖον, αἷμα ψυχρότερον, καὶ ἡ σύμπασα τοῦ σώματος ἕξις ψυχροτέρα, εἰ μή τι πρὸς τῆς καρδίας θερμαίνοιτο, ψιλὰ τειχῶν ὑποχόνδριά τε καὶ γαστήρ. ξηροτέρου δέ, τὸ μὲν αἷμα παχύτερόν τε, καὶ ξηρότερον, καὶ ὀλιγώτερον, αἱ φλέβες δὲ σκληρότεραι, καὶ ἡ σύμπασα τοῦ σώματος ἕξις ξηροτέρα. ὑγροτέρου δέ, τὸ μὲν αἷμα πλεῖόν τε καὶ ὑγρότερον, αἱ φλέβες δὲ μαλακώτεραι. οὕτως δὲ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα, πλὴν εἰ μὴ τὰ κατὰ τὴν καρδίαν ἀντιπράττοι. θερμοτέρου δὲ ἅμα καὶ ξηροτέρου ἥπατος γνωρίσματα, λασιώτατον ὑποχόνδριον, αἷμα παχύτερόν τε ἅμα καὶ ξηρότερον, ἡ ξανθὴ χολὴ πλείστη, κατὰ δὲ τὴν ἀκμήν, καὶ ἡ μέλαινα. φλεβῶν εὐρύτης τε, καὶ σκληρότης. οὕτως δὲ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα. θερμότης μὲν γὰρ ἡ ἐκ καρδίας ὁρμωμένη, νικῆσαι δύναται τὴν ἐξ ἥπατος ὁρμωμένην ψυχρότητα, καθάπερ τε καὶ ἡ ψυχρότης τὴν θερμότητα. τὴν ξηρότητα δέ, οὐχ οἷόν τε πρὸς τοὐναντίον ὑπὸ τῆς καρδίας ὑγροτέρας γινομένης ἀχθῆναι. μεταξὺ δέ ἐστιν ἡ ἀφ᾽ ἥπατος ὑγρότης τῶν εἰρημένων. μᾶλλον μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς ἐν καρδίᾳ νικᾶται ξηρότητος, ἤπερ ἡ ξηρότης ὑπὸ τῆς ὑγρότητος. ἧττον δὲ τῆς θερμότητος, ἔτι δὲ μᾶλλον ἧττον ὑπὸ τῆς ψυχρότητος. εὐνικητοτάτη γὰρ αὕτη τῶν ἐξ ἥπατος ὁρμωμένων ποιοτήτων. εὔδηλον οὖν, ὡς ἐπειδὰν εἰς ταὐτὸ συνδράμωσιν αἱ τῶν ἀρχῶν ἀμφοτέρων κράσεις, ὅλον ἀκριβῶς τὸ σῶμα κατ᾽ ἐκείνας διατίθεται. λεχθήσεται δὲ ὀλίγον ὕστερον αὐτοῦ τὰ γνωρίσματα. τὸ δὲ ὑγρότερον ἅμα καὶ θερμότερον ἧπαρ, ἧττον μὲν τοῦ θερμοτέρου καὶ ξηροτέρου τὰ καθ᾽ ὑποχόνδριον ἐργάζεται λάσια. πλεῖστον δ᾽ αἷμα, καὶ φλέβας μεγάλας, καὶ τὴν ἕξιν ὑγροτέραν καὶ θερμοτέραν, εἰ μὴ τὰ κατὰ τὴν καρδίαν ἀντιπράττοι. εἰ δὲ ἐπὶ πλέον ἀμφοτέραις ταῖς ποιότησιν ἐκτραπείη τοῦ κατὰ φύσιν, ἑτοίμως ἁλίσκεται τοῖς σηπεδονώδεσι, καὶ κακοχύμοις νοσήμασιν, ἔτι μᾶλλον εἰ ἐπὶ πλεῖστον μὲν αὐξηθείη τὸ ὑγρόν, ἐπ᾽ ὀλίγον δὲ τὸ θερμόν. εἰ δ᾽ ἔμπαλιν ἐπ᾽ ὀλίγον μὲν αὐξηθείη τὸ ὑγρόν, ἐπὶ πλεῖστον δὲ τὸ θερμόν, ἥκιστα κακόχυμοι γίγνονται. τὸ δ᾽ αὖ ὑγρότερον καὶ ψυχρότερον ἧπαρ, ἄτειχον μὲν ἔχει τὸ ὑποχόνδριον· αἷμα δ᾽ ἐργάζεται φλεγματικώτερον, ἅμα φλεβῶν στενότητι. καὶ τὸ σύμπαν σῶμα παραπλησίως ἔχον, εἰ μὴ πρὸς τῆς καρδίας ἐς τἀναντία μετάγοιτο. τὸ δὲ ψυχρότερον καὶ ξηρότερον ἧπαρ, ὀλίγαιμόν τε καὶ στενόφλεβον ἐργάζεται τὸ σῶμα καὶ ψυχρότερον. ὑποχόνδριόν τε ψιλόν, εἰ μὴ κἀνταῦθα νικήσειεν ἡ καρδία.

CAPVT XIII.

Signa diagnoſtica temperamenti ſimplicis & compoſiti teſtium.

TEſtium temperamentũ calidũ quidẽ in venerem pronũ eſt; mares procreat, & fœcũdũ eſt,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως ἁπλῆς τε, καὶ συνθέτου τῶν ὄρχεων.

Τῆς δὲ τῶν ὄρχεων κράσεως, ἡ θερμὴ μέν, ἀφροδισιαστική τέ ἐστι, καὶ ἀρρενογόνος, καὶ γόνιμος, καὶ ταχέως δασυνε-

τὰ γεννητικὰ μόρια. συνεφάπτεται δὲ καὶ τῶν τριχῶν. ἡ ψυχρὰ δὲ, τοὐναντία. καὶ ἡ μὲν ὑγρὰ πολύσπερμός τέ ἐστι, καὶ ὑγρόσπερμος, ἡ ξηρὰ δὲ, ὀλιγόσπερμός τε, καὶ μετρίως παχύσπερμος. ἡ θερμοτέρα δὲ, καὶ ξηροτέρα, παχυσπερμοτάτη τέ ἐστι, καὶ γονιμωτάτη. καὶ τάχιστα πρὸς συνουσίαν ἐπεγείρει τὸ ζῶον εὐθέως ἐξ ἀρχῆς. ἀτὰρ οὖν οἱ τοιοῦτοι, καὶ δασύνονται τάχιστα τὰ γεννητικὰ μόρια, καὶ σύμπαντα τὰ πέριξ, ἄνω μὲν ἄχρι τῶν κατὰ τὸ ὀμφαλὸν χωρίων, κάτω δὲ, μέχρι μέσων μηρῶν. ὁρμητικὴ μὲν οὖν ἡ τοιαύτη κρᾶσις ἱκανῶς ἐφ᾽ ἀφροδίσια, τάχιστα δὲ ἐμπιπλαμένη, καὶ εἰ βιάσαιτο, βλαπτομένη. συνελθούσης δὲ ὑγρότητος τῇ θερμότητι, λάσιοι μὲν ἧττον οἱ τοιοῦτοι, πολύσπερμοι δὲ μᾶλλον, οὐ μὴν ὀρέγονταί γε μᾶλλον τῶν ἑτέρων, ἐξαρκοῦσι δ᾽ ἀβλαβέστερον ἀφροδισίοις πλείοσιν. εἰ δ᾽ ἱκανῶς ἄμφω συναυξηθείη τό θ᾽ ὑγρὸν, καὶ θερμὸν, οὐδ᾽ ἀβλαβῶς ἀπέχονται τῶν ἀφροδισίων. Εἰ δ᾽ ὑγρότεροι, καὶ ψυχρότεροι τὴν κρᾶσιν οἱ ὄρχεις γένοιντο, ψιλὰ τὰ πέριξ τριχῶν, καὶ βραδέως ἀφροδισιάζειν ἄρχονται, καὶ οὐδ᾽ ὁρμητικοὶ πρὸς τὴν ἐνέργειαν εἰσιν, ὑδατῶδες δὲ καὶ λεπτὸν αὐτοῖς τὸ σπέρμα, καὶ ὀλίγον ἐστὶ, καὶ θηλύγονον, καὶ ἄγονον. ἡ ψυχροτέρα δὲ, καὶ ξηροτέρα κρᾶσις, ὁμοία μὲν τἄλλα τῇ προειρημένῃ κράσει, παχύτερον δ᾽ αὐτοῖς τὸ σπέρμα, καὶ παντάπασιν ὀλίγον.

Pilisque genitalia, & quæ circum ea sunt partes, celeriter replet; Humidum multam humidámque genituram parit; Siccum verò paucam & mediocriter crassam procreat; Crassissimam verò ac fœcundissimam calidius ac siccius. Initióque statim animans celeriter ad venerem excitat. Cæterùm talibus celerrimè genitales circúmque omnes partes sursum versus ad vmbilicum vsque, deorsum verò vsque ad media femora pilis replentur. Eiusmodi temperatura ad venerem multùm quidem concitatur, sed ea celerrimè satiatur, quæ si violenta sit, noxam adfert. Coëuntibus autem calore & humiditate, minùs quidem hirsuti sunt, sed genitura magis abundant, tametsi quàm cæteri veneris appetentiores non sunt, sed huic innocentius indulgent. Quòd si ambo, nempe calor & humiditas, multum excesserint, non sine incommodo à venere abstinent. Si verò humidiores ac frigidiores natura testes sint, vicinas partes pilis nudas habent, tardéque venerem exercere incipiunt, nec ad eam ruunt. Aquosam autem & tenuem habent genituram, & infœcundam, & ex qua fœminæ procreantur. Frigidior verò & siccior temperies reliqua alia habet antè declaratis similia; semen verò omninò crassum & paucum obtinet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔʹ.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς ὅλου τοῦ σώματος ἕξεως.

Αἱ δ᾽ ὅλου τοῦ σώματος ἕξεις, εἴρηνται μὲν που καὶ πρόσθεν, ὡς ὁμοιοῦνται καρδίᾳ καὶ ἥπατι. κρατεῖ δὲ ἡ ὁμοιότης τοῦ σφοδροτέραν ἔχοντος ἣν ἂν ποιῶν τῶν πρώτων ποιοτήτων, ἃς δὴ καὶ δραστικὰς ὀνομάζουσιν. ὅλου δὲ τοῦ σώματος ἡ ἕξις, ἐπ᾽ ἐκείνων λέγεται μάλιστα τῶν μορίων, ὅσα θεωμένοις ὑποπίπτει πρῶτα. μύες δὲ εἰσιν οὗτοι, πᾶσι τοῖς ὀστοῖς περιβεβλημένοι, σύνθετοί τινες σάρκες, ἔκ τε τῆς ἁπλῆς τῆς πρώτης σαρκὸς, ἔτι τε τῶν ἰνῶν αἷς αὗται περιπεφύκασιν. ἡ γὰρ οἰκεία τῶν μυῶν οὐσία, ταῦτ᾽ ἐστὶν ἄμφω. τὰ δ᾽ εἰς αὐτοὺς ἥκοντα τῶν ἀγγείων, οἷον ὀχετοί τινές εἰσιν, οὐ συμπληροῦντες αὐτῶν τὴν οὐσίαν, ἀλλ᾽ ὑπηρετοῦντες εἰς διαμονήν. εἰρήσεται τοίνυν καὶ τὰ τῆς τούτων κράσεως γνωρίσματα, κατὰ τὴν εὔκρατον οἴκησιν. ἐξαλλάττουσι γὰρ αἱ δύσκρατοι τὸ δέρμα, καθ᾽ ἑαυτὰς τυποῦσαι, καὶ διαφθείρουσιν ἔνια τῶν γνωρισμάτων. οὕτως δὲ, καὶ εἰ κατὰ τὴν εὔκρατον χώραν ὥρᾳ θέρους ἑαυτὸν ἡλίῳ τις παραβάλλοι γυμνὸν, ἐξαλλάξει τῶν γνωρισμάτων ὅσα κατὰ χρόαν τέ ἐστι, καὶ τὴν ἐν μαλακότητι, καὶ σκληρότητι σύστασιν. Εἰ δ᾽ ὥσπερ εὔκρατόν ἐστι τὸ χωρίον, οὕτως καὶ αὐτὸς εὐκράτως διαιτῷτο, μήτ᾽ ἐξοπτώμενος ἐν ἡλίῳ γυμνὸς, ἑκάστης ἡμέρας ἐπὶ πλεῖστον. ἀλλὰ μήθ᾽ ὥσπερ ἔνιοι δίκην παρθένου σκιατραφούμενος, ἀκριβῆ τὰ τῆς κράσεως ἐνδείξεται γνωρίσματα. καὶ τοίνυν ὡς ἐπὶ τούτων τοῦ λόγου γενησομένου, προσέχωμεν ἤδη τὸν νοῦν αὐτῷ. συμμέτρου κράσεως γνωρίσματα, πρὸς ὅλην τοῦ ζώου τὴν ἕξιν, ἡ χροιὰ μὲν ἐξ ἐρυθροῦ καὶ λευκοῦ συμμιγής. αἱ τρίχες δὲ, ξανθαὶ μετρίως, καὶ οὖλαι τὰ πολλά. συμμετρία δὲ σαρκώσεως, ἐν ποσότητι καὶ ποιότητι. μέσον γὰρ ἀκριβῶς ἐστι τὸ τοιοῦτον σῶμα πασῶν τῶν ὑπερβολῶν, ὡς ἂν καὶ νοουμένων τε καὶ λεγομένων πρὸς αὐτό. καὶ γὰρ τὸ παχὺ σῶμα, πρὸς τοῦτο λέγεται παχὺ, καὶ τὸ λεπτὸν ὡσαύτως, πρὸς τοῦτο πολύσαρκόν τε καὶ ὀλιγόσαρκον, καὶ πιμελῶδες, καὶ σκληρὸν, καὶ μαλακὸν, καὶ λάσιον, καὶ ψιλόν. οὐδὲν οὖν τούτων ἐστὶ, τὸ σύμμετρον.

CAPVT XIV.

Signa diagnostica temperamenti habitus totius corporis.

QVòd autem totius corporis habitus cordi & iecori similis sit, priùs diximus; ei verò similior est, quod vnam quamlibet ex primis qualitatibus, quas agentes vocant, potentiorem habet. Totius autem corporis habitus de his maximè partibus dicitur, quæ primæ intuentibus obiiciuntur; cuiusmodi sunt musculi ossa omnia cingentes, ex simplici primáque carne, & fibris quas ipsa conuestit, constantes. Nam propria musculorum substantia ex his duobus est composita. Quæ autem ad eos vasa perueniunt velut riui quidam sunt, non quidem eorum substantiam constituentes, sed ea suggerentes quibus seruentur. Horum igitur temperamenti signa in temperata regione intelligenda sunt. Cutem enim immutant intemperatæ, per se formam imprimentes; & notas quasdam corrumpunt. Ad eundem autem modum, si quis in temperata regione æstiuo tempore nudum se Soli exposuerit, signa quæ ex colore mollitie & duritie sumuntur immutabit. Si verò vt temperata regio est, ita moderatam victus rationem serues, nec Sole te plurimùm quotidie exuras, sed nec (vt nonnulli) ad instar virginum in vmbraculis degas, temperamenti exquisitas notas præbebis. Tanquam igitur de his futura sit disputatio, huic adhibendus animus est. Commoderati temperamenti signa, quod ad totum animalis habitum attinet, sunt, color ex rubro candidóque mistus; Capilli modicè flaui; & vt plurimùm crispi; Caro tum qualitate tum quantitate mediocris est. Eiusmodi enim corpus omnium exuperantiarum omninò est medium, ita vt ad ipsum relata corpora & intelligantur & dicantur. Siquidem crassum corpus cum ipso comparatum, dicitur crassum, quemadmodum & tenue, si cum eodem conferas: corpulentum quoque & gracile, pingue, durum; & molle; hirsutum, & glabrum. Nullũ igitur horum mediocre est, sed

sed quod ad omnis mediocritatis summum (qualis est Polycleti regula) peruenit, ita vt tangentibus neque molle neque durum, neque calidum, neque frigidum, inspicientibus verò neque hirsutum, neque glabrum, neque crassum, neque gracile esse, neque aliquem alium excessum habere videatur.

ἀλλ' οἷος ὁ Πολυκλείτου κανὼν εἰς ἄκρον ἥκει συμμετρίας ἁπάσης, ὡς ψαυόντων μὲν, μήτε μαλακὸν φαίνεσθαι, μήτε σκληρὸν, μήτε θερμὸν, μήτε ψυχρόν. ὁρώντων δὲ, μήτε λάσιον, μήτε ψιλὸν, μήτε παχὺ, μήτε ἰσχνὸν, ἤ τινα ἑτέραν ἔχειν ἀμετρίαν.

CAPVT XV.

Signa diagnostica temperamenti simplicis, totius.

QVæ autem iustò calidiora sunt, non autem humidiora, aut aridiora, quatenus ad carnosum genus attinet, de hoc enim præsens est disputatio, tangentibus quidem tanto calidiora sentiuntur, quanto sunt temperamento calidiora. Tantóque hispidiora, quantò sunt calidiora, minúsque pinguia. Rubro autem sunt colore, ac nigro capillo. Frigidioris temperamenti signa. Corpus glabrum est, & pingue, idque tangentibus frigidum sentitur. Color verò tum ipsius tum eius capilli rufior est; & si frigus multum excesserit, liuidior; quem & plumbeum nonnulli medici vocare solent. Siccius temperamentum tantò gracilius temperato est & durius, quantò siccitas maior. In reliquis verò simile. Humidius autem in cæteris temperato proximum est, sed carnosius ac mollius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως ἁπλῆς τοῦ ὅλου.

ΟΣα δὲ τοῦ συμμέτρου θερμότερα μέν ἐστιν, οὐ μὴν ὑγρότερά γε, ἢ ξηρότερα κατὰ τὸ σαρκῶδες γένος, καὶ γὰρ περὶ τούτου γὰρ ὁ ἐνεστηκὼς λόγος, φαίνεται μὲν δήπου καὶ ἁπτομένοις θερμότερα τοσοῦτον, ὅσον περ ἐστὶ τῇ κράσει θερμότερα. λασιώτερα δὲ τοσοῦτον ἔσται, ὅσον περ καὶ θερμότερα, καὶ πιμελῆς ἧττον ἔχοντα, τῇ χροιᾷ δὲ ἐξέρυθρα, καὶ μελανότριχα ἐστι. ψυχροτέρας δὲ κράσεως σημεῖα, τὸ ἄτριχον, τὸ πιμελῶδες, τὸ ψυχρὸν ἁπτομένοις. ἡ χροιὰ δ' αὖθις, ἅμα ταῖς θριξὶ πυῤῥοτέρα. πολλῆς δὲ τῆς ψύξεως οὔσης, πελιδνή πώς ἐστιν, καὶ καλεῖν ἔθος ἐστὶν ἐνίοις τῶν ἰατρῶν τοὺς τοιούτους μολυβδοχρώτας. ἡ δὲ ξηροτέρα κρᾶσις, ἰσχνοτέρα τέ ἐστι, καὶ σκληροτέρα τῆς εὐκράτου τοσοῦτον, ὅσον περ ἂν ᾖ ξηροτέρα. τὰ δ' ἄλλα παραπλήσιος. καὶ ἡ ὑγροτέρα δὲ, τὰ μὲν ἄλλα, παραπλήσιος, εὐσαρκοτέρα δὲ, καὶ μαλακωτέρα.

CAPVT XVII.

Signa diagnostica temperamenti compositi totius.

IN copulatis verò primarum qualitatum intemperantiis, composita est cognitionis forma. Calidior enim & siccior, hispidior est, ac durior, & macilenta gracilisque, nigrum quoque capillum obtinet. Quòd si calor multùm excesserit, cutis etiam nigra erit. Calidior humidiorque temperatura eo mollior ac carnosior est, quo vtraque qualitas ab optima constitutione magis recedit. Plurimùm vero inaucta, promptè morbis ex putredine corripitur, quoniam facilè vitiosis humoribus impletur. Si verò paulò humidior, multò verò calidior sit, paulò quidem & molliores & carnosiores quàm temperata reddit. Sed nec paulò hispidiores sunt, nec tangentibus calidiores apparent. Pilum quoque nigrum gignit, & vacuam pinguedinis carnem. Quòd si paulò calidior sit, multò verò humidior, mollem ac multam carnem procreabit, colorémque ex rubro & albo mistum; & tangentibus corpus paulò calidius sentietur. Atque vt semel dicam, in coniugatis temperamentis exuperantis qualitatis notæ semper præpollent. Frigidior autem ac humidior temperatura, si leuiter vtraque exuperet, glabra est, alba, mollis, crassa & pinguis. Sin auctior sit, pro qualitatum incrementi ratione reliqua habebunt, color verò vnà cum capillo rufus erit; si plurimùm vtraque increuerit, liuidus. Si verò inæquabilis qualitatum sit exuperatio, eius quæ magis excesserit notæ seorsum præpollebunt. At si frigus & siccitas ex æquo auctæ sint, natura durum, gracile, glabrum corpus erit: tangentibus verò frigidum sentietur. Pinguedo tamen, etsi graciles sunt, per carnem dispersa est; Capilli autem & cutis color, frigoris modo respondent;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι϶'.

Σημεῖα διαγνωστικὰ τῆς κράσεως συνθέτου τοῦ ὅλου.

ΚΑὶ μὴν καὶ κατὰ συζυγίαν τῶν πρώτων ποιοτήτων αἱ δυσκρασίαι γινόμεναι, σύνθετον ἔχουσι καὶ τὴν τῶν γνωρισμάτων ἰδέαν. ἡ μὲν γὰρ θερμοτέρα καὶ ξηροτέρα, λασιωτέρα, καὶ θερμοτέρα, καὶ σκληροτέρα, καὶ ἀπιμελής ἐστι, καὶ ἰσχνὴ, καὶ μελανόθριξ. εἰ δὲ ἐπὶ πλέον ἥκει θερμότητος, καὶ μελανόχροος. ἡ θερμοτέρα καὶ ὑγροτέρα κρᾶσις, μαλακωτέρα τε, καὶ εὐσαρκοτέρα, καὶ θερμοτέρα τῆς ἀρίστης κράσεως εἰς τοσοῦτόν ἐστιν, εἰς ὅσον ἀμφοτέραις αὐξηθῇ ταῖς ποιότησιν. ἐπὶ πλεῖστον δὲ αὐξηθεῖσα, τοῖς σηπεδονώδεσιν ἑτοίμως ἁλίσκεται νοσήμασιν, ὅτι καὶ κακόχυμος ἑτοίμως γίγνεται. εἰ δ' ὀλίγῳ μὲν ὑγροτέρα εἴη, παμπόλλῳ δ' θερμοτέρα, καὶ μαλακώτεροι μὲν ὀλίγῳ τῶν συμμέτρων οἱ τοιοῦτοι, καὶ σαρκωδέστεροι, λασιώτεροι δὲ οὐκ ὀλίγῳ. καὶ μὲν δὴ καὶ ἁπτομένοις, οὐκ ὀλίγῳ θερμότεροι. μέλαιναι δ' αὖθις αἱ τρίχες, καὶ ἡ σὰρξ ἀπιμελής. εἰ δ' ὀλίγῳ μὲν εἴη θερμοτέρα, παμπόλλῳ δὲ ὑγροτέρα, μαλακὴ τούτοις ἐστὶν ἡ σὰρξ, καὶ πολλὴ, καὶ τὸ χρῶμα συμμιγὲς ἐξ ἐρυθροῦ, καὶ λευκοῦ, καὶ ψαυόντων ὀλίγῳ θερμότεροι. συλλήβδην δ' εἰπεῖν ἐπὶ τῶν κατὰ συζυγίαν κράσεων, ἀεὶ τῆς ἐπικρατούσης ποιότητος, ἐπικρατήσει τὰ γνωρίσματα. ἡ ψυχροτέρα δὲ καὶ ὑγροτέρα κρᾶσις, ἐπ' ὀλίγον μὲν ἀμφοῖν ηὐξημένων, ἄτριχός τέ ἐστι, καὶ λευκὴ, καὶ μαλακὴ, καὶ παχεῖα, καὶ πιμελώδης. ἐπὶ πλεῖον δὲ τὰ μὲν ἄλλα κατὰ ἀναλογίαν τῆς τῶν ποιοτήτων αὐξήσεως. ἡ χροιὰ δὲ ἅμα ταῖς θριξὶ πυῤῥὰ, καθάπερ γε καὶ εἰ ἐπὶ πλεῖστον ἀμφοῖν ηὐξημένων πελιδνή. εἰ δ' ἄνισος ἡ αὔξησις εἴη τῶν ποιοτήτων, ἐπικρατήσει τὰ τῆς μᾶλλον ηὐξημένης ἴδια. εἰ δὲ τὸ ψυχρὸν ἅμα τῷ ξηρῷ κατ' ἴσον αὐξηθείη, φύσει σκληρὸν καὶ ἰσχνὸν ἴσχουσι τὸ σῶμα, καὶ ἄτριχον, ἁπτομένοις δὲ ψυχρόν. ἡ πιμελὴ δὲ ὅμως αὖθις, καίτοι γε ἰσχνοῖς οὖσι, παρέσπαρται τῇ σαρκί. τὰ δὲ τῶν τριχῶν, καὶ τῆς χροιᾶς, ἀνάλογον τῷ μέτρῳ τῆς ψυχρότητος.

μεταπεσούσης δὲ τῆς θερμῆς, καὶ ξηρᾶς κράσεως ἐν τῷ χρόνῳ τῆς παρακμῆς εἰς τὴν ξηράν τε καὶ ψυχράν, ἡ ἕξις τῶν τοιούτων ἰσχνὴ καὶ σκληρά, μελαγχολικὴ δέ ἐστι καὶ διὰ τοῦτο μέλαινά τε ἅμα καὶ δασεῖα. κρατούσης μὲν τῆς ἑτέρας τῶν ποιοτήτων παρὰ πολύ· τῆς δ' ἑτέρας ὀλίγον τι τοῦ συμμέτρου παραλλαττούσης, ἐπικρατήσει μὲν τὰ τῆς ἐπικρατούσης. ἀμυδρὰ δὲ ἔσται τὰ τῆς ἑτέρας γνωρίσματα. ἐπὶ πᾶσι δὲ τοῖς εἰρημένοις τε καὶ μέλλουσι λέγεσθαι, κοινὸν γνώρισμα κράσεως. εἰ μὲν εὔψυκτον εἴη τὸ μόριον, ἤτοι ψυχρότητος, ἢ ἀραιότητος, εἰ δὲ δύσψυκτον, ἤτοι θερμότητος, ἢ πυκνότητος. εἰ δ' ὑπὸ τῶν ξηραινόντων βλάπτοιτο, αὐχμηρόν τε, καὶ ξηρόν, καὶ δυσκίνητον γίνοιτο, ξηρότητος· ὥσπερ γε καὶ εἰ βαρύνοιτο πρὸς τῶν ὑγραινόντων, ὑγρότητος. ἐπιβλέπειν δὲ καὶ εἰ ὡσαύτως ἀλλήλοις ἅπαντες οἱ μύες, ἢ οὐχ ὡσαύτως κέκρανται, συνεπισκοπούμενον ἐν ἅπασι πηλικότητα τῶν ὑποβεβλημένων ὀστῶν. ἐνίοτε γοῦν ἰσχνότερον εἶναι δοκεῖ τὸ μέρος, οὐκ ὂν ἰσχνότερον, ὅσον ἐπὶ τοῖς μυσί, διὰ δὲ τὴν στενότητα τῶν ὀστῶν τοιοῦτον φανταζόμενον. οὕτως δὲ καὶ παχύτερον ἐνίοις εἶναι δοκεῖ πολλάκις, οὐ διὰ τὴν εὐρύτητα τῶν ὀστῶν, ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς σαρκὸς πλῆθος, ἥτις αὐξανομένη τε καὶ μειουμένη, σκληροτέρα τε καὶ μαλακωτέρα γινομένη, ξηρότερον, ἢ ὑγρότερον ἀποφαίνει τὸ μόριον. ἡ μὲν οὖν ὀλίγη τε καὶ σκληρά, τὸ ξηρότερον. ἡ πολλὴ δὲ καὶ ἡ μαλακή, τὸ ὑγρότερον. οὕτω δὲ καὶ αἱ μεταξὺ χῶραι τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων, ἤτοι πλέον ὑγρὸν ἐν αὐταῖς, ἢ ἔλαττον περιέχουσαι, καὶ ἤτοι παχύτερον, ἢ λεπτότερον, ἢ ὑγρότερον, ἢ ξηρότερον ἀποφαίνει τὸ μόριον. ὑγρότερον μὲν ἔνθα λεπτοτέρα τε καὶ πλείων ἐστὶν ἡ ὑγρότης, ξηρότερον δὲ ὅπου παχυτέρα τε ἅμα καὶ ἐλάττων. αὐτὰ μὲν γὰρ τὰ στερεὰ τοῦ σώματος μόρια, τὰ ὄντως στερεὰ καὶ πρῶτα, κατ' οὐδένα τρόπον οἷόν τέ ἐστιν ὑγρότερα ποιεῖν, ἀλλ' ἱκανόν, εἰ κωλύει τις αὐτὰ μὴ διὰ ταχέων ξηραίνεσθαι, τὰς δὲ διαλαμβανούσας αὐτὰ χώρας ἔνεστι πληροῦν ὑγρότητος, ἤτοι τοίας, ἢ τοίας. τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ οἰκεία τροφὴ τῶν ὁμοιομερῶν ἐκ παραθέσεως, οὐ δι' ἀγγείων ἑλκομένη. κοινὸς δὲ καὶ οὗτος ὁ λόγος ἁπάντων ἐστὶ τῶν μορίων, καὶ ῥηθήσεται, καὶ αὖθις ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν, καὶ νοσωδῶν αἰτίων διδασκαλίᾳ. νυνὶ δὲ τῶν ἐφεξῆς ἐχώμεθα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Τὰ γνωρίσματα τῆς κράσεως ἁπλῆς τε, καὶ συνθέτου τῆς κοιλίας.

Γαστρὸς γνωρίσματα τῆς μὲν φύσει ξηροτέρας, εἰ ταχέως διψώδεις γίγνοιντο, καὶ ὀλίγον αὐτοῖς ἀρκοίη ποτόν, καὶ βαρύνοιντο τῷ πλείονι, καὶ κλύδωνας ἴσχοιεν, ἢ ἐπιπολάζοι τὸ περιττεῦον αὐτοῖς, ἐδέσμασί τε χαίροιεν ξηροτέροις. ὑγροτέρας δέ, εἰ μήτε διψώδεις γίγνοιντο, καὶ τὸ πλέον ὑγρὸν ἀλύπως φέροιεν, ἐδέσμασί τε χαίροιεν ὑγροτέροις. ἡ δὲ θερμοτέρα φύσει γαστήρ, πέττει μὲν ἄμεινον, ἢ ὀρέγεται, καὶ πολὺ μᾶλλον ὅσα σκληρὰ φύσει καὶ δυσαλλοίωτα. διαφθείρεται γὰρ ἐν αὐτῇ τὰ εὐαλλοίωτα, χαίρουσα δὲ τοῖς θερμοῖς ἐδέσμασί τε καὶ πόμασιν, οὐδ' ὑπὸ τῶν ψυχρῶν οὐδὲν βλάπτεται, κατά γε τὴν ἔμμετρον χρῆσιν. ἡ δὲ ψυχροτέρα φύσει γαστήρ, ὀρεχθῆναι μὲν ἀγαθή, πέψαι δὲ οὐκ ἀγαθή, καὶ μάλιστα ὅσα δυσαλλοίωτα καὶ ψυχρὰ τῶν ἐδεσμάτων ἐστίν. ὀξύνεται γοῦν ἑτοίμως ἐν αὐτῇ, διὰ τοῦτο καὶ ὀξυρεγμιώδης ἐστὶν ἡ τοιαύτη γαστήρ, καὶ χαίρει μὲν τοῖς ψυχροῖς, βλάπτεται δὲ ῥᾳδίως ἀμετρότερον χρησαμένη. οὕτως

In declinante autem ætate, temperie calida & ſicca in frigidam & ſiccam naturam tranſeunte, corporis habitus gracilis fit ac durus, atrámque bilem gignit; proinde niger & hirſutus eſt. Si verò earum qualitatum altera plurimum, altera paululum à mediocritate diſcedat, ſuperantis ſigna præpollebunt, alterius obſcura erunt. In omnibus autem tum quæ diximus, tum quæ dicturi ſumus, communis nota eſt frigoris quidem & raritatis, ſi promptè à frigore pars afficiatur; caloris verò aut denſitatis, ſi facilè id perferat. At ſi ab exiccantibus læditur, ſqualidáque ac ſicca ſentiatur & ægrè moueatur, ſiccitatis; quemadmodum ſi ab humidis grauetur, humiditatis eſt indicium. Videndum autem eſt an idem omnes inter ſe muſculi, an diuerſum habeant temperamentum; in omnibúſque conſideranda ſubiectorum oſſium eſt magnitudo. Nonnunquam enim gracilior pars eſſe videtur, quatenus ad muſculos attinet, quum gracilior non ſit; ſed propter oſſium tenuitatem talis apparet. Ad eundem modum & craſſior in quibuſdam ſæpe eſſe videtur, non propter oſſium magnitudinem, ſed propter carnis molem, quæ & aucta, & imminuta, & ſiccior humidiórque partem ſicciorem aut humidiorem reddit; pauca quidem & dura ſicciorem, multa verò & mollis humidiorem. Eodem modo & ſpatia intermedia partium ſimiliarium, humoris aut plus aut minus in ſe continentia, eiúſque vel craſſioris vel tenuioris partem humidiorem eſſe aut aridiorem arguunt, humidiorem quidem, vbi tenuior & vberior; ſicciorem verò vbi craſſior ſimul & parcior humor eſt. Ipſæ enim ſolidæ corporis partes, quæ verè ſolidæ ac primæ ſunt, nullo modo humidiores fieri poſſunt, ſed ſatis eſt ſi celeriter eas exiccari prohibeas. Intermedia verò ipſarum ſpatia hoc vel illo humore replere poſſumus, hîc enim eſt proprium ſimplicium partium alimentum, quod ex appoſitione fit, non autem per vaſa attrahitur. Communis verò hæc ratio eſt omnium partium; de qua rurſus cum de ſalubribus ac inſalubribus cauſis commentabimur, dicemus, nunc autem reliqua tractemus.

CAPVT XVII.

Signa diagnoſtica temperamenti ſimplicis & compoſiti ventriculi.

Ventris ſigna natura quidē ſiccioris, ſi ſtatim ſiticuloſi fiant, paucúſque potus his ſufficiat, & largior lædat, fluctuationéſque excitet, aut per ſumma, quod redundat, innatet, cibíſque gaudent ſiccioribus. Humidioris verò, ſi & ſiticuloſi nō fiāt, & ſine moleſtia largiorem potum ferant, cibíſque gaudeant humidioribus. At ſi calidior natura vēter ſit, melius coquit quā appetit; longéq; meliùs dura, naturâ ac coctu difficilia. Nam quæ facilè immutātur, corrumpit. Cibo verò ac potu calido gaudet, nec à frigidis noxā vllam accipit, ſi modicè his vtatur. Calidis enim cibis ac potionibus gaudet, neq; à frigidis noxam vllā accipit, ſi modicè ipſis vtatur. Frigidior autem natura vēter, probè quidem appetit, ſed malè concoquit, cibos præſertim immutatu difficiles, ac frigidos. In ipſo enim facilè aceſcunt: quocirca ructibus acidis eiuſmodi venter eſt opportunus. Atque frigidis quidem gaudet, ſed ab immoderato corū vſu facilè offenditur. Similiter autem

autem & foris incidentium rerum frigidarum consortium diu ferre non poteſt, quemadmodum neque calidus calidorum. Ventris verò intemperies ex morbo contractæ, hoc ab ingenitis differunt, quòd non ſimilia, quemadmodum natiuæ, appetant. Coniugatæ autem ventris intemperantiæ ex ſimplicium compoſitione noſcuntur. Diligenter autem quæ diximus attendenda ſunt, & ab his quæ dicemus, diſtinguenda, quando non ſolus venter ſitim adfert & adimit; nec frigidi aut calidi potus appetentiam excitat, ſed thoracis viſcera, nempe cor, & pulmo. At qui ob horum calorem ſiticuloſi ſunt, plus ſpiritus attrahunt, & longè expirant, ardorémque in thorace ſentiunt, non autem in hypochondriis; quemadmodum ſolent qui ob ventriculum ſitiunt. Nec protinus potu ſitis extinguitur. Frigidus quoque potus quàm vberior calidus, eorum ſitim meliùs ſedat, hos verò frigidi aëris inſpiratio refrigerat; nihil eos iuuans quibus ventriculus ſitim attulit. Ad eundem modum qui contrario modo ſe habent, frigida inſpiratione manifeſtè læduntur.

A δὲ καὶ τὴν ἔξωθεν αὐτῇ προσπιπτόντων ψυχρῶν, οὐ φέρει τὴν πολυχρόνιον ὁμιλίαν, ὥσπερ οὐδ' ἡ θερμὴ τὴν θερμῶν. αἱ μέντοι διὰ νόσον ἐν τῇ γαστρὶ δυσκρασίαι, ταύτῃ διαφέρουσι τῶν ἐμφύτων, ᾗ τὴν ἐναντίων ἐπιθυμοῦσιν, οὐ τὴν ὁμοίων, ὥσπερ αἱ σύμφυτοι. αἱ δὲ κατὰ συζυγίαν ἐν τῇ γαστρὶ δυσκρασίαι, διὰ τῆς τῶν ἁπλῶν γνωρισθήσονται συνθέσεως. ἀκριβῶς δὲ χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς εἰρημένοις, διακρίνοντας αὐτὰ τῶν ῥηθησομένων. οὐ μόνον γὰρ ἡ κοιλία διψώδεις τε καὶ ἀδίψους ἐργάζεται, καὶ ψυχροῦ, καὶ θερμοῦ πόματος ὀρεκτικούς, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὸν θώρακα σπλάγχνα, καρδία καὶ πνεύμων. ἀλλ' οἵ γε διὰ B τὴν τούτων θερμότητα διψῶντες, εἰσπνέουσί τε πλέον, ἐκφυσῶσί τε μακρόν, αἰσθάνονταί τε κατὰ τὸν θώρακα τοῦ καύματος, οὐχ ὥσπερ οἱ διὰ τὴν γαστέρα κατὰ τὰ ὑποχόνδρια. καὶ μὲν δὴ πίνοντες, οὐκ εὐθέως ἡσυχάζουσι, τὸ ψυχρὸν πόμα ἴησιν αὐτῶν μᾶλλον τὴν δίψαν, ἤπερ τὸ πολὺ θερμόν. ἀναψύχει δὲ αὐτοὺς καὶ ὁ ψυχρὸς ἀὴρ εἰσπνεόμενος, οὐδὲν ἐπικουφίζων τοὺς ἐκ γαστρὸς διψώδεις. οὕτως δὲ καὶ οἱ ἐναντίως ἔχοντες, ὑπὸ τῆς ψυχρᾶς εἰσπνοῆς αἰσθητῶς ἀνιῶνται.

CAPVT XVIII.

Signa diagnoſtica temperamenti intemperati pulmonis; ac de voce magna, & parua; leni, & aſpera; acuta & graui.

ATque hoc eſt maximum frigidi pulmonis argumentum. Quemadmodum autem frigida inſpiratio hos manifeſtè lædit, frigoriſque ſenſum inuehit, ita calida eſt ipſis amica. Sed & pituitoſa excrementa cum excreatu & tuſſi reiiciunt. Pulmonis autem ſiccitas excrementis, & pituita vacat; & vocem cãnoram reddit; quemadmodum humor fuſcam & raucam. Maiorem verò acutiorémque edere volentibus interueniunt excrementa. Sed nec ipſa vocis magnitudo à calore fit; quemadmodum nec exiguitas à frigore; verùm illam aſperæ arteriæ amplitudo, perflationiſque vehementia; hanc verò contrariæ cauſæ efficiunt. Itaque neque perpetuò neque primariò, ſed ex accidente ſolis ingenitis, non autem aduentitiis temperamentis vocis tum magnitudo, tum exiguitas ſuccedit. Quoniam autem inſtrumenta alia aliam temperamenti naturam ſequuntur, inſtrumentorum verò vox: ingenitam intemperiem concludere ex voce licebit. Etenim vox lenis, arteriæ lenitatem arguit, quemadmodum aſperitatem aſpera. Itaque læuitas arteriæ, temperamenti mediocritatem ſequitur, aſperitas verò ſiccitatem. Aſperitas enim ab inæqualitate corporis duri fit. Cæterùm ſimplicium eius partium ſiccitas duram efficit arteriam, æqualem verò humoris per has diſperſi penuria. Eodem modo neque vox naturâ acuta ſine faucium anguſtia, neque grauis ſine amplitudine fieri poteſt. Anguſtia quidem inſitæ frigiditatis eſt ſoboles, amplitudo verò caloris. Naturalibus autem vocum differentiis proportione reſpondent hæ quæ ab aliquo fiunt affectu; eædem & cauſarum à quibus fiunt, notæ exiſtunt, de quibus abundè in libris de voce diſputatum eſt. Reliquæ verò animantis partes internæ, obſcuras ſui temperamenti notas habent. Elaborandum tamen eſt, vt ex his quæ iuuare & lædere ſolent, & ex naturalium facultatum fun-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ΄.

C Τὰ γνωρίσματα τῆς κράσεως δυσκράτου τοῦ πνεύμονος καὶ περὶ φωνῆς μεγάλης καὶ σμικρᾶς, λείας καὶ τραχείας, ὀξείας καὶ βαρείας.

ΚΑὶ μέγιστόν ἐστι τοῦτο γνώρισμα τῆς ἐν πνεύμονι ψυχρότητος. ὥσπερ δὲ εἰσπνέοντες ψυχρόν, αἰσθάνονται σαφῶς ἀνίας τε καὶ ψύξεως, οὕτως τὸ θερμὸν αὐτῆς ἐστι φίλιον. ἀλλὰ καὶ φλεγματικὰ περιττώματα χρεμπτόμενοι ἅμα, καὶ μετὰ βηχὸς ἀναπτύουσιν. αἱ ξηρότητες δὲ τοῦ πνεύμονος ἀπέριττοί τέ εἰσι, καὶ καθαραὶ τῶν φλεγμάτων, καὶ λαμπρὰν ἔχουσι τὴν φωνήν· καθάπερ D αἱ ὑγρότητες, τὸ ἐναντίον ἀλαμπῆ μὲν ἐργάζονται, καὶ βραγχώδη τὴν φωνήν. ἐντρέχει δ' αὐτοῖς περιττώματα, μεῖζόν τε καὶ ὀξύτερον φθέγξασθαι προαιρουμένοις. οὐ μὴν αὐτό γε τὸ τῆς φωνῆς μέγεθος ὑπὸ τῆς θερμότητος αὐτῆς, ὥσπερ οὐδ' ἡ σμικρότης ὑπὸ τῆς ψυχρότητος γίνεται. ἀλλὰ τὸ μὲν εὐρύτητι τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ἐκφυσήσει τε σφοδροτέρᾳ· σμικρότης δὲ τοῖς ἐναντίοις ἀκολουθεῖ. ὥστε οὔτε διὰ παντός, οὔτε πρώτως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός τε, καὶ μόναις ταῖς συμφύτοις κράσεσι, οὐ ταῖς ἐπικτήτοις ἕπεται τὸ τῆς φωνῆς μέγεθός τε καὶ ἡ σμικρότης. ὅτι μὲν γὰρ τοιάδε τὰ ὄργανα διὰ τὴν κρᾶσιν ἐγένετο, τοῖς τοιούτοις δὲ ἕπεται E τοιάδε φωνή, ἐκ φωνῆς διὰ τοῦτο ἔνεστι περὶ τῆς συμφύτου κράσεως συλλογίζεσθαι. καὶ γὰρ ἡ λεία φωνή, λειότητι τῆς ἀρτηρίας ἕπεται, καθάπερ ἡ τραχεῖα τραχύτητι. λειότης μὲν οὖν ἀρτηρίας συμμετρίᾳ κράσεως ἕπεται, τραχύτης δὲ ξηρότητι. τραχύτης μὲν γὰρ ἐστὶν ἀνωμαλία, κατὰ ξηρὸν σῶμα. τὴν δὲ ἀρτηρίαν ἐργάζεται σκληρὰν μέν, ἡ τῶν ὁμοιομερῶν αὐτῆς μορίων ξηρότης, ἀνώμαλον δὲ ἡ τῆς προσεσπαρμένης τούτοις ὑγρότητος ἔνδεια. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὔτε ἡ ὀξεῖα φύσει φωνὴ χωρὶς στενότητος φάρυγγος, οὔθ' ἡ βαρεῖα χωρὶς εὐρύτητος δύναται γενέσθαι. στενότης μὲν οὖν, ἐμφύτου ψυχρότητος ἔκγονός ἐστιν, εὐρύτης δὲ θερμότητος. ἀνάλογον δὲ ταῖς φυσικαῖς διαφοραῖς τῶν φωνῶν, αἱ κατὰ πάθος ἐπι- F τελοῦνται, γνωρίσματα καὶ αὗται γινόμεναι τῶν ἐργαζομένων αἰτίων, ὑπὲρ ὧν αὐτάρκως ἐν τοῖς περὶ φωνῆς εἴρηται. τὰ δ' ἄλλα μόρια τοῦ ζώου τὰ ἐντός, ἀμυδρὰ τῆς κράσεως ἔχει τὰ γνωρίσματα. πειρατέον δὲ ὅμως αὐτά, διά τε τῶν ὠφελούντων καὶ βλαπτόντων διαγινώσκειν, ἔτι τε κατὰ τὰς τῶν φυσικῶν

δυνάμεων ἐνεργείας. εἴρηται δὲ ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τῶν ἐν τοῖς συμπτώμασιν αἰτίων, ὡς ἥτις ἑκάστης δυνάμεως ἀρετή τε καὶ κακία, ἡ προηγουμένη κρᾶσίς ἐστιν. τὰ μὲν οὖν τῶν κράσεων γνωρίσματα, καὶ ἤδη λέλεκται.

actionibus, eas cognoscamus. In tertio autem libro de symptomatum causis diximus, facultatis cuiusque virtutem ac vitium temperiem præire. Hactenus igitur de temperamentorum notis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Τὰ γνωρίσματα τῆς κράσεως τῶν σωμάτων κατὰ τὴν σύνθεσιν.

ΤΑ δὲ περὶ τὸ μέγεθος ἤτοι τὴν διάπλασιν, ἢ τὸν ἀριθμὸν, ἢ τὴν θέσιν ἐσφαλμένα, ὅσα μὲν ὑποπίπτει ταῖς αἰσθήσεσιν, γνωρισθῆναι ῥᾴδιον. τῶν δ' οὐχ ὑποπιπτόντων τὰ μὲν δύσγνωστα, τὰ δὲ ἄγνωστά ἐστιν. τὸ μὲν οὖν τῆς κεφαλῆς μέγεθός τε καὶ σχῆμα, καὶ σὺν αὐτῇ τὸ τοῦ ἐγκεφάλου, πρόδηλόν τέ ἐστι, καὶ πρόσθεν εἴρηται. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τὸ τοῦ θώρακος, οὕτως δὲ καὶ ὅσα κατ' ὠμοπλάτας, ἢ ὤμους, ἢ βραχίονας, ἢ πήχεις, ἢ ἄκρας χεῖρας, ἢ ἰσχίον, ἢ μηρὸν, ἢ κνήμην, ἢ πόδας, οὐ χαλεπὸν διαγινώσκειν. αἵ τε κατὰ τὴν διάπλασιν ἐσφαλμένον ἤ τι τῶν τοιούτων, αἵ τε κατὰ τὸ μέγεθος, αἵ τε κατὰ τὸν ἀριθμὸν, ἢ τὴν σύνθεσιν τῶν συντιθέντων αὐτά. πρόδηλοι δὲ καὶ αἱ τῆς ἐνεργείας ἐφ' ἑκάστου βλάβαι. τὰ δ' ἐντὸς τοῦ σώματος, οὐ πάντα διαγνωσθῆναι δυνατόν. γαστέρα μὲν γάρ τινος οὕτω σμικράν τε, καὶ στρογγύλην, καὶ προπετῆ κατὰ τὸ ὑποχόνδριον ἐθεασάμην, ὡς ἐναργῶς φαίνεσθαι κατὰ περιγραφὴν ἰδίαν, ὁρῶσί τε καὶ ἁπτομένοις. οὕτω δὲ καὶ κύστιν τινὸς ἐθεασάμην, ἐγκειμένην τε καὶ σμικρὰν, ὡς εἴ ποτε χρονίσειε περὶ τὴν ἔκκρισιν τῶν οὔρων, ὄγκος ἐφαίνετο περιγεγραμμένος ἐναργῶς. οὐ μὴν τῶν ἄλλων τι τῶν ἐντὸς, ἐναργῆ διάγνωσιν παρέσχε μοί ποτε. πειρᾶσθαι μέντοι χρὴ διαγινώσκειν ὡς οἷόν τέ ἐστιν, ἀρετήν τε καὶ κακίαν αὐτῶν, εἰ καὶ μὴ κατ' ἐπιστήμην βεβαίαν, ἀλλ' οὖν κατὰ στοχασμόν τινα τεχνικὸν, οἷον εἰ οὕτως ἔτυχεν ἐπὶ ἥπατος. εἶδον γάρ τινας ἤδη καὶ πολλοὺς, στενὰς μὲν φλέβας ἔχοντας, ἄχροον δὲ τὸ σύμπαν σῶμα, καὶ εἰ βραχὺ πλείω προσενήνεγκτο τροφῆς, καὶ μᾶλλον εἰ φυσώδη, καὶ παχέα, καὶ γλίσχρα. τοὺς μὲν ὥσπερ τινὸς βάρους ἐγκειμένου καὶ κρεμαμένου, κατὰ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον αἰσθανομένους ἐν βάθει, τοὺς δὲ μετὰ τάσεως ὀδυνώδους. ἐπὶ τούτων οὖν εἰκός ἐστι καὶ μικρὸν εἶναι τὸ ἧπαρ, καὶ στενὸν τὰς διεξόδους. ἕτερον δὲ ἐθεασάμην φλεγματικὸν μὲν ὅλην τὴν ἕξιν, ἐμοῦντα δὲ ἑκάστης ἡμέρας χολὴν ὠχράν. ἔγνων οὖν χρῆναι καὶ τὰ διαχωρήματα αὐτοῦ θεάσασθαι, καὶ ὀλίγιστον εἶχε χολῆς. ἐτεκμηράμην οὖν τούτῳ τὸν τὸ χολῶδες ὑγρὸν ὀχετεύοντα πόρον, οὐ μικρὰν ἑαυτοῦ μοῖραν εἰς τὸν πυλωρὸν τῆς γαστρὸς ἀποπέμπειν, ὡς ἐπ' ἐνίων φαίνεται ζώων. ἐξ ὧν δῆλον, ὡς ἐν τοῖς ἀδήλοις τῇ αἰσθήσει, μεγάλα συντελεῖ πρὸς διάγνωσιν, ἥ τε τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων γνῶσις, ἥ τε τῶν ἐνεργειῶν τε καὶ τῶν χρειῶν εὕρεσις. ὅστις οὖν διαγνωστικὸς εἶναι βούλεται τῶν ὡς εἴρηται νῦν ἐσφαλμένων σωμάτων, ἐν ταῖς ἀνατομαῖς αὐτὸν γυμναστέον ἐστὶ, κἀν ταῖς τῶν ἐνεργειῶν τε καὶ χρειῶν εὑρέσεσι. γέγραπται δὲ ὑπὲρ πάντων ἰδίᾳ καθ' ἑτέρας πραγματείας, ὑπὲρ ὧν ἐπὶ τελευτῇ τοῦ λόγου παντὸς εἰρήσεται, χάριν τοῦ γινώσκειν τοὺς φιλομαθεῖς ἕκαστον ὧν ἂν ὀρεχθῶσι μαθεῖν, ἐκ ποίας μάλιστα πραγματείας ἀναλέγεσθαι χρή. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις.

CAPVT XIX.

Signa diagnoſtica temperamenti corporum, ratione compoſitionis.

MAgnitudinis verò, vel conformationis vel numeri, vel poſituræ vitia, quæ quidem ſenſibus obiecta ſunt; facilè cognoſci poſſunt. Ex his verò quæ ſenſum latent, alia quidem difficilè, alia verò nullo modo cognoſcuntur. Siquidem capitis & cerebri magnitudo ac figura manifeſtè apparent, atque de his antè meminimus, quemadmodum & de thorace. Similiter autem nec difficile eſt opertas ſcapulas, humeros, brachia, cubitos, extremas manus, coxas, femora, tibias & pedes cognoſcere, ſiue in conformatione, ſiue magnitudine, ſiue numero, ſiue partium quibus conſtant compoſitione vitium contractum ſit. Horum enim cuiuſque actiones offenſæ manifeſtæ ſunt. Eorum verò quæ in corpore latent, non omnia dignoſci poſſunt. Cuiuſdam enim ventrem vidi adeò exiguum, rotundum & prominentem, iuxta hypochondrium collocatum, vt euidenter ſe ſua circumſcriptione tum videntibus tum tangentibus proderet. Smiliter & cuiuſpiam veſicam adeò eminentem exiguámque deprehendi, vt ſi tardiùs vrinam reddidiſſet, circumſcriptus tumor manifeſtè appareret. Quanquam autem nulla aliarum internarum partium manifeſtum mihi vnquam de ſe præbuit indicium, danda tamen opera eſt quàm maximè fieri poteſt, vt earum virtutem & vitium ſi non certa firmáque ſcientia, ſaltem artificioſa coniectura cognoſcamus; veluti exempli gratia iecoris. Nonnullos enim noui, & quidem multos, qui graciles venas habebant, corpúſque vniuerſum decoloratum, quorum, cùm paulò plus cibi aſſumpſiſſent, præſertim flatulenti, craſſi, & glutinoſi, alij velut pondus quoddam innixum ac ſuſpenſum, in dextri hypochondrij profundo ſentiebant: alij tenſionis dolorem, hos igitur & iecur paruum & anguſtos meatus habere veriſimile eſt. Alterum vidi toto habitu pituitoſum, quotidie tamen pallidam bilem vomitione reiicientem. Itaque alui excrementa inſpicienda eſſe duxi; in quibus bilis minimum erat. Meatum igitur qui bilem defert, non exiguam eius humoris portionem ad pylorum imam ventriculi partem, tranſmittere conieci. Quod in quibuſdam animantibus cernere licet. Ex his liquet quòd ad eorum quæ ſenſum latent, cognitionem, plurimum conferat tum apparentium ex corporum diſſectione cognitio, tum, actionum vſuúmque inquiſitio. Quiſquis igitur noſcendorum corporum quæ à naturali ſtatu (vt modò dicebatur) recedunt, peritiam habere cupit, is in corporum inciſionibus, functionúmque ac vſuum inquiſitionibus ſeſe exercéat oportet. De his autem omnibus ſeorſum in aliis operibus ſcripſimus, de quibus in fine tótius huius libri verba faciemus, vt quod diſcere libuerit, ſtudioſi, ex quonam opere præcipuè decerpere oporteat, cognoſcant. Sed de his hactenus.

Quæ

A

CAPVT XX.

Signa diagnostica corporum insalubrium, & partium laborantium, cerebri, cordis, hepatis, ventriculi, thoracis; & cæterarum ab effectibus simplicibus, excrementis, actionibus læsis, & causis efficientibus deprompta.

QVæ verò in præsentia insalubria sunt, hoc est, quæ iam ægrotant corpora, dignoscenda quoque sunt: Sensibus quidem obuia, ex magnitudinis, coloris, figuræ, numeri, & situs à naturali statu mutatione, ac differentia, quæ à duritie & mollitie, frigore & calore sumitur. Quæ verò sensum effugiunt, vt summatim dicam, actionum offensionibus, vel excrementis, vel doloribus, vel tumoribus præter naturam; horum, inquam, vel quibusdam, vel omnibus. Sigillatim autem morbosæ cerebri affectiones, ex dementiæ speciebus, aut sensuum, vel phantasiæ, vel functionum quæ voluntatis imperio obeuntur, læsionibus; aut palati, narium aut aurium excrementis, aut ipsius cerebri dolorum differentiis. Cordis verò ex eius tum difficultatis spirandi speciebus, tum palpitatione; præterea ex pulsibus & eius, & arteriarum; ex animi quoque concitatione & demissione, ex febribus, perfrictionibus, colorum differentiis, & ipsius doloribus. Iecoris verò ex humorum defectu & exuperantia mutatione in statum præter naturam, & ex decoloratione, præterea ex permutata cibi distributione, aut nutricatione, aut superuacuorum excretione. Quinetiam ex eius grauitate ac tumoribus, & doloribus non solùm in ipso genitis, verùm etiam aliarum partium consensu obortis, quales in aliqua difficultatis spirandi, & tussis specie existunt. Ad eundem modum ventris vitia, ex coctione, appetentia humidi & sicci, & superuacuorum excretione, deprehenduntur. Similiter ex singultu, ructu, nausea, vomitu, & eorum quæ vomitione reiiciuntur, speciebus, quinetiam thoracis vitia nuntiant spirandi difficultas, tussis, & eius partis dolor, eorúmque quæ exponuntur, differentia. Asperæ quoque arteriæ morbos, difficilis spiratio, tussis, eius dolor, & quæ expuendo reiiciuntur, & vocis vitia ostendunt. Eadem ratione aliarum omnium partium affectus, ex tumore, dolore, functionum offensione & excrementorum differentia dignoscuntur. Tumores quidem præter naturam, sunt inflammationes, scirrhi, & œdemata. Dolor verò, in quacunque corporis parte firmatus sit, aut solutionis continuitatem, aut vehementem subitámque immutationem ostendit. Continuitas autem sectione, erosione, contusione, & tensione soluitur. Immutatur verò substantia à calore, frigore, siccitate, & humiditate. Trifariam autem functio læditur. Aut enim imbeciliter, aut deprauatè, aut omninò non editur. Quæ verò excernuntur, alia affectorum locorum particulæ sunt, alia excrementa. At quæ in ipsis naturaliter continentur, de se vnumquodque præbet indicium. De omnibus his in opere de locis affectis fusiùs disputatum est; quod nemo ante nos, aut in artem redegit, aut absoluit; quemadmodum nec aliud vllum, quod veteres quidem inceperint, ad finem perductum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ΄.

Τὰ γνωρίσματα σωμάτων τῶν νοσωδῶν τε, καὶ μορίων νοσούντων τοῦ ἐγκεφάλου, καρδίας, ἥπατος, κοιλίας, θώρακος, καὶ ἄλλων ἀπὸ τῶν διαθέσεων ἁπλῶν τε καὶ περιττωμάτων, καὶ ἐνεργειῶν τῶν βλαβεισῶν, καὶ αἰτίων τῶν ποιητικῶν ἐξενεχθέντα.

Ὅσα δὲ ἐν τῷ νῦν ἐστι νοσώδη σώματα, τουτέστιν ὅσα νοσεῖ, διαγινώσκειν χρὴ καὶ ταῦτα, ταῖς μὲν αἰσθήσεσιν B ὑποπίπτοντα τῇ μεταβολῇ τῶν κατὰ φύσιν αὐτοῖς ὑπαρχόντων, ἐν μεγέθει, καὶ χροιᾷ, καὶ σχήματι, καὶ ἀριθμῷ, καὶ θέσει, καὶ τῇ κατὰ σκληρότητα, καὶ μαλακότητα, καὶ θερμότητα, καὶ ψυχρότητα διαφορᾷ. μὴ φαινόμενα δέ, καθόλου μὲν φάναι ταῖς βλάβαις τῶν ἐνεργειῶν, ἢ τοῖς ἐκκρινομένοις, ἢ ταῖς ὀδύναις, ἢ τοῖς ὄγκοις τοῖς παρὰ φύσιν, ἢ τισὶ τούτων, ἢ πᾶσι. κατὰ μέρος δέ, τὰς μὲν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον νοσώδεις διαθέσεις, ἢ τοῖς τῆς παραφροσύνης εἴδεσιν, ἢ ταῖς τῶν αἰσθήσεων, ἢ φαντασιῶν βλάβαις, ἢ τῇ τῶν προαιρετῶν, ἢ τοῖς ἐκκρινομένοις διὰ ὑπερῴας, καὶ ῥινός, καὶ ὤτων, ἢ ταῖς τῶν κατ' αὐτὸν ὀδυνῶν διαφοραῖς. C τὰς δὲ κατὰ τὴν καρδίαν, ἔκ τε τῶν τῆς δυσπνοίας εἰδῶν, καὶ παλμῶν τῶν κατ' αὐτήν, ἔτι τε τῶν κατ' αὐτὴν σφυγμῶν, καὶ τὰς ἀρτηρίας, ὀξυθυμίας τε καὶ ἀθυμίας, καὶ πυρετῶν, καὶ τῶν καταψύξεων, καὶ τῶν ἐν τῷ χρώματι διαφορῶν, ἀλγημάτων τε τῶν κατ' αὐτήν. τὰς δὲ καθ' ἧπαρ, ἔκ τε τῆς τῶν χυμῶν ἐνδείας τε καὶ πλεονεξίας, ἐκτροπῆς τε τῆς εἰς τὸ παρὰ φύσιν, καὶ ἀχροίας, καὶ προσέτι ταῖς κατὰ τὴν ἀνάδοσιν, ἢ θρέψιν, ἢ τὴν τῶν περιττωμάτων ἔκκρισιν ὑπαλλαττομένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς βάρεσι τοῖς κατ' αὐτό, καὶ ὄγκοις, καὶ ἀλγήμασιν, οὐ τοῖς ἐγχωρίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ συμπάθειαν D ὅσα γίνεται, καθ' ἅ τινα δυσπνοίας ἰδέαν καὶ βηχός. οὕτως δὲ καὶ τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, τοῖς περὶ τὴν πέψιν τε, καὶ τὴν ὄρεξιν τῆς ὑγρᾶς, ἢ ξηρᾶς προσφορᾶς, ἢ περὶ τὴν τῶν περιττωμάτων ἔκκρισιν ἁμαρτανομένοις, ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς λυγξίν, ἐρυγαῖς, ναυτίαις, ἐμέτοις, αὐταῖς τῶν ἐμουμένων ταῖς ἰδέαις. καὶ μὲν γε καὶ ὅσα κατὰ θώρακα, δυσπνοίαις, βηξίν, ὀδύναις ταῖς κατ' αὐτόν, τῇ τῶν ἀναβηττομένων διαφορᾷ. καὶ τὰ κατὰ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν νοσήματα, δύσπνοιά τε καὶ βήξ, ἥ τε κατὰ τὸν τόπον ὀδύνη, τά τε ἀναπτυόμενα, καὶ αἱ τῆς φωνῆς βλάβαι γνωρίζουσιν. ἀνάλογον δὲ κἀπὶ τῶν ἄλ- E λων μορίων ἁπάντων, ἐξ ὄγκου, καὶ ὀδύνης, καὶ βλάβης ἐνεργειῶν, ἔτι τε τῆς τῶν ἐκκρινομένων διαφορᾶς αἱ διαγνώσεις ἔσονται. ὄγκους μὲν δὴ τοὺς παρὰ φύσιν, ἐν φλεγμοναῖς, καὶ ἐρυσιπέλασι, καὶ σκίρροις, καὶ οἰδήμασιν ἐξεταστέον. ἄλγημα δὲ καθ' ὃν ἂν ἐρείδῃ τόπον, ἤτοι συνεχείας λύσιν, ἢ ἀλλοίωσιν ἀθρόαν ἐνδείκνυται. λύεται μὲν οὖν ἡ συνέχεια τομῇ, καὶ διαβρώσει, καὶ θλάσει, καὶ τάσει. ἀλλοιοῦται δὲ ἡ οὐσία θερμότητι, καὶ ψυχρότητι, καὶ ξηρότητι, καὶ ὑγρότητι. βλάπτεται δὲ ἡ ἐνέργεια τριχῶς, ἢ ἀρρώστως, ἢ πλημμελῶς, ἢ μηδ' ὅλως γιγνομένη. ὅσα δ' ἐκκρίνεται, τὰ μὲν ὡς μόρια τῶν πε- F πονθότων, τὰ δὲ ὡς περιττώματα, τὰ δὲ ὡς ἐν αὐτοῖς περιεχόμενα, κατὰ φύσιν ἕκαστον ἔνδειξιν ἰδίαν ποιήσεται. λέλεκται δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐπὶ πλέον, ἐν τῇ τῶν πεπονθότων τόπων πραγματείᾳ. μηδενὸς αὐτὴν ὑπὸ μέθοδον τῶν ἔμπροσθεν ἀγαγόντος, ἢ τὸ τέλειον ἀποδόντος, ὥσπερ οὐδ' ἄλλην οὐδεμίαν ὧν ὑπήρξαντο μὲν οἱ παλαιοί, οὐ

συνετέλεσαμεν δέ. τῶν μὲν δὴ νοσούντων σωμάτων, ἐξ ἐκείνης τῆς πραγματείας μανθάνειν χρὴ τὰ γνωρίσματα, τῶν νοσησόντων δέ, καὶ τῶν ὑγιασθησομένων, ἐκ τῆσδε τῆς μεθόδου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ σημείων οὐδετέρων διαγνωστικῶν τε, καὶ προγνωστικῶν τῆς ἐσομένης νόσου.

ΤΑ μὲν οὖν τῶν νοσησόντων, ἐν τῷ μεταξὺ τὴν ἰδέαν ἐστὶ, τῶν τε τοῖς ὑγιαίνουσι, καὶ τοῖς νοσοῦσι συμβαινόντων. κατὰ φύσιν μὲν γὰρ ἅπαντα τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑπάρχει, παρὰ φύσιν δέ, τοῖς νοσοῦσιν καθόσον νοσοῦσιν. ἐν μεθορίῳ δὲ τούτων ἐστὶ τὰ δηλωτικὰ σημεῖα τῶν νοσησόντων. ἔνια μὲν ἐκ τοῦ γένους ὑπάρχοντα τῶν κατὰ φύσιν, ἀλλὰ ποσότησιν, ἢ ποιότησιν, ἢ καιροῖς ὑπηλλαγμένα. τινὰ δὲ ἐκ τῶν παρὰ φύσιν μὲν, ἀλλὰ μικρότερα τῶν ἐν ταῖς νόσοις. καὶ διὰ τοῦτο, καὶ αἱ διαθέσεις μὲν αὗται τῶν σωμάτων, ὅσα νοσήσειν ὑπέδειξα, τῶν οὐδετέρων εἰσί, καὶ τὰ δηλοῦντα αὐτὰς σημεῖα. προσφάτως μὲν γὰρ ταῦτα ὑγείαν δηλοῖ, δευτέρως δὲ τὰς νόσους. καὶ γίνεται τὰ αὐτὰ σημεῖα κατὰ τὴν πρός τι σχέσιν, οὐδέτερά τε καὶ νοσώδη. τὰ μὲν τὴν ἤδη διάθεσιν δηλοῦντα, οὐδέτερα, τὰ δὲ τὴν ἐσομένην προδηλοῦντα, νοσώδη. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ ὅσα τοῖς νοσοῦσιν ἐπιφαίνεται σημεῖα σωτήρια, λεχθήσεται μὲν ὑγιεινὰ, διότι τὴν ἐσομένην ὑγείαν προδηλοῖ. λεχθήσεται δὲ καὶ νοσερὰ, καθόσον τὴν ὑπάρχουσαν νόσον ἐνδείκνυται. εὔδηλον ὡς ἴσα τῷ ἀμφοῖν ἐστὶ δηλωτικὰ, λεχθείη ἂν οὐδέτερα καθ' ἕν τι τῶν σημαινομένων τῆς οὐδετέρων φωνῆς. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, τὰ αὐτὰ σημεῖα τοὺς τρεῖς ἔχειν λόγους ἐν διαφερούσαις σχέσεσιν, ὑγιεινά τε καὶ νοσερὰ, καὶ οὐδέτερα λεγόμενα. καθ' ἕτερον δὲ σημαινόμενον, ὅσα τοῖς ἀνακομιζομένοις ἐκ νόσων ὑπάρχει σημεῖα λέγομεν οὐδέτερα, καθ' ὃ οἶμαι, καὶ τὰ τῶν ἐν γήρᾳ. ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα πλείοσιν ὑποπέπτωκεν ἐννοίαις τε καὶ λόγοις. ὅσα δὲ τοῖς ἀμέμπτως ὑγιαίνουσιν ὑπάρχει, μόνῃ τῇ τῶν ὑγιεινῶν ἐννοίᾳ, καὶ ὅσα τοῖς νοσοῦσι μὴ προδηλοῦντα τὴν ἐσομένην ὑγείαν, μόνῃ καὶ ταῦτα τῇ τῶν νοσωδῶν ὑποπέπτωκεν ἐννοίᾳ. περὶ μὲν δὴ τούτων ἑξῆς εἰρήσεται. τὰ δὲ τῆς μελλούσης νόσου προγνωστικὰ, διέλθωμεν πρότερον. διττῆς δὲ οὔσης τῆς αὐτῶν διαφορᾶς, προχειρισώμεθα πρότερον, τὰ ποσότησιν, ἢ ποιότησιν, ἢ καιροῖς, οὐκ αὐταῖς ταῖς οἰκείαις ἰδέαις ἐξηλλαγμένα τῶν κατὰ φύσιν, οἷον ὄρεξιν σιτίων ἐπιτεταμένην, ἢ ἐκλελυμένην, ἢ μὴ κατὰ τὸν συνήθη καιρὸν, ἢ οὐ συνήθων ἐδεσμάτων, ἢ ἀπόκρισιν τῶν περιττωμάτων τῆς τροφῆς ἐλαττόνων, ἢ πλειόνων, ἢ ὑγροτέρων, ἢ σκληροτέρων. οὕτως δὲ καὶ τῶν ὑγρῶν περιττωμάτων ἔνδεια, καὶ πλεονεξία παρὰ τὸ κατὰ φύσιν, ἢ χροιᾶς, ἢ συστάσεως ἐξάλλαξις, ἢ καιροῦ κενώσεως, ἀγρυπνία τε καὶ πλείων ὕπνος, ἢ οὐκ ἐν καιρῷ τῷ συνήθει. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ ἡ περὶ πόμα πλεῖον, ἢ ἔλαττον, ἢ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν ἐπιθυμία παρὰ τὸ σύνηθες. ὥσπερ γε καὶ ἡ περὶ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν, ἄμετρος ἢ ἄκαιρος ἐπιθυμία, ἱδρῶτες πλείους τοῦ δέοντος, ἢ ἐλάττους, ὄκνος εἰς τὰς κινήσεις, ἢ πειρωμένων κινεῖσθαι βαρύτης, ἢ ἔκλυσις ἰσχυρὰ, καταμηνίων κρύψις, ἢ πλείων, ἢ ἐλάττων κένωσις. οὕτω δὲ καὶ ἡ δι' αἱμορροΐδων. ἀλλὰ καὶ ἡ κατ' αὐτὴν τὴν ἐδωδὴν, ἢ πόσιν, οὐχ ὁμοία τῇ πρόσθεν, ἡδονὴ, γνώρισμά ἐστι μέλλοντος νοσήματος. οὕτως δὲ καὶ ἡ τῆς διανοίας ἀμβλύτης οὐ κατὰ φύσιν, ἢ ἐπιλησμοσύνη τις ἀήθης,

est. Ægrotantium igitur corporum, ex illo opere; ex hac verò methodo, eorum qui in morbum labuntur, & qui sanitati restituendi sunt, notæ petendæ sunt.

CAPVT XXI.

De signis neutris diagnosticis ac prognosticis futuri morbi.

EOrum autem qui ægrotaturi sunt signa mediam inter salubria & insalubria speciem obtinent. Nam sanis omnia secundum naturam insunt; præter naturam verò ægrotis, quatenus ægrotant. In horum verò medio constituta sunt, quæ futuros morbos prænuntiant; quorum alia secundum naturam sunt, sed qualitatibus, quantitatibus vel temporibus permutata. Quædam verò præter naturam, sed quàm quæ in morbis sunt, obscuriora. Quocirca affectiones ipsæ corporum quæ in morbos lapsura esse submonstraui, atque indicantia ipsas signa, in neutrorum genere posita sunt. Primariò enim hæc sanitatem ostendunt, secundo verò loco morbos. Eadem cum diuersis comparata, tum neutra, tum morbosa existunt. Nam quatenus affectionem præsentem ostendunt, neutra; quatenus verò futuram prænuntiant, morbosa sunt. Eadem ratione & quæ per morbos salubria signa visuntur, quatenus futuram sanitatem prædicunt, salubria dicuntur; quatenus verò præsentem morbum monstrant, morbosa. Palam quoque est, quòd quæ vtrumque indicant, secundum aliquod vocis neutrius significatum dici neutra poterunt. Mirum autem videri non debet, eadem signa cum diuersis comparata, triplicem rationem habere, nimirum salubrium, morbosorum, & neutrorum. Iuxta aliud verò significatum, quæ ex morbo conualescentibus insunt signa, neutra dicimus, in quo significato signa quæ in senectute adsunt, accipienda esse arbitror. Hæc quidem omnia pluribus tum notionibus, tum rationibus subiecta sunt. Quæ igitur in absoluta sanitate atque inculpata sunt signa, sub solam salubrium notitiam veniunt. Et quæ in ægrotis sunt, nec futuram sanitatem prænuntiant, soli quoque morbosorum notioni subiiciuntur. De his autem deinceps dicetur. Ac primùm de his quæ futuram prædicunt ægritudinem, quorum quum duplex sit differentia, priùs ea quæ quantitate, qualitate & tempore, non autem propria specie à naturali statu immutata sunt, tractemus; cuiusmodi est cibi appetentia vel maior vel minor, vel quæ suo tempore non accidit, vel insoliti cibi, aut eius excrementorum vel plurium vel pauciorum, vel liquidiorum vel duriorum excretio. Simili modo humidiorum recrementorum defectus ac exuperantia præter naturam, aut eorũ coloris aut substantiæ, aut temporis excretioni à natura destinati mutatio. Vigiliæ quoque ac somni prolixiores, aut suo tẽpore non aduenientes. Similiter potus liberalioris aut parcioris, calidi aut frigidi insolita cupiditas; Quẽadmodũ veneris immodicus vsus, aut intẽpestiuũ desideriũ. Sudores plures aut pauciores quàm naturæ cõueniat, ad motũ tarditas, aut hunc moliẽtibus grauitas, aut vehemẽs exolutio aut mensiũ suppressio, aut profusio maior vel minor. Quemadmodũ sanguinis ex venis quæ hæmorrhoides dicũtur, fluxio Sed & si tanta in cibo & potu, quanta priùs fuit, voluptas nõ sentiatur, futuri morbi est nota. Similiter autẽ & mentis hebetudo præter naturã, aut obliuio quædã insolita,

aut

aut pluribus somni quàm antè visis pleni. Quinetiam auditus, gustus & visus hebetiores ac obscuriores. Atque vt semel dicam, quæcunque secundum naturam inerant, vel aucta, vel imminuta, vel tempore, vel quantitate, vel qualitate immutata. Atque adeò corporis moles maior & minor, rubicundior aut albior, similiter liuidior & nigrior, ructúsque & sternutamenta & flatus plures aut pauciores quàm ex consuetudine. Eodem modo narium, palati, vel aurium (quibus cerebrum expurgatur) recrementa, quantitate, qualitate aut tempore immutata. Hæc quidem ex eorum genere esse censentur, quæ secundum naturam sunt. Morsus autem ventris, vel stomachi, vel alicuius intestinorum, aut dolor qui vel ventre exonerando, vel vomendo, vel vrina reddenda, vel alius quispiam mediocris sentitur, ex eorum quæ præter naturam sunt genere esse censentur. Nondum tamen ita affecti ægrotare dicuntur, quemadmodum nec quibus caput aut grauatur aut dolet, quum nondum hæc solita impediant opera, atque hic est ægrotandi terminus in eiusmodi affectionibus. Quocirca eandem affectionem cum aliis comparatam, iam morbosam, & neutram etiam dicimus. Nam pro virtutis robore vel facilè ferentis, vel iam victæ harum quæque aut morbus est, aut neutra affectio. Eodem modo & quæ in sensibus fiunt, non quæ maioris, & minoris ratione inter se differunt, sed quæ ex genere præter naturam sunt, morbosa signa existunt, tantisper dum exigua sunt & nondum à solitis operibus hominem abducere possunt. Eiusmodi autem sunt, quum gustui vel salsum vel amarum vel aliquem alium saporem omnia quæ eduntur & bibuntur repræsentant; aut etiam si nihil assumatur, talis saliua apparet. In odoratu verò, quum sine rei odoræ præsentia qualitatem aliquam sentimus; aut quum plura diuersáque naribus obiecta, eundem omnia, ac si essent similia, odorem repræsentant; sæpe verò nihil omninò odoramur; aut quum fœtorem aliquem, etiam si nihil adsit quod grauiter oleat, sentimus. In auditu autem sonitus & strepitus præter naturam sunt. Similiter & quæ oculis nigra, obscura, cæsia, rufa, & flaua apparent. Atque horum alia rotunda esse, alia oblonga, quædam gracilia, quædam crassa: omnia autem volitare videntur. In tactu autem, quum inæqualitas quædam, vel densitas, vel grauitas, vel tensio, vel stupor, vel vlcerosa affectio in toto corporis habitu sentitur. Pari modo in vnaquaque corporis parte vel tensio vel contusio, vel morsus, vel grauitas, si nec magnæ, nec stabiles sint, neutrum esse affectum significant, morbum verò prænuntiant.

A ἢ φαντασιωδέστεροι τῶν ἔμπροσθεν ὕπνοι. καὶ μὲν δὴ καὶ ἀκοή, καὶ ὄσφρησις, καὶ ὄψις ἀμβλύτεραί τε καὶ ἀχλυωδέστεραι. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα κατὰ φύσιν ὑπῆρξε, τὰ μὲν αὐξανόμενα, τὰ δὲ μειούμενα, τὰ δὲ καιροῖς τισιν, ἢ ποσότησιν, ἢ ποιότησιν ἐξαλλαττόμενα. καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῦ σώματος ὄγκος, ἐλάττων τε καὶ μείζων γινόμενος, ἐρυθρότερός τε καὶ λευκότερος, ἢ οὖν πελιδνότερος, καὶ μελάντερος, καὶ ἐρυγαί τε καὶ πταρμοί, καὶ φῦσαι πλείους, ἢ ἐλάττους τῶν κατὰ φύσιν. οὕτω δὲ καὶ ὅσα διὰ ῥινῶν, ἢ ὑπερώας, ἢ ὤτων, οἷς ὁ ἐγκέφαλος ἐκκαθαίρεται ποσότησιν, ἢ ποιότησιν, ἢ καιροῖς ἐξαλλαττόμενα. ταῦτα μὲν ἅπαντα τοῦ γένους τῶν κατὰ φύσιν ἐστίν. B δῆξις δὲ γαστρός, ἢ κατὰ στόμαχον, ἢ κατά τι τῶν ἐντέρων, ἢ ἐπὶ τοῖς διαχωρουμένοις, ἢ ἐμουμένοις, ἢ οὐρουμένοις, ἢ τις ἕτερος μέτριος πόνος, ἐκ τοῦ γένους μέν ἐστι τῶν παρὰ φύσιν, οὔπω δὲ νοσεῖν οἱ οὕτως ἔχοντες λέγονται, καθάπερ οὐδ᾽ οἱ βαρυνόμενοι τὴν κεφαλήν, ἢ ἀλγοῦντες, ὅταν γε μηδέπω διὰ ταῦτα πρὸς τὰ συνήθη τῶν ἔργων ἐμποδίζονται. καὶ ὅ γε τοῦ νοσεῖν ὅρος οὗτός ἐστιν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ πρός τι, τὴν αὐτὴν διάθεσιν ἤδη τε νοσώδη καὶ οὐδετέραν ἐροῦμεν ἔτι. πρὸς γὰρ τὴν ῥώμην τῆς φερούσης C ῥᾳδίως, ἢ νικωμένης ἤδη δυνάμεως, ἤτοι νόσος ἐστίν, ἢ οὐδετέρα διάθεσις ἑκάστη τῶν εἰρημένων. οὕτω δὲ καὶ ὅσα κατὰ τὰς αἰσθήσεις, οὐκ ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἀλλήλων διενηνόχασιν, ἀλλ᾽ ὅσα τῷ γένει παρὰ φύσιν ἐστί. καὶ ταῦτ᾽ ἐστὶ νοσώδη σημεῖα, μέχρι περ ἂν ᾖ σμικρά, καὶ μηδέπω τῶν εἰθισμένων πράξεων ἀπάγειν ἰσχυρά. τοιαῦτα δ᾽ ἐστὶ κατὰ μὲν τὴν γεῦσιν, ὅταν ἁλμυρᾶς, ἢ πικρᾶς, ἢ τινος ἑτέρας ποιότητος ἔμφασις ᾖ τοῖς ἐσθιομένοις τε καὶ πινομένοις ἅπασιν, ἢ καὶ χωρὶς τοῦ προσφέρεσθαί τι τὸ σίαλον αὐτὸ φαίνηται τοιοῦτον. κατὰ δὲ τὴν ὄσφρησιν, ὅταν ἤτοι τινὸς αἰσθανόμεθα μιᾶς D ποιότητος, οὐδενὸς ὀσφρητοῦ παρόντος, ἢ καὶ προσφέροντες πλείω τε καὶ διαφέροντα, πάντων αὐτῶν, ὡς ὁμοίων αἰσθανόμεθα. πολλάκις δὲ οὐδ᾽ ὅλως αἴσθησις ἡμῖν οὐδενός, ἢ δυσώδους τινὸς γίνεται, μηδενὸς παρόντος, δυσώδους. κατὰ δὲ τὴν ἀκοήν, ἦχοι καὶ ψόφοι τοῦ παρὰ φύσιν εἰσίν. ὥσπερ γε καὶ κατὰ τὴν ὄψιν ὅσα προσφαίνεσθαι δοκεῖ, μέλανά τε καὶ ὀρφνώδη, καὶ κυανᾶ, καὶ πυρρά, καὶ ξανθά, καὶ τὰ μὲν στρογγύλα, τὰ δὲ προμήκη. καὶ τὰ μὲν ἰσχνά, τὰ δὲ παχέα, περιπέτεσθαι πάντα δοκοῦντα. κατὰ δὲ τὴν ἁπτικὴν αἴσθησιν, ὅταν ἀνωμαλία τις, ἢ πύκνωσις, ἢ βάρος, ἢ τάσις, ἢ ναρκώδης, ἢ ἑλκώδης διά- E θεσις ἐμφαίνηται καθ᾽ ὅλην τὴν ἕξιν. οὕτως δὲ καὶ καθ᾽ ἕκαστον μέρος, ἢ τάσις, ἢ θλίψις, ἢ δῆξις, ἢ βαρύτης, ὅταν σμικραί τινες ὦσι, καὶ μὴ μόνιμοι, τὴν μὲν διάθεσιν οὐδετέραν εἶναι δηλοῦσι, προαγγέλλουσι δὲ νόσον.

CAPVT XXII.

De signis prognosticis euentus morbi corporis ægrotantis.

QVæ verò iam ægrotantibus insunt notæ, aliæ sanitatem, aliæ mortem significant. Priores salubres sunt, posteriores verò generaliter quidem morbosæ, specialiter verò perniciosæ dicuntur. Generaliter autem ex functionum virtute & vitio, particulatim verò ex singularum actionum virtute & vitio notæ sumuntur; quarum genera priùs declarata sunt, primùm

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒʹ.

Περὶ σημείων προγνωστικῶν τῆς ἀποβάσεως νόσου τοῦ σώματος νοσοῦντος.

F Ὅσα δὲ ἐν τοῖς ἤδη νοσοῦσι γίνεται σημεῖα, τὰ μὲν ὑγείαν δηλοῦντα, τὰ δὲ θάνατον. ὑγιεινὰ μὲν τὰ πρότερα, τὰ δὲ ἕτερα τῷ γένει μὲν νοσερά, κατ᾽ εἶδος δὲ ὀλέθρια λέγεται. λαμβάνεται δὲ καθόλου μὲν εἰπεῖν, ἔκ τε τῶν ἐνεργειῶν ἀρετῆς τε καὶ κακίας, κατὰ μέρος δὲ ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἐνεργειῶν, ὧν τὰ γένη πρόσθεν εἴρηται, πρῶτον

μὲν τὸ τῶν ἀρχῶν, δεύτερον δὲ τὸ τῶν ἀπ' ἐκείνων πεφυκότων, καὶ τρίτον τῶν ἰδίαν μὲν ἐχόντων διοίκησιν, ἀπὸ δὲ τῶν ἀρχῶν ἀποφύσεις τινὰς δεχομένων. τὸ γὰρ δὴ τέταρτον γένος τῶν τότε ῥηθέντων, ἐξ ἑαυτῶν μὲν ἄχρηστον εἰς τὰς προγνώσεις, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, κἀκ τούτων ἔσται ποτὲ πρόγνωσις, ὥσπερ γε κἀκ τῶν περιττωμάτων διὰ παντός. ἐκ τούτων μὲν λόγῳ συμπαθείας, ἐκ δὲ τῶν περιττωμάτων, ὅτι πέψεως καὶ ἀπεψίας ἐν αὐτοῖς ἐστὶ σημεῖα, ὥστε οὐκ ἐνδέχεται μὴ δηλοῦν αὐτὰ διὰ παντὸς, ἤτοι τὴν φύσιν ἐπικρατεῖν τῆς ὕλης, ἢ τὴν ὕλην τῆς φύσεως, ἢ οὐδέτερον οὐδετέρου. ὑγιεινὰ μὲν οὖν σημεῖα λεχθήσεται, κρατούσης τῆς φύσεως, νοσώδη δὲ, κρατουμένης. οὐδέτερα δὲ τὰ ἐν ταῖς ἰσοσθενέσι μάχαις. τὰ μὲν δὴ τῆς ἐναργοῦς πέψεως σημεῖα, τῶν ὑγιεινῶν ἐστὶ, καθάπερ καὶ τὰ τῆς ἀπεψίας νοσερά, τὰ δὲ οὔτε πέψιν, οὔτε ἀπεψίαν ἐναργῶς ἐνδεικνύμενα, τῆς τῶν οὐδετέρων ἐστὶ φύσεως. οὐδέτερα δὲ καὶ ὅσα νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ τοὐναντίον δηλοῖ, καθάπερ οἱ μελαινόμενοι δάκτυλοι. τοιαῦτα δ' ἐστὶ καὶ τὰ κριτικὰ συμπτώματα. λέλεκται δὲ περὶ ἁπάντων αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ κρίσεως, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἐνεργειῶν ἐν τοῖς περὶ συμπτωμάτων αἰτίοις. ἐκ τούτων οὖν χρὴ τὴν κατὰ μέρος ἅπασαν αὐτῶν ὕλην ἀναλέγεσθαι. ἐγὼ δὲ μήκους φειδόμενος, ἐνταυθοῖ μὲν ἤδη καταπαύσω τὸν περὶ τῶν σημείων λόγον, μεταβήσομαι δὲ ἐπὶ τὸν περὶ τῶν αἰτίων.

quidem principiorum, ſecundum autem eorum quæ ab illis ortum habent, & tertium eorum quæ ſeſe gubernant, à principiis verò propagines quaſdam accipiunt. Quartum autem genus eorum quæ tunc diximus, ex ſe quidem ad prædicendum eſt inutile: ſed per accidens aliquando ex ipſis præſagimus, quemadmodum omninò & ex recrementis, ex illis quidem; conſenſus ratione. Ex recrementis verò, quòd ea coctionis & cruditatis in ſe notas continent. Quare fieri omninò non poteſt quin ſignificent aut naturam materia, aut materiam natura, aut neutram altera ſuperiorem eſſe. Salubria quidem ſigna dicuntur, ſi natura ſuperet, morboſa verò, ſi ſuperetur, neutra verò, ſi pares pugnæ ſint. Manifeſtæ autem coctionis ſigna, inter ſalubria, quemadmodum inter morboſa cruditatis annumerantur. Quæ verò neque coctionem, neque cruditatem manifeſtam oſtendunt, ex neutrorum natura ſunt. Sed & neutra ſunt, quæ nunc hoc, nunc contrarium ſignificant, quales ſunt denigrati digiti. Eiuſmodi autem ſunt critica accidentia. De quibus omnibus in libris de Criſibus, quemadmodum & de ſingulis actionibus in libris de ſymptomatum cauſis dictum eſt; ex quibus omnem earum materiam particulatim ſumere oportet. Ne autem prolixior ſim, orationi de ſignis finem faciam; ad cauſas verò me conferam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τῶν αἰτίων ὑγιεινῶν τε καὶ περὶ τῆς τοῦ σώματος ἀλλοιώσεως.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων ἐστὶ τὰ μὲν ὑγιεινὰ, τὰ δὲ νοσερὰ, τὰ δὲ οὐδέτερα, πρότερον περὶ τῶν ὑγιεινῶν ὁ λόγος ἔσται. ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων αὐτῶν, τὰ μὲν ἐστὶ φυλακτικὰ, τὰ δὲ ποιητικὰ τῆς ὑγιείας, ἔστι δὲ καὶ χρόνῳ καὶ ἀξιώματι πρότερα τὰ φυλακτικὰ τῶν ποιητικῶν, ἀπὸ τῶν φυλακτικῶν νῦν ἀρκτέον. ὄντος τοίνυν οὐχ ἑνὸς τοῦ ὑγιεινοῦ σώματος, ἀλλὰ πλειόνων, ὡς ἔμπροσθεν δέδεικται, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον ἔσται τὸ φυλακτικὸν, ὅτι καὶ πᾶν αἴτιον ἐν τῷ πρός τι. πάλιν οὖν κἀνταῦθα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ἀρίστης κατασκευῆς τοῦ σώματος ποιητέον, ἐπισκεπτομένοις τὰ πρὸς ταύτην ὑγιεινά. τὴν δ' εὕρεσιν αὐτῶν ἡ τοῦ πράγματος αὐτοῦ φύσις ὑπαγορεύει. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἀπαθὲς καὶ ἀναλλοίωτον τὸ σῶμα, διὰ παντὸς ἂν ἔμενεν ἡ ἀρίστη κατασκευὴ, καὶ οὐδὲν ἂν ἐδεῖτο τέχνης ἐπιστατούσης αὐτοῦ. ἐπεὶ δὲ ἀλλοιοῦται, καὶ διαφθείρεται, καὶ τρέπεται, μὴ φυλάττον ἣν εἶχεν ἐξ ἀρχῆς κατάστασιν, ἐπικουρίας ἐν τοσούτῳ δεῖται. καθ' ὅσους οὖν τρόπους ἀλλοιοῦται, τοσαῦτα γένη καὶ τῶν ἐπικουριῶν ἕξει, τουτέστι τῶν φυλακτικῶν αἰτίων, ἃ πρόδηλον ἤδη κἀξ αὐτῶν τῶν εἰρημένων, ὡς ἐπανορθωτικὰ τῷ γένει τετύχηκεν ὄντα. τῷ δὲ κατὰ βραχὺ ποιεῖσθαι τὰς ἐπανορθώσεις, πρὶν ἀθροισθὲν ἀπαντῆσαι τὸ βλάβος, οὐ προφυλακτικὰ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι κακοῦ πρὸς τῶν ἰατρῶν κέκληται, ἀλλὰ φυλακτικὰ τῆς παρούσης κατασκευῆς. ἀλλοιοῦται τοίνυν τὸ σῶμα, πρὸς μὲν τινῶν ἐξ ἀνάγκης, πρὸς δέ τινων οὐκ ἐξ ἀνάγκης. λέγω δὲ ἐξ ἀνάγκης μὲν οἷς ἀδύνατον αὐτῷ ἐστὶ μὴ πλησιάζειν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης δὲ τὰ λοιπά. τὸ μὲν γὰρ τῷ περιέχοντι διὰ παντὸς ὁμιλεῖν, ἐσθίειν τε καὶ πίνειν, καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ ὑπνοῦν ἀναγκαῖον αὐτῷ, ξίφεσι δὲ καὶ θηρίοις οὐκ ἀναγκαῖον. ὅθεν ἐν μὲν τῷ προτέρῳ γένει τῶν αἰτίων, ἡ περὶ τὸ σῶμα τέχνη

CAPVT XXIII.

De cauſis ſalubribus, ac de corporis alteratione.

Quoniam autem harum aliæ ſalubres, aliæ morboſæ, aliæ verò neutræ ſunt: primùm de ſalubribus diſſeremus. Quoniam verò harum ipſarum quædam conſeruant, quædam verò efficiunt ſanitatem, ſunt autem efficientibus conſeruantes & tempore & dignitate priores; initium à conſeruantibus ſumemus. Quum igitur non vnum ſit ſalubre corpus, ſed plura, vt antè explicatum eſt, horum cuique cauſa qua conſeruetur, peculiaris erit: quandoquidem ad aliquid omnis cauſa refertur. Rurſus igitur hîc ab optima corporis conſtitutione initium ſumemus, eius ſalubres cauſas conſiderantes; quarum inuentionem rei natura docet. Nam ſi non pateretur corpus nec mutaretur, optima perpetuò maneret conſtitutio; neque arte opus eſſet quæ illi præſideret. Sed quoniam alteratur, mutatur & corrumpitur, nec ſeruat quam ab initio habebat conſtitutionem, hac ratione præſidio eget. Quot igitur modis immutatur, tot auxiliorum, hoc eſt conſeruatricum cauſarum genera habebit; quas ex his quæ iam dicta ſunt, conſtat, ex genere eſſe corrigentium. Sed quoniam paulatim correctiones fiunt antequam magna accidat noxa; præſentis ſtatus conſeruatrices, non autem futuro malo proſpicientes medici appellant. Immutatur autem corpus à quibuſdam ex neceſſitate, ab aliis non ex neceſſitate. Ex neceſſitate autem dico, quæ nulla ratione vitari poſſunt. Non ex neceſſitate verò reliqua. Neceſſariò quidem omninò in ambiente aëre verſamur, edimus, bibimus, vigilamus, & dormimus. Enſibus verò & foris non neceſſariò obiicimur. Vnde in priore cauſarum genere ars verſatur, quæ corpori tuendo dicata

dicata est, non autem in posteriore. His igitur expositis, in singulis eorum quæ necessariò corpus immutant, proprium salubrium causarum genus inueniemus. Vnum quidem ex ambientis aëris contactu, alterum ex motu & quiete, tum corporis vniuersi, tum eius partium. Tertium ex somno & vigilia. Quartum ex his quæ assumuntur. Quintum ex his quæ excernuntur & retinentur. Sextum ex animi affectibus. Ab his enim omnibus corpus affici necesse est. Nam ab ambiente aëre aut calefit, aut refrigeratur, aut exiccatur aut humectatur, aut à coniugatis his afficitur, aut tota substantia immutatur. Ex motu autem & quiete vtroque immoderato aut calefit aut refrigeratur, aut humectatur aut resiccatur, aut ab iisdem copulatis efficitur. Eodem autem modo somnus & vigilia ipsum ex necessitate afficiunt, quemadmodum & animi motus; & quæ assumuntur, aut excernuntur, aut retinentur. Hæc enim omnia corpus immutant, sanitatémque corrumpunt; alia quidem protinus ac manifestè, alia verò alterius causæ interuentu. Atque de his ipsis particulatim in opere de sanitate tuenda seorsum scripsimus. Omnia igitur modò declarata genera materiæ quædam sunt salubrium causarum; quæ si commodè ministrentur, causæ sunt & conseruantes & salubres; morbosæ verò si incommodè. Quare ex his iam manifestum est præter has res non alias salubres, alias morbosas existimandas esse, sed easdem ad diuersas relatas, aliquando salubres, aliquando verò morbosas. Siquidem corpori motum desideranti, exercitatio salubris est, quies verò insalubris, si otio egeat, quies salutaris est, motus autem insalubris. Eadem autem cibi, potus, & reliquorum omnium est ratio. Quorum quodque si egenti corpori cum iusta tum quantitate, tum qualitate adhibitum sit, salubre est; insalubre verò, si aut omninò non indigeat, aut si non seruato modo ministretur. Atque hæc duo circa salubre & morbosum corpus consideranda sunt, nimirum rei quæ adhibetur, quantitas, & qualitas. Nulla enim ratione temporis occasione, vtpote quæ cum his comprehensa sit, tanquam aliquod tertium adiungenda est. Quum enim tali ac tanta re assumenda corpus eget, ea certè opportunè adhibetur. Atque hinc ortum habet occasio, quòd fluxum mutabiléque sit mortale corpus, quódque pro mutationis ratione aliis alio tempore remediis egeat. Quare non est genere tertium inter hæc quæ dicta sunt, occasio; verùm docendi gratia ipsa tanquam tertio ob eam quam diximus causam docendo plerumque vtimur.

A καταγίνεται, κατὰ δεύτερον οὐκέτι. ὁπόσα τοίνυν ἐστὶ τὰ ἐξ ἀνάγκης ἀλλοιοῦντα τὸ σῶμα, διελόμενοι, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἴδιόν τι γένος αἰτίων ὑγιεινῶν εὑρήσομεν. ἔστιν οὖν ἓν μὲν ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος ἀέρος ὁμιλίας, ἕτερον δέ, ἐκ κινήσεως καὶ ἡσυχίας ὅλου τε τοῦ σώματος καὶ κατὰ τὰ μόρια. τρίτον δὲ ὕπνου τε καὶ ἐγρηγόρσεως. τέταρτον, ἐκ τῶν προσφερομένων. πέμπτον, ἐκ τῶν ἐκκρινομένων, ἢ ἐπεχομένων. ἕκτον, ἐκ τῶν ψυχικῶν παθῶν. ὑπὸ τούτων γὰρ ἁπάντων ἀνάγκη τὸ σῶμα διατίθεσθαί πως. ὑπὸ μὲν τοῦ περιέχοντος, ἤτοι θερμαινόμενον, ἢ ψυχόμενον, ἢ ξηραινόμενον, ἢ ὑγραινόμενον, ἢ κατὰ συζυγίαν τι τούτων πάσχον, ἢ καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν ἀλλοιούμενον. ἐκ B κινήσεως δὲ καὶ ἡσυχίας, ἀμέτρων ἀμφοῖν γινομένων, ἢ θερμαινόμενον, ἢ ξηραινόμενον, ἢ ψυχόμενον, ἢ ὑγραινόμενον, ἢ κατὰ συζυγίαν τι τούτων πάσχον. οὕτω δὲ καὶ ἐξ ὕπνου, καὶ ἐγρηγόρσεως ἀνάγκη πως πάσχειν αὐτό. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ἐκ τῶν προσφερομένων, ἢ ἐκκρινομένων, ἢ ἐπεχομένων. ἅπαντα γὰρ ταῦτα, τὰ μὲν ἄντικρυς, τὰ δὲ διὰ μέσων ἑτέρων αἰτίων ἀλλοιοῖ τὸ σῶμα, καὶ διαφθείρει τὴν ὑγείαν, καὶ γέγραπται περὶ τούτων αὐτῶν ἰδίᾳ καθ' ἕκαστον, ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν πραγματείᾳ. τὰ μὲν οὖν ἅπαντα τὰ νῦν εἰρημένα γένη τῶν ὑγιει- C νῶν αἰτίων, ὕλαι τινὲς ὑπάρχουσι. μετὰ δὲ τῆς δεούσης χρήσεως, αἴτια γίνεται φυλακτικά τε καὶ ὑγιεινά. διαμαρτανόμενα δὲ τῆς συμμετρίας, νοσώδη καθίσταται, ὥστε δῆλον ἤδη κἀκ τούτων, ὡς οὐχ ἑτέρας μὲν οὐσίας τῶν ἐκτὸς τούτων πραγμάτων ὑγιεινὰς ἡμῖν, ἑτέρας δὲ νοσερὰς ὑποληπτέον. ἀλλὰ τὰς αὐτὰς ἐν τῷ πρός τι, ποτὲ μὲν ὑγιεινάς, ποτὲ δὲ νοσώδεις γινομένας. ἡνίκα μὲν γὰρ δεῖται κινήσεως τὸ σῶμα, τὸ μὲν γυμνάσιον ὑγιεινόν, ἡ δὲ ἡσυχία νοσερόν. ἡνίκα δὲ ἀναπαύσεως, ὑγιεινὸν μὲν ἡ ἡσυχία, νοσερὸν δὲ τὸ γυμνάσιον, ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ σιτίων καὶ πομάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἕκαστον γὰρ ἐπειδὰν δεο- D μένῳ τῷ σώματι προσάγηται μετὰ τῆς οἰκείας ποσότητος καὶ ποιότητος, ὑγιεινὸν γίνεται. τῷ δὲ ἤτοι μηδ' ὅλως δεομένῳ προσφερόμενον, ἢ οὐκ ἐν τῷ προσήκοντι μέτρῳ, νοσῶδες καθίσταται, καὶ δύο εἰσὶν οὗτοι σκοποὶ περί τε τὸ ὑγιεινὸν καὶ τὸ νοσερόν, ἡ ποιότης τε καὶ ἡ ποσότης τοῦ προσφερομένου. τὸ γὰρ καὶ τὸν καιρόν, ὡς ἕτερόν τι τούτων τρίτον ἐπεισάγειν ἐν τοῖς εἰρημένοις περιεχόμενον, οὐκ εὔλογον. εἰ γὰρ δεῖται τὸ σῶμα τοιοῦδε καὶ τοσοῦδε τοῦ προσφερομένου, δηλονότι καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τὸν δέοντα προσφέρηται. καὶ ἡ γένεσις τοῦ καιροῦ, ἐκ τοῦ ῥευστὸν καὶ εὐμετάβλητον εἶναι τὸ θνητὸν σῶμα, καὶ δεῖσθαι κατὰ E τὰς μεταβολάς, ἀλλότ' ἀλλοίων τῶν ὠφελούντων. ὥστε οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῷ γένει τρίτον ἐν τοῖς εἰρημένοις ὁ καιρός. εἰς δὲ τὴν διδασκαλίαν αὐτῷ πολλάκις ὡς τρίτῳ χρώμεθα, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν.

CAPVT XXIV.

De causis optimam constitutionem conseruantibus, ac de venereis.

QVoniam autem in his scopis tum aliæ salubres causæ, tum quod nunc propositum est genus continetur, de ipsis rursus disseramus. Optimæ igitur corporis constitutioni si circumductus aër temperatus sit, tum aliorum nuper commemoratorum, nempe quietis & motus, somni, & vigiliæ, tum assumendorum & excernendorum exquisita symmetria conueniet. Sin intemperatus sit, tantum symme-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ αἰτίων τῶν τῆς ἀρίστης κατασκευῆς φυλακτικῶν, καὶ περὶ τῶν ἀφροδισίων.

F ΕΠεὶ δὲ ἐν τούτοις τοῖς σκοποῖς, τά τε ἄλλα τῶν αἰτίων τῶν ὑγιεινῶν, καὶ τὸ νῦν ἡμῖν προκείμενόν ἐστι γένος, αὖθις ἀναλάβωμεν αὐτά. τῇ τοίνυν ἀρίστῃ κατασκευῇ τοῦ σώματος, ἐπειδὰν εὔκρατον ᾖ τὸ περιέχον, ἁρμόσει συμμετρία τῶν τε ἄλλων ἀκριβής, ὧν ἀρτίως εἶπον, ἡσυχίας τε καὶ κινήσεως, καὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, καὶ τῶν προσφερομένων τε, καὶ ἐκκρινομένων. ἐπειδὰν μὲν δὲ δύσκρατον ᾖ, εἰς τοσοῦτον καὶ τὰς συμμε-

τείας ἐξαλλάττειν προσήκει, εἰς ὅσον καὶ τὰ τῆς εὐκρασίας διέφθαρται. σκοποὶ δὲ τῆς συμμετρίας, ἐπὶ μὲν τοῦ περιέχοντος, ὡς μήτε φρίττειν διὰ κρύος, μήθ' ἱδροῦν διὰ θάλπος. ἐν δὲ τοῖς γυμνασίοις ὅταν πρῶτον ἄρξηται πονεῖν τὸ σῶμα, καταπαύειν εὐθύς. ἐν δὲ τοῖς ἐδέσμασι, πέψεως ἀκρίβεια, καὶ διαχωρήσεως συμμετρία, κατά γε τὸ ποιὸν, καὶ κατὰ τὸ ποσόν. ἰσάζει δέ πως ἐπὶ τούτων ἡ ὄρεξις τῇ πέψει, ὥστε οὐδ' ἐπιστάτου δέονται, τοῦ τὸ ποσὸν ἑκάστου τῶν προσφερομένων μετρήσοντος. ἡ γὰρ ἀρίστη φύσις ὅσον ὀρέγεται, τοσοῦτον καὶ πέττει καλῶς. οὕτω δὲ καὶ τῶν ὕπνων τὸ ποσὸν, ἡ φύσις αὐτὴ μετρεῖ τοῖς ἐν ἀρίστῃ κατασκευῇ, καὶ παύονται τηνικαῦτα ἐπανιοῦντες, ὅταν μηκέτι δέηται τὸ σῶμα. καὶ δὴ καὶ οὕτως αὐτῶν διαιτωμένων, ἐν ταῖς ἐκκρίσεσιν οὐδὲν πλημμελεῖται κατὰ γαστέρα, καὶ οὖρα, καὶ ὅλον τὸ σῶμα. τὰ μὲν γὰρ, ἡ συμμετρία τῶν προσφερομένων, τὴν δὲ καθ' ὅλον τὸ σῶμα διαπνοὴν, ἡ τῶν γυμνασίων, ὑγιεινὴν ἀπεργάζεται χρῆσις. ἀπέχεσθαι δὲ δηλονότι τῆς ἀμετρίας αὐτοὺς χρὴ ἁπάντων τῶν ψυχικῶν παθῶν, ὀργῆς, λύπης, θυμοῦ, φόβου καὶ φθόνου, καὶ φροντίδος. ἐξίστησι γὰρ καὶ ταῦτα, καὶ ἀλλοιοῖ τὸ σῶμα τῆς κατὰ φύσιν συστάσεως. Ἀφροδισίων δὲ κατὰ μὲν Ἐπίκουρον οὐδεμία χρῆσις ὑγιεινή, κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς, ἐκ διαλειμμάτων τηλικούτων, ὡς ἐπὶ ταῖς χρήσεσι, μήτ' ἐκλύσεως αἰσθάνεσθαι, καὶ κουφότερον αὐτὸν ἑαυτοῦ δοκεῖν γεγονέναι, καὶ εὐπνούστερον. ὁ δὲ καιρὸς τῆς χρήσεως, ὅταν ἀκριβῶς μέσον ᾖ τῶν ἔξωθεν περιστάσεων ἁπασῶν τὸ σῶμα, μήθ' ὑπερπεπληρωμένον, μήτ' ἐνδεὲς, μήθ' ὑπερεψυγμένον, μήθ' ὑπερτεθερμασμένον, ἢ ἐξηρασμένον, ἢ ὑγρασμένον ἀμέτρως. εἰ δὲ καὶ διαμαρτάνοιέν ποτε κατά τι, σμικρὸν μὲν ἔσται τὸ διαμαρτανόμενον. ἄμεινον δὲ τεθερμασμένῳ μᾶλλον, ἢ ὑπερεψυγμένῳ, καὶ ὑπερπεπληρωμένῳ, ἢ ἐνδεεῖ, καὶ ὑγρασμένῳ ἢ ἐξηρασμένῳ τῷ σώματι χρῆσθαι τοῖς ἀφροδισίοις. ποιότητα δ' ἑκάστου τῶν εἰρημένων ἐπὶ τῆς ἀρίστης κατασκευῆς ἐκλέγεσθαι δεῖ. γυμνασίου μὲν γὰρ, ἐν ᾧ πάντα τὰ μόρια τοῦ σώματος ἀνάλογον κινεῖται, καὶ μὴ τὸ μὲν ὑπερπονεῖ, τὸ δὲ ἐνδεέστερον πονεῖ. τῶν δὲ ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων, τὸ εὐκρατότατον. ταῦτα γὰρ οἰκειότερα ταῖς εὐκράτοις φύσεσιν. ὡσαύτως δὲ κἀπὶ τῶν ἄλλων.

326. Quæ oculis vlcerationes oboriuntur earum differentiæ sunt albor, nubecula, inustum, fossula, pustula, albugo, carbunculus, muscipūt, suppuratio, vnguis, vua, hæc cum percussu eueniunt, at absque percussu vlcerationis affectus hi sunt mydriasis, tabes, atrophia, noctiuidus, suffusio, glaucoma, paralysis, conniuentia, strabismus, pinnula, encanthis, procidentia, hiatus, confusio.

E

Τί ἐστι φλεγμονὴ ὀφθαλμῶν;

τκζ'. Φλεγμονὴ μὲν οὖν ἐστιν οἴδημα περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς μετ' ἐρεύθηματος, καὶ πολλῆς θερμασίας, καὶ δυσκινησίας, καὶ νυγμῶν γινόμενον.

Quid est Phlegmone siue inflammatio oculorum?

327. Phlegmone, est tumor oculorum, qui cum rubore, & calore multo, & motu difficili, ac punctionibus oboritur.

Τί ἐστι ῥεῦμα;

τκη'. Ῥεῦμά ἐστι λεπτῶν ὑγρῶν φορὰ ἀκατάσχετος, καὶ ἀπροαίρετος.

Quid fluxus seu rheuma oculi?

328. Fluxus, est tenuium humorum decursus inuoluntarius qui coerceri non potest.

Τί ἐστιν ἕλκωσις;

τκθ'. Ἕλκωσίς ἐστι ῥῆξις περὶ τὸν κερατοειδῆ ἤτοι ἐκ πληγῆς, ἢ σφοδρᾶς φλεγμονῆς γινομένη.

Quid oculi Vlceratio?

F 329. Vlceratio, est ruptio circa corneam tunicam, quæ vel ex ictu, vel vehementi phlegmone oritur.

Τί ἐστιν ἄργεμον;

τλ'. Ἄργεμόν ἐστιν ἕλκωσις κατὰ μὲν τὸ μέλαν λευκὴ φαινομένη· κατὰ δὲ τὸ λευκὸν, ὑπέρυθρος.

Quid Argemon siue albor oculi?

330. Argemon, est vlceratio, quæ in oculi nigro alba apparet; in albo autem subrubra.

Quid

Quid Nephelium siue nubecula?

331. Nephelium, est caligo, vel superficiaria vlceratio in nigro. Vel. Nubecula vlcus est superficiarium, albugine longè minùs & album.

Quid Epicauma siue inustum?

332. Epicauma, est velut ex igne crustosa vlceratio, quæ nigro aduenit, nec permanet.

Quid Bothrium, vel fossula?

333. Bothrium, est cauum vlcus vel purum in nigro.

Quid phlyctis vel pustula?

334. Phlyctis, est abscessus in nigro, humorem continens cum plegmone, & fluxu.

Quid Leucoma, siue albugo?

335. Leucoma, cicatrix est crassa, & profunda, vlceri inducta.

Quid Myocephalum, seu musciput?

336. Myocephalum, est exigua vuæ tunicæ porrectio in nigro, muscæ capiti similis, per vlcerationem facta.

Quid est anthrax, siue carbunculus?

337. Carbunculus, est crustosa vlceratio cum pastu & fluxu, interdum quoque & bubonibus, & febre.

Quid Pyosis siue suppuratio vel vnguis?

338. Suppuratio, vel vnguis, est collectio puris in nigro cum phlegmone secundum iridem, vngui consimilis.

Quid Synchysis vel confusio?

339. Confusio, ruptio est tunicarum, quæ in profundo sunt, aliquando ex ictu, aliquando spontanea cum profusione humorum, & pupillæ alteratione.

Quid Mydriasis?

340. Mydriasis, facultatis obscuratio visoriæ est, turbatis humoribus.

Quid Phthisis seu tabes?

341. Phthisis oculi, est pupillæ diminutio cum obscuratione.

Quid Atrophia, macies?

342. Atrophia, est paruitas totius oculi & pupillæ cum obscuratione.

Quid Nyctalops seu noctitimidus?

343. Nyctalops, est affectus, dispositióque oculorum sine manifesta causa: sic autem affectis euenit, vt interdiu non cernant, noctu verò conspiciant.

Quid Glaucoma?

344. Glaucoma, est naturalium humorum in glaucum colorem mutatio.

Quid Staphyloma siue vua?

345. Staphyloma, est quod in pupillæ loco consurgit acino vuæ simile.

Quid Procidentia, proptosis?

346. Procidentia, est quum ab ictu aliquo violento, aut strangulatione, cum continua febre, vel capitis dolore prolapsus oculus fuerit.

Τί ἐστι νεφέλιον;

τλα΄. Νεφέλιόν ἐστιν ἀχλὺς ἢ ἕλκωσις ἐπιπόλαιος ἐπὶ τοῦ μέλανος. ἢ, νεφέλιόν ἐστιν ἕλκος ἐπιπόλαιον, καὶ μικρῷ μεῖζον ἀργέμου, καὶ λευκόν.

Τί ἐστιν ἐπίκαυμα;

τλβ΄. Ἐπίκαυμά ἐστιν ἕλκωσις ἐσχαρώδης κατὰ τὸ μέλαν ἐπιγινομένη, καὶ μὴ μένουσα.

Τί ἐστιν βόθριον;

τλγ΄. Βόθριόν ἐστι κοῖλον ἕλκος, ἢ καθαρὸν ἐπὶ τοῦ μέλανος.

Τί ἐστι φλυκτίς;

τλδ΄. Φλυκτίς ἐστιν ἀπόστασις κατὰ τὸ μέλαν περιέχουσα ὑγρασίαν μετὰ φλεγμονῆς, καὶ ῥεύματος.

Τί ἐστι λεύκωμα;

τλε΄. Λεύκωμά ἐστιν ἀφ' ἑλκώσεως οὐλὴ παχεῖα, καὶ βαθεῖα.

Τί ἐστι μυοκέφαλον;

τλϛ΄. Μυοκέφαλόν ἐστιν ἀφ' ἑλκώσεως μικροτάτη ἐπέκτασις τοῦ ῥαγοειδοῦς κατὰ τὸ μέλαν, παραπλησία μυίας κεφαλῇ.

Τί ἐστιν ἄνθραξ;

τλζ΄. Ἄνθραξ ἐστὶν ἐσχαρώδης ἕλκωσις μετὰ νομῆς, καὶ ῥεύματος, ἐνίοτε δὲ καὶ βουβώνων, καὶ πυρετοῦ.

Τί ἐστι πύωσις;

τλη΄. Πύωσις, ἢ ὄνυξ ἐστὶ συλλογὴ πύου κατὰ τὸ μέλαν μετὰ φλεγμονῆς πρὸς τῇ ἴριδι, παραπλησία ὄνυχι.

Τί ἐστι σύγχυσις;

τλθ΄. Σύγχυσίς ἐστι ποτὲ μὲν ἐκ πληγῆς, ποτὲ δὲ ἐξ αὐτομάτου, ῥῆξις τῶν ἐν βάθει χιτώνων μετὰ περιχύσεως τῶν ὑγρῶν, καὶ ἀλλοιώσεως τῆς κόρης.

Τί ἐστι μυδρίασις;

τμ΄. Μυδρίασίς ἐστιν ἀμαύρωσις τοῦ ὁρατικοῦ ταραχθέντων τῶν ὑγρῶν.

Τί ἐστι φθίσις;

τμα. Φθίσις ἐστὶ μείωσις τῆς κόρης μετὰ ἀμαυρώσεως.

Τί ἐστιν ἀτροφία;

τμβ΄. Ἀτροφία ἐστὶ μικρότης ὅλου τοῦ ὀφθαλμοῦ, καὶ τῆς κόρης μετ' ἀμαυρώσεως.

Τί ἐστι νυκτάλωψ;

τμγ΄. Νυκτάλωψ ἐστὶ πάθος, καὶ διάθεσις ὀφθαλμῶν δίχα φανερᾶς αἰτίας. συμβαίνει δὲ τοῖς οὕτω διακειμένοις, ἡμέρας μὲν μὴ ὁρᾶν, νυκτὸς δὲ βλέπειν.

Τί ἐστι γλαύκωμα;

τμδ΄. Γλαύκωμά ἐστι τῶν κατὰ φύσιν ὑγρῶν εἰς τὸ γλαυκὸν χρῶμα μεταβολή.

Τί ἐστι σταφύλωμα;

τμε΄. Σταφύλωμά ἐστιν ἔπαρμα κατὰ τὸν τῆς κόρης τόπον ἐμφερὲς ῥαγὶ σταφυλῆς.

Τί ἐστι πρόπτωσις;

τμϛ΄. Πρόπτωσίς ἐστιν, ὅταν ὑπό τινος βιαίας πληγῆς, ἢ ἀπαγχονισμοῦ μετὰ συνεχοῦς πυρετοῦ, ἢ κεφαλαλγίας ὀφθαλμὸς προπέσῃ.

Τί ἐστι μυωπίασις;

τμζ'. Μυωπίασίς ἐστι διάθεσις ἐκ γενετῆς δι᾽ ἧς τὰ μὲν πλησία ὁρῶμεν, τὰ δὲ πόῤῥωθεν, ἢ ἐπὶ βραχὺ, ἢ οὐδ᾽ ὅλως.

Quid Myopsis seu conniuentia.

347. Myopsis, est affectus ab ortu contractus, quo propinqua cernimus, remota vel parum, vel nihil omnino.

Τί ἐστι στραβισμός;

τμη'. Στραβισμός ἐστι παράλυσις τῶν περὶ τὸν ὀφθαλμὸν μυῶν, οὐχ ὅλων, ἀλλ᾽ ἐνίων, δι᾽ ἣν αἰτίαν, ἢ ἄνω, ἢ κάτω, ἢ εἰς τὰ πλάγια νεύουσιν οἱ ὀφθαλμοί.

Quid strabismus, oculi distortio, strabositas?

348. Strabismus, est paralysis musculorum oculi, non omnium, sed quorumdam, ob quam causam vel sursum, vel deorsum, vel in latera nuunt oculi.

Τί ἐστιν ἵππος;

τμθ'. Ἵππος ἐστὶ διάθεσις ἐκ γενετῆς καθ᾽ ἣν ἀστατοῦσι, καὶ ἀεὶ κινοῦσιν οἱ ὀφθαλμοὶ κίνησιν ὑπομένοντες ἐν κλόνῳ, ἢ τρόμῳ ἀδιαλείπτῳ. καθεστηκυῖαν ταύτην τὴν διάθεσιν Ἱπποκράτης ἐκάλεσεν ἵππον. τὸ δὲ πάθος τοῦ στηρίζοντός ἐστι τὸν ὀφθαλμὸν μυὸς, ὃς περιείληφε τὴν βάσιν τοῦ βλεπτικοῦ ὀργάνου.

Quid Hippus, siue equus?

349. Hippus, affectio est ab ortu prodiens, qua instabiles fiunt oculi, ac semper mouentur; vtique motum sustinentes in concussu, aut tremore assiduo consistentem: hanc affectionem equum vocauit Hippocrates: affectus autem est, oculum firmantis musculi, qui visorij basim instrumenti complexus est.

Τί ἐστι χήμωσις;

τν'. Χήμωσίς ἐστιν ἔπαρμα τοῦ περιοφθαλμίου ὑμένος, ὃ καὶ λευκὸν προσαγορεύουσι, πάθος ὅμοιον λευκῇ σαρκί.

Quid Chemosis, extuberatio, hiatus?

350. Chemosis est, ambientis oculum membranæ, quod album quoque appellatur, affectus albæ carni persimilis.

Τίνα περὶ τὰ βλέφαρα, καὶ τοὺς κανθοὺς συνίσταται πάθη;

τνα'. Περὶ τὰ βλέφαρα, καὶ τοὺς κανθοὺς συνίσταται πάθη ταῦτα· ψώρα, φθειρίασις, κριθὴ, χάλαζα, λιθίασις, ὑδατὶς, τριχίασις, τράχωμα, λαγώφθαλμον, ἐκτρόπιον, ῥοιὰς, αἰγίλωψ, σταφύλωμα.

Qui affectus in palpebris, angulisque oculorum contrahuntur?

351. In palpebris, angulisque oculorum hi contrahuntur affectus, scabies, pedicularis, hordeolum; grando, calcularis, aquula, pilaris, aspredo, leporinus oculus, inuersio, riuulus, anchilops, vua.

Τί ἐστι ψώρα;

τνβ'. Ψώρα ἐστὶ δριμυτάτου ῥεύματος γινομένη ἀνάβρωσις ταρσῶν, ἢ κανθῶν μετὰ κνησμοῦ.

Quid Scabies oculi?

352. Scabies est, summarum oculi palpebrarum, aut angulorum erosio cum pruritu, quam acerrima fluxio progignit.

Τί ἐστι φθειρίασις;

τνγ'. Φθειρίασίς ἐστι περὶ τὰς ῥίζας τῶν βλεφαρίδων ψώρα, λεπίδας πιτυρώδεις ἀποβάλλουσα.

Quid Phtheiriasis seu pedicularis?

353. Phtheiriasis est, scabies circa palpebrarum radices, quæ squamas furfuri similes dimittit.

Τί ἐστι χάλαζα;

τνδ'. Χάλαζά ἐστι κεγχρώδης συστροφὴ κατὰ τὸ βλέφαρον, ἣ λιθίασίς ἐστι τὸ αὐτό.

Quid Chalaza, vel grando?

354. Chalaza, tuberculum est in palpebra milij magnitudine; eadem quoque est Lithiasis.

Τί ἐστι κριθή;

τνε'. Κριθή ἐστιν ὑγροῦ συλλογὴ περὶ τὸ βλέφαρον ἐπιμήκης, κριθῇ ὁμοία.

Quid Hordeolum, Crithe?

355. Hordeolum est, humor concretus circa palpebram oblongior, hordeo similis.

Τί ἐστι τράχωμα;

τνϛ'. Τράχωμά ἐστι σκληρία, καὶ τραχύτης ἀνώμαλος κατὰ τὰ ἔνδον τῶν βλεφάρων γινομένη.

Quid Trachoma, siue aspredo?

356. Aspredo est durities, & asperitas inæqualis, quæ intra palpebras oritur.

Τί ἐστι ῥοιάς;

τνζ'. Ῥοιάς ἐστι τῆς ἐγκανθίου σαρκὸς δαπάνησις ᾗ τὸ δάκρυον ἀποῤῥεῖ.

Quid Rhæa, riuus, fluxio?

357. Rhæa est, angulorum carnis absumptio, qua effluit lachryma.

Τί ἐστι τριχίασις;

τνη'. Τριχίασίς ἐστι βλεφάρων πτῶσις, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς τριχῶν γένεσις παρὰ φύσιν.

Quid Trichiasis, pilaris affectus?

358. Trichiasis, casus est palpebrarum, insitorúmque iis pilorum ortus præter naturam.

Πόσαι τριχιάσεως διαφοραί;

τνθ'. Διαφοραὶ τριχιάσεως τρεῖς, φαλάγγωσις, πτῶσις, ὑπόφυσις· τινὲς δὲ καὶ τὴν διστιχίαν ἐπεισάγουσιν.

Quot sunt Trichiaseos differentiæ?

359. Tres Trichiaseos differentiæ sunt, phalangosis, casus, subortus, nonnulli distichiam, id est, duplicem ordinem superinuehunt.

Τί ἐστι διστιχία;

τξ'. Διστιχία ἐστὶν ἑτέρου στίχου παρὰ φύσιν κατὰ τοῦ ταρσοῦ ἔκφυσις.

Quid est distichia?

360. At distichia est, alterius pilorum ordinis in palpebræ margine exortus præter naturam.

Quid

A

Quid Encanthis?

361. Encanthis est, exuperantia carnis in magno angulo.

Quid Anchilops?

362. Anchilops, tumor in angulo magno consurgens, atque humoris collectionem habens, non perforatus, aut simul perforatus. Dictus est Anchilops, quod prope oculum sit; ὤψ enim oculus est, ἄγχι verò prope.

Quid Hypochyma, Suffusio?

B

363. Suffusio est, concretio aquosi humoris, quæ visum magis minúsve impedit. Differt suffusio à glaucomate, tum quod suffusio concretio sit diluti humoris; glaucoma verò naturalium mutatio humorum in cæsium colorem, tum quod in glaucomate haud prorsus, in suffusione aliquantulum cernant.

Quid Hydatis, aquula?

364. Hydatis substratæ superiori palpebræ pinguedinis augmentum est, qua fluunt præter naturam oculi.

C

Quid Lagophtalmum, leporinus oculus?

365. Lagophtalmum, est superioris palpebræ rectractio, adeo vt oculum dum clauditur, totum non contegat.

Quid Pterygium, pinnula?

366. Pterygium, corporis excrescentia est, quæ corneæ tunicæ inhærescit.

Quid Ectropion.

367. Ectropion, est suborta caro in palpebra, quæ palpebram ipsam sua grauitate foras euertit. Euersionis autem causa est aut adnascens caro, aut resolutio, aut cicatricis obductio.

D

Quid Ptilosis.

368. Ptilosis est, palpebrarum casus ab acerrimo fluxu.

Quid Staphyloma.

369. Staphyloma est, nigri tunicæ extensio cum ardore, acino vuæ similis.

Quid Sarcoma & polypus, & quomodo differunt?

E

370. Sarcoma est, carnis in naribus præter naturam auctio. Est verò & polypus quoddam Sarcoma. Porrò dictus polypus est à polypis piscibus; Nam vt illi multas habent propagines, mollésque sunt, atque augentur: ita is quoque affectus. Differt Sarcoma à polypo magnitudine, & opificio.

Quid Ozæna?

371. Ozæna, est vlceratio in naribus profunda, tetri odoris, atque halitum emittens.

F

Quid Parotides?

372. Parotides, abscessus secundum aures sunt; hos nonnulli Castores appellarunt; succedunt vt plurimùm febribus, atque ab iis liberant.

Quid Leuce?

373. Leuce, corporis in album colorem mutatio est præter naturam.

Τί ἐστιν ἐγκανθίς;

τξα'. Ἐγκανθίς ἐστιν ὑπεροχὴ σαρκὸς ἐν τῷ μεγάλῳ κανθῷ.

Τί ἐστιν ἀγχίλωψ;

τξβ'. Ἀγχίλωψ ἐστιν ἐπανάστασις τοῦ μεγάλου κανθοῦ ὑγροῦ συλλογὴν ἔχουσα ἀσυντρήτως, ἢ συντετρημένη. Εἴρηται δὲ ἀγχίλωψ ἀπὸ τοῦ ἐγγὺς εἶναι τοῦ ὀφθαλμοῦ. ὢψ μὲν γάρ ἐστιν ὀφθαλμός, τὸ δὲ ἄγχι, ἐγγύς.

Τί ἐστιν ὑπόχυμα;

τξγ'. Ὑπόχυμά ἐστιν ὑγροῦ πῆξις τοῦ ὑδατώδους, ἢ μᾶλλον, ἢ ἧττον, ἐμποδίζουσα τὸ ὁρᾶν. Διαφέρει δὲ ὑπόχυμα γλαυκώματος, ὅτι τὸ μὲν ὑπόχυμα πῆξίς ἐστι τοῦ ὑδατώδους ὑγροῦ. τὸ δὲ γλαύκωμα, μεταβολὴ τῶν κατὰ φύσιν ἐπὶ τὸ γλαυκόν, καὶ ὅτι ἐπὶ μὲν τοῦ γλαυκώματος οὐδὲ ὅλως ὁρῶσιν· ἐπὶ δὲ τοῦ ὑποχύματος, κατ' ὀλίγον.

Τί ἐστιν ὑδατίς;

τξδ'. Ὑδατίς ἐστι τῆς ὑπεστρωμένης τῷ ἄνω βλεφάρῳ πιμελῆς αὔξησις, δι' ἣν ῥευματίζονται παρὰ φύσιν οἱ ὀφθαλμοί.

Τί ἐστι λαγωφθαλμόν;

τξε'. Λαγωφθαλμόν ἐστιν ἀνάσπασις τοῦ ἄνω βλεφάρου, ὥστε μὴ καλύπτειν ἐν τῷ καμμύειν ὅλον τὸν ὀφθαλμόν.

Τί ἐστι πτερύγιον;

τξς'. Πτερύγιόν ἐστιν ἔκφυσις σώματος ἐπιφυομένη τῷ κερατοειδεῖ.

Τί ἐστιν ἐκτρόπιον;

τξζ'. Ἐκτρόπιόν ἐστιν ὑπόφυσις σαρκὸς ἐν τῷ βλεφάρῳ. ἥτις βαροῦσα ἐκτρέπει τὸ βλέφαρον. αἰτία δὲ ἐκτροπῆς βλεφάρου, ἢ σαρκὸς ἐπίφυσις, ἢ παράλυσις, ἢ οὐλῆς σύστασις.

Τί ἐστι πτίλωσις;

τξη'. Πτίλωσίς ἐστιν ἀπὸ δριμυτάτου ῥεύματος ἀπόπτωσις τῶν βλεφάρων.

Τί ἐστι σταφύλωμα;

τξθ'. Σταφύλωμά ἐστιν ἔκτασις τοῦ μέλανος χιτῶνος μετὰ πυρώσεως, ὁμοία ῥαγὶ σταφυλῆς.

Τί ἐστι σάρκωμα;

το'. Σάρκωμά ἐστι σαρκὸς ἐν τοῖς μυκτῆρσι παρὰ φύσιν αὔξησις. ἔστι δὲ σάρκωμά τι καὶ ὁ πολύπους. Εἴρηται δὲ πολύπους, ἀπὸ τῶν πολυπόδων. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι πολλὰς ἔχουσιν ἀποσχίδας πλαδαροί τέ εἰσι καὶ αὐξανόμενοι, οὕτω καὶ τοῦτο τὸ πάθος. Διαφέρει σάρκωμα πολύπου μεγέθει, καὶ κατασκευῇ.

Τί ἐστιν ὄζαινα;

τοα'. Ὄζαινά ἐστιν ἕλκωσις ἐν μυκτῆρσιν διὰ βάθους δυσώδης, τὴν ἀποφορὰν ἔχουσα.

Τί εἰσι παρωτίδες;

τοβ'. Παρωτίδες εἰσὶ παρὰ τοῖς ὠσὶν ἀποστήματα, ταῦτα ἔνιοι διοσκούρους ἐκάλεσαν, ἐπὶ πυρετοῖς γινόμεναι τὰ πολλά, τῶν πυρετῶν ἀπαλλάσσουσαι.

Τί ἐστι λευκή;

τογ'. Λευκή ἐστιν ἡ ἐπὶ λευκὸν χρῶμα τοῦ σώματος παρὰ φύσιν μεταβολή.

Τί ἐστιν ἕρπης;

τοδ'. Ἕρπης ἐστὶν ἕλκος ἐπὶ χολῆς πλεονεξίᾳ γινόμενον, καὶ ἐπινέμησιν ποιούμενον. ἄλλως. ἕρπης ἐστὶν ὁ ὀφίτης καλούμενος, ἕλκωσις τῆς ἐπιφανείας τοῦ δέρματος ἀπὸ δριμείας χολῆς γινομένη.

Quid Herpes?

374. Herpes, est vlcus, quod ex bilis exuberantia fit, & depastionem facit. Aliter; Herpes est qui serpens vocatur, exulceratio superficiei cutis, quæ ab acri bile procreatur.

Τί ἐστιν ἀθέρωμα;

τοε'. Ἀθέρωμά ἐστι χιτὼν νευρώδης ἀθερῶδες ὑγρὸν περιέχων.

Quid Atheroma?

375. Atheroma, est tunica neruosa, quæ humorem pulti similem continet.

Τί ἐστι στεάτωμα;

τοϛ'. Στεάτωμά ἐστι παρὰ φύσιν πιμελῆς συναύξησις.

Quid Steatoma?

376. Steatoma, est auctio pinguedinis præter naturam congesta.

Τί ἐστι προσάρτησις;

τοζ'. Προσάρτησίς ἐστιν ὑμένων μακροτέρων αὐτοχὴ πρὸς τὰ παρακείμενα σώματα.

Quid Prosartesis, appensio?

377. Prosartesis, longiorum est membranarum ad vicina corpora applicatio.

Τί ἐστιν ἀνεύρυσμα;

τοη'. Ἀνεύρυσμά ἐστι φλεβώδους ἀγγείου εὐρυσμός, ἢ πνευματικῆς ὕλης παρασπορὰ ὑπὸ τῆς σαρκὸς κατὰ διαπήδησιν ἀναδιδομένης.

Quid Aneurisma, dilatatio?

378. Aneurisma, venosi vasis dilatatio est, aut dispersio spirituosæ materiæ sub carnem per dissultum sese distribuentis.

Τί ἐστιν ὑπόσφαγμα;

τοθ'. Ὑπόσφαγμά ἐστιν ἔξωθεν τῆς ἐπιφανείας ὠμόλυπι παραπλήσιον.

Quid Hyposphagma?

379. Hyposphagma, extra superficiem est persimile vibici.

Τί ἐστι γαγγλίον;

τπ'. Γαγγλιόν ἐστι νεύρου παρὰ φύσιν συστροφὴ σωματοπεποιημένη.

Quid Ganglium?

380. Ganglium, concretio est nerui præter naturam, quæ in vnum corpus coaluit.

Τί ἐστιν ἄφθα;

τπα'. Ἄφθα ἐστὶν ἕλκωσις ἐπιπόλαιος ἐν στόματι γινομένη. ἐπιπολάζει δὲ αὕτη ἡ ἕλκωσις μάλιστα παιδίοις.

Quid Aphtha?

381. Aphtha, superficiaria est vlceratio, quæ in ore gignitur: visitur autem hæc in puerulis potissimum vlceratio.

Τί ἐστι φλεγμονή;

τπβ'. Φλεγμονή ἐστιν ὄγκος μετ' ἐρυθήματος, καὶ σκληρείας πόνους ἐπιφέρων σφυγματώδεις. εἴρηται δὲ φλεγμονὴ ἀπὸ τοῦ δοκεῖν φλέγεσθαι τὸν τόπον. ἢ, ὄγκος ὀδυνηρὸς καὶ ἀντίτυπος μετ' ἐρυθήματος χωρὶς πυρετοῦ. ἢ, φλεγμονή ἐστιν ὄγκος ὀδυνηρός, σκληρός, ἀντίτυπος, ἐξ αἱματικοῦ χυμοῦ ἔχων γένεσιν.

Quid Phlegmone seu inflammatio?

382. Phlegmone, est tumor cum rubore, & duritia pulsitantes afferens dolores; dicta quòd affectus ea locus veluti vratur: aut tumor dolens, ac renitens cum rubore citra febrem. Vel; Inflammatio est tumor dolens, durus, renitens, ex sanguineo humore suum habens ortum.

Τί ἐστιν ἐρυσίπελας;

τπγ'. Ἐρυσίπελάς ἐστιν ἔρευθος μετὰ διαπύρου φλογώσεως, ἔσθ' ὅτε πυρετόν, καὶ φρίκας ἐπιφέρων. ἄλλως. ἐρυσίπελάς ἐστιν ὄγκος ὀδυνηρὸς ἀπὸ χολώδους αἵματος ἔχων τὴν γένεσιν.

Quid Erysipelas, ignis sacer?

383. Erysipelas, est rubedo cum ignita inflammatione, febres interdum, horroresque inferens. Vel ignis sacer, est tumor rubens, dolorificus, qui à bilioso sanguine generationem obtinet.

Τί ἐστιν ἄνθραξ;

τπδ'. Ἄνθραξ ἐστὶν ὄγκος ἑλκώδης ἐκ τοῦ μελαγχολικωτέρου σαπέντος αἵματος. ἢ ἄλλως. ἄνθραξ ἐστὶν ἕλκος ἐσχαρῶδες ἅμα πολλῇ τῇ πέριξ σωμάτων φλογώσει· ὃ ἐκ θερμῆς μέντοι πυρότητος, παχείας δὲ κατὰ τὴν σύστασιν ὕλης ἔχει τὴν γένεσιν.

Quid Carbunculus?

384. Carbunculus, est ex magis melancholico putrefacto sanguine tumor vlcerosus. Vel aliter; Carbunculus, vlcus est crustosum cum multa ambientium corporum incensione; qui ex calido quidem feruore, materia verò consistentiâ crassa, originem habet.

Τί ἐστι σκίρρος;

τπε'. Σκίρρος ἐστὶν ὄγκος σωμάτων μετὰ σκληρείας, καὶ βάρους, καὶ δυσκινησίας τε, καὶ δυσαισθησίας.

Quid Scirrhus?

385. Scirrhus, est tumor corporum cum duritia, & pondere, & motus, ac sensus difficultate.

Τί ἐστιν οἴδημα;

τπϛ'. Οἴδημά ἐστιν ὄγκος χαλαρός τε, καὶ μαλθακός, ὡς ἐν τῷ πιέζειν ἀνώδυνος.

Quid Oedema?

386. Oedema, tumor est laxus ac mollis qui premendo dolore vacat.

Τί ἐστιν ἀπόστημα;

τπζ'. Ἀπόστημά ἐστι μεταβολὴ σωμάτων ἐκ φλεγμονῆς εἰς πύον.

Quid Abscessus, apostema.

387. Abscessus, est corporum ex phlegmone in pus transmutatio.

Quid Colobema, Mutilatio?

388. Mutilatio, est defectus particulæ in parte aliqua corporis.

Quid porus, Callus?

389. Callus, est substantia lapidosa, dura, ac renitens.

Quid Hydrocephalon?

390. Hydrocephalon, est humoris aquosi, aut fæculenti sanguinis collectio in parte corporum aliqua eorum quæ caput concinnant.

Quid Cerion, Fauus?

391. Fauus, vlcus est assidua habens foramina, ex quibus humor melli similis excernitur.

Quid Phagedæna?

392. Phagedæna, est vlcus, quod propinqua, & adiacentia erodit.

Quid Carcinoma, Cancer;

393. Carcinoma, est tumor malignus, & prædurus, sine vlcere, à cancro animali dictus.

Quid Dionysisci, cornua?

394. Dionysisci, sunt osseæ eminentiæ, quæ prope tempora nascuntur; dicuntur autem & cornua à cornigeris animalibus vocata.

Quid Teredo?

395. Teredo, pertusio est ossis ex corruptione; affectui nomen ab accidentibus foraminibus datum est; quasi teredo quædam existat.

Quid Aden?

396. Aden, collectio sicca quædam & carnosa est, vel carnosa conuolutio.

Quid Struma?

397. Struma, caro est sicca quæ non facilè soluitur.

Quid Bronchocele?

398. Bronchocele, tumor est gutturi adnascens; differtque ab eo, qui in scroto progignitur.

Quid Ancyle?

399. Ancyle, est eorum qui in ceruice aut articulis sunt tendonum compressio, qua functio interturbatur.

Quid Acrochordon, verruca pensilis?

400. Acrochordon, verruca est vel eruptio orbicularem, augustamque obtinens basin.

Quid Myrmecia, formica?

401. Myrmecia, tuberculum est asperum, non angustam habens basin.

Quid Thymus, thymium?

402. Thymus asperæ carnis extuberatio est, quæ esculentis thymis similis circa genitale ac sedem oritur.

Quid Gynæcomasthon?

403. Gynæcomasthon subiectæ mammis pinguedinis incrementum est præter naturam.

Τί ἐστι κολόβωμα;

τπη'. Κολόβωμά ἐστιν ἔκκοψις μορίου κατά τι μέρος τοῦ σώματος.

Τί ἐστι πῶρος;

τπθ'. Πῶρός ἐστιν οὐσία λιθώδης, καὶ ἀπόκριτος.

Τί ἐστιν ὑδροκέφαλον;

τϟ'. Ὑδροκέφαλόν ἐστιν ὑδατώδους ὑγροῦ, ἢ αἵματος τοῦ τρυγώδους συλλογὴ κατά τι μέρος τῶν τὴν κεφαλὴν πλεκόντων σωμάτων.

Τί ἐστι κήριον;

τϟα'. Κηρίον ἐστὶν ἕλκος συνεχεῖς ἔχον κατατρήσεις ἐξ ὧν μελιτῶδες ὑγρὸν ἐκκρίνεται.

Τί ἐστι φαγέδαινα;

τϟβ'. Φαγέδαινά ἐστιν ἕλκος ἀναβιβρῶσκον τὰ ὑπογυῆ, καὶ παρακείμενα.

Τί ἐστι καρκίνωμα;

τϟγ'. Καρκίνωμά ἐστιν ὄγκος κακοήθης, καὶ περίσκληρος, ἀνέλκωτος, ἢ ἡλκωμένος. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ζώου καρκίνου.

Τί εἰσιν διονυσίσκοι;

τϟδ'. Διονυσίσκοι εἰσὶν ὀστώδεις ὑπεροχαὶ ἐγγὺς κροτάφων γινόμεναι. λέγονται δὲ κέρατα ἀπὸ τῶν κερατοφορούντων ζώων κεκλημένα.

Τί ἐστι τερηδών;

τϟε'. Τερηδών ἐστιν ὀστοῦ κατάτρησις ἀπὸ φθορᾶς. τὸ δὲ ὄνομα τῷ πάθει ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων τρημάτων, οἱονεί τις τερηδὼν οὖσα.

Τί ἐστιν ἀδήν;

τϟϛ'. Ἀδήν ἐστι συστροφή τις ξηρὰ, καὶ σαρκώδης, ἢ συστροφὴ σαρκώδης.

Τί ἐστι χοιράς;

τϟζ'. Χοιράς ἐστι σὰρξ ξηρά, καὶ δύσλυτος.

Τί ἐστι βρογχοκήλη;

τϟη'. Βρογχοκήλη ἐστὶν ὄγκος παρὰ τῷ βρόγχῳ διαφορὰν ἔχων παρὰ τὴν ἐν τῷ ὀσχέῳ κατασκευήν.

Τί ἐστιν ἀγκύλη;

τϟθ'. Ἀγκύλη ἐστὶ πίεσις τῶν περὶ τὸν τράχηλον, ἢ τὰ ἄρθρα τενόντων, δι' ἣν ἐμποδίζεται ἡ ἐνέργεια.

Τί ἐστιν ἀκροχορδών.

υ'. Ἀκροχορδών ἐστιν ἔκφυσις περιφερῆ τε, καὶ διάστενον ἔχουσα βάσιν.

Τί ἐστι μυρμηκία;

υα'. Μυρμηκία ἔκφυσίς ἐστι παχεῖα, καὶ μὴ διάστενον ἔχουσα βάσιν.

Τί ἐστι θύμος;

υβ'. Θύμος ἐστὶν ἔκφυσις σαρκὸς τραχείας, ὁμοία τοῖς ἐδωδίμοις θύμοις περὶ αἰδοίῳ, καὶ ἕδρᾳ γινομένη.

Τί ἐστι γυναικόμασθον;

υγ'. Γυναικόμασθόν ἐστι παρὰ φύσιν αὔξησις τῆς ὑποκειμένης τοῖς μασθοῖς πιμελῆς.

Τί ἐστιν ἐξόμφαλος;

υδ΄. Ἐξόμφαλός ἐστιν ὑπεροχὴ ὀμφαλοῦ ὑπὸ διαφόρου αἰτίας γινομένη.

A *Quid Exomphalon, vmbilicus procidens?*

404. Exomphalon, prominentia est vmbilici quæ diuersis ex causis oboritur.

Τί ἐστιν ἐπιπλοόμφαλον;

υε΄. Ἐπιπλοόμφαλόν ἐστιν ὑπόδρομὴ ἐπιπλόου κατὰ τὸν ὀμφαλόν.

Quid Epiploomphalon?

405. Epiploomphalon, est omenti in vmbilicum decursus.

Τί ἐστιν ἐντερόμφαλον;

υϛ΄. Ἐντερόμφαλόν ἐστιν ὑπόδρομὴ ἐντέρου κατὰ τὸν ὀμφαλόν.

Quid Enteromphalon?

406. Enteromphalon, est intestini in vmbilicum decursus.

Τί ἐστιν ὑδρόμφαλον;

υζ΄. Ὑδρόμφαλόν ἐστιν ἀργοῦ ὑγροῦ σύστασις κατὰ τὸν ὀμφαλόν, ποτὲ δὲ καὶ ὑπὸ χιτῶνος συνεχόμενον.

B *Quid Hydromphalon?*

407. Hydromphalon, coaceruatio in vmbilico est lenti humoris, qui sub tunica quoque interdum continuatur.

Τί ἐστι πωρόμφαλον;

υη΄. Πωρόμφαλόν ἐστι πώρου σύστασις κατὰ τὸν ὀμφαλόν.

Quid Poromphalon?

408. Poromphalon, est concretio tophi in vmbilico.

Τί ἐστι σαρκόμφαλον;

υθ΄. Σαρκόμφαλόν ἐστι σαρκὸς παρὰ φύσιν αὔξησις κατ᾽ ὀμφαλόν, ἤτοι ἡμέρου, ἤτοι κακοήθους.

Quid Sarcomphalon?

409. Sarcomphalon, incrementum carnis præter naturam est in vmbilico, vel mitis, vel malignæ.

Τί ἐστι πνευμόμφαλον;

υι΄. Πνευμόμφαλόν ἐστι τὸ ἀνεύρυσμα τοῦ ὀμφαλοῦ.

C *Quid Pneumomphalon, vel pneumatomphalon?*

410. Pneumomphalon, dilatatio est vmbilici.

Πότε ἐν κατακαλύψει ἀπόστημα γίνεται;

υια΄. Ἐν κατακαλύψει ἐστὶν ἀπόστημα τῶν ἐν βάθει σωμάτων, ἢ σπλάγχνων εἰς πύον τῆς μεταβολῆς γινομένης.

Quando fit abscessus abditus?

411. In contectu est abscessus, quum corporum, quæ sunt in profundo, aut viscerum in pus fit mutatio.

Τί ἐστι φύγεθλον;

υιβ΄. Φύγεθλόν ἐστι κατὰ βουβῶνα γινόμενον ἀπόστημα.

Quid Phygethlon, panus?

412. Phygethlon, abscessus est, nascens in inguine.

Τί ἐστιν ὑποσπαδίας;

υιγ΄. Ὑποσπαδίας ἐστὶ πάθος ἐφ᾽ οὗ ἡ βάλανος ἐφείλκυσται. ἢ, ἐστὶ πάθος ἐφ᾽ οὗ ἡ βάλανος ἀπόκειται, καὶ τὸ τῆς οὐρήθρας τρῆμα ὑπόκειται.

D *Quid Hypospadias, subspado?*

413. Hypospadias, est affectus, in quo glans colis retracta est. Vel; affectus est in quo colis glans impendet, & vretræ foramen substernitur.

Τί ἐστι λιπόδερμος;

υιδ΄. Λιπόδερμός ἐστιν ἔλλειψις τοῦ σκέποντος τὴν βάλανον δέρματος, ὡς μηκέτι ἀποσύρειν δύνασθαι. τὸ σκέπον δὲ τὴν βάλανον ποσθή, ἢ ἀκροποσθία καλεῖται.

Quid Lipodermus, apella?

414. Lipodermus, est tegentis glandem pelliculæ, adeò vt distrahi non ampliùs possit. Quod autem tegit glandem, præputium, vel præputij summa vocatur.

Τί καὶ ποσαπλοῦς ἐστι φίμος;

υιε΄. Φίμος ἐστὶν ἡ τῶν πόρων φυσικῶν κατάκλεισις. διαφοραὶ δὲ τοῦ φίμου δύο. ἢ γὰρ ἐκ φύσεως, ἢ ἐξ ἐπιγεννήματος ἑλκώσεως προηγησαμένης γίνεται.

Quid & quotuplex Phimus, Capistratio?

E 415. Phimus est meatuum naturalium præclusio. Phimi duæ sunt differentiæ; vel enim ex natura fit, vel postea gignitur, vlceratione antegressa.

Τί ἐστι παραφίμωσις;

υιϛ΄. Παραφίμωσίς ἐστιν ἀποσυρέντος τοῦ τῆς βαλάνου νεύρου, ὡς μηκέτι ἐπισύρειν τὴν ποσθὴν δύνασθαι.

Quid Paraphimosis?

416. Paraphimosis, est quum retracto glandis neruo præputium deduci præterea nequit.

Τί ἐστι περιτομή;

υιζ΄. Περιτομή, ἡ περιαίρεσίς ἐστιν ἀφαίρεσις τοῦ σκέποντος βάλανον δέρματος.

Quid Peritome, circuncisio?

417. Peritome ablatio est cutis glandem obtegentis.

Τί ἐστι ῥαγάς;

υιη΄. Ῥαγάς ἐστι διαίρεσις τετυλωμένα ἔχουσα τὰ χείλη.

F *Quid Rhagas, fissura, scissura?*

418. Rhagas, diuisio est labra obtinens callo indurata.

Τί ἐστιν αἱμοῤῥοΐς, καὶ πόσαι τῶν αἱμοῤῥοΐδων διαφοραί;

υιθ΄. Αἱμοῤῥοΐς ἐστιν ἀνεύρυσμα τῶν καταπλεκόντων τὴν ἕδραν ἀγγείων. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ αἷμα δι᾽ αὐτῆς ῥεῖν.

Quid Hæmorrhois, & quot hæmorrhoidum differentiæ?

419. Hæmorrhois, dilatatio est vasorum quæ sedem contexunt; dicta, quòd sanguis per eam fluat. Diffe-

Differentiæ quinque ſunt hæmorrhoidum, à magnitudine, multitudine, figura, loco, conſtitutione. A magnitudine, quod aliæ paruæ ſint, aliæ magnæ, aliæ mediæ. A multitudine, quòd in aliis vna, plures in aliis; in quibuſdam verò pauciores conſiſtant. A figura, quòd nonnullæ anguſta, quædam lata ſint baſi. A loco, quòd quædam in ano, quædam in ſphynctere, quædam in recto ſunt inteſtino. A conſtitutione, quoniam aliæ mites ſunt, aliæ malignæ.

Quid Condyloma, nodus?

420. Condyloma, eſt extuberatio, quæ cum phlegmone in rugoſa ani parte conſurgit.

Quid Fiſtula & quæ fiſtularum differentiæ?

421. Fiſtula, ductus eſt calloſus, anguſtus & oblongus, interdum etiam obliquus oſculum habens cui cicatrix obduci nequit, per quod humor certis temporibus tenuis excernitur. Duæ ſunt fiſtularum differentiæ. Quædam enim ipſarum cæcæ ſunt, quædam verò occultæ. Cæcæ quidem ſunt, quæ oſculum in profundo, ſinum ad ſuperficiem habent; occultæ verò, quæ & os & ſinum in profundo obtinent.

Quot & qui ſunt Scroti affectus?

422. Tres circa Scrotum fiunt affectus, ramex, ſcabies, detritio.

Quot & qui ſunt in Scroto tumores?

423. Tumores in Scroto nouem conſiſtunt, hydrocele, enterocele, hydrenterocele, cirſocele, porocele, epiplocele, enterepiplocele, enteroporocele, hydrocirſocele.

Quid Hydrocele, aqua ramex?

424. Hydrocele, eſt lenti humoris in parte ſcroti collectio.

Quid enterocele, inteſtini ramex?

425. Enterocele, fit inteſtini in Scrotum paulatim, vel ſemel delapſus. Enteroceles cauſæ ſunt; antecedens quidem intenſio, vel ictus; continens autem, iterata extenſio, aut ruptio peritonæi.

Quid Hydrenterocele, humoris & inteſtini ramex.

226. Hydrenterocele, eſt delapſus inteſtini, minúſque elaborati humoris collectio in ſcroto.

Quid Cirſocele, varici ramex?

427. Cirſocele, eſt dilatatio, amplificatióque quorumdam, aut omnium quæ teſtem alunt, vaſorum.

Quid Hydrocirſocele, aquoſus & varicoſus ramex?

428. Hydrocirſocele eſt dilatata teſtem nutricantium vaſorum, & lenti humoris in ſcroti aliqua parte collectio.

Quid Porocle?

429. Porocele eſt concretio calli in aliqua parte ſcroti.

Quid Epiplocele, omenti ramex?

430. Epiplocele, lapſus omenti eſt in partem ſcroti.

Quid Enteroepiplocele, inteſtini & omenti ramex?

431. Entereopiplocele, in ſcroti partem inteſtini atque omenti caſus eſt.

Διαφοραὶ δὲ αἱμορροΐδων πέντε, παρὰ τὸ μέγεθος, παρὰ τὸ πλῆθος, παρὰ τὸ σχῆμα, παρὰ τὸν τόπον, ἢ παρὰ τὴν κατασκευήν. παρὰ μὲν τὸ μέγεθος, ὅτι αἱ μὲν αὐτῶν εἰσι μικραί, αἱ δὲ μεγάλαι, αἱ δὲ μέσαι. παρὰ δὲ τὸ πλῆθος, ὅτι ἐφ' ὧν μὲν μία, ἐφ' ὧν δὲ πλείονες συνίστανται. ἐπί τινων δὲ, ἐλάττονες. παρὰ δὲ τὸ σχῆμα, ὅτι αἱ μὲν στενὴν τὴν βάσιν ἔχουσιν, αἱ δὲ πλατεῖαν. παρὰ δὲ τὸν τόπον, ὅτι αἱ μὲν ἐν δακτυλίῳ γίγνονται, αἱ δὲ ἐν σφιγκτῆρι· αἱ δὲ ἐν τῷ ἀπευθυσμένῳ. παρὰ δὲ τὴν κατασκευήν, ὅτι αἱ μὲν εἰσιν ἥμεροι, αἱ δὲ κακοήθεις.

Τί ἐστι κονδύλωμα;

υκ'. Κονδύλωμά ἐστι δακτυλίου ῥυτίδος ἐπανάστασις μετὰ φλεγμονῆς.

Τί ἐστι σύριγξ;

υκα'. Σύριγξ ἐστὶν ὑποφορὰ τυλώδης, στενὴ καὶ ἐπιμήκης· ἔσθ' ὅτε καὶ σκολιουμένη ἀναπούλωτον ἔχουσα τὸ στόμιον, δι' οὗ ὑγρὸν κατά τινας καιροὺς ἐκκρίνεται. τῶν συρίγγων διαφοραὶ δύο· αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσι τυφλαί, αἱ δὲ κρυπταί. τυφλαὶ μὲν αἱ τὸ στόμιον ἐν τῷ βάθει ἔχουσαι, τὸν μέντοι κόλπον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν. κρυπταὶ δὲ ὅσαι καὶ τὸ στόμιον, καὶ τὸν κόλπον ἐν τῷ βάθει ἔχουσιν.

Πόσα τε, καὶ τίνα περὶ τὸν ὄσχεον γίνεται πάθη;

υκβ'. Περὶ τὸν ὄσχεον γίνεται πάθη τρία· κίρσος, ψώρα, ῥάκωσις.

Πόσοι τε, καὶ τίνες ὄγκοι ἐν τῷ ὀσχέῳ συνίστανται;

υκγ'. Ὄγκοι ἐν ὀσχέῳ ἐννέα συνίστανται, ὑδροκήλη, ἐντεροκήλη, ὑδρεντεροκήλη, κιρσοκήλη, πωροκήλη, ἐπιπλοκήλη, ἐντεροεπιπλοκήλη, ἐντεροπωροκήλη, ὑδροκιρσοκήλη.

Τί ἐστιν ὑδροκήλη;

υκδ'. Ὑδροκήλη ἐστὶν ἀργοῦ ὑγροῦ σύστασις κατὰ μέρος τοῦ ὀσχέου.

Τί ἐστιν ἐντεροκήλη;

υκε'. Ἐντεροκήλη ἐστὶν ἐντέρου καθολίσθησις εἰς τὸν ὄσχεον κατὰ βραχὺ, ἢ ἀθρόως. αἰτίαι δὲ ἐντεροκήλης ἡ προκαταρκτικὴ ἔντασις, ἢ πληγή· συνεκτικὴ δὲ ἀπέκτασις, ἢ ῥῆξις τοῦ περιτοναίου.

Τί ἐστιν ὑδρεντεροκήλη;

υκϛ'. Ὑδρεντεροκήλη ἐστὶν ἐντέρου καθολίσθησις, καὶ ἀργοῦ ὑγροῦ συλλογὴ κατὰ τὸν ὄσχεον.

Τί ἐστι κιρσοκήλη;

υκζ'. Κιρσοκήλη ἐστὶν ἀνευρυσμὸς καὶ μεγεθοποίησίς τινων, ἢ πάντων τῶν τρεφόντων τὸν δίδυμον ἀγγείων.

Τί ἐστιν ὑδροκιρσοκήλη;

υκη'. Ὑδροκιρσοκήλη ἐστὶν ἀνευρυσμὸς τῶν τρεφόντων τὸν δίδυμον ἀγγείων, καὶ ἀργοῦ ὑγροῦ συλλογὴ κατά τι μέρος τοῦ ὀσχέου.

Τί ἐστι πωροκήλη;

υκθ'. Πωροκήλη ἐστὶ πώρων σύστασις, κατά τι μέρος τοῦ ὀσχέου.

Τί ἐστιν ἐπιπλοκήλη;

υλ'. Ἐπιπλοκήλη ἐστὶν ὀλίσθησις ἐπίπλου κατὰ τὸ μέρος τοῦ ὀσχέου.

Τί ἐστιν ἐντεροεπιπλοκήλη;

υλα'. Ἐντεροεπιπλοκήλη ἐστὶν ὀλίσθησις ἐντέρου τε, καὶ ἐπίπλου κατὰ τὸ μέρος τοῦ ὀσχέου.

Τί ἐστι κήλη;

υλβʹ. Κήλη ἐστὶν ὄγκος περιεκτικός τινος τῶν προειρημένων· πᾶς γὰρ ὄγκος ἐν ὀσχέῳ κήλη λέγεται.

Quid Cele, ramex?

432. Cele, tumor est qui dictorum aliquod continet; omnis enim in scroto tumor ramex nuncupatur.

Τί ἐστι κρύψορχις;

υλγʹ. Κρύψορχίς ἐστιν ἀναχώρησις διδύμου, ἢ διδύμων.

Quid Crypsorchis, testiculi occultatio?

433. Crypsorchis, est testiculi, vel testiculorum recessus.

Τί ἐστι ῥάκωσις;

υλδʹ. Ῥακωσίς ἐστιν ἐπέκτασις πολλὴ τοῦ ὀσχέου.

Quid Rhacosis, attritio.

434. Rhacosis, multa scroti extensio est.

Τί ἐστι ψωρίασις;

υλεʹ. Ψωρίασίς ἐστι σκληρότης πολλὴ τοῦ ὀσχέου μετ' ἐπιτεταγμένου κνησμοῦ, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἑλκώσεως.

Quid Psoriasis, scabies?

435. Psoriasis, multa durities est scroti cum intensa prurigine, quandoque verò & vlceratione.

Τί ἐστι γάγγραινα;

υλϛʹ. Γάγγραινά ἐστι μεταβολὴ τοῦ χρωτὸς τοῦ κατὰ φύσιν ἑκάστου ἐπὶ τὸ ἀλλότριον, καὶ νέκρωσις μεθ' ἑλκώσεως, καὶ δίχα ἑλκώσεως. γίνεται δὲ γάγγραινα ἤτοι πληγῆς προηγησαμένης, ἢ νεκρώσεως γιγνομένης, ἢ φλεγμονῆς ἐκ χειρουργίας.

Quid Gangræna, extinctio?

436. Gangræna, est corporis mutatio à naturali cuiusque habitu in alienum, atque extinctio, cum vlceratione, & citra vlcerationem. Gignitur autem gangræna vel plaga procedente, vel dum extinctio fit, aut phlegmone ex chirurgia.

Τί ἐστι δρακόντιον;

υλζʹ. Δρακόντιόν ἐστιν ἕλκος φορὰν ἐπ' αὐτὸ ἔχον νεύρου ἀπὸ τοῦ πλησίον μέρους. εἴρηται δὲ δρακόντιον ἐπεὶ ἐν ταῖς κινήσεσιν ἀναχωρεῖ τὸ νεῦρον ἐπὶ τὸ ἕλκος, καὶ κρύπτεται ἐν αὐτῷ.

Quid Dracunculus?

437. Dracunculus, est vlcus, quod à parte propinqua ad ipsum nerui delationem habet. Dictus autem est, quòd neruus mouendo corpore in vlcus recedat, in eóque occultetur.

Τί ἐστιν ἧλος;

υληʹ. Ἧλός ἐστιν ἕλκος ἐν πέλματι περιφερές, καὶ τετυλωμένον.

Quid Clauus?

438. Clauus, est vlcus in pedis planta orbiculatum, quod callum contraxit.

Τί ἐστι σπέρμα, καὶ πόθεν;

υλθʹ. Ἐκκρίνεται τὸ σπέρμα ὥσπερ Πλάτων φησί, καὶ Διοκλῆς, ἀπὸ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου. Πραξαγόρας δὲ καὶ Δημόκριτος, ἔτι τε Ἱπποκράτης ἐξ ὅλου τοῦ σώματος. ὁ μὲν Δημόκριτος λέγων. ἄνθρωποι εἷς ἔσται, καὶ ἄνθρωπος πάντες. ὁ δὲ Ἱπποκράτης φησί. ἡ γὰρ ἡδονὴ πάντοθεν ἔρχεται τοῦ σώματος· ἀπὸ μὲν τῶν ὑγιῶν, ὑγιής. ἀπὸ δὲ τῶν νοσερῶν, νοσερά. τὸ σπέρμα ἐστὶν κατὰ μὲν τοὺς Στωϊκούς, ὃ μεθίησι τὸ ζῶον ὑγρὸν μετὰ πνεύματος καὶ ψυχῆς, ὡς δὲ οὐ μέρος. κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην, τὸ ἐν ταῖς ἀφροδισίοις συνουσίαις ἐκκρινόμενον γυνικὸν ὑγρόν.

Quid Semen, & vnde?

439. Semen, vt Plato, ac Diocles autumant, ex cerebro, & dorsi medulla excernitur; vt autem Praxagoras, atque Democritus, præterea & Hippocrates censent, ex toto corpore. Democritus quidem quum ait, homines vnus erit, & homo omnes. Hippocrates verò; genitura, inquit, vndique à corpore demanat, à sanis sana; à morbosis morbosa. Semen est, secundum Stoicos, quod cum spiritu, & anima, sed veluti non pars ab animali dimittitur; vt autem opinio fert Asclepiadis, genitalis humor qui in venereis congressibus excernitur.

Εἰ σπερμαίνει τὸ θῆλυ;

υμʹ. Ἐζήτηται εἰ σπερμαίνει τὸ θῆλυ, ὥσπερ τὸ ἄρρεν σπερμαίνει· καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τὴν αὐτὴν ὄρεξιν ἔχει, καὶ κοινωνεῖ τῶν αὐτῶν νοσημάτων· καὶ φανερῶς διὰ τῆς ἀνατομῆς δείκνυται τοὺς σπερματικοὺς ἔχον πόρους, καὶ τὸ μέγιστον τοῦ σπερμαίνειν μαρτύριον, αἱ ὁμοιότητες τῶν γινομένων πρὸς τὰς τεκούσας· ὅτι δὲ συμβάλλεται, μαρτυρεῖ Ἱπποκράτης λέγων ἐν τῷ περὶ παίδων φύσεως. ἢν γονὴ μείνῃ ἀπ' ἀμφοῖν ἐν τῇσι μήτρῃσι τῆς γυναικὸς, πρότερον μὲν μίσγεται ὁμοῦ, ἅτε τῆς γυναικὸς οὐκ ἀτρεμεούσης, ἀθροίζεται δὲ καὶ παχύνεται θερμαινόμενον, ἔπειτα πνεῦμα ἴσχει.

Vtrum semen mulier emittat?

440. Quæsitum est vtrùm fœmina semen emittat, vt & mas semen promit. Etenim eandem libidinem habet fœmina, eorumdémque morborum est particeps; ac planè ex dissectione, seminariis meatibus prædita esse ostenditur. Maximum quoque id producendi seminis testimonium est, quòd similes matribus procreentur liberi; Quod autem conferat, testis est Hippocrates, qui in libro de pueri natura, *Si profecta (*inquit*) ab ambobus genitura in mulieris locis manet; primùm quidem vnà miscetur, vtpote non quiescente muliere, concalescendóque colligitur, ac crassescit; deìn spiritum concipit.*

Πῶς διαφέρει σπέρμα γόνου;

υμαʹ. Διαφέρει σπέρμα γόνου, ὅτι σπέρμα μέν ἐστι τὸ ἐν σπερματικοῖς πόροις ὄν, γόνος δὲ τὸ ἤδη ἐκκριθέν· καὶ ὡς Ἀσκληπιάδης λέγει, ὅτι τὸ σπέρμα μὲν καὶ τοῖς μηδέπω γεννᾶν δυναμένοις, ὡρισάμεθα. γόνον δὲ τὸ μηδέπω πεπεμμένον σπέρμα.

Quomodo semen à genitura differt?

441. Differt semen à genitura, quòd semen in seminariis sit meatibus, genitura verò quod iam excretum est; Et, vt Asclepiades loquitur, semen quidem iis quoque esse qui nondum generare possunt, definiuimus; genituram verò semen nondum concoctum.

Quæ

A

Quæ infœcunditatis causæ?

441. Infœcunditatis duplex causa est, altera in viro, altera in muliere, & vtraque multiplex. In fœmina igitur causa est, si perfrigidum vterum, vel præpinguem mulier habeat; in mare verò, quum is vel subspado, vel testiculis orbatus fuerit; vel alio quodam morbi genere correptus.

Τίνες αἰτίαι τῆς ἀγονίας;

υμβ´. Αἰτίαι ἀγονίας διτταὶ, ἡ περὶ τὸν ἄνδρα, ἡ περὶ τὸ θῆλυ, καὶ ἑκάτεραι πλεοναχῶς. περὶ μὲν οὖν τὸ θῆλυ ἤτοι κατάψυχρον ἐχούσης, ἢ καταπίμελον τῆς γυναικὸς τὴν μήτραν· περὶ δὲ τὸ ἄρρεν, ἤτοι ὅταν ὑποσπαδίας ᾖ, ἤτοι ἐστερημένος διδύμων, ἢ ἄλλον τινὰ τρόπον ἔχων νοσήματος.

An fœtus pars fœtæ?

443. Non est pars fœtæ fœtus in vtero, aut certè ipso prorsus intereunte, grauidam quoque interire necessariò oportet: vel partu edito lædi in integris functionibus, quod pars desit, atque ea corpus spolietur.

Εἰ ἔστι μέρος τῆς κυούσης τὸ κυούμενον;

B

υμγ´. Οὐκ ἔστι μέρος τῆς κυούσης τὸ κυούμενον, ἢ πάντως φθειρομένου μὲν αὐτοῦ, ἀποθνήσκειν ἐχρῆν ἐξ ἀνάγκης τὴν κυοῦσαν· ἢ ἀποκυισκομένου βλάπτεσθαι πρὸς τὰς ὁλοκλήρους ἐνεργείας, ὡς λείποντος μέρους, καὶ ἀποστερουμένου τοῦ σώματος αὐτοῦ.

Vnde alitur fœtus?

444. Nutritur fœtus per secundas alimentum excipiens, attrahénsque. At non per os, sed per ymbilicum alitur.

Πόθεν τρέφεται τὸ ἔμβρυον;

υμδ´. Τρέφεται τὸ ἔμβρυον διὰ τοῦ χορίου λαμβάνον καὶ ἐπισπώμενον. τρέφεται δὲ οὐ διὰ στόματος, ἀλλὰ δι᾽ ὀμφαλοῦ.

Vtrum fœtus animal?

445. Fœtum quidam animal esse, quidam non esse prodiderunt. Quotquot igitur animal ipsum esse dixerunt, ex motu coniectarunt animal ipsum existere. Quandoquidem & mouetur fœtus, & quia matre quidem sese oblectante, oblectatur ac lętatur, mœrente verò mœret, & vt sentiens animal cogitur: nulli enim sensus, præterquam animali, à natura datus est. Qui autem non esse animal asserunt, nutriri ipsum quidem & augeri vt & arbores, non tamen vt animalia appetendi & auersandi vim habere. Non enim ipse solum voluntariè, imò neque ex proposito mouetur, verùm vt arbores & plantæ, nam ventus iis causa est motionis; fœtus verò circumfusa humiditas, & lubricitas, atque vteri figura, qui quum impletur tumescit in globum: est autem globus figura in omnem motum, vtpote omnis expers basis, natura procliuis. At Asclepiades fœtum neque animal, neque non animal esse pronunciauit, sed simile id esse dormientibus dixit: nam quo illi modo sensus obtinent, neque tamen vtuntur: sic & quod in vtero gestatur.

Εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρός;

C

υμε´. Τινὲς μὲν εἶπον ζῶον, τινὲς δὲ οὔ. ὅσοι μὲν οὖν εἶπον ζῶον ὑπάρχειν αὐτὸ, τῇ κινήσει ἐτεκμήραντο ζῶον ὑπάρχειν αὐτό. ἐπεὶ γὰρ κινεῖται καὶ τὸ ἔμβρυον, καὶ ὅτι ἥδεται μὲν ἡδομένης τῆς μητρὸς καὶ εὐφραίνεται, ἀνιωμένης δὲ συστέλλεται, καὶ συνάγεται αἰσθανόμενον ὡς ζῶον. ἡ γὰρ αἴσθησις οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἢ ζώῳ προσφυής. οἱ δὲ μὴ εἶναι ζῶον λέγοντες, τρέφεσθαι μὲν αὐτὸ καὶ αὔξεσθαι ὥσπερ καὶ τὰ δένδρα, ὁρμὴν δὲ καὶ ἀφορμὴν οὐκ ἔχειν ὥσπερ τὰ ζῶα. οὐ γὰρ αὐτὸ προαιρέτως οὐ μόνον κινεῖται, ἀλλ᾽ οὔτε μετὰ προαιρέσεως, ἀλλ᾽ ὡς τὰ δένδρα καὶ φυτά.

D

τοῖς μὲν γὰρ αἴτιος κινήσεως ἄνεμος, ἐμβρύοις δὲ ἡ περὶ αὐτὰ ὑγρότης, καὶ ὄλισθος, καὶ τὸ σχῆμα τῆς μήτρας, πληρουμένη γὰρ σφαιροποιεῖται, σχῆμα δὲ ἡ σφαῖρα εἰς πᾶσαν κίνησιν εὐφυὴς, ἅτε βάσεως ἁπάσης ἄμοιρος. Ἀσκληπιάδης δὲ οὔτε ζῶον, οὔτε μὴ ζῶον εἶπεν τὸ ἔμβρυον, ἀλλ᾽ ὅμοιον ἔφησεν αὐτὸ τοῖς κοιμωμένοις· ὅνπερ γὰρ τρόπον ἐκεῖνοι μὲν ἔχουσι τὰς αἰσθήσεις, οὐ χρῶνται δὲ αὐταῖς, οὕτωσὶ καὶ τὸ κατὰ γαστρός.

Quandonam mas & fœmina generantur?

446. Gignitur mas, vt nonnulli opinantur, postquam ex dextra parte auulsum semen in vterum coniectum est: fœmina, quum ex sinistra: Alij verò pro peculiari seminis temperamento à calore vel frigore fieri dixerunt. Nam semen calidius marem generat: frigidius fœminam.

Ὁπότε μὲν τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ γίνονται;

E

υμϛ´. Γίνεται δὲ τὸ ἄρρεν κατὰ μέν τινας, ἐπειδὰν τὸ ἐκ τῶν δεξιῶν ἀποσπασθὲν σπέρμα, καταβληθῇ εἰς τὴν μήτραν· θῆλυ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν. Ἄλλοι δὲ ἔφασαν κατὰ τὴν τοῦ σπέρματος ἰδιοσυγκρασίαν, ἤτοι παρὰ τὴν θερμότητα, ἢ τὴν ψυχρότητα γίνεσθαι. τὸ μὲν γὰρ θερμότερον σπέρμα ποιεῖ τὸ ἄρρεν, τὸ δὲ ψυχρότερον, τὸ θῆλυ.

Quomodo gemini ac trigemini procreantur?

447. Fiunt gemini, atque trigemini, vt quidam arbitrantur, quoniam semen in calidum detractum ac deriuatum frangitur, sicque facit geminos, & trigeminos. Alij ad superfœtationem causam referunt. Nos verò, si in hæc ambo conferri semen inuentum sit, gemellos asserimus procreari.

Ὅπως τὰ δίδυμα καὶ τρίδυμα γίνεται;

υμζ´. Τὰ δὲ δίδυμα καὶ τρίδυμα γίνεσθαι, κατὰ μέν τινας διὰ τὸ εἰς θερμὴν τὴν μήτραν, καθελκόμενον σπέρμα θραύεσθαι, καὶ ποιεῖν οὕτως τὰ δίδυμα, καὶ τρίδυμα. Ἄλλοι δὲ τὰς ἐπισυλλήψεις ᾐτιάσαντο. ἡμεῖς δὲ φαμὲν ὅτι ἐὰν εὑρεθῇ τὸ σπέρμα εἰς ἄμφω ταῦτα, γίνεσθαι τὰ δίδυμα.

F

Τί ἐστιν Ἑρμαφρόδιτος;

υμη΄. Ἑρμαφρόδιτός ἐστι συμπλοκὴ τοῦ τε ἀρσενικοῦ, καὶ τοῦ θηλυκοῦ χαρακτῆρος μετὰ τοῦ καὶ ἐν ἀμφοτέροις γεγενῆσθαι αἰδοῖον ἔχειν.

Quid Hermaphroditus?

448. Hermaphroditus, complexus est masculini sexus, ac fœminei, etiam vtroque genitale proprium obtinente.

Πῶς τὰ τέρατα γίνεται;

υμθ΄. Τέρατα γίνεται, ὥς μέν τινες λέγουσι, κατὰ παρέγκλισιν τῆς μήτρας· τὸ γὰρ σπέρμα παρεγχεόμενον ἀνωμάλως ποιεῖ τὰ τέρατα, ὃν τρόπον καὶ τὸν μόλιβδον θερμὸν ὄντα, ἐπειδὰν καταχυθῇ ἀνωμάλως, ἀνώμαλον ποιεῖ τὸ δημιούργημα. ἢ· τὰ τέρατα ἤτοι κατ' ἔλλειψιν, ἢ κατὰ πλεονασμὸν γίνεται· καὶ τὰ μὲν κατὰ μέγεθος, ὡς τὰ μεγαλοκέφαλα. τὰ δὲ κατὰ σμικρότητα, ὡς τὰ στρουθοκέφαλα· τὰ δὲ κατὰ πλεονασμόν, ὥσπερ τὰ ἑξαδάκτυλα, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ πλεοναδάκτυλα.

Quomodo procreantur monstra?

449. Generantur monstra (vt quidam aiunt) per declinationẽ obliquitatémque vteri; nam quod inæqualiter semen infunditur, monstra progignit: quo modo & liquatum plumbum, si inæqualiter defusum sit, inæquale opus conflatur. Vel; monstra aut per defectũ, vel per excessum fiunt. Gignuntur per magnitudinem vt quę amplo sunt capite; per paucitatem verò, vt quę passerino sunt capite; per exuperantiam verò vt quæ sex constant digitis, quandoque etiam pluribus.

Διὰ ποίαν αἰτίαν τὰ μὲν ἑπτάμηνα, γόνιμα· τὰ δὲ ὀκτάμηνα ἄγονά ἐστιν;

υν΄. Διὰ ποίαν αἰτίαν τῶν ἑπταμήνων γονίμων ὄντων, τὰ ὀκτάμηνα ἄγονά ἐστιν; λέγεται οὕτως· ὅτι ὁ ὀκτὼ ἀριθμὸς ἄρτιός ἐστι καὶ συνεζυγμένος, μὴ κρίσιμος ὤν· ὁ δὲ ἑπτὰ, ἀριθμὸς περιττὸς, καὶ οὐδὲ συνεζυγμένος, καὶ διὰ τοῦτο κρίσιμος.

Quare septimestres vitales, octimestres verò minimè?

450. Quam ob causam septimestres partus viuunt, octimestres minimè? ita fertur; quoniam numerus octo, par & coniunctus, nec decretorius est; septem autem impar est numerus, neque verò coniunctus, atque ob id decretorius.

Τίνες αἰτίαι συλλήψεως;

υνα΄. Αἰτία συλλήψεως ἡ τῆς μήτρας σύμμετρος θερμασία, καὶ ἡ πρόσφατος τῶν ἐμμηνίων κάθαρσις καὶ ὄρεξις· ταῦτα γὰρ ὁμοῦ συνελθόντα, κατέχει τὸ σπέρμα.

Quæ causæ conceptionis?

451. Conceptionis causa, commoderatus vteri calor; recénsque menstruorum purgatio; & coëundi appetitus; hæc enim simul congressa semen detinuerunt.

Ὅπως γίνεται ἡ διάρθρωσις; καὶ τί ἐστι χόριον;

υνβ΄. Πρῶτον συνίσταται τοῦ ἐμβρύου τὸ χόριον, εἶτα τὰ λοιπά· τὸ χόριον μὲν συνέστηκεν ἐκ δύο φλεβῶν, καὶ δύο ἀρτηριῶν, καὶ πέμπτου τοῦ καλουμένου οὐραχοῦ, ἤτοι ὅτι χώρημά ἐστι τοῦ ἐμβρύου, οἱονεὶ χωρεῖον, ἢ ὅτι χορηγεῖται τὴν τροφὴν αὐτοῦ.

Quomodo fit conformatio & quid secundæ?

452. Conformantur primum fœtus secundæ; deinde reliqua. Constant secundæ ex duabus venis, duabúsque arteriis, & quinto vocato vracho. Vocatur autem chorion, seu quòd fœtus conceptaculum sit, seu quòd ipsi alimentum suppeditet.

Τί εἰσιν ὠδῖνες;

υνγ΄. Ὠδῖνές εἰσι πνεύματος ἀθρόου καταφορὰ πρὸς τὴν ἐκδρομὴν τοῦ ἐμβρύου.

Quid sunt parturigines?

453. Parturigines sunt spiritus conferti impetus ad fœtus excursum.

Τίς ἡ τῶν καταμηνίων χρεία;

υνδ΄. Τὰ καταμήνια παρέχεται τῇ γυναικὶ πρὸς ὑγείαν ἐκκενούμενα, ἐπισχεθέντα δὲ διὰ τὴν σύλληψιν τοῦ ἐμβρύου τὴν τροφὴν παρέχει· γέγονε γὰρ καὶ πρὸς σύλληψιν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ γάλακτος γένεσιν.

Quis menstruorum vsus?

454. Tribuuntur mulieri menstrua, quò sanitatis gratia euacuentur; fœtui autem alimentum se præbeant per conceptum suppressa; sunt enim tum ad conceptionem, tum ad lactis generationem comparata.

Ὁπότε ταῖς κυούσαις ἡ κίττησις γίνεται, καὶ τίς αὐτῆς αἰτία;

υνε΄. Ταῖς κυούσαις ἡ κίττησις γίνεται μετὰ δύο που, ἢ τρεῖς τῆς συλλήψεως μῆνας, στομάχου παθόντος· τὸ γὰρ ἔμβρυον οὔπω δύναται καταναλίσκειν τὴν τροφήν· τῆς κίττης αἰτία γίνεται τὸ πλεονάζειν τὴν ὕλην, καὶ ταραχὴν ἐγγίνεσθαι τῷ στομάχῳ· ἀμέλει αὔξησιν λάβῃ τὸ ἔμβρυον κάτω φερομένου τοῦ αἵματος ἐπ' αὐτὸν ὁ στόμαχος ἀποκαθίσταται.

Quando grauidis fit pica, & quæ eius causa?

455. Fit prægnantibus pica duobus circiter, aut tribus à conceptu mensibus, affecto stomacho; nondũ enim potest fœtus alimentũ consumere. Picę causa inde prodit, quod exuperet materia, & stomachus perturbatione vexetur. Sanè quũ incrementum acceperit embryum, tum recipiente se deorsum sanguine, ad se stomachus redit.

Πόσα ἐστὶ τῶν ἐμβρύων σχήματα;

υνϛ΄. Σχήματα ἐμβρύων τέσσαρα, ἓν μὲν τὸ κατὰ φύσιν, ὅ ἐστιν ἐπὶ κεφαλὴν, τὰ δὲ λοιπὰ τρία, ἅτινα παρὰ φύσιν ἐστὶ, τὸ ἐπὶ πόδας, τὸ πλάγιον· καὶ τὸ διπλοῦν.

Quot figuræ sunt quibus fœtus in lucem prodeunt?

456. Quatuor sunt fœtuum figuræ, siue positure, vna quidem secundum naturam, quæ in caput est; reliquæ tres præter naturam quæ in pedes, in latus: & in duplum.

Quot

Quot modis & caussis difficiles redduntur partus?

457. Difficiles partus tribus modis & caussis fiunt, ex fœta, ex fœtu, & ab externis. Ex fœta, duplici modo, animo quidem, quum zelotypiis, vel mœroribus vel alia quauis perturbatione affecta fuerit; corpore verò quum angustis fuerit meatibus, aut præpinguis, aut primùm fœta, aut vterum habuerit, qui alimentum non admittat. Ex fœtu verò, vel quum is moritur in vtero; vel geminus, aut monstrosus editur. Ab externis, per intensam hyemem, aut æstum vehementem.

Quæ vlcerum vteri caussæ?

458. Caussæ vlcerum in vtero sunt interdum abscessus; nonnunquam pessus abortiuus, aliquando verò scirrhus; éstque hic cum aliis diuturnus.

Quid sarcosis in vtero?

459. Sarcosis in vtero, est carnis collectæ extuberatio; quæ si magna sit, pars eius recidenda est, vellicata prius scalpris, quo celeriùs emoriatur, sin parua, protinus tollenda.

Quid hæmorrhagia & quid ab hæmorrhoide differat?

460. Hæmorrhagia, effusio vehemens est sanguinis; quæ si magnum vulnus sit, per largum obitur fluxum; sin angustum, per iaculationem vt in venis secādis. Differt hæmorrhagia ab hæmorrhoide, quod hæmorrhagia, abundans sit effusio, vt dixi sanguinis, hæmorrhois autem delatio sanguinis per diapedesin, ac paulatim facta.

Quot modi sunt eruptionis sanguinis & quæ hæmorrhagia curatu difficilior.

461. Tres sunt eruptionis sanguinis modi, vel per anastomosin, vel per diapedesin, vel per ruptionē, seu diacopē. Quæ diapedesi, & coporis nostri vasorū erosione cōstat, nō facilè sanatur. Curantur difficiliùs arteriæ, quā venæ; partes in profundo sitæ iis quæ superficiē occupāt; & quę his, aut illis vicinę magis sunt, faciliorē difficiliorémve curationē recipiunt; sanguinē, quē nō paruo negotio compescas, facilè hęc loca profundunt, tēporales musculi, cerebri mēbranæ, palatū, columella, collū, alæ, inguina, & id genus alia; inter homines verò, si ætatem spectes, iuuenes; si habitum, prauis affecti humoribus; si anni tempestatem, in æstate; si constitutionem, in hyeme.

Quid per chymum intelligitur?

462. Chymus, apud Hippocratem semper humoribus corporis impositus est, ex quibus nostra est structura, sanguine, pituita, & duplici bile, flaua, & nigra; apud Platonem verò & Aristotelem, gustabilis qualitas, & quæcunque nobis inest, chymus hoc est sapor nominatur. Sunt autem qualitates acor, austeritas, acerbitas, acrimonia, salsedo, dulcedo; amaritudo sic & Mnesitheo placet in Pathologia.

Quando, quibus, & quare vacuandum est?

463. Vacuamus vel venæ sectione, vel cucurbitula, vel hirūdine, vel similibus. Sanguinē detrahimus ob multā plenitudinem, pręsertímque vbi sanguinem affectus caussam esse suspicabimur. Detractionis cuiuslibet tutior præferenda; grauis, medicamenti oblatione declinanda est. Cucurbitula vtimur ad locorum contusionem. Hirundinem admouemus, vbi affectum locum tenuiter aperire est opus.

A

Κατὰ πόσους τρόπους καὶ αἰτίας αἱ δυστοκίαι γίνονται;

υνζ'. Αἱ δυστοκίαι κατὰ τρεῖς γίνονται τρόπους, κατὰ τὴν κύουσαν· κατὰ τὸ κυούμενον· κατὰ τὰ ἔξωθεν· κατὰ τὴν κύουσαν διχῶς, ψυχικῶς μὲν ζηλοτυπίαις ἐχομένης, ἢ λύπαις, ἢ ἄλλῳ τινὶ πάθει· σωματικῶς δὲ ἢ στενόπορον οὖσαν, ἢ κατάπιμελον, ἢ πρωτοτόκως κύουσαν, ἢ ἄτροφον ἔχουσαν τὴν μήτραν. παρὰ δὲ τὸ κυούμενον, ἤτοι ὅταν ἐναποθάνῃ, ἢ δίδυμον, ἢ τερατῶδες, παρὰ δὲ τὸ ἔξωθεν, χειμῶνος ἐπιτεταμένου ἢ καύματος σφοδροῦ.

B

Τίνες αἰτίαι τῶν ἐν μήτρᾳ ἑλκῶν;

υνη'. Αἰτίαι τῶν ἐν μήτρᾳ ἑλκῶν, ὅτε μὲν ἀπόστημα, ὅτε δὲ πεσσὸς φθόριος· ὅτε δὲ ἐν μήτρᾳ σκίρρος· ἔστι δὲ χρόνιος σὺν μετ' ἄλλων.

Τί ἐστιν ἡ ἐν μήτρᾳ σάρκωσις;

υνθ'. Ἡ ἐν μήτρᾳ σάρκωσίς ἐστι σαρκὸς ἠθροισμένης ἔκφυσις· ἣν χρὴ διὰ μέρος ἀποσφάξαντα, εἰ μεγάλη εἴη, προκατακνίζειν ἵνα τάχιον νεκρωθῇ· εἰ δὲ εἴη βραχεῖα, παραχρῆμα βαστάζειν.

Τί ἐστιν αἱμορραγία, καὶ τί διαφέρει αἱμορροΐδος;

C

υξ'. Αἱμορραγία ἐστὶν αἵματος λάβρος ἔκχυσις, κατὰ περίρρευσιν μὲν μεγάλης οὔσης τρώσεως, κατ' ἀκοντισμὸν δὲ εἰς στενότητα τυγχανούσα ὡς ἐπὶ τῶν φλεβοτομιῶν. Διαφέρει αἱμορραγία αἱμορροΐδος, ὅτι ἡ μὲν αἱμορραγία, ὡς ἔφην, λάβρος ἐστὶν αἵματος ἔκχυσις· ἡ δὲ αἱμορροῒς, κατὰ διαπήδησιν, καὶ κατ' ὀλίγον αἵματος φορά.

Πόσοι οἱ αἱμορραγίας τρόποι, καὶ τίς δυσβοήθητος;

υξα'. Τρόποι αἱμορραγίας τρεῖς, ἢ κατὰ ἀναστόμωσιν, ἢ κατὰ διαπήδησιν, ἢ κατὰ ῥῆξιν ἄλλως διακοπήν. ἔστι δὲ ἡ κατὰ διαπήδησιν, καὶ ἡ κατὰ διάβρωσιν ἐν ἡμῖν ἀγγείων, δυσβοήθητος. ἀρτηρίαι μᾶλλον ἢ φλέβες, καὶ τὰ ἐν βάθει τῶν παρὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὰ γειτνιῶντα τοῖς τόποις· εὐαιμόρραγητοι τόποι καὶ δυσεπίσχετοι, οἱ κροταφῖται μύες, μήνιγγες, οὐρανὸς, κιονὶς, τράχηλος, μασχάλαι, βουβῶνες, καὶ τὰ τοιουτότροπα· τῶν δὲ ἀνθρώπων παρὰ ἡλικίαν μὲν οἱ νέοι· παρὰ ἕξιν δὲ οἱ κακόχυμοι· παρὰ δὲ τὴν ὥραν, ἐν τῷ θέρει· παρὰ δὲ τὴν σύστασιν, χειμῶνι.

Τί ὑπονοεῖται διὰ τοῦ χυμοῦ;

E

υξβ'. Χυμὸς παρὰ μὲν Ἱπποκράτει διὰ παντὸς ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ σῶμα τέτακται χυμῶν, ἐξ ὧν ἐστιν ἡμῖν ἡ σύστασις αἵματος, φλέγματος, χολῶν δύο, ξανθῆς τε καὶ μελαίνης· παρὰ δὲ Πλάτωνι καὶ Ἀριστοτέλει ἡ γευστὴ ποιότης, καὶ ἑκάστη τῶν ὄντων ἐν ἡμῖν, χυμὸς ὀνομάζεται. εἰσὶ δὲ ποιότητες, ὀξύτης, αὐστηρότης, στρυφνότης, δριμύτης, ἁλυκότης, γλυκύτης, πικρότης. οὕτω καὶ Μνησίθεος βούλεται ἐν τῷ παθολογικῷ.

Ὅπως τε, καὶ διὰ τίνων, καὶ διότι κενοῦμεν;

F

υξγ'. Κενοῦμεν ἢ διὰ φλεβοτομίας, ἢ σικύας, ἢ βδέλλης, καὶ τῶν τοιούτων· ἀφαιροῦμεν δὲ αἷμα διὰ πλῆθος πολὺ, καὶ μάλιστα ὅταν τὸ αἷμα αἴτιον τοῦ πάθους ὑπονοῶμεν. προκριτέον ἑκάστης ἀφαιρέσεως τὴν ἀμείνονα, τὴν δὲ δεινὴν ἐκκλίναντας δόσει φαρμάκου. τὴν σικύαν διὰ παράθλασιν τοπικήν. τὰς δὲ βδέλλας, ἐφ' ὧν λεπτῶς ἀναστομῶσαι τὸν πεπονθότα δεόμεθα τόπον.

Τί ἐν τῷ παθολογικῷ περιέχεται;

υξδ'. Ἐν τῷ παθολογικῷ τῆς ἰατρικῆς μέρει περιέχεται τί τε, καὶ ὁποῖόν ἐστι καθόλου, καὶ τί τὸ κατὰ μέρος πάθος καὶ νόσημα· καὶ τί αἴτιον, καὶ τί σημεῖον· καὶ τίνες αἱ τούτου διαφοραὶ (πολυειδεῖς δὲ αὗται) οὐ τὸ πάθος τῶν νοσοποιῶν αἰτιῶν· καὶ οἱ τόποι περὶ οὓς ἐστιν αὐτὰ τὰ πάθη. ζητοῦμεν γὰρ τί τὸ πάθος φρενίτις, ἐπιληψία, λήθαργος, πλευρῖτις, περιπνευμονία, παράλυσις, καὶ τὰ ἑξῆς. ἔστι δὲ τούτων τὰ αἴτια πρόδηλα, καὶ οὐ πρόδηλα, καὶ προκαταρκτικά, καὶ προηγούμενα, καὶ συνεκτικά, καὶ καθόλου τίς ἡ κατασκευὴ τοῦ πάθους, καὶ περὶ τίνα τοῦ σώματος ταῦτα εἴρηται.

Τί ἐστι Κρίσις;

υξε'. Κρίσις ἐστὶν ἡ ἀξία καὶ ὀξύρροπος ἐν χρόνῳ τῆς νόσου λύσις. ἢ· Κρίσις ἐστὶν ἡ ὀξεῖα ἐν νοσήματι ταραχή, καὶ αὕτη τὰ πολλὰ μὲν εἰς σωτηρίαν, ὅτε δὲ καὶ εἰς ὄλεθρον τοῦ κάμνοντος τελευτᾷ.

Τί ἐστι περίοδος;

υξϛ'. Περίοδός ἐστι τεταγμένου χρόνου ἀνταπόδοσις.

Ὅπου τὰ τρία ἡγεμονικά;

υξζ'. Ὁ ἐγκέφαλος τὴν ψυχικὴν ἔχει δύναμιν, καὶ ταύτης τὸ ἡγεμονικὸν μέρος ἐστὶ λογιστικόν, καὶ ὁ νοῦς· ἡ δὲ καρδία, τὸ θυμικόν· τὸ δὲ ἧπαρ, τὸ ἐπιθυμητικόν.

Πόθεν τὸ σῶμα, πόθεν ἡ καρδία τρέφεταί τε καὶ διοικεῖται, καὶ ποῖαι αἱ φυσικαὶ δυνάμεις;

υξη'. Διοικεῖται τὸ μὲν σῶμα ὑπὸ τῆς καρδίας φυσικῶς καὶ τοῦ ἥπατος ὁμοίως. δύναμις δὲ φυσική, ἥ τε αὐξητική τε καὶ θρεπτική. λαμβάνει δὲ καρδία εἰς τὸ τρέφειν καὶ αὔξειν τὸ σῶμα, αἷμα μὲν παρὰ τοῦ ἥπατος, πνεῦμα δὲ παρὰ τοῦ πνεύμονος· ἅς τινας ὕλας δεξαμένη περὶ τῶν προειρημένων μορίων ἡ καρδία, οἰκονομήσασα δὲ καὶ ἐργασαμένη οὕτως, εἰς ἅπαν διαπέμπει τὸ σῶμα.

Τί ἐστιν ὀργανική;

υξθ'. Ὀργανική, ἐστὶ μέρος χειρουργίας περιποιοῦν διὰ καταρτισμοῦ, καὶ τῆς ἀκολούθου θεραπείας παρὰ φύσιν διατεθεῖσιν ἀνθρωπίνοις ὀστοῖς τὸ ὑγιαίνειν.

Ὅπως σύγκειται ὀστᾶ; τί ἄρθρον; τί ἁρμογή;

υο'. Κατὰ δύο τρόπους σύγκειται ἐν ἡμῖν ὀστᾶ, κατὰ ἄρθρον, καὶ κατὰ ἁρμογήν. Ἄρθρον ἐστὶν ὀστῶν κατὰ φύσιν κινουμένων συμβολή. Ἁρμογή ἐστιν ὀστῶν ἀκινητούντων κατὰ φύσιν συμβολή.

Τί ἐστιν Ὀλίσθημα;

υοα'. Ὀλίσθημά ἐστι τῶν κατ' ἄρθρον ἢ κατὰ ἁρμογὴν κινουμένων ὀστῶν φορὰ εἰς τὸ παρὰ φύσιν.

Τί ἐστιν ἐξάρθρημα;

υοβ'. Ἐξάρθρημά ἐστιν ὀστοῦ κινουμένου κατὰ φύσιν, ἐκ κοιλότητος βαθείας ἔκβασις εἰς τὸν τόπον τὸν παρὰ φύσιν.

Τί ἐστι παράρθρημα;

υογ'. Παράρθρημά ἐστι παραλλαγή, ἢ φορὰ ὀστοῦ παρὰ φύσιν ἐξ ἐπιπολαίου κοιλότητος, εἰς τὸν παρὰ φύσιν τόπον.

Quid docet, ac complectitur pathologia?

464. In pathologica Medicinæ parte continetur quid, & qualis sit vniuersalis, & quid particularis affectus, ac morbus; quid causa; quid signum; & quæ huius differentiæ habeantur (sunt autem hæ specie complures) non qualis affectus causarum morbos efficientium; locos item explorat, in quibus sint ipsi affectus; quærimus enim quis affectus phrenitis, Comitialis morbus, lethargus, pleuritis, peripneumonia, paralysis, & similia. Sunt verò causæ horum manifestæ, & non manifestæ; & euidentes, & antecedentes, & continentes: atque in vniuersum, quæ sit affectus cõstitutio, & in quibus ij corporis partibus dicti sint, perscrutatur.

Quid crisis, indicatio?

465. Crisis idonea est ac subita in tempore morbi solutio. Vel, Crisis, est repentina in morbo permutatio, eáque vt plurimùm ad salutem, interdum verò ad ægrotantis interitum tendit.

Quid periodus, circuitus?

466. Periodus, vicissitudo est aut alternatio ordine dispositi temporis.

Vbi facultates tres principes?

467. Cerebrum animalem facultatem obtinet, atque huius partem principem, quæ ratiocinatrix est, atque mens; cor verò irascentem: iecur autem concupiscentem.

Vnde corpus, vnde cor alitur & administratur, & quæ facultates naturales?

468. Administratur naturaliter peræquè corpus à corde, & iecore. Facultas naturalis, altrix & auctrix est. Sumit cor alendo augendóque corpore, à iecore sanguinem; spiritum à pulmone, quas confectas, elaboratásque materias sic in vniuersum corpus transmittit.

Quid est organica?

469. Organica est pars chirurgiæ quæ per restitutionem ac consentaneam curationem affectis præter naturam humanis ossibus sanitatem vendicat.

Quomodo coniuncta sunt ossa? quid articulus? quid coagmentatio?

470. Sunt ossa in nobis duobus modis cõiuncta, per articulum, & coagmentationem. Articulus ossium est quæ secundum naturã mouentur compages. Coagmentatio verò compages est ossium quæ secundum naturam non mouentur.

Quid luxatio?

471. Luxatio, est ossium, quæ per articulum, vel coagmentationem composita sunt & mouentur, præter naturam delatio.

Quid eluxatio, exarticulatio?

472. Eluxatio, est ossis secundum naturam motum habentis, ex profunda cauitate in locum præter naturam delapsus.

Quid dearticulatio, seu deluxatio?

473. Deluxatio, est ossis euariatio, delatióve à naturali loco ex superficiali cauitate ad eum qui præter naturam est locum.

Quid

A

Quid diacinema dimotio?

474. Diacinema, est ossium per gomphosin, harmoniámve compactorum interdum quidem in eodem loco præter naturam motio; nonnunquam verò è propria sede in locum qui præter naturam est exturbatio; quemadmodum ex tarso diruptis ossiculis, aut vertebris fieri consueuit.

Quid diastasis, diductio?

475. Diductio est ossium quæ per suturam & coalitum mutuò iuncta sunt, separatio aut diductio.

Quid Catartismus, repositio?

B

476. Repositio, est ossis vel ossium à sede non naturali in sedem naturalem traductio seu trãslatio.

Quid mochlia?

477. Mochlia, est ossis vel ossium à loco qui præter naturam sit, ad naturalem reductio.

Quid tasis, tentio?

478. Tentio, est tractus corporum.

Quid Catatasis, inferna tensio?

C

479. Catatasis, est ad inferiora loca corporum tractus. Sed huius quidem Catatasis quidam tractus est corporum in inferiora loca, principiis quæ tensionis causæ sunt è directo oppositis; alter autem per contrariam commutationem est tractus corporum in inferiora loca, transmissis principiis tensionis causis per rotulas ac superius alligatis.

Quid anatasis, superna tensio?

480. Anatasis per traductionem, intelligi ex iis potest, quæ de catatasi prodita sunt.

D

Quid diatasis, distentio?

481. Diatasis, est ad superna, atque inferna loca corporum tractus.

Quid est Exelcysmus, seu Eiselcysmus?

482. Exelcysmus, est deductio ossis, vel ossium à superficie in profundum.

Quid est rhegma?

483. Rhegma, est ossis, aut ossium traductio à profundo ad superficiem.

E

Quid Metagoge, traductio?

484. Metagoge, est diducti ossis in naturalem locum reuocatio.

Quid Ecstasis, mentis emotio?

485. Ecstasis, est insania quæ breui finitur.

Quid Ecplexis?

F

486. Ecplexis, est emotio mentis, quæ ex repentina aliqua permutatione extrinsecus aduenit.

Quid Enthusiasmus, fanatila perculsio?

487. Enthusiasmus, efflatio numinis est, veluti quum quidam mente in sacris faciendis capiuntur, si qua viderint; aut si tympana, vel tibias, vel signa audiuerint.

Τί ἐστι διακίνημα;

υοδ'. Διακίνημά ἐστι τῶν κατὰ γόμφωσιν ἢ καθ' ἁρμονίαν συγκειμένων ὀστῶν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ εἰς τὸν παρὰ φύσιν τόπον ἔκστασις· ὥσπερ ἐκ ταρσοῦ ὀσταρίων ῥαγέντων ἢ σπονδύλων εἴωθε γίγνεσθαι.

Τί ἐστι διάστασις;

υοε'. Διάστασίς ἐστι τῶν κατὰ ῥαφὴν ἢ κατὰ σύμφυσιν συγκειμένων ὀστῶν χωρισμὸς ἢ διάστασις ἀπ' ἀλλήλων.

Τί ἐστι Καταρτισμός;

υος'. Καταρτισμός ἐστι μεταγωγὴ ὀστοῦ ἢ ὀστῶν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν τόπου, εἰς τὸν κατὰ φύσιν.

Τί ἐστι Μοχλία;

υοζ'. Μοχλία ἐστὶ μεταγωγὴ ὀστοῦ ἢ ὀστῶν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν τόπου, εἰς τὸ κατὰ φύσιν.

Τί ἐστι τάσις;

υοη'. Τάσις ἐστὶν ὁλκὴ σωμάτων.

Τί ἐστι Κατάτασις;

υοθ'. Κατάτασίς ἐστιν ὁλκὴ σωμάτων εἰς τοὺς κάτω τόπους. Ταύτης δὲ ἡ μέν τίς ἐστιν ὁλκὴ σωμάτων εἰς τοὺς κάτω τόπους τῶν ἀρχῶν κατ' εὐθὺ ἀποδιδομένων τῶν τῆς τάσεως αἰτίων, ἡ δὲ κατ' ἀντιμετάληψίν ἐστιν ὁλκὴ σωμάτων εἰς τοὺς κάτω τόπους μεταλαμβανομένων τῶν ἀρχῶν διὰ τροχιλίων ἄνω περιεσφιγμένων τῶν τῆς τάσεως αἰτίων.

Τί ἐστιν ἀνάτασις;

υπ'. Ἀνάτασις κατὰ μετάληψιν νοεῖσθαι δύναται ἀπὸ τῶν ἐπὶ τῆς κατατάσεως εἰρημένων.

Τί ἐστι διάτασις;

υπα'. Διάτασίς ἐστιν ὁλκὴ σωμάτων εἰς τοὺς ἄνω καὶ κάτω τόπους.

Τί ἐστιν ἐξελκυσμός;

υπβ'. Ἐξελκυσμός ἐστι μεταγωγὴ ὀστοῦ ἢ ὀστῶν ἐκ τῆς ἐπιφανείας εἰς τὸ βάθος.

Τί ἐστι ῥῆγμα;

υπγ'. Ῥῆγμά ἐστι μεταγωγὴ ὀστοῦ ἢ ὀστῶν ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν.

Τί ἐστι μεταγωγή;

υπδ'. Μεταγωγή ἐστι διεστραμμένου ὀστοῦ ἀποκατάκλασις εἰς τὸν τόπον τὸν κατὰ φύσιν.

Τί ἐστιν ἔκστασις;

υπε'. Ἔκστασίς ἐστιν ὀλιγοχρόνιος μανία.

Τί ἐστιν ἔκπληξις;

υπς'. Ἔκπληξίς ἐστι διανοίας ἔκστασις διά τινα μεταβολὴν ἀφνίδιον ἔξωθεν.

Τί ἐστιν ἐνθουσιασμός;

υπζ'. Ἐνθουσιασμός ἐστι καθάπερ ἐξίστανταί τινες ἐπὶ τῶν ἐπιθυμιωμένων ἐν τοῖς ἱεροῖς ὁρῶντες· ἢ τυμπάνων, ἢ αὐλῶν, ἢ συμβόλων ἀκούσαντες.

GALENI LIBER DE PARTIBVS ARTIS MEDICÆ.

CAPVT I.

Nonnullæ Medicæ artis partitiones nulla Methodo conſtitutæ.

NON abſque ratione mihi quidem (Iuſte chariſſime) de partibus Artis Medicæ dubitare videris, quippe quum alios alio modo eas partiri animaduertas. Sunt enim quidam, quos poſſis audire ſecantes totam artem in pharmaceuticen, & chirurgicen, & diæteticen, id eſt, in eã quæ medicamentis, & eam quæ manuum opera, & eam quæ victus ratione medetur; & has deinde in alias partes; non tamen, vt omnes mox eodem modo has partiãtur. Nonnulli verò in therapeuticen, id eſt in curatricem, & eam quæ hygiene, id eſt ſalubris appellatur. Alij & prophylacticen, id eſt præſeruatricem, inter has in prima ſtatim partitione introducunt; ſicut quidam & analepticen, quaſi reſtauratricem dixeris. Sed aliqui prẹter has, euecticam hoc eſt eam, cuius munus eſt, optimum corpori habitum introducere. Sunt præterea qui iſtis omnibus gerocomicam, hoc eſt eam partem, quæ ſenes regit, annumerant, quemadmodum alij eam partem, quæ infantium curam habet, quam Græci pædotrophicam vocant. Alij verò præterea coſmeticen, id eſt exornatoriã, quam à fucatoria commotica Græcè appellata, diducunt. His autem non contenti quidã, prædictis partibus aliam quandam exiguam quidẽ partem primæ ſtatim ſectioni addunt, phoneticen, id eſt vocalem appellatam; & hoc nonnulli ita indiſtinctè proferunt: Alij verò diſtinguunt, atque oſtendunt, tam illis, qui vocem commodam cupiunt, quàm illis qui prout eorum natura exigit, opus eſſe, vt non ſecus vocem, ac alias eorum actiones habeant. Hi tamen nunquam ad id deueniunt, vt ſigillatim has huius artis partes proſequantur: nempe ſi hoc feciſſent, non omninò à ratione hæc eorũ partitio videretur eſſe aliena. Verùm, quum partibus aliis neglectis, vnius tantummodo meminerint, ipſi ſe ipſos videntur redarguere, quòd ſuam abſque Methodo, & ratione partitionem inſtituant, vtpotè qui ne maximas quidem partes omnes attingant. Nam de harum ipſarum partitione in minores particulas, conſentiunt omnes; ſed Alij, vt ex his quaſdam tanquã huius artis partes admittunt, ita quaſdam omittunt; alias tamen præter has primæ partitioni annumerant, quemadmodum illi, qui phyſiologicam quaſi naturalium rerum inueſtigatricem, ac etiam pathologicam quaſi affectuum ſcientiam, dixeris. Alij verò, & materialem iſtis addunt, & eam quam Græci ſemioticen quaſi ſigna docentem dicunt; & quidam addunt ætiologicen cauſas morborum & ſignorum perſcrutantem.

CAPVT II.

De Partitione Medicæ artis ſecundum Empiricos.

EMpirici omnes ferè in hoc cõueniunt, quod nimirum duplices ſecundum genus primas artis differentias conſtituunt; alias enim aiunt finales eſſe, alias verò cõſtitutiuas. Dum verò has particulatim enumerant, non æquè deinde inter ſe conſentiunt. Ex ipſis enim nonnulli ſunt, qui ſemioticen, & therapeuticen dicant eſſe finales; alij verò, hygienen; alij etiam decoratiuam, & vocalem illis ipſis addiderunt. At inter conſtitutiuas, eam quam Grẹcè autopſian appellant (& eſt eorum obſeruatio, atque memoria, quæ vnuſquiſque ipſe inſpexit) & præterea hiſtoriam, inter partes reponunt quidem omnes, ſed non ita deinde omnes tranſitum ſimilis artis partem faciunt. Dùm ſigillatim etiam vnamquãque harum in partes minores ſecant, minimè ſunt vſquequaque concordes Empirici cum Dogmaticis. Et nimirũ ſi quis ita omnes voluerit medicinæ partes appellare, vt Romæ fieri conſueuit, vbi in multa, & ad minima ferè illas partiuntur, vt alios dentarios medicos vocent, alios articularios, & eos etiam qui ani morbos curant, ſuo nomine anarios appellent, in anguſtias multas detrudetur hæc eorum ratio: quanquam huiuſce rei occaſionẽ præſtiterit oculariorum medicorum nomen, quod non modò nunc, ſed iamdiu, impoſitum eſt. Porrò ſi quis oculorum ſolummodo ſit futurus medicus, non erit deinde abſonum, quin & dentium ſitalius, atque ita etiam ſigillatim cæterarum partium omnium noſtri corporis, vt ſint tot ſubinde medici, quot ſunt ipſæ partes; & præterea ſuffuſionum punctores, herniarúmque ac calculorum inciſores. Vnde mox, ſi ita liceat loqui, plures etiam ſint futuri medici, quàm ſint corporis particulæ; pro quocunque enim affectu vnus erit medicus. Nempe mirum non eſt, ſi ars ea, quæ maxima ſit, tot admittat ſectiones, atque etiã ſi in maxima ciuitate pro harum vnaquaque ſtatim aliquis reperiatur, qui inde medicus dicatur; neque enim in exiguo quodam oppido poſſet quis ſibi victum parare, qui tantùm ſuffuſiones oculorum pungeret, aut hernias incideret; Romæ verò & Alexandriæ, præ mortalium in eis multitudine poſſunt quemcumque alere, qui aliquam etiam ex his artibus, tantummodo profitentur; Vnde huiuſcemodi medici, vrbes ſæpe mutare coguntur, vt idem tota (exempli cauſa) Græcia illis afferat, quod aliis, qui in Italia ſunt, ſola Roma.

CAPVT III.

De ſimplicibus, & organicis partibus humani corporis.

VErum enimverò mihi operẹpretiũ fore exiſtimo, ſi ſermonem vt ego ſentio, ita inſtituero. Nam quales

quales ex ipsa natura sint minimæ artis particulæ, iam A primùm dictum est. Reliquum autem est, vt mox exponamus, quas oporteat minimas particulas appellare; id verò exemplo quodam explanabimus, quod non erit à nostro proposito alienum, imò desumetur à re, quæ nobis sit vtilis proculdubio futura. Itaque vt in corporum nostrorum sectionibus partes omnes ad minimas vsque secundum speciem scrutamur, quæ etiam elementa sensilia appellamus; ita etiam artium minimas oportet particulas inuestigare, quæ & ipsæ sint sensilia elementa. Et quidem instrumenta sunt caput, manus, pedes, cęteráque huiusce generis; sed horum dein sunt etiam suæ partes, capitis inquam aures, B facies, nasus, & collum etiam possumus inter partes capitis connumerare, & præterea cerebrum, & ambas membranss, caluariam, arterias, venas, neruos, & postremò cutem, quæ omnes ex prima statim incisione inueniuntur. Harum verò partium quælibet in alias diuiditur particulas, de quibus omnibus abundè in administrationibus anatomicis actum est: quantum verò ad præsens negotium spectat, satis erit si vniuersas sigillatim proponendo, corporis sectionem ad elementa vsque insinuauerimus. Arteria igitur, quantum ad eius rationem pertinet, duplici tunica constat; iam enim satis monstrauimus, quare videatur ipsa triplicē, ac etiam quadruplicem habere tunicam. Porrò ex eius tunicis, C altera obliquas habet fibras, altera verò rectas: quas fibras non ampliùs in aliam quampiam speciem partiri possumus, quippe quæ minimæ, ac indiuiduæ specie sint. Nempe ea consuetudo est, vt partes illæ, quibus actio quæpiam demandata est, quæ vniuerso animanti, aut necessaria, aut apprimè vtilis sit, à nobis instrumenta, à Græcis organa, appellentur; minimas verò illarum particulas, non hoc tantummodo, sed sensilia etiam elementa, appellamus. Huius generis sunt fibræ, è quibus vnumquodque instrumentorum contextum est, sicut arteriæ, venæ, nerui, intestina, vētriculus, vterus, & vesica; hæc enim omnia è tunicis constant, quæ D ex huiuscemodi fibris contextæ sunt. Ex his etiā fibris sunt membranæ, ligamēta, & caro tum ea quæ simplex est; tum etiam illa, quæ est vnicuique visceri peculiaris, quámque nonnulli parenchyma appellant, quasi affusionem quandam dixeris. Et eundem ordinem cum his seruant, os, cartilago, adépsque, ac cætera, quæ eiuscemodi sunt, quæ potest meritò quis nostri corporis sensilia elemēta appellare Sed præter has sunt partes instrumentarię, quas non erit malum recensere, nimirū arterię, venæ, nerui, lacerti, tendines, oculi, vterus, intestina, renes, ventriculus, lien, iecur, pulmonésque, & cor, & cætera omnia, quæ huiusce ordinis sunt. E

CAPVT IV.

Exemplo partium nostri corporis, Medicæ artis partium constitutio.

PRo istius itaque exempli similitudine, punctoriam suffusionum artem talem vniuersæ artis medicæ partē existimabimus qualis ea est corporis pars, quam instrumentum, seu (vt Græci) organum appellamus, cuius vnaquæque particula ex proportione respondet sensilibus corporis elementis. Huiuscemodi verò partes artis, sunt notiones illæ, quas nonnulli Gręcè theoremata vocant: Latini verò pręcepta. Prima namque cognitio secundum speciem est illius instrumēti, quod pungendum est. Secunda est illius particulæ huius instrumēti, vbi pungere oportet. Tertia est mensurę, quę fit pro affectus ratione. Quarta conuersionem respicit. F Quinta remotionē suffusionis è loco, quem obtinebat. Sexta circa astrictionem versatur. Hæ profectò sunt notiones vltimæ, minimæ, atque etiam simplices, quæ in alias simpliciores non amplius secari possunt. Nihil autem in præsentia refert dicere notitias, aut notiones, aut scientias, aut theoremata, vel præcepta, sicut etiam neque si partes dicamus, vel particulas, vel portiones. Igitur ea scientia, quæ de pungendis est suffusionibus, his constituta est particularibus scientiis, quas nuper explicaui; vniuersa tamen ratio curandi suffusiones, aliis quibusdam notitiis eget, & illis quidem duplicibus secundum genus. Sunt autem hæ, prima quidē præparatoria, secunda verò illa, quam apotherapeuticen Gręci appellant. Si quis etenim velit aliquem repletum plurimum, aut prauis humoribus refertum, vel etiam secundum caput dolentem, ad huiusmodi operationem deducere, is inflammationes in membranis, quæ punctæ fuerint, facilè excitabit, & vniuersum caput malè afficiet: quod ne fiat, arte præparatoria erit opus; cuius institutum est, corpus totum ab excrementis succísque supervacaneis expurgatum, & vacuum, atque etiam caput ab omni dolore immune reddere. Vnde, & ea præcepta, quibus hoc agendum est, artis sunt elementa; quemadmodum, & ea, quę ad id pertinent, vt post manuum opus expeditum, oculus ab inflammatione, caput verò ab omni læsione custodiatur. Et huiuscemodi præcepta sunt elementa artis medendi, hoc est vltimæ, atque minimæ illius particulę. Nimirum is sermo sit à nobis propositus in exemplum pro cęteris aliis affectibus vniuersis quorum scientia sigillatim cum inter partes artis ordinem obtinere videtur, quem in animali pars ea, quam instrumentum appellamus. At definiri hoc exactè absque labore non paruo, omninò non potest. Putabit enim facilè quispiam, quòd eodem penitus modò se habeat notitia curandę inflammationis, quo illam se habere diximus, qua curandę sunt suffusiones; & id ipsum etiam de curando vlcere, aut fractura, aut erysipelate, déque aliis affectibus dicemus. Id tamen verum non est, quia eandem rationem, quam in animantis corpore pars ea obtinet, quam instrumentum appellamus, eandem inquam curandę inflammationis notiò inter artis partes obtinet, & quem ordinem oculus inter animalis partes seruat, eundem ea cognitio, quę curat lippitudinem, seu ophthalmiam. Est verò ophthalmia inflammatio externę oculorum tunicę; sicuti peripneumonia Gręcis dicta, pulmonis inflammatio est; & pleuritis, membranę costis pretensæ; vnde hi omnes affectus inflammationes quędam sunt. Et alia est ars curandę inflammationis generatim · alia verò eius, quę ex certa particula definitur: quę malè affecta sit: sicut etiam cum instrumentum communi quadam appellatione dicimus, & cum de certo quodam, & definito instrumento loquimur, aliqua intercedit differentia. Sanè nos in libris de curandi Methodo monstrauimus, aliam esse artem curandę inflammationis in vniuersum, aliam verò huiusce, quę hanc particulam occupauerit.

CAPVT V.

Medicæ artis Partitio à corporis affectibus.

AT Empiricus negat vllam esse generalem ipsius inflammationis secundum se ipsam curandi rationem; nulla tamen necessitas est impręsentiarum in his verborum subtilitatibus versari. Sed summatim

dicamus, quòd posteaquam ars medica est de morborum curationibus, notitiæ curandorũ morborum simplicium, atque etiam mox compositorum, in primas principalissimásque partes partiendæ sunt. Nos verò in eo libro, quem de differentiis morborum inscripsimus, quot sint morbi simplices, quotque compositi, monstrauimus. Quòd si non modò morbis profligatis ad medendi artem pertinet corpora restituere integræ valetudini, verùm (vt in alio libro à nobis ostensum est) sanos tueri, & seruare, alia quoque erit huius artis pars, Salubris appellata, quæ priori, curatrici inquam, ex opposito diuisa est. Et istius aliæ quoque sunt particulæ ipsa nimirũ præcepta, quibus singillatim omnium nostri corporis partium valetudo tuenda est. Sed si tertia etiam quædam corporis constitutio reperitur, quam neutram appellant, necesse quoque fuerit esse tertiam artis partem, quæ Præseruatrix dicenda erit. In hoc verò statu ij esse videntur, qui manifestam quidem habent intemperiem, nondum tamen ægrotant, quippe quum possint adhuc suas obire solitas actiones, quísque nullo adhuc malo tenentur, quod sensibile sit, sed tantùm insensibili; quemadmodum illis contingit, qui à cane rabido morsi sunt, vel qui venenum hauserunt, quod non nisi post tempus aliquod interficit. In his affectibus versari videtur pars artis præseruatricis, quemadmodũ rursus ad aliam huius artis particulam, quam analepticen appellamus, illi attinent, qui nuper ex morbo liberati sunt, adeo tamen sunt viribus imbecilles, vt neque balneis vti, nec ea, quæ soliti sunt agere queant. Est, & pars alia, quam Gerocomicam vocant, de senibus regendis, quæ nullam videtur certam habere constitutionem: siquidẽ senectus nec omninò morbus est, nec integra omninò sanitas. Nõnulli, & ratione educandorũ infantium in hunc ordinem redigunt, quã Pædotrophicen appellant: aiunt enim, quòd corporis cura sic habenda est, vt illius status exigere videtur. Addunt præterea quidam partẽ aliam, quæ, optimum habitum corpori inducendum studeat, ab illis Euectica appellatur, eam alij gymnasticam nominant. Vt tandem primæ, maximæque artis istius, quæ circa corpus versatur, partes hæ sint; theraupetice, analeptice, & prophylactice, senum custodiendorum ratio, infantium educatrix, euectica, seu optimi habitus inductrix, ac etiam salubris. Quæ si eo modo diuiduntur, quo paulo ante curatricem monstrauimus, ad simplicissimas deuenietur præceptorum differentias: quæ ostensa sunt esse veluti quædam artis rudimenta.

CAPVT VI.

Partitio à Ratione, & differentiis operationum; & quàm varij fuerint Empirici in ea tradenda.

VNiuersa hæc partitio à corporis affectibus deducta est. Est tamen, & alia, quæ à ratione operationum, & earũ differentiis depromi potest. Dicunt enim aliqui chirurgiam, pharmaciam, & diætam esse primas maximásque artis medicæ partes. Quæ partitio quibusdã fieri videtur penes materiæ differentias; quippe quum omnis nostri corporis pars seruari, & iuuari suaptè natura possit, aut victus ratione, aut medicamentis, aut manuum opera. Nos tamen forsitan magis propriè dixerimus, ea quæ offeruntur, quæ administrantur, quæ euacuantur, & quæ extrinsecus occurrũt. Summatim verò dicere possumus, quòd qui occasione accepta ab his affectibus, quos hæc ars curat, aut à quibus tuetur, vniuersam hanc artem in partes diffecuerunt, tot huiusce artis partes fecere, quot sunt affectuũ differentiæ. Sed alij non modò ab his, sed ab vniuersa etiam ea materia, quæ cognitioni medici exposita est; & ij physiologicam hoc est rerum naturalium indagatricem, atque etiam illam, quæ materialis propriè appellatur; prædictis artis partibus annumerant. Sed alij ex ipsis actionibus huiusce artis partes distinguentes, præter victus rationem, medicamenta, & manuum operationes, significatiuã introducunt. At nonnulli hanc in affectuum cognitricẽ, Græci pathognomonicen dicunt, & præsagitricem quam prognosticen appellant, partiti, has prædictis partibus addiderunt. Maxima autem Empiricorũ pars inter finales quidem ponunt significatiuam, curatricem, & eam quæ salubris dicitur. Verùm curatricem deinde in victus rationem diducunt, medicamenta, atque manuum functiones Qui nominibus quidem aberrant, in ipsis verò rebus minimè; nam neque oportebat eos operationũ nomina, scientiarum potiùs, apponere. Porrò meliùs egissent, si dixissent (quemadmodum etiam ex illis aliqui dixerunt) vnam esse istius artis partem significatiuam, aliam curatricem, tertiã verò salubrem; & significatiuam partes habere, pathognomonicen hoc est affectuum cognitricem, & prognosticen hoc est præsagitricem: quemadmodum curatrix, medicamentariã, atque illam, quam vocant chirurgicam, nempe quæ manibus agit. Optimè igitur aiunt, cum inquiunt primam generalissimámque ipsarum artis partium esse differentiam illam, qua eas partimur in finales, & constitutrices; finales siquidem sunt, quæ finem efficiunt; constitutrices verò, quæ has cõstituunt, vt (& ita dicamus) in causa sunt cur illæ consistant. Sed non æquè deinde bene agunt, quum existimant significatiuam esse parti artis curatrici, aut salubri æquiparandam, quamuis illa ex necessitate præcedat; neque enim vnquam, vel custodiri, vel curari quis poterit, nisi cognoscatur priùs, qualis sit is affectus, quo corpus tenetur; tamen ex ipsa significatione in finem artis nunquam peruenturi sumus. Et pari etiam modo transitus ad simile non est pars, quæ comparanda cum historia sit, aut cum illa, quæ ea complectitur, quæ ipse quis vidit. Verùm de hoc nõ instituimus præsentem sermonem, quippe cum id satis alio quodam, & eo toto libro monstrauimus. Et quidem nec Serapio aliter sentiebat: verùm enimverò cùm ille, tum etiam quicunque professi sunt Empiricam sectam, prætergressi sunt hunc librũ. At ego facto principio perinde, ac Empirici, ad alia deinceps trãsibo, tu enim iã calles quo modo sumpto, methodo ex indicatione ad hæc accedendum sit.

CAPVT VII.

Medicæ artis Partes, quæ à fine desumptæ sunt, & quæ has antecedunt.

ITaque dicamus illas quidem primas, & proprias, & quã maximè esse artis medicæ partes, per quas istius artis finem assequimur; alias verò istis esse superiores. Porrò, tot secundũ numerũ primæ proximæque sunt, quot sunt maximè propriæ rationes medẽdi; medicina namque affectionibus nostri corporis medetur, siue modo illæ duæ sint, siue tres, siue etiã plures. Nos tamẽ eo libro qui ad Trasybulũ dicatus est, ostendimus primam harum constitutionũ differẽtiam duplicem esse, ac vtranque ab omnibus ferè proprio nomine esse appellatã: siquidẽ alteram nos sanitatem, alterã morbum appellare solemus. Sed in vtraque deinde harum duplices reperiũtur species: nã vtrobique ea constitutio, aut in habitu est, aut in habitudine. Salubrem nimirum constitutionem, quæ in habitu est; illa pars sibi asciuit, quam salubrem appellamus; & istius præcipuas partes, euecticam

eureclicam sic ab eis dictam quidã ponunt, & analepticen quasi resumptiuam, & gerocomicam quasi senum seruatricẽ. Quæ verò morbos respicit habitu, vel habitudine, nominibus caret, quibus partes hæ medicatiuæ nominentur; morbi verò ipsi quidem, aut acuti dicuntur, aut chronici, id est longi. Partiũ itaque huius artis, aliæ quidẽ primæ, ac proximæ sunt; aliæ verò, sine quibus illæ minimæ esse possunt. In his igitur prima est significatiua, cuius duæ sunt partes altera quidẽ præsentium cognitrix, altera verò futurorũ præsagatrix. Fieri enim nequit, vt rationẽ affectum aliquem curandi reperiamus, nisi ille priùs cognoscatur; neque etiam (nisi terminus futuræ iudicationis prænoscatur) rectè vnquam curari poterit. Has autem partes necessariò aliæ item præcedunt, vtpote ea, quę omnium partiũ statum exponit, ea verò dissectione comprehenditur; insuper verò, & illa, quę de earum actionibus; ac tertio illa, quę de earum vsu est, vel vtilitate. Verùm, & his sunt aliæ priores, ea nimirum, quæ contemplationem elementorum corporis; ac ea quæ de iudiciis; nec non & illa, quæ de naturalibus facultatibus, quæ & ipsæ ex sectione animantium comprehenduntur. Nimirũ in tot tandem principia significatiua pars dissoluitur, quam diximus, quòd omninò curatiuam, ac salubrem præcedat; quæ omnia seorsum suis libris exposita sunt. Verumenimuerò est & alia pars præcedens curatiuam, quam etiam significatiuæ annectunt; ea autẽ est, quæ omnes causas docet, tam salubres, quàm morbosas; quã materialem nonnulli appellant. Hæc profitetur cognitionem causarũ omnium, quæ his in primis constant, quæ offeruntur, quæ efficiuntur, quæ vacuantur, & quæ extrinsecus accidunt: horum enim omnium vires perpendit. Nos autem in libris de methodo medendi monstrauimus, quam hæc vtilitatem arti præstant.

CAPVT VIII.

Partitio Medicæ artis ab vno corpore, quod illi subiicitur, desumpta.

HÆc itaque est partiũ artis Medicæ perscrutatio, ab ipsius prima maximè, ac propria materia deprompta; sed quæ ex secunda materia, nec ita propria, hoc se habet modo. Corpus enim humanũ medicę artis secunda est materia, ac (ita dixerim) per accidẽs, ea inquam ratione, qua sanitas, & morbus istius corporis affectiones sũt. Nec modò huius artis, sed naturalis etiã philosophiæ materia hoc ipsũ corpus est, & ipsius etiã per accidens, eo scilicet, quòd generationem subeat, & interitũ. Naturalis nimirum philosophia ea cõtemplatur, quæ generantur, & intereunt; vnde & ipsius prima materia generatio est, & propter hanc deinde corpus etiã generabile, nam & ob id corpus humanũ naturalis materia est, quia generationem subit, & interitum; medicæ verò artis non hac de causa, sed potiùs quoniam morbis, ac sanitati subiectũ est. Vnde quum corpus humanũ sit quodammodo artis medicæ materia, hæc ars pro ratione partitionis illius, ipsa etiam in partes suas secanda veniet. At duæ sunt secundùm genus primæ differentiæ, altera enim circa elementares partes consistit, altera verò circa instrumentarias. At verò vtræque tam elementares, inquam, quàm instrumentariæ, animalis partes sunt; & harũ omnium affectus quilibet propria erit huius artis pars, quã superiùs, dum de punctione suffusionum ageremus, in particulares actiones subinde diuidi ostendimus; harum siquidẽ notitię sunt elementares partes totius huiusce artis, sicut in iis, quæ medicamenta vniuscuiusque complectuntur; & in iis etiã, quæ ad victus rationem pertinent, illæ quę vnumquodque simplex respiciunt. Non modò autẽ partitio, quæ ex huiusce materiæ sectione suboritur, ad vltimas vsque, & elementares artis particulas prouehitur, verùm & cuius paulò ante meminimus. Præterea autem, & alio modo fieri hæc partitio potest. Nam fingamus nos velle vnũ quodpiam morborum propositum genus ad vltimas vsque particulas diuidere, prima tunc diuisio erit, quòd aut similaribus particulis accidat, aut instrumentariis, vt in libro de morborum differentiis à nobis mõstratum est; altera verò, quòd harum deinde aliæ simplices sint, alię cõposite, quod in eodẽ quoq; libro ostẽdimus. Erit igitur necessariũ, vt curatiua sciẽtia minimas, elemẽtaresque particulas easdem habeat cum illis, quæ dictæ sunt. Si enim exẽpli gratia, calidũ aliquem morbum velimus curare, primum, quod cognoscere oportet, est ratio illum curandi. Nimirũ, quòd contraria contrariis remedio sunt, iam monstrauimus hoc cõmunẽ esse, & primũ omniũ; deinde verò, quòd id quod est primo gradu calidum, illi est adhibendum, quod frigidum primo item gradu est; mox verò, & calidorum morborũ, atque etiam medicamentorũ refrigerantium gradus tenere oportet, quod in libris de medicamentis explicauimus. Vnde manifestũ, quòd vndecumque quis partiri incœperit, si rectè huiusmodi partitio ad vltima, & elementaria theoremata fiat, perueniet tandem ad scientiam eorum, quæ dicta sunt.

CAPVT IX.

Partitio Medicæ artis ab iis, quæ sunt secundum naturam, & quæ sunt præter naturam.

VT tamen res exactius intelligatur, alterius quoque partitionis, qua sępissimè vsus sum, meminisse velim. Porrò eorum, quę circa corpus humanum sunt, alia pręter naturam sunt, alia verò secundum naturam; quę verò pręter naturam sunt, aut morbi sunt, aut symptomata. Sed istorum causę, si eorum quidem fuerint, quę secundum naturam sunt, oportet vt medicus scientiam habeat hęc ipsa tuendi: si verò eorum quę pręter naturam, vt ea interimendi scientiam habeat. Quo autem modo hæc sint peragenda, alibi à nobis expositum est. In præsenti verò est examinandum id, quod propositum fuerat, vt eorum vnumquodque sigillatim partiamur. Sed nos seorsum de his in aliis egimus: de morbis, inquam, in libro de morborũ differentiis, de causis item in alio libro: quemadmodum etiã in alio de symptomatibus: sed & sanorũ differentias in libris de salubri parte medicinæ: in therapeuticis quoq; facta diuisione, & morborũ, & symptomatũ, & causarum, docui quo modo omnibus sit consulendum. Et nimirum per hanc etiam partitionem facilè inueniuntur ea, quę prima, & quàm præcipua sunt in arte, non esse alia ab illis, quę diximus: necnon, & ea, quę secundum locum obtinent, & quę etiam tertium, vt antea quoque à nobis expositũ est: oportet etenim, & hæc ipsa partiri: quod si rectè fiat, oportebit partitionem tandẽ peruenire ad elemẽtares vsque notitias. Quòd autem variè possit vnumquodque, quod propositum sit, diuidi, nec vno tantummodo dixere philosophi omnes, qui dialecticam maximè calluerunt: atque in primis Plato duobus libris, sophista inquã, & politico. Nihil igitur est cur ex multiplicitate partitionũ turberis, si multifariam antiqui medicam artẽ partiti sunt: quin potius perpende si nihil sit pretermissum ex iis, quę occurrere possunt. Profectò quicunque hęc obseruauerit, is suam partitionem modestè prosequetur. Veruntamen optimum erit (vt etiam priùs diximus) si initium à maximè propria sumpserimus materia, cui mox ex prędicta methodo alia addiderimus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ ΤΟΙΣ ΕΙΣΑΓΟΜΕΝΟΙΣ.

GALENI DE SECTIS AD EOS QVI INTRODVCVNTVR.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ἐν τίνι οἱ Λογικοὶ Ἰατροὶ τῶν Ἐμπειρικῶν διαφέρουσι.

ΤΗΣ ἰατρικῆς τέχνης σκοπὸς μὲν ἡ ὑγίεια, τέλος δὲ, ἡ κτῆσις αὐτῆς. ἐξ ὧν δ' ἄν τις ἢ μὴ παροῦσαν ὑγίειαν ἐργάζοιτο, ἢ παροῦσαν διαφυλάττοι, γινώσκεσθαι μὲν ἀναγκαῖον τοῖς ἰατροῖς. καλεῖται δὲ τὰ μὲν ἐργαζόμενα μὴ οὖσαν ὑγίειαν, ἰάματά τε καὶ βοηθήματα, τὰ δὲ φυλάττοντα τὴν οὖσαν ὑγίειαν, ὑγιεινὰ διαιτήματα. ταῦτ' ἄρα καὶ αὐτὴν τὴν ἰατρικὴν, ὑγιεινῶν καὶ νοσερῶν ἐπιστήμην ὁ παλαιὸς λόγος φησίν. ὑγιεινὰ μὲν καλῶν, τά τε φυλάσσοντα τὴν οὖσαν ὑγίειαν, καὶ τὰ τὴν διεφθαρμένην ἀνασώζοντα. νοσερὰ δὲ, τἀναντία τούτων. δεῖται γὰρ ἀμφοῖν ὁ ἰατρὸς τῆς γνώσεως, ὑπὲρ τοῦ τὰ μὲν ἑλεῖν, τὰ δὲ φυγεῖν. ὅθεν δὲ τὴν τούτων ἐπιστήμην εὐπορήσομεν, οὐκέθ' ὁμοίως παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται, ἀλλ' οἱ μὲν τὴν ἐμπειρίαν μόνην ἀρκεῖν φασι τῇ τέχνῃ, τοῖς δὲ, καὶ ὁ λόγος οὐ μικρὰ δοκεῖ συντελεῖν. ὀνομάζονται δὲ, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας μόνης ὁρμώμενοι, παρωνύμως ἐκείνῃ Ἐμπειρικοί. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ λόγου, Λογικοί. καὶ δύο εἰσὶν αὗται πρῶται τῆς ἰατρικῆς αἱρέσεις, ἡ μὲν ἑτέρα, διὰ πείρας ἰοῦσα πρὸς τὴν τῶν ἰαμάτων εὕρεσιν, ἡ δὲ ἑτέρα, δι' ἐνδείξεως. καὶ ὀνόματά γε ταῖς αἱρέσεσιν ἔθεντο, ἐμπειρικήν τε καὶ λογικήν. καλεῖν δὲ εἰσὶν εἰθισμένοι, τὴν μὲν ἐμπειρικὴν, τηρητικήν τε καὶ μνημονευτικήν. τὴν δὲ λογικὴν, δογματικήν τε καὶ ἀναλογιστικήν. καὶ τοὺς ἄνδρας ὁμοίως ταῖς αἱρέσεσιν ἔθεντο, ἐμπειρικούς τε καὶ τηρητικοὺς, καὶ μνημονευτικοὺς τῶν φαινομένων, ὅσοι τὴν ἐμπειρίαν εἵλοντο. λογικοὺς δὲ καὶ δογματικοὺς καὶ ἀναλογιστικοὺς, ὅσοι τὸν λόγον προσήκοντο.

CAPVT I.

Quid Rationales Medici ab Empiricis differant.

MEDICÆ artis ſcopus, ſanitas eſt; finis, ipſius adeptio. At medicis neceſſarium eſt cognoſcere, ex quibus quis aut abſentem ſanitatem reſtituat, aut præſentem tueatur. Vocantur autem ea quæ abſentem reuocant remedia, & auxilia; quæ verò præſentem conſeruant, ſalubris victus ratio. Hac igitur ratione & ipſam medicinam ſalubrium inſalubriúmque ſcientiam priſca definitio aſſerit. Salubria quidem vocans, tum quæ præſentem ſanitatem tuentur, tum quæ deperditam reſtituunt; inſalubria verò quæ his contraria ſunt. Amborũ enim cognitione medicus indiget, vt illa eligat, hæc vitet. Vnde verò horum ſcientiam facilè comparet, nondum peræquè ab omnibus conceſſum eſt. Sed alij quidẽ ſolam experientiam ſatis eſſe arti pronunciant; aliis verò & ratio non exigua videtur conferre. Nominantur autẽ qui experientiã ſolam profitentur, Empirici nomine ab illa deducto; ſimiliter qui ratione nituntur, Rationales. Atque hæ duæ principes artis medendi ſectæ ſunt; vna quidẽ experimentis ad remediorũ inuentionẽ tendit; altera verò per indicationem. Et ſectis etiam nomina impoſuerũt, Empiricen, & Rationalem. Vocare autẽ conſuêrunt Empiricen quidem, obſeruatricẽ, & memorem ſiue mnemoneuticen, Rationalẽ verò, dogmaticam, & analogiſticam. Atque viros peræque ac ſectas conſtituebãt; eóſque vocitabãt, & Empiricos, & obſeruatores, & apparentiũ memores, quicunque experientiã ſectabantur; qui verò rationem profitebantur, eos Rationales, & dogmaticos, & analogiſticos.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τέχνης τῶν Ἐμπειρικῶν.

ΣΥστήσασθαι δὲ τὴν τέχνην, οἱ μὲν Ἐμπειρικοὶ, τόνδε τὸν τρόπον φασίν. ἐπειδὴ πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἑώρων πάθη, τὰ μὲν, ἀπὸ ταυτομάτου γινόμενα νοσοῦσί τε καὶ ὑγιαίνουσιν, οἷον αἵματος ῥύσιν ἐκ ῥινῶν, ἢ ἱδρῶτας, ἢ διαῤῥοίας, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο βλάβην ἢ ὠφέλειαν φέρον, οὐ μὴν τό γε ποιῆσαν αἴτιον αἰσθητὸν ἔχον. ἕτερα δὲ, ὧν τὸ μὲν αἴτιον ἐφαίνετο, οὐ μὴν ἐκ προαιρέσεως ἡμετέρας,

CAPVT II.

De arte Empiricorum.

ENimvero artem Empirici hunc in modũ cõſtitutam eſſe pronunciant, quoniam multos hominibus affectus viderent oboriri, nonnullos quidẽ ſua ſponte cõmunes tum ægris, tũ ſanis, vt ſanguinis fluxum ex naribus, vel ſudores, vel alui profluuia, vel aliud huiuſmodi quippiã, quod vel noxã, vel opem afferat, nõ tamẽ cauſam effectricẽ ſenſibus obiectã habeat; alios verò quorũ cauſa quidem apparuit, nõ tamẽ ex noſtro inſtituto,

&

sed casu aliquo, vt si cui collapso vel icto, aut aliter vulnerato, cōtigerit sanguinē fluere, & auiditati quum obsequitur, in morbo frigidam aquam bibere, aut vinū, aut id genus alia, quorum quodque ad vtilitatem noxámve cessit. Priorē itaque speciem iuuantium, vel lædentium naturalē vocabāt; alterā verò fortuitā. Vtriusque autē ipsarū primā inspectionem, fortuitam occasionem, seu incidentiā nominabant, quòd rebus inconsultò incidat, nomen imponētes. Incidens igitur experiētię species talis est. Vltranea verò est, quū vltro vel somniis admoniti, vel alia ducti opinione ad experientiam accesserint. Quinetiā tertia experientiæ species est imitatoria, quum ex iis quæ quodcunque iuuerint, aut læserint, vel natura, vel casu, vel suomet instinctu, statim in ipsis affectibus ad experientiam ducitur. Atque hæc est, quæ artē ipsorū potissimum constituerit; non enim bis dūtaxat, aut ter, verū sæpiùs id quod ante profuit, imitati sunt, postea in iisdem affectibus idē facere vt plurimū cōperientes talē memoriā, præceptū vocantes, iā id probabile, artísque partē ducunt. Quum autem multa eiusmodi præcepta ab ipsis collecta fuissent, vniuersa illa collectio erat equidem medicina; qui verò collegisset, medicus. At eiusmodi collectio, propria cuiusque inspectio, ab ipsis appellata est, quæ memoria quædā est eorū, quæ multoties similíque modò cōspecta sunt. Id verò ipsū experientiā quoq; nominabāt: eius autē documentū, historiā. Nā id ipsum ei qui obseruauerit, ipsa inspectio est; discenti verò, quod obseruatū est, historia. At quia etiam in morbos quosdā incidebāt interdū antea nō visos, vel aliquos cognitos quidē, sed in iis locis, vbi nulla esset remediorū copia, quę experiētia obseruarint, instrumentū aliquod auxiliis inueniēdis fecerūt, nēpe ad similia transitum; quo plerumque vsi etiā ab affectu ad affectū similē idē præsidiū transferunt; itē à loco ad locū: à remedio prius cognito, ad simile aliquod deueniunt. Ab affectu quidē ad affectū, vt si ab erysipelate ad herpetem transeāt. A loco verò ad locum, vt à brachio ad femur. Ab auxilio ad auxiliū, vt in alui profluuiis à cydonio malo ad mespilū. Atqui omnis huiusmodi transitus ad inuentionē via est. Verùm inuentio nondū ante experientiā est; sed statim vbi quod speratur in experimentum deductum est, id iam fide dignū est, cuius testimoniū experiētia perhibuit, non minùs ac si plerumque pari modo se habere obseruatum fuerit. Porrò experientiā hanc quæ similium transitum sequitur, exercitatoriam vocant; quòd eum qui hac ratione quid inuenturus sit, in arte exercitatū ac astrictū esse oporteat. Ac priora cuncta experimenta quæ experientiā præcesserunt, quibus ars ad sui constitutionem indigebat, etiam in quibuslibet fieri possunt. Talis equidē per experimentum ad artis finem via est.

CAPVT III.

De arte Rationalium.

AT quæ ratione præcedit, corporis naturam cui mederi conatur, iubet perdiscere; ad hæc omnium causarum vires, quibus affectum quotidie corpus, aut salubrius, aut insalubrius euadit. Post hæc iam & aëris, aquarum, regionū, studiorum, ciborum, potuum, & consuetudinum naturam nosse medicum oportere proferūt;

ἀλλὰ κατά τινα συντυχίαν, οἷον συνέβη πεσόντα τινὰ, ἢ πληγέντα, ἢ ἄλλως πως τρωθέντα αἷμα ῥυῆναι, καὶ πιεῖν ἐν νόσῳ χαρισάμενον τῇ ἐπιθυμίᾳ, ψυχρὸν ὕδωρ, ἢ οἶνον, ἢ τι τοιοῦτον ἄλλο, ὧν ἕκαστον εἰς ὠφέλειαν ἢ βλάβην ἐτελεύτα. τὸ μὲν οὖν πρότερον εἶδος τῶν ὠφελούντων ἢ βλαπτόντων, ἐκάλουν φυσικὸν, τὸ δὲ δεύτερον, τυχικόν. ἑκατέρου δὲ αὐτῶν τὴν πρώτην θέαν περίπτωσιν ὠνόμαζον ἀπὸ τοῦ περιπίπτειν ἀβουλήτως τοῖς πράγμασι τοὔνομα θέμενοι. τὸ μὲν οὖν περιπτωτικὸν εἶδος τῆς ἐμπειρίας, τοιοῦτόν ἐστι. τὸ δὲ αὐτοσχέδιον, ὅταν ἑκόντες ἐπὶ τὸ πειράζειν ἀφίκωνται, ἢ ὑπὸ ὀνειράτων προτραπέντες, ἢ ἄλλως πως δοξάσαντες. ἀλλὰ καὶ τρίτον τῆς ἐμπειρίας εἶδός ἐστι τὸ μιμητικὸν, ὅταν τῶν ὠφελησάντων ἢ βλαψάντων ὁτιοῦν, ἢ φύσει, ἢ τύχῃ, ἢ αὐτοσχεδίως, αὖθις ἐπὶ τῶν αὐτῶν παθῶν, εἰς πεῖραν ἄγοιτο. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ μάλιστα τὴν τέχνην αὐτῶν συστησάμενον. οὐ γὰρ δὶς μόνον, ἢ τρὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις μιμησάμενοι τὸ πρόσθεν ὠφελῆσαν, εἶτα ἐπὶ τῶν αὐτῶν παθῶν τὸ αὐτὸ ποιοῦν εὑρίσκοντες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὴν τοιαύτην μνήμην, θεώρημα καλέσαντες, ἤδη πιστὸν ἡγοῦνται καὶ μέρος τῆς τέχνης. ὡς δὲ πολλὰ θεωρήματα τοιαῦτα ἠθροίζετο αὐτοῖς, ἰατρικὴ μὲν ἦν τὸ σύμπαν ἄθροισμα, ὁ δὲ ἀθροίσας, ἰατρός. ἐκλήθη δὲ ὑπ᾽ αὐτῶν αὐτοψία τὸ τοιοῦτον ἄθροισμα, μνήμη τις οὖσα τῶν πολλάκις καὶ ὡσαύτως ὀφθέντων. ὠνόμαζον δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐμπειρίαν· ἱστορίαν δὲ, τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ. τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τῷ μὲν τηρήσαντι, αὐτοψία, τῷ δὲ μαθόντι τὸ τετηρημένον, ἱστορία ἐστίν. ἐπεὶ δὲ καὶ νοσήμασί τισιν ἐνετύγχανον, ἔστιν ὅτε πρόσθεν οὐχ ἑωραμένοις, ἤ τισιν ἐγνωσμένοις μὲν, ἀλλ᾽ ἐν χωρίοις, ἐν οἷς οὐκ ἦν ἰαμάτων εὐπορία, τῶν διὰ τῆς πείρας τετηρημένων, ὄργανόν τι βοηθημάτων εὑρετικὸν ἐποιήσαντο, τὴν τοῦ ὁμοίου μετάβασιν, ᾧ χρώμενοι πολλάκις καὶ ἀπὸ πάθους, ἐπὶ πάθος ὅμοιον τὸ αὐτὸ βοήθημα μεταφέρουσι, καὶ ἀπὸ τόπου ἐπὶ τόπον. καὶ ἀπὸ τοῦ πρόσθεν ἐγνωσμένου βοηθήματος, ἐπί τι παραπλήσιον ἔρχονται. ἀπὸ μὲν πάθους, ἐπὶ πάθος, ὡς εἰ ἀπὸ ἐρυσιπέλατος ἐπὶ ἕρπητα μεταβαίνοιεν. ἀπὸ δὲ τόπου ἐπὶ τόπον, ὡς ἀπὸ βραχίονος ἐπὶ μηρόν. ἀπὸ δὲ βοηθήματος ἐπὶ βοήθημα, ὡς ἐν διαρροίαις ἀπὸ μήλου κυδωνίου ἐπὶ μέσπιλον. ἅπασα δὲ ἡ τοιαύτη μετάβασις, ὁδὸς μὲν ἐστιν ἐπὶ τὴν εὕρεσιν. εὕρεσις δὲ οὐδέ πως πρὸ τῆς πείρας, ἀλλ᾽ ἡνίκα ἂν τὸ ἐλπισθὲν εἰς πεῖραν ἀχθῇ, πιστὸν ἤδη τὸ μαρτυρηθὲν ὑπ᾽ αὐτῆς ἐστιν, οὐδὲν ἧττον, ἢ εἰ καὶ πλειστάκις ὡσαύτως ἔχον ἐτετήρητο. τὴν δὲ πεῖραν ταύτην τὴν ἑπομένην τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει, τριβικὴν καλοῦσιν, ὅτι χρὴ τετρῖφθαι κατὰ τὴν τέχνην, τὸν μέλλοντά τι οὕτως εὑρήσειν. αἱ δὲ ἔμπροσθεν ἅπασαι πεῖραι, αἱ πρὸ τῆς ἐμπειρίας, ὧν εἰς σύστασιν ἐδεῖτο ἡ τέχνη, καὶ περὶ τοὺς τυχόντας δύνανται γενέσθαι. τοιαύτη μὲν ἡ διὰ τῆς πείρας πρὸς τὸ τέλος τῆς τέχνης ὁδός.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τῆς τέχνης τῶν λογικῶν.

Ἡ δὲ διὰ τοῦ λόγου, φύσιν ἐκμαθεῖν παρακελεύεται, οὗ τε σώματος οὗ ἐπιχειρεῖ ἰᾶσθαι, καὶ τῶν αἰτίων ἁπάντων τὰς δυνάμεις, οἷς ὁσημέραι περιπίπτον τὸ σῶμα ἢ ὑγιεινότερον ἢ νοσερώτερον αὐτὸ ἑαυτοῦ γίγνεται. μετὰ δὲ ταῦτα ἤδη καὶ ἀέρων φύσιν, καὶ ὑδάτων, καὶ χωρίων, καὶ ἐπιτηδευμάτων, καὶ ἐδεσμάτων, καὶ πομάτων, καὶ ἐθῶν ἐπιστήμονά φασι δεῖν εἶναι τὸν ἰατρὸν,

ὅπως τῶν τε νοσημάτων ἁπάντων τὰς αἰτίας εὑρίσκῃ, καὶ τῶν ἰαμάτων τὰς δυνάμεις, καὶ παραβάλλειν οἷός τε εἴη καὶ λογίζεσθαι, ὅτι τῷ τοιῷδε τῆς αἰτίας εἴδει, τὸ τοιάνδε δύναμιν ἔχον προσαχθὲν φάρμακον, τοιόν τι ἐργάσεσθαι πέφυκε. πρὶν γὰρ ἐν τούτοις γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἅπασιν, οὐχ οἷόν τέ φασιν, ἰαμάτων εὐπορῆσαι αὐτόν. δεῖ, ἵνα ἐκ μικροῦ παραδείγματος ἴδῃς τὸ πᾶν, ἔστω τι μέρος τοῦ σώματος ὀδυνώμενόν τε καὶ σκληρὸν, καὶ ἀντίτυπον, καὶ ἐν ὄγκῳ μείζονι, ἐνταῦθα χρὴ τὸν ἰατρὸν ἐξευρεῖν τὴν αἰτίαν. πρῶτον μὲν ὅτι ῥυὲν ὑγρόν τι πλέον τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ μέρος, ἐξῆρέ τε αὐτὸ, καὶ διατεῖνον, εἰς ὀδύνην ἤγαγεν. ἐφεξῆς δὲ, εἰ μὲν ἔτι ἐπιρρέοι, εἴργειν τοῦ ἐπιρρεῖν. εἰ δὲ μὴ, τοῦτο κενοῦν ἤδη τὸ μέρος. πῶς οὖν τὸ μὲν ἐπιρρέον ἔτι κωλύσεις, τὸ δ' ἤδη περιεχόμενον, κενώσεις; ψύχων μὲν καὶ στύφων σὺ τὸ μέρος, κωλύσεις τὸ ἐπιρρέον. ὑγραίνων δὲ καὶ χαλῶν, κενώσεις τὸ ἠθροισμένον. οὕτω μὲν οὖν ἐπ' αὐτῆς τῆς διαθέσεως, ἡ ἔνδειξις αὐτοῖς τοῦ συμφέροντος γίνεται, οὐ μὴν ἀρκεῖν ταύτην γε μόνην φασὶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῆς δυνάμεως τοῦ νοσοῦντος ἑτέραν ἔνδειξιν εἶναι, καὶ παρὰ τῆς ἡλικίας, ἄλλην, καὶ παρὰ τῆς ἰδίας αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος φύσεως, ἄλλην. οὕτω δὲ καὶ παρὰ τῆς ὥρας τοῦ ἔτους, καὶ τοῦ χωρίου τῆς φύσεως, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ τῶν ἐθῶν, ἔνδειξιν ἀφ' ἑκάστου τούτων γίγνεσθαι τοῦ συμφέροντος ἰδίαν. δεῖ, ἵνα καὶ τοῦτο σαφέστερον ἐπὶ παραδείγματος ἐκμάθῃς. ἔστω τινὰ πυρέττειν ὀξέως, ὀκνοῦντά τε κινεῖσθαι, καὶ βαρέως τοῦ σώματος αἰσθανόμενον. ἔστω δὲ καὶ ὀγκωδέστερος νῦν ἢ πρόσθεν, καὶ ἔρευθος πλέον ἐχέτω, ἔστωσαν δ' αὐτῷ καὶ φλέβες ἐν ὄγκῳ μείζονι, παντί που δῆλον ὡς τῷ τοιούτῳ πλῆθος αἵματος θερμοτέρου πλεονάζει. τίς οὖν ἡ ἴασις; ἢ δῆλον ὅτι ἡ κένωσις; ἐναντίον γὰρ τοῦτο τῷ πλήθει. τὰ δὲ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰάματα. πῶς οὖν αὐτὸ κενώσομεν, ἢ μέχρι πόσου; τοῦτο οὐκέτι δυνατὸν ἀπὸ τῆς αἰτίας μόνης εἰδέναι. χρὴ γὰρ καὶ δύναμιν, καὶ ἡλικίαν, καὶ ὥραν, καὶ χώραν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ μικρῷ πρόσθεν εἰρημένα προσεπισκοπεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἰσχυρότερος εἴη τὴν δύναμιν, καὶ ἀκμάζων τὴν ἡλικίαν, καὶ ἡ ὥρα τοῦ ἔτους ἐαρινὴ, καὶ τὸ χωρίον εὔκρατον, οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰ φλέβα τεμὼν κενώσεις τοῦ αἵματος, ὅσον ἡ αἰτία κελεύει. ἀρρώστου δὲ τῆς δυνάμεως οὔσης, καὶ τῆς ἡλικίας, ἢ παιδὸς κομιδῇ μικροῦ, ἢ πρεσβύτου πάνυ, καὶ χωρίου τοῦ κατεψυγμένου, οἷα τὰ περὶ τὴν Σκυθίαν, ἢ διακεκαυμένου, οἷα τὰ περὶ τὴν Αἰθιοπίαν, καὶ τῆς ὥρας τοῦ ἔτους, ἢ σφόδρα ψυχρᾶς, ἢ σφόδρα θερμῆς, οὐκ ἄν τις ἔτι τολμήσειε φλεβοτομεῖν. οὕτω δὲ καὶ ἔθη, καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ φύσεις σωμάτων ἐπισκοπεῖσθαι κελεύουσι. γίνεσθαι γὰρ αὐτοῖς ἐξ ἁπάντων αὐτῶν ἔνδειξιν τοῦ συμφέροντος ἰδίαν.

quò morborum omnium causas, & remediorum facultates inueniat; præterea conijcere possit, & ratiocinari medicamentum huiusmodi facultate præditum, si tali causæ speciei adhibeatur, tale quippiam effecturum esse. Nam priusquam in his omnibus variè se exercuerit medicus fieri non posse aiunt, vt remediorum copiam consequatur. Esto scilicet, vt exiguo exemplo totum id condiscas, pars corporis aliqua dolens, & dura, & renitens, & in tumore maiori. Hîc causam medicum inuenire oportet, primùm quidem quòd humor aliquis naturali copiosior in eam partem fluens, ipsam extulit, & distendens in dolorem adduxit. Deinde verò si quid adhuc influat, prohibere ab influxu; sin minùs, partem iam euacuare. Quare igitur ratione quod influit adhuc sistes, & quod continetur, vacuabis? Refrigerando sanè & astringendo partem, tu quod influit sistes; humectando laxandóque, quod collectum est vacuabis. Hoc itaque pacto ab ipso affectu eius quod confert indicatio ipsis oboritur. Non tamen hanc solam esse satis aiunt, sed & ab ægrotantis viribus alteram indicationem sumi; & ab ætate aliam; & à propria ipsius ægri natura aliam: ita verò & ab anni tempestate, & regionis natura, & à studiis, & consuetudinem peculiarem à singulis, eius quod confert, indicationes fieri. Verbi gratia, (vt hoc quoque exemplo fiat dilucidius,) concedatur aliquem acutè febricitare, ad motum segnem esse, grauitatem corporis sentire; sit verò tumidus magis nunc quàm priùs, & rubicundior appareat, ad hæc sint & ipsi venæ tumidiores; cuique patet sanguinis calidioris plenitudinem huic redundare. Quod igitur remedium? an constat euacuationem id esse? hoc namque remedium plenitudini contrarium. At contrariorum contraria sunt remedia. Quomodo igitur ipsum euacuabimus, aut quousque? hoc nondum à causa sola constare potest. Nam vires, ætas, anni tempestas, regio, aliáque paulò ante commemorata prius inspicienda sunt. Nam si validis sit viribus, & ætate florenti, & tempus anni vernum, & regio temperata, non erraueris, si vena incisa tantum vacues sanguinis, quantum causa postulet. Imbecillis autem viribus, ætate vel puero admodum paruo, vel seni multum, in regione frigidiore, qualis est Scythia, aut calidiore vt Æthiopia, & anni tempore vel insigniter frigido, vel admodum calido, nemo adhuc venam incidere ausus fuerit. Ita verò & consuetudinem, & studia, & naturas corporum inspicere præcipiunt. Siquidem eius quod ipsis conducit, propriam ex omnibus illis indicationem fieri volunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Πῶς ταὐτὰ τὰ τῶν Ἐμπειρικῶν τε καὶ τῶν λογικῶν ἰατρῶν βοηθήματα ἀπὸ τῶν διαφόρων ἐνδείξεων γίνεται.

Ἀφ' ὧν δὲ ἡ ἔνδειξις τοῦ συμφέροντος τοῖς Δογματικοῖς, ἀπὸ τούτων ἡ τήρησις τοῖς Ἐμπειρικοῖς. τὸ γὰρ προειρημένον ἄθροισμα τῶν συμπτωμάτων ἐπὶ τοῦ πυρέττοντος, ὃ συνδρομὴν καλεῖν εἰσιν εἰθισμένοι, τῷ μὲν Δογματικῷ, τὴν κένωσιν ὑπαγορεύει. τῷ δὲ Ἐμπειρικῷ, τὴν ὑπόμνησιν τῆς τηρήσεως.

CAPVT IV.

Quo pacto eadem Empiricorum, & Rationalium Medicorum remedia à diuersis indicationibus oriantur.

A Quibus autem rei cõferentis indicatio Methodicis est, ab iisdẽ Empiricis obseruatio. Prædicta enim symptomatum cõgeries in febricitante, quam syndromen vel concursum vocare cõsueuerunt, Dogmatico quidem vacuationem indicat, Empirico obseruationis recordationem.

Etenim

Etenim in huiuſmodi affectibus, quum euacuationem ſæpe profuiſſe viderit, nunc quoque ſi vtatur eandem profuturam ſperat. Quinetiam florentes ætate idoneam vacuationem haud moleſtè ferre conſpexit, ex quibus id crebrò aduertit. Sic vere magis, quàm æſtate, & in loco temperato; tum ſi conſuetudo quæpiam vacuandi ægro fuerit, nempe per hæmorrhoidas, vel per nares, Dogmaticus quidem eam ob rem plus ſanguinis à rei natura incitatus adimit; Empiricus autem, quòd ita obſeruauerit. Ac vniuerſè loquēdo, eadē remedia in eiſdem affectibus & Dogmatici & Empirici aſſumunt, de ipſorum inuentionis modo diſſentientes. Nam in ipſis apparentibus in corpore ſymptomatis, indicatio quidem cauſæ fit Dogmaticis, ex qua curationem inueniunt; Empiricis verò recordatio eorum quæ multoties eodem modo obſeruata ſunt. In quibus autem nullum euidens ſymptoma, quod cauſam indicet, Dogmatici habent, in his non verentur quærere cauſam euidentem, quam procatarcticam nominant; vt ſi canis rabidus momorderit, aut vipera, aut aliud quid eiuſmodi. Siquidem vlcus ipſum nihilo magis ab aliis vlceribus diuerſum ſemper apparet, quàm omnino per initia. Nam in rabido cane perpetuo ſimile iis qui ab alio quodam morſi ſunt, apparet; verùm in viperis primis diebus aliis ſimile; poſtea quum iam deteriùs habuerint, affectiones quædam corporis ipſis pernicioſæ oboriuntur. Et huiuſmodi ſymptomata omnia quæ ab animalibus virus iaculantibus fiunt, ſi non probè ſtatim per initia curentur, extremè pernicioſa euadunt. Quæ igitur recta curatio? An videlicet venenum quod ſimul cum morſu corpori incidit, euacuandum eſt? Non itaque cicatrix obducenda, neque eiuſmodi vulnera ſubitò claudenda ſunt; ſed econtrario ſi parua fuerint, ſæpe omnino incidenda; imò iam & calidis, & acribus, & iis quæ trahere ſiccaréque virus poſſunt medicamentis, ob eandem cauſam vti conuenit. Eadem verò medicamenta & Empirici adhibent, non à rei ipſius natura ad ipſorum inuentionem ducti, ſed recordatione eorum quæ per experientiam comperta ſunt. Quemadmodum enim in ætatibus, & anni tempeſtatibus & regionibus vniuſcuſque dictorum curatio per experientiam ipſis nota ac comperta erat; ſic etiam cauſis euidentibus, quas vocant procatarcticas. Itaque ſi iam vtraſque inuentionis vias eſſe veras inuicem concederent, ipſis haud pluribus verbis opus eſſet.

CAPVT V.

Quæ Empirici & Rationales Medici inuicem reprehendunt.

QVoniam verò experientiā Dogmatici damnant, alij tanquam inconſtantem, alij vt imperfectā, reliqui vt artis expertem. Rationē autem rurſus Empirici tanquā probabilē non autem verā reprehendunt; Proinde duplex vtriſque ſermo lōgúſque admodum protēditur, dū ſe mutuò partim accuſant, partímque defendūt. Nā quæ cōtra experientiā ab Aſclepiade, demonſtrante nihil ſæpe eodem videri modo poſſe, dicta ſunt, inconſtantem prorſus ipſam eſſe, neque vel minimum quicquam poſſe inuenire idoneam eſſe declarant. Quę verò ab Eraſiſtrato dicta ſunt, qui ſimplicia quidē etiam in ſimplicibus experientia inueniri fatetur,

A ἐπὶ γὰρ τῶν οὕτως ἐχόντων, πολλάκις ἑωρακὼς τὴν κένωσιν ὠφελοῦσαν, ἐλπίζει καὶ νῦν χρησάμενος ὀνήσειν. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκμάζοντας τῇ ἡλικίᾳ, τὴν ἱκανὴν κένωσιν ἀλύπως φέροντας οἶδεν, ἐξ ὧν πολλάκις ἑώρακεν· οὕτω δὲ καὶ ἦρος μᾶλλον, ἢ θέρους, καὶ ἐν χωρίῳ εὐκράτῳ, καὶ εἰ ἔθος δέ τι κενώσεως εἴη τῷ κάμνοντι, οἷον δι' αἱμορροΐδος, ἢ διὰ ῥινῶν, ὁ μὲν Δογματικὸς ἀφέλοι ἂν καὶ διὰ τοῦτο πλέον τοῦ αἵματος ἀπὸ τῆς τοῦ πράγματος φύσεως ὁρμώμενος. ὁ δ' Ἐμπειρικὸς, ὅτι οὕτω τετήρηκεν, καὶ καθόλου φάναι, τὰς αὐτὰς ἐπὶ τῶν αὐτῶν παθῶν ἰάσεις, οἵ τε Δογματικοὶ καὶ οἱ Ἐμπειρικοὶ παραλαμβάνουσι, B περὶ τοῦ τρόπου τῆς εὑρέσεως αὐτῶν ἀμφισβητοῦντες. ἐπὶ γὰρ τοῖς αὐτοῖς φαινομένοις κατὰ τὸ σῶμα συμπτώμασιν, ἔνδειξις μὲν τῆς αἰτίας γίνεται τοῖς Δογματικοῖς, ἐξ ἧς τὴν θεραπείαν εὑρίσκουσιν. ὑπόμνησις δὲ, τοῖς Ἐμπειρικοῖς, τῶν πολλάκις ὡσαύτως τετηρημένων. ἐφ' ὧν δὲ μηδὲν ἔχουσιν οἱ Δογματικοὶ φαινόμενον σύμπτωμα τὸ τὴν αἰτίαν ἐνδεικνύμενον, ἐπὶ τούτων ἐρωτᾷν οὐκ ὀκνοῦσι τὸ προκαταρκτικὸν καλούμενον αἴτιον. οἷον, εἰ κύων λυττῶν ἦν ὁ δακὼν, ἢ ἔχιδνα, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο. τὸ μὲν γὰρ ἕλκος αὐτὸ, οὐδὲν ἀλλοιότερον μέχρι παντὸς φαίνεται τῶν ἄλλων ἑλκῶν, ἢ πάντως γε κατ' ἀρ- C χάς. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ λυττῶντος κυνὸς μέχρι παντὸς ὅμοιον φαίνεται τοῖς ὑπ' ἄλλου τινὸς δηχθεῖσιν. ἐπὶ δὲ τῶν ἐχιδνῶν, ἐν μὲν ταῖς πρώταις ἡμέραις ὅμοιον τοῖς ἄλλοις, ὕστερον δὲ, ἡνίκα ἤδη μοχθηρῶς ἔχωσι, παθήματά τινα περὶ τὸ σῶμα ὀλέθρια προσγίνεται αὐτοῖς. τὰ δὴ τοιαῦτα συμπτώματα πάντα, ὅσα ὑπὸ τῶν ἰοβόλων καλουμένων ζώων γίγνεται, μὴ θεραπευόμενα καλῶς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ἐσχάτως ὀλέθρια καθίστανται. τίς οὖν ἡ ὀρθὴ θεραπεία; ἢ δηλονότι κενῶσαι τὸν ἰὸν τὸν ἅμα τῇ δήξει τοῦ σώματος τοῦ δηχθέντος ἐμπεσόντα; οὐκ οὖν ἐπ' οὐλὴν ἄγειν δεῖ καὶ κλείειν τὰ τοιαῦτα σπεύδειν; D ἀλλὰ τοὐναντίον ἐπιτέμνειν πολλάκις εἰ μικρὰ παντελῶς. ἤδη δὲ, καὶ θερμοῖς καὶ δριμέσι, καὶ δυναμένοις ἕλκειν καὶ ξηραίνειν τὸν ἰὸν φαρμάκοις χρῆσθαι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. τὰ δ' αὐτὰ φάρμακα καὶ οἱ Ἐμπειρικοὶ προσφέρουσιν, οὐχ ὑπὸ τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦ πράγματος ποδηγούμενοι πρὸς τὴν εὕρεσιν αὐτῶν, ἀλλὰ τῶν διὰ τῆς πείρας φανέντων μεμνημένοι: ὥσπερ γὰρ ἐπὶ ταῖς ἡλικίαις, καὶ ταῖς ὥραις, καὶ ταῖς χώραις, ἑκάστου τῶν εἰρημένων ἡ θεραπεία, δι' ἐμπειρίας ἐγινώσκετο αὐτοῖς, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῖς Προκαταρκτικοῖς ὀνομαζομένοις αἰτίοις. εἰ μὲν δὴ οὖν συνεχώρουν ἀλ- E λήλοις τὰς ὁδοὺς τῆς εὑρέσεως ἀμφοτέρας ἀληθεῖς εἶναι, οὐδὲν ἂν αὐτοῖς ἔδει μακροτέρων λόγων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὧν πως ἀλλήλοις οἱ Ἐμπειρικοὶ καὶ Λογικοὶ κατηγοροῦσι.

ἘΠεὶ δὲ τῆς Ἐμπειρίας οἱ Δογματικοὶ κατηγοροῦσιν, οἱ μὲν ὡς ἀσυστάτου, οἱ δὲ ὡς ἀτελοῦς, οἱ δὲ ὡς ἀτέχνου. τοῦ λόγου δὲ πάλιν οἱ Ἐμπειρικοὶ ὡς πιθανοῦ μὲν, οὐκ ἀληθοῦς δέ· διὰ τοῦτο διπλοῦς ἑκατέροις ὁ λόγος, καὶ μακρὸς πάνυ περαίνεται, F κατηγοροῦσί τε καὶ ἀπολογουμένοις ἐν μέρει. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ Ἀσκληπιάδου κατὰ τῆς Ἐμπειρίας εἰρημένα, δεικνύντος ὡς οἷόν τε μηδὲν πλειστάκις ὡσαύτως ὀφθῆναι δύνασθαι, παντάπασιν αὐτὴν ἀσύστατον εἶναι βούλεται, μηδὲ τι σμικρότατον εὑρεῖν οὖσαν ἱκανήν. τὰ δ' ὑπὸ Ἐρασιστράτου, τὰ μὲν ἁπλᾶ, καὶ ἐφ' ἁπλοῖς εὑρίσκεσθαι διὰ τῆς ἐμπειρίας ὁμολογοῦντος;

οἶδ' ὅτι καὶ ἡ ἀνδράχνη τῆς αἱμωδίας ἴαμά ἐστιν, οὐ μὴν τά γε σύνθετα καὶ ἐπὶ συνθέτοις ἔτι συγχωροῦντος, οὐκ ἀδύνατον μὲν αὐτὴν τὸ παράπαν εὑρίσκειν, οὐ μὴν εἰς ἅπαντά γε ἱκανὴν εἶναι βούλεται. τὰ δὲ, τῶν μὲν τοιαῦτα συγχωρούντων εὑρίσκεσθαι διὰ τῆς ἐμπειρίας, αἰτιωμένων δὲ αὐτῆς τὸ ἀπειροειδόν τε καὶ μακρὸν, καὶ ὡς αὐτοί φασιν ἀμέθοδον, εἶθ' οὕτω τὸν λόγον εἰσαγόντων, οὐκ ἀσύστατον μὲν, οὐδὲ ἀνύπαρκτον, οἶδ' ἄτεχνον δέ τι πρᾶγμα τὴν ἐμπειρίαν εἶναι βούλεται. πρὸς ταύτας δὴ τὰς ἐφόδους τῶν λόγων ἀπολογούμενοι καὶ συστατικὴν, καὶ αὐτάρκη, καὶ τεχνικὴν ἐπιδεικνύναι πειρῶνται τὴν ἐμπειρίαν, καὶ αὐτοὶ δὲ τοῦ ἀναλογισμοῦ καθάπτονται πολυειδῶς, ὥστε πάλιν ἀπολογεῖσθαι πρὸς ἕκαστον εἶδος τῆς κατηγορίας τοῖς Δογματικοῖς, ἀναγκαῖον. ἐπαγγελλομένοις γὰρ αὐτοῖς τοῦ τε σώματος τὴν φύσιν ἐπίστασθαι, καὶ τῶν νοσημάτων ἁπάντων τὰς γενέσεις, καὶ τῶν ἰαμάτων τὰς δυνάμεις, ὁμόσε χωροῦντες οἱ Ἐμπειρικοὶ πάντα διαβάλλουσιν, ὡς ἄχρι μὲν τοῦ πιθανοῦ καὶ εἰκότος προϊόντα, βεβαίαν δὲ γνῶσιν οὐδεμίαν ἔχοντα. ἔστι δ' ὅτε μὲν καὶ τὴν γνῶσιν αὐτῶν συγχωρήσαντες, τὸ ἄχρηστον αὐτῶν ἐπιδεικνύναι πειρῶνται. καὶ τοῦτό ποτε δόντες, αὖθις τὸ περιττὸν ἐξελέγχουσιν. τοιαῦτα μὲν δὴ καθόλου πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητοῦσιν Ἐμπειρικοί τε καὶ Δογματικοί. ἐν μέρει δὲ πολλὰ καθ' ἕκαστον αὐτῶν, οἷον ἐν ταῖς περὶ τῆς εὑρέσεως τῶν ἀφανῶν ζητήσεσιν. τῶν μὲν τὴν ἀνατομὴν, καὶ τὴν ἔνδειξιν, καὶ τὴν διαλεκτικὴν θεωρίαν ἐπαινούντων, ὄργανα γὰρ αὐτοῖς ταῦτα τῶν ἀδήλων θηρευτικά. τῶν δ' Ἐμπειρικῶν, μήθ' εὑρίσκειν τι τὴν ἀνατομὴν συγχωρούντων, μήτ' εἰ καὶ εὑρίσκοιτο ἀναγκαῖον εἰς τὴν τέχνην εἶναι τοῦτο. ἀλλὰ μήτε ἔνδειξιν ὑπάρχειν τὸ παράπαν, μήθ' ἕτερον ἐξ ἑτέρου δύνασθαι γνωσθῆναι. πάντα γὰρ δεῖσθαι τῆς ἐξ αὐτῶν γνώσεως, μηδ' εἶναί τι σημεῖον ἀδήλου φύσει πράγματος οὐδενός. ἀλλὰ μηδὲ διαλεκτικῆς δεῖσθαι μηδεμίαν τέχνην, εἶτα καὶ πρὸς τὰς ὑποθέσεις τῆς διαλεκτικῆς λέγουσί τι, καὶ πρὸς τοὺς ὅρους, καὶ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν εἶναι ἀπόδειξίν φασιν, ἀδήλου φύσει πράγματος οὐδενός. ἤδη δὲ καὶ περὶ τῶν μοχθηρῶν τρόπων τῆς ἀποδείξεως, οἷς εἰώθασιν οἱ Δογματικοὶ χρῆσθαι λέγουσί τι, καὶ περὶ παντὸς ἀναλογισμοῦ. καὶ ὡς οὗτος μὲν ἀδύνατος εὑρίσκειν ὃ ἐπαγγέλλεται. καὶ οὔτ' ἄλλη τις τέχνη συνίσταται κατ' αὐτὸν, οὐδὲ ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων πρόεισιν. ὁ δὲ ἐπιλογισμὸς ὃν δὴ φαινομένων εἶναί φασι, χρήσιμος μὲν εἰς εὕρεσιν τῶν προσκαίρων ἀδήλων, οὕτω γὰρ αὐτοὶ καλοῦσιν ὅσα τοῦ γένους μέν ἐστι τῶν αἰσθητῶν, οὐ μὴν ἤδη γέ πω πέφηνε. χρήσιμος δὲ καὶ πρὸς ἔλεγχον τῶν κατὰ τοῦ φαινομένου τι λέγειν τολμώντων. χρήσιμος δὲ καὶ τὸ παρορώμενον τοῖς φαινομένοις δεῖξαι, καὶ σοφίσμασιν ἀπαντῆσαι, μηδαμοῦ τῶν ἐναργῶν ἀφιστάμενος, ἀλλ' ἐν τούτοις ἀεὶ διατρίβων, οὐ μὴν ὅ γε ἀναλογισμός φασιν, ἀλλὰ ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν φαινομένων, λήγει δὲ ἐπὶ τὰ διαπαντὸς ἄδηλα. καὶ διὰ τοῦτο πολυειδής ἐστιν. ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν φαινομένων ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ τῶν ἀδήλων παραγίνεται. καὶ τὴν διαφωνίαν ἐντεῦθεν προχειρίζονται τὴν ἀνεπίκριτον, ἣν δὴ σημεῖον εἶναι τῆς ἀκαταληψίας φασίν. οὕτω γὰρ αὐτοὶ καλοῦσιν, τὴν μὲν ἀληθῆ καὶ βεβαίαν γνῶσιν, κατάληψιν, ἀκαταληψίαν δὲ, τὸ ἐναντίον ταύτῃ, καὶ τὴν μὲν ἀκαταληψίαν, αἰτίαν εἶναί φασι τῆς διαφωνίας τῆς ἀνεπικρίτου. τὴν διαφωνίαν δ' αὖ πάλιν, τῆς ἀκαταληψίας σημεῖον. ἀνεπίκριτον δὲ τὴν ἐπὶ τῶν ἀδήλων ἀγωνολογίαν εἶναί φασιν,

A vt portulacam quoque dentiũ ſtupori remedium eſſe, non tamen compoſita quoque in compoſitis itidem cõcedat, haud ineptam quidem ipſam toti inueniendo, ſed non ad omnia ſufficere affirmant. Hæc verò dicta eorũ, qui per experientiã quidem talia inueniri concedunt, ſed vituperant eandem, quòd incerta vagetur, ac in nullo ſiſtat præſcripto; tũ quòd longa & Amethodos, vt ipſi aiunt, id eſt, ſine via & ratione conſiſtat; deinde ſic rationem inducunt, non ceu inconſtãtem, neque infirmam, ſed experiẽtiam veluti rem quandam inartificioſam eſſe arguunt. Viciſſim Empirici rationalium dicteria reuellentes, experientiam conſiſtentem, artificioſam, & quæ ſatis cuique faciat, oſtendere conantur rationem multis adeo modis reprehen-B dere, vt rurſus ad ſingulas accuſationis ſpecies Dogmaticos reſpondere ſit neceſſarium. Nam hi quum & naturam corporis, & morborũ omnium generationes, & remediorum facultates cognoſcere ſe profiteantur, Empirici cominus progreſſi, omnia *illorum* calumniantur, tanquam probabilia, ſimiliáque vero tantum, nullam autem firmã cognitionem habentia. Nonnunquam verò quum ipſorum cognitionem concedunt eorum nullum eſſe vſum oſtendere nituntur. Et ſi quando id eſſe C permiſerint, rurſus vt ſuperuacaneum reprehendunt. Talia ſanè generatim ſibi mutuò obiiciunt, contendúntque & Empirici & Dogmatici. Particulatim verò multa in vnoquoque ipſorum, vt in quæſtionibus de abditarum cauſarum inuentione, dum hi diſſectionem corporum & indicationem, & dialecticam ſpeculationem commendant; inſtrumenta enim hæc ipſis ſunt, quibus abdita indagantur; Empirici verò neque inuenire quicquã diſſectione admittunt, neque ſi etiam inueniatur, neceſſarium ad artem hoc eſſe; imò neque indicationem omnino exiſtere, neque alterum ex altero cognoſci poſſe contendunt. Omnia enim ſui co-D gnitionem requirere, neque eſſe aliquod vllius rei natura obſcuræ indicium; imò ne dialecticẽ quidem vllam artem deſiderare. Poſtea etiã aduerſus dialecticæ ſuppoſitiones atque definitiones quippiam commentãtur. Ad hæc neutiquã rei cuiuſuis natura latentis demonſtrationẽ eſſe pronunciant. Iã verò & de vitioſis demonſtrationis modis quibus Dogmatici vti conſuerunt, de omníque ratiocinatione nõnulla dicunt, & quòd nõ poſſit inuenire quæ promittat, & quòd neque alia quædã ars ex ea conſtituatur; neque vita hominũ ſecundum E eã tranſigatur. At epilogiſmus queat euidentem rationẽ eſſe, proferunt, latẽtium inſigniũ cauſarũ inuentioni vtilis eſt; ſic enim hi vocant, quæ quidẽ ex ſenſiliũ genere ſint, nondũ tamen apparuerunt. Vtilis etiã eſt arguẽdis iis, qui aduerſus manifeſta quicquã audent pronunciare. Sed & vtilis eſt, ad indicandũ quod in apparẽtibus prætermittitur; & occurrendũ falſis argumẽtationibus; vt qui ab euidẽtibus nunquã recedat, verũ in his perpetuo verſetur; nõ tamen huiuſmodi eſt analogiſmus, aiunt, ſed à manifeſtis incipit, in obſcura verò ſẽper deF ſinit, ob idq; multiformis eſt, Nã ab euidẽtib⁹ ipſis ad abdita alia atq; alia proficiſcitur. Atque hîc cõtrouerſiã iniudicatã proponũt, quã indiciũ eſſe dicũt incõprehẽſionis. Sic enim ipſi verã quidẽ firmámque cognitionẽ, vocãt cõprehenſionẽ, incõprehenſionẽ verò cõtrariã. Atque incomprehenſionem, diſcordiæ iniudicatæ cauſam eſſe aiunt; diſcordiam rurſus incomprehẽſionis ſignum; iniudicatam vero de latentibus quæ eſt diſſenſionẽ,

non

non quæ de perspicuis enunciant. Nam vnumquodque hîc apparens, vera loquentibus testimonium exhibet, mentientes coarguit. Hoc genus sex millia Empirici & Rationales mutuò sibi obiiciunt; curationem in eisdem affectibus eandem molientes, qui in vtraque secta legitimè exercitati sunt.

οὐ τὴν περὶ τῶν φαινομένων. ἐν τούτῳ γὰρ ἕκαστον φαινόμενον οἷόν ἐστι, μάρτυρας μὲν τοὺς ἀληθεύοντας, ἐξελέγχει δὲ τοὺς ψευδομένους. τοιαῦτα μυρία πρὸς ἀλλήλους ἐρίζουσιν Ἐμπειρικοί τε καὶ Δογματικοί, τὴν θεραπείαν ἐπὶ τῶν αὐτῶν παθῶν τὴν αὐτὴν ποιούμενοι, ὅσοι γε νόμῳ καθ' ἑκατέραν τὴν αἵρεσιν ἤσκηνται.

CAPVT VI.

De Methodicorum secta.

Methodici vocantur (sic enim seipsos nominarunt, tanquam non etiam priores Dogmatici artem methodo tractare profiteantur) ne verbótenus quidem cum priscis sectis contendere videntur, sed etiam multa artis opera innouare; qui neque locum affectum ad curationis indicationem prodesse quicquam aiunt, neque causam, neque ætatem, neque tempus, neque regionem, neque virium ægrotantis inspectionem, vel naturæ, vel ipsius habitus, respuunt autem anni tempestates, loca & consuetudines, à solis affectionibus remedij indicatione petita contenti, eámque sufficere dicentes; nihil autem ab his speciatim, sed communiter vniuersímque statuunt. Atque iam communitates vocant, quæ simul ipsa particularia omnia comprehendunt. Nonnulli quidem morborum omnium, qui ex victus ratione proueniunt, nonnulli verò omnium sermone absoluto, duas communitates, & tertiam aliquam mixtam indicare nituntur. Nomina verò ipsis imposuerunt astrictionem & fluorẽ, & quemlibet morbum dicunt vel astrictum vel fluentem esse, vel ex ambobus compositum. Si enim naturales corporũ euacuationes retinentur, astrictionem; si autem magis efferantur, fluorem vocant; quum autem & retinentur & efferuntur, complexus morborum in hoc constituitur; quemadmodum in oculo inflammatione simul & defluxione laborante, Inflammationem enim, quæ astrictus est affectus, quoniam non sola nunc, sed cũ fluore circa vnum eundémque locum oborta est, totum facere affectum complexum seu compositũ. Conferentis verò remedij indicationem in astrictis laxationem, in fluidis suppressionẽ esse. Genu, verbi gratia si inflammationem patiatur, laxandũ; ventriculum, vel oculum profluentem, comprimendum, tenendúmque esse præcipiunt. Si mixtum implexúmque vitiũ habet, ei quod vrget, resistendum, vt magis infestanti, periculúmque inferenti. Hoc autem est, quod vehementiori occurrẽdum esse potiùs quàm alteri dictitant. Cur igitur non Dogmaticos se nuncuparũt, quũ indicationi præsidia tribuant? Quia, inquiunt, id quod abditũ est scrutantur Dogmatici; nos autẽ in manifestis versamur. Denique & sectã suam totam ita definiunt, communitatum quæ omnibus apparent, cognitionem. Et ne aliis omnibus artibus eadem conueniat definitio (etenim & illas communitatum apparentium notitias esse iudicant) ideo apponunt, medicinæ finem consequentium. Quidam illorum non consequentium, sed ipsius fini consonantiũ adiecerunt. Complures vtrisque addicti, methodum esse aiunt manifestarũ communitatũ, cõcordantium, & consequentiũ, medicinę finem, notitiã. Nonnulli, sicut Thessalus quoque, cohærentiũ & necessariarum ad sanitatem. Atque hæc iam est ratio, cur se Dogmaticos appellari nolint;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Περὶ τῆς τῶν Μεθοδικῶν ἰατρῶν αἱρέσεως.

Οἱ δὲ Μεθοδικοὶ καλούμενοι, οὕτω γὰρ ἑαυτοὺς ὠνόμασαν, ὥσπερ οὐχὶ καὶ τῶν ἔμπροσθεν Δογματικῶν μεθόδῳ τὴν τέχνην μεταχειρίζεσθαι φασκόντων, οὐ μέχρι λόγων μοι δοκοῦσιν ἀμφισβητεῖν ταῖς παλαιαῖς αἱρέσεσιν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἔργων τῆς τέχνης πολλὰ μετακοσμεῖν. οἵ γε οὔτε τόπον πεπονθότα χρήσιμον οὐδὲν εἶναι φασὶν εἰς θεραπείας ἔνδειξιν, οὔτε αἴτιον, οὔτε ἡλικίαν, οὔτε ὥραν, οὔτε χώραν, οὔτε τῆς νοσοῦντος τῆς δυνάμεως τὴν ἐπίσκεψιν, ἢ τῆς φύσεως, ἢ τῆς ἕξεως αὐτοῦ. παραιτοῦνται δὲ καὶ τὰς ὥρας καὶ τὰς χώρας, καὶ τὰ ἔθη, παρὰ μόνων τῶν παθῶν τὴν ἔνδειξιν τοῦ συμφέροντος ἀρκεῖν αὐτοῖς φάσκοντες. οὐδὲ παρὰ τούτων κατ' εἶδος, ἀλλὰ κοινῇ καὶ καθόλου λαμβανόμενοι, καὶ δὴ καὶ καλοῦσι κοινότητας αὐτὰ δὴ ταῦτα, τὰ διὰ πάντων διήκοντα τῶν ἐν μέρει. καὶ πειρῶνταί γε οἱ μὲν, κατὰ δίαιταν νοσημάτων ἁπάντων. ἔνιοι δὲ καὶ πάντων ἁπλῶς, δύο κοινότητας ἐπιδεικνύναι, καί τινα τρίτην μικτήν. ὀνόματα δὲ αὐταῖς, στέγνωσιν καὶ ῥύσιν ἔθεντο, καὶ πᾶν νόσημά φασιν ἢ στεγνὸν, ἢ ῥοῶδες εἶναι, ἢ ἐξ ἀμφοῖν ἐπιπεπλεγμένον. εἰ μὲν γὰρ αἱ φυσικαὶ κενώσεις τῶν σωμάτων ἴσχοιντο, στέγνωσιν καλοῦσιν. εἰ δέ τι μᾶλλον φέροιντο, ῥοώδεις. ἡνίκα δὲ καὶ ἴσχοιντο, καὶ φέροιντο, τὴν ἐπιπλοκὴν ἐν τούτῳ συνίστασθαι, καθάπερ ἐπ' ὀφθαλμοῦ φλεγμαίνοντός τε ἅμα καὶ ῥευματιζομένου. τὴν γὰρ φλεγμονὴν στεγνὸν οὖσαν πάθος, ὅτι μὴ μόνη ἦν, ἀλλὰ σὺν τῷ ῥεύματι, περὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τόπον ἐγένετο, τὸ σύμπαν ποιεῖν πάθος ἐπιπεπλεγμένον. ἔνδειξιν δὲ τοῦ συμφέροντος ἐπὶ μὲν τῶν στεγνῶν τὴν χάλασιν· ἐπὶ δὲ τῶν ῥοωδῶν, τὴν στάσιν ὑπάρχειν. γόνατος μὲν γὰρ, εἰ τύχοι φλεγμήναντος, χαλᾶν φασι χρῆναι. ῥέουσαν δὲ τὴν κοιλίαν, ἢ τὸν ὀφθαλμὸν, ἐπέχειν τε καὶ στέλλειν. ἐν δὲ τοῖς ἐπιπεπλεγμένοις, πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἵστασθαι. τῷ γὰρ μᾶλλον ἐνοχλοῦντι, καὶ τὸν κίνδυνον ἐπιφέροντι, τοῦτο δ' ἐστὶν, ὡς τῷ ἰσχυροτέρῳ ἐναντιοῦσθαί φασι δεῖν μᾶλλον ἢ θατέρῳ. τί οὖν δὴ οὐχὶ Δογματικοὺς ἑαυτοὺς ἐκάλεσαν, ἐνδείξει τὰ βοηθήματα πορίζόμενοι; διότι, φασὶν, οἱ Δογματικοὶ τὸ ἄδηλον ἐρευνῶσιν, ἡμεῖς δὲ ἐν τοῖς φαινομένοις διατρίβομεν. ἀμέλει καὶ ὅλην τὴν αἵρεσιν ἑαυτῶν οὕτως ὁρίζονται, γνῶσιν φαινομένων κοινοτήτων. καὶ ἵνα μὴ κοινὸς ὁ ὅρος εἶναι δοκῇ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις τέχναις, καὶ γὰρ κἀκείνας γνώσεις εἶναι νομίζουσι φαινομένων κοινοτήτων, διὰ τοῦτο προστιθέασιν, ἀκολούθων τῷ τῆς ἰατρικῆς τέλει. τινὲς δὲ αὐτῶν, οὐκ ἀκολούθων, ἀλλὰ συμφώνων προσέθεσαν, οἱ πλεῖστοι δ' ἄμφω συνθέντες, γνῶσιν εἶναί φασι τὴν μέθοδον φαινομένων κοινοτήτων συμφώνων τε καὶ ἀκολούθων τῷ τῆς ἰατρικῆς τέλει. τινὲς δὲ ὥσπερ καὶ ὁ Θεσσαλὸς, προσεχῶν τε καὶ ἀναγκαίων πρὸς ὑγείαν. διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἀξιοῦσι, μήτε Δογματικοὶ καλεῖσθαι,

μήτε γὰρ δεῖσθαι τοῦ ἀδήλου καθάπερ ἐκεῖνοι, μήτε Ἐμπειρικοὶ, κἂν ὅτι μάλιστα περὶ τὸ φαινόμενον διατρίβωσιν. τῇ γὰρ ἐνδείξει κεχωρίσθαι αὐτῶν. οὐ μὴν ἐν αὐτῷ τῷ τρόπῳ τῆς περὶ τὸ φαινόμενον διατριβῆς, ὁμολογεῖν ἑαυτοὺς φασὶ τοῖς Ἐμπειρικοῖς. ἐκείνους μὲν γὰρ ὡς ἀγνώστων ἀποχωρῆσαι τῶν ἀδήλων, ἑαυτοὺς δὲ ὡς ἀχρήστων. καὶ τοὺς μὲν Ἐμπειρικοὺς, τήρησιν ἐπὶ τοῖς φαινομένοις, αὑτοὺς δὲ, ἔνδειξιν ἔχειν. ἔντε οὖν τούτοις διαφέρειν ἑαυτῶν ἑκατέροις φασὶ, καὶ μάλιστα ἐν οἷς ὥρας, καὶ ἡλικίας, καὶ χώρας, καὶ τοιαῦτα σύμπαντα περιαιροῦσιν, ἄχρηστα μὲν ὄντα φανερῶς, ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσι. δόξης δὲ χάριν τοῖς ἔμπροσθεν ἰατροῖς τετιμημένα. καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τῆς μεθοδικῆς αἱρέσεώς φασι, καὶ σεμνύνονταί γε δι' αὐτὸ καὶ θαυμάζεσθαι δικαιοῦσι. καὶ τῷ γε βραχὺν εἶναι εἰπόντι τὸν βίον, τὴν δὲ τέχνην μακρὰν, ἐπιτιμῶσι. τοὐναντίον γὰρ ἁπλῶς αὐτὴν μὲν βραχεῖαν εἶναι, τὸν δὲ βίον μακρόν. ἀφαιρεθέντων γὰρ πάντων τῶν ψευδῶς ὑπειλημμένων τὴν τέχνην ὠφελεῖν, καὶ πρὸς μόνας τὰς κοινότητας ἀποβλεπόντων ἡμῶν, οὔτε μακρὰν ἔτι τὴν ἰατρικὴν, οὔτε χαλεπὴν εἶναι, ῥᾴστην δὲ καὶ σαφῆ, καὶ μησὶν ἓξ ὅλην τάχιστα γνωσθῆναι δυναμένην. οὕτω μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν δίαιταν νοσημάτων, ὡς στενὸν κομιδῇ συνῆχθαι τὸ πᾶν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ χειρουργίαν τε καὶ φαρμακείαν. καὶ γὰρ ἐν ἐκείνοις καθόλου τινὰς κοινότητας ἐξευρίσκειν πειρῶνται, καὶ σκοποὺς ἀποτίθενται τῶν ἰαμάτων, ὀλίγους τὸν ἀριθμὸν, ὥς ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, οὐδὲ ἐν τοῖς πολυθρυλλήτοις ἓξ μησὶν, ἀλλὰ καὶ πολὺ θᾶττον, ὅλην αὐτῶν τὴν τέχνην ἐκμαθεῖν ὑπῆρξεν. καὶ χρὴ χάριν οὕτω γινώσκειν αὐτοῖς τῆς συντόμου διδασκαλίας, εἴγε μὴ ψεύδονται· ψευδομένοις δὲ ὀλιγωρίαν ἐγκαλεῖν.

quippe latentibus ac obscuris se non indigere, vt illi profitentur; neque Empiricis annumerari volunt, etsi quammaximè in euidenti versentur. Nam indicatione ab ipsis separati sunt, nec tamen in ipso circa euidens exercẽdi modo se cum Empiricis conuenire dicunt. Illos enim ab obscuris tanquam incertis & dubiis recedere; se vero quasi ab inutilibus. Præterea Empiricos apparentibus obseruationem, ipsos indicationem habere. Atque in his vtrosque à se ipsis dissentire dicunt, & maximè in quibus anni tempora, ætates, loca, & hoc genus vniuersa tollunt, quæ nullum planè, vt ipsi putant, medicinæ vsum exhibent, solum verò prioribus medicis ostentationis gratia plurimi sunt æstimata. Et hoc summum methodicæ sectæ bonum esse prædicant. Quinetiã ob hoc gloriantur, séque admiratione dignos cẽsent. Insuper eũ qui vitã esse breuem; longã verò artẽ dicat, increpant. E contrariò namque artẽ quidẽ esse breuem, vitã verò longam. Siquidem omnibus, quę artem iuuare falsò putata sunt, ablatis, & ad solas cõmunitates nobis respicientibus, neque longam adhuc medicinã, neque difficilẽ, sed facillimã & perspicuã esse, quæ tota sex mensibus promptissimè perdisci queat. Hoc pacto enim in morbis, qui victus ratione sanantur, vniuersũ, in angustũ adeo coactũ esse; similiter in iis, qui ex manu, & medicamentis auxilium capiunt. Quin in illis quoque generatim quasdam cõmunitates adinuenire student, ad hæc remediorũ scopos numero paucos statuunt. Vnde mihi nõ in decantatis illis sex mensibus, sed multò etiam citius tota illorum ars disci posse videtur. Atque gratia illis habenda est de tam compendiosa disciplina, si modò non mentiantur. Mentientes autem neglientiæ accusandi sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Καθ' οὕστινας τρόπους οἱ Μεθοδικοὶ τὴν αὐτῶν αἵρεσιν συγκροτοῦσι.

Ὡς δ' ἄν τις μάλιστα δοκεῖν μοι κρῖναι δικαίως, ἢ τυφλώττοντας αὐτοὺς περὶ τὸ χρήσιμον, ἢ μόνους τὸ περιττὸν ὀρθῶς φεύγοντας, ἤδη φράσω. καὶ γὰρ οὐδὲ σμικρὸν ἔοικεν εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα, οὐδὲ μέχρι λόγου μοι προϊέναι μόνον, ὥσπερ τοῖς Ἐμπειρικοῖς τε καὶ Δογματικοῖς, ὅσα περὶ τῆς πρώτης τῶν βοηθημάτων εὑρέσεως φιλονεικοῦσι, περὶ τῆς νῦν χρήσεως ὁμολογοῦντες ἀλλήλοις, ἀλλ' ἤτοι μεγάλα βλάπτεσθαι τὰ τῆς τέχνης ἔργα, πρὸς τῆς Μεθοδικῆς αἱρέσεως ἀναγκαῖον, ἢ μεγάλ' ὠφελεῖσθαι. διττῆς δὲ τῆς ἐν τοῖς πράγμασι κρίσεως οὔσης, τῆς μὲν, διὰ τοῦ λόγου μόνου, τῆς δὲ, διὰ τῆς τῶν φαινομένων ἐναργείας. ἡ μὲν ἑτέρα, ἡ διὰ μόνου τοῦ λόγου, μείζων ἢ κατὰ τοὺς εἰσαγομένους ἐστίν. οὐκ οὖν αὐτῆς νῦν ὁ καιρός. ἡ δὲ ἑτέρα, ἡ διὰ μόνου τοῦ φαίνεσθαι, κοινὴ πάντων ἀνθρώπων ὑπάρχει. τί οὖν κωλύει ταύτῃ προτέρᾳ χρήσασθαι, σαφεῖ τε ἅμα τοῖς εἰσαγομένοις οὔσῃ, καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν Μεθοδικῶν τετιμημένῃ; διὰ παντὸς γοῦν οὐδὲν ἄλλο, ἢ τὸ φαινόμενον ὑμνοῦσι, καὶ τοῦτο πρεσβεύουσιν ἐπὶ παντὶ, καὶ τὸ ἄδηλον ἅπαν ἄχρηστον εἶναι λέγουσι. φέρε δὴ πρῶτον ἐπισκεψώμεθα περὶ τῶν προκαταρκτικῶν λεγομένων αἰτίων, κανόνα τῆς κρίσεως τὸ φαινόμενον τιθέμενοι, καὶ πρῶτός γε ὁ Μεθοδικὸς παρελθὼν ὧδέ πως λεγέτω. τί δή ποτε ψύξεις τε καὶ ἐγκαύσεις, καὶ μέθας, καὶ ἀπεψίας, καὶ πλησμονὰς, καὶ ἐνδείας, καὶ κόπους, καὶ ἐνεργείας, καὶ ἐδεσμάτων ποιότητας, καὶ ἐθῶν ὑπαλλαγὰς, ὦ Δογματικοί τε καὶ Ἐμπειρικοὶ μάτην πολυπραγμονεῖτε;

CAPVT VII.

Quibus rationibus Methodici suam sectam tuentur.

VErùm vt potissimũ aliquis iustè mihi videatur iudicare ipsos vel in vtilibus hallucinari, vel solos superuacua rectè fugere, iam aperiam. Enimuero neque exigua cõsideratio hęc mihi esse videtur, neque ad verba tantũ procedere, queadmodũ Empiricis, & Dogmaticis, quum de prima auxiliorũ intentione contendunt, de præsenti vsu inuicẽ conuenientes; verùm Methodicã sectã vel artis opera multũ offendere, vel iuuare multũ necesse est. Quũ autẽ duplex in rebus iudiciũ sit, vnũ à ratione sola, alterũ ab euidẽter manifestis profectum, prius maius est, quã medicinæ cãdidatis cõueniat. Quare de hoc dicere nunc opportunũ non est. Alterũ, quod in sola euidentia consistit, omniũ hominum cõmune est. Quid igitur prohibet hac priore vti, quę simul & medicinæ cãdidatis sit manifesta, & ab ipsis Methodicis in pretio habita? Nihil enim aliud quàm quod apparet, semper laudibus extollũt, atque hoc vbique profitentur, latẽtia verò omnia in nullo vsu esse referunt. Age nunc primùm causas procatarcticas dictas inspiciamus, pro iudicij regula, id quod sensibus apparet, constituentes, primúsque Methodicus in mediũ progressus hunc in modum loquatur. Quid tandem ô Dogmatici & Empirici frigus, æstum, ebrietatem, cruditatẽ, plenitudinẽ, indigentiam, lassitudines, operationes, ciborum qualitates, & consuetudinum mutationes frustra tam curiosè inquiritis?

Vtrum hęc affectionibus corporum neglectis medicaturi estis, quæ nequaquam adsunt amplius, sed ipsa quidem abeunt; quod autem ab ipsis generatum est, in corpore manet, atque huic (affectus enim est) remedium exhibere oportet? Inspiciendum igitur est qualénam existat. Si etenim astrictus morbus, soluendum corpus est; si fluens, retinendum, à quacunque causa generatus sit vterque. Ad quid igitur adhuc causa confert, quum fluidum solutione nunquam indigeat, neque astrictum retentione? Prorsus ad nihil, sicut res ipsa declarat. Similia de obscuris & continentibus causis Methodici loquuntur. Nam illas quoque superuacuas esse affirmant, morbo videlicet propriam curationem indicante, etiam causa, quæ ipsum fecit, incognita. Eodem dicendi modo ad anni tempestates, ætates, & loca descendunt, admirantes, & hîc veteres medicos rem tam claram ignorare. Nam inflammatio, quum morbus sit astrictus, vt inquiunt, non quidem æstate si oboriatur, laxantibus auxiliis opus habet; hyeme verò aliis quibusdam, sed in vtroque tempore eisdem. Neque in pueritia relaxantibus; in senectute reprimentibus; neque in Ægypto resoluentibus, Athenis cohibentibus. Contrà quum inflammationi fluens morbus adsit, nunquam soluentibus, verùm perpetuò reprimentibus, & hyeme, & æstate, & vere, & autumno, & quum ægrotus puer est, & quum iuuenis, seu florens ætate, & quum senex siue in Thracia, vel Scythia, vel Æthiopia fuerint. Quare nullum ex talibus ad quiduis conducere pronunciant, scilicet omnia hæc frustra disquiri iuuestigaríque. Quid iam corporis partium inspectio? nonne & hæc ad curationis indicationem superuacua est, & inutilis? Quisquamne audeat dicere inflammationem, in neruosa parte soluendam esse; in arteriosa, aut venosa, aut carnosa comprimendam? An omnino tam impudens quispiam sit, qui astrictam corporis partem non digerendam esse, profluuio laborantem non continendam dictitet? Si igitur partis natura nihil curationis modum immutat, sed auxilia ex affectus genere inueniuntur, inutilis plane est partis inspectio. At Methodicus quidem talis est, vt formula quadam loquendi vtar.

A πότερον ταῦτ' ἰᾶσθε μέλλετε, τὰς ἐν τῷ σώματι παρούσας διαθέσεις, ἃ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ πάρεστιν ἔτι τῶν τοιούτων οὐδέν, ἀλλ' αὐτὰ μὲν οἴχεται, τὸ δ' ὑπ' αὐτῶν γιγνόμενον ἐν τῷ σώματι μένει, καὶ τοῦτο χρὴ ἰᾶσθαι· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πάθος. ἐπισκεπτέον οὖν αὐτό, οἷόν τί ἐστιν. εἰ μὲν γὰρ στεγνόν, χαλαστέον, εἰ δὲ ῥοῶδες σταλτέον, ὑφ' ὅτου ἂν αἰτίου γεγονὸς ἑκάτερον ᾖ. εἰς τί δὴ οὖν ἔτι τὸ αἴτιον ὠφελεῖ, μήτε τοῦ ῥοώδους ποτὲ χαλάσεως δεομένου, μήτε τοῦ στεγνοῦ στάσεως, ἢ πάντως εἰς οὐδέν, ὥς γε τὸ πρᾶγμα αὐτὸ δείκνυσιν. ὅμοιος δὲ ὁ λόγος τοῖς Μεθοδικοῖς καὶ περὶ τῶν ἀδήλων καὶ συνεκτικῶν ὀνομαζομένων αἰτίων. καὶ γὰρ ἐκεῖνα B περιττά φασιν εἶναι, τοῦ πάθους τὴν οἰκείαν θεραπείαν ἐνδεικνυμένου, καὶ χωρὶς τοῦ γνωσθῆναι τὴν αἰτίαν ὑφ' ἧς ἐγένετο. ὡσδ' αὔτως τῷ τύπῳ τῶν λόγων, ἐπί τε τὰς ὥρας, καὶ τὰς ἡλικίας καὶ τὰ χωρία μεταβαίνουσι, θαυμάζοντες κἀνταῦθα τῶν παλαιῶν ἰατρῶν, εἰ μὴ συνίασιν οὕτως ἐναργοῦς πράγματος. ἡ γάρ τοι φλεγμονή, πάθος οὖσα στεγνόν, ὥς φασιν, οὐ δή που, θέρους μὲν εἰ γένοιτο, τῶν χαλώντων δεῖται βοηθημάτων, χειμῶνος δὲ ἄλλων τινῶν, ἀλλ' ἀμφοτέραις ὥραις, τῶν αὐτῶν. οὐδ' ἐπὶ μὲν τῆς τῶν παίδων ἡλικίας τῶν χαλαστικῶν· ἐπὶ δὲ τῆς τῶν πρεσβυτέρων, τῶν στελλόντων, οὐδ' ἐν Αἰγύπτῳ μὲν C τῶν χαλώντων, Ἀθήνησι δὲ τῶν ἐπεχόντων. ἀνάπαλιν δὲ τῇ φλεγμονῇ, τὸ ῥοῶδες πάθος ὑπάρχον, οὐδέ ποτε τῶν χαλώντων, ἀλλ' ἀεὶ τῶν στελλόντων δεῖται, καὶ χειμῶνος, καὶ θέρους, καὶ ἦρος, καὶ φθινοπώρου, καὶ παιδὸς ὄντος τοῦ νοσοῦντος, καὶ ἀκμάζοντος, καὶ γέροντος, καὶ εἰ τύχοι περὶ Θρᾴκην ἢ τὴν Σκυθίαν, ἢ τὴν Αἰθιοπίαν εἶναι ὁ ἀῤῥωστῶν. οὐκοῦν οὐδὲν τῶν τοιούτων εἰς οὐδὲν χρήσιμον εἶναί φασι, ἀλλὰ μάτην ταῦτα πάντα πολυπραγμονεῖσθαι. τί δέ, καὶ τὰ μέρη τοῦ σώματος ἐπισκοπῆσαι; ἆρ' οὐ καὶ ταῦτα μάταια πρὸς ἔνδειξιν θεραπείας; ἢ τολμησάτω τις εἰπεῖν, ὡς ἐν μὲν τῷ νευρώδει μορίῳ, τὴν D φλεγμονὴν χαλαστέον, ἐν δὲ τῷ ἀρτηριώδει, ἢ φλεβώδει, ἢ νευρώδει, ἢ σαρκώδει σταλτέον. ἢ ὅλως, εἴ τι στεγνὸν ἔν τινι μέρει τοῦ σώματος γένοιτο, τολμησάτω τις εἰπεῖν, ὡς οὐ χαλαστέον αὐτό, ἢ οὐ σταλτέον τὸ ῥοῶδες. εἰ τοίνυν ἡ τοῦ μέρους φύσις οὐδὲν ὑπαλλάττει τῆς θεραπείας τὸν τύπον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ γένος τοῦ πάθους, ἡ τῶν βοηθούντων εὕρεσις, ἄχρηστος φανερῶς ἡ τοῦ μέρους ἐπίσκεψις. ὁ μὲν δὴ Μεθοδικὸς τοιοῦτος, ὡς τύπῳ φάναι.

CAPVT VIII.

Empiricorum rationes aduersus Methodicos.

ACcedat autem post hunc secundus Empiricus, hunc in modum inquiens, Ego quidem euidentibus nihil noui præstantius, nec sapientius quicquã profiteor iis quę sępe numero cõspexi. Si equidem quod euidens est id parui ducas, quemadmodum priùs aliquem sophistam audisse mihi videor, & nobis ad eos qui euidens ipsũ celebrant discendẽdi tempus sit, nõ vtique Cadmæã victoriam referas. At si, vt ab initio abs te audiuimus, cuiuslibet abditi nullum esse vsum dicas, euidentia sequi confessus, forsan ostendero in manifesti mentione, quod tu præteristi. Homines duo à rabioso cane morsi, ad medicos familiares sibi remedia petituri concesserunt. Sed exiguum adeo vtriusque vulnus erat vt ne cutis quidem tota esset diuisa. Alter itaque medicorum solius vulneris curationẽ moliebatur, de nulla re alia solicitus; & quidem paucis diebus partem sanã reddidit.

E ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Οἱ τῶν Ἐμπειρικῶν πρὸς τοὺς Μεθοδικοὺς λόγοι.

ΠΑρείτω δ' ἐπ' αὐτῷ δεύτερος ὁ Ἐμπειρικός, ὧδέ πως λέγων. ἐγὼ τῶν φαινομένων πλέον οὐδὲν οἶδα, οὐδὲ ἐπαγγέλλομαί τι σοφώτερον, ὧν πολλάκις ἐθεασάμην. εἰ μὲν δὴ ἀτιμάζοις τὸ φαινόμενον, ὥσπερ τινὸς ἔμπροσθεν ἀκοῦσαί μοι δοκῶ σοφιστοῦ, καὶ ἡμῖν ὥρα πρὸς τοὺς τιμῶντας αὐτὸ τὸ φαινόμενον ἀπαλλάττεσθαι, οὐδ' ἂν ἤδη νικώης νίκην καδμείαν. εἰ δ' ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς ἤκουσά σου, τὸ μὲν ἄδηλον ἅπαν ἄχρηστον εἶναι φάσκοντος, ἕπεσθαι δ' ὁμολογοῦντος τοῖς ἐναργέσι, τάχα ἄν F σοι δείξαιμι τὸ παρορώμενον, ὑπομνήσας τοῦ φαινομένου. δηχθέντες ὑπὸ κυνὸς λυττῶντος ἄνθρωποι δύο, πρὸς τοὺς συνήθεις ἰατροὺς ἐπορεύθησαν ἰάσεως δεόμενοι. μικρὸν δ' ἦν ἑκατέρων τὸ ἕλκος, ὡς μηδὲ τὸ δέρμα πᾶν διῃρῆσθαι. καὶ τὴν θεραπείαν ὁ μὲν ἕτερος αὐτῶν ἐποιεῖτο τοῦ ἕλκους μόνον, μηδὲν ἄλλο πολυπραγμονῶν, καὶ ὀλίγων γε ἡμερῶν, ὑγιὲς ἀπέφηνε τὸ μέρος.

ὁ δὲ ἕτερος, ἐπειδὴ λυττῶντα ἔγνω τὸν κύνα, τοσοῦτον ἀπέδει τοῦ σπεύδειν εἰς οὐλὴν ἄγειν τὸ ἕλκος, ὥστε αὐτὸ τοὐναντίον, ἀεὶ καὶ μᾶλλον εἰργάζετο μεῖζον, ἰσχυροῖς τε καὶ δριμέσι χρώμενος φαρμάκοις ἕως χρόνου συχνοῦ, καὶ πίνειν προσηνάγκαζεν αὐτὸν ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ φάρμακα, τὰ λύττης ἰάματα, ὡς ἔφασκεν αὐτός. καὶ δὴ καὶ οὕτως ἐτελεύτα τὸ συμβὰν ἀμφοτέροις. ὁ μὲν ἐσώθη τε, καὶ ὑγιὴς ἐγένετο ὁ πίνων τὰ φάρμακα. ὁ δὲ ἕτερος, οὐδὲν ἔχειν οἰόμενος κακὸν, ἐξαίφνης ἔδεισέ τε τὸ ὕδωρ, καὶ σπασθεὶς ἀπέθανεν. ἆρά σοι δοκεῖ μάτην τὸ προκαταρκτικὸν αἴτιον ἐν τούτοις ἐρευνᾶσθαι; ἢ δι' ἄλλο τι ἀπέθανεν ὁ ἄνθρωπος, πλὴν διὰ τὴν ὀλιγωρίαν τοῦ ἰατροῦ, μήτε πυνθανομένου περὶ τῆς αἰτίας μηδὲν, μήτε τὴν τετηρημένην ἐπ' αὐτῇ θεραπείαν παραλαβόντος; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐ δι' ἄλλο τι οὐδὲν φαίνεται, ἢ διὰ τοῦτο. ἐπεὶ δὲ τῷ φαινομένῳ ἕπομαι, παρελθεῖν οὐ δύναμαι τοιοῦτον οὐδὲν αἴτιον. οὕτω δὲ καὶ ἡλικίαν οὐ δύναμαι παραδραμεῖν, οὐδὲ ἀτιμάζειν. καὶ γὰρ κἀνταῦθα ἀναγκάζει με πιστεύειν τὸ φαινόμενον, τῶν αὐτῶν κατὰ πάντα παθῶν, οὐ πάντη τὴν αὐτὴν θεραπείαν ἐχόντων, ἀλλ' ἔστιν ὅτε μὲν τοσοῦτον διαφερόντων ἐν ταῖς διαφόροις ἡλικίαις, ὥστε μηδὲ ποσότητι μόνον, ἢ τρόπῳ βοηθημάτων διαλλάττειν, ἀλλ' ὅλῳ τῷ γένει. πλευριτικοὺς γοῦν πολλοὺς ἀκμάζοντάς τε καὶ ἰσχυροὺς εἶδον ἐγὼ πολλάκις, καὶ ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν φλεβοτομουμένους, ἀλλ' οὐδένα τῶν ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ, ἢ κομιδῇ σμικρὸν παῖδα. οὔθ' ὑμεῖς ἐτολμήσατε διὰ φλεβὸς κενοῦν, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς οὐδεπώποτε. τί δὲ ὅταν Ἱπποκράτης εἴπῃ, ὑπὸ κύνα, καὶ πρὸ κυνὸς ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι; καὶ ὅταν αὖ πάλιν, θέρεος φαρμακεύειν, τὰς ἄνω, χειμῶνος δὲ, τὰς κάτω; πότερον ἀληθεύειν ὑμῖν, ἢ ψεύδεσθαι δοκεῖ; καθ' ἑκάτερον γὰρ ἀπορήσειν ὑμᾶς ἀποκρίσεως οἴομαι. ψεύδεσθαι μὲν γὰρ εἰ φαίητε, τὸ φαινόμενον ἀτιμάζετε, ὃ τιμᾶν προσποιεῖσθε. φαίνεται γὰρ οὕτως ἔχειν τ' ἀληθὲς, ὡς Ἱπποκράτης λέγει. εἰ δ' ἀληθεύειν εἴποιτε, προσίεσθε τὰς ὥρας, καὶ τὰς χώρας, ἃς ἀχρήστους ἀπεφήνασθε. νομίζω δὲ ὑμᾶς μηδὲ πόῤῥω που τῆς οἰκείας ἀποδημῆσαι πατρίδος, μήτ' ἐν πείρᾳ γενέσθαι χωρίων διαφορᾶς. πάντως γὰρ ἂν ἠπίστασθε, τοὺς μὲν ὑπὸ ταῖς ἄρκτοις, οὐ φέροντας τὰς ἀθρόας τοῦ αἵματος κενώσεις, ὥσπερ οὐδὲ τοὺς κατ' Αἴγυπτον, καὶ ὅλην τὴν Μεσημβρίαν. τοὺς δ' ἐν μέσῳ τούτων, ἐναργῆ πολλάκις ὠφέλειαν ἐπὶ ταῖς φλεβοτομίαις λαμβάνοντας. τὸ δὲ, μήτε τὰ μέρη τοῦ σώματος ἐπισκοπεῖσθαι, πάνυ μοι θαυμαστὸν ἐφ' ὑμῶν καταφαίνεται, καὶ δεινῶς ἄτοπον, οὐ τοῖς ἀληθέσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν πραττομένοις ἐναντίον. ὦ πρὸς τῶν θεῶν, ἔνθα ἂν φλεγμονὴ γένηται, τῆς αὐτῆς δεῖται θεραπείας, κἂν ἐν σκέλει, κἂν ἐν ὠτὶ, κἂν ἐν στόματι, κἂν ἐν ὀφθαλμῷ; τί δή ποτ' οὖν πολλάκις ὑμᾶς ἐθεασάμην τὰς μὲν ἐν τοῖς σκέλεσι φλεγμονὰς, καὶ ἀποσχάζοντας σμίλῃ, καὶ ἐπιβρέχοντας ἐλαίῳ; τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς οὐδεπώποτε; τί δὲ, τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς, τοῖς στύφουσιν ἰᾶσθε φαρμάκοις φλεγμαίνοντας, οὐχὶ δὲ καὶ τὰ σκέλη τοῖς αὐτοῖς ἐπαλείφετε; τί δ' οὐχὶ καὶ τὰ ὦτα φλεγμαίνοντα, τοῖς τῶν ὀφθαλμῶν ἰᾶσθε βοηθήμασι; τί δ' οὐχὶ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς τῶν ὤτων; ἀλλ' ἕτερον μὲν, ὤτων φλεγμονῆς, ἕτερον δὲ, ὀφθαλμῶν ἐστι φάρμακον, ὄξος μὲν γὰρ μετὰ ῥοδίνου, φλεγμονῆς ὤτων ἀγαθὸν φάρμακον, ἀλλ' οὐκ οἶμαί τινα τολμήσειν ἐγχεῖν αὐτὸ φλεγμαίνουσιν ὀφθαλμοῖς. εἰ δὲ καὶ τολμήσειεν, οὐ μετὰ μικρᾶς, εὖ οἶδ' ὅτι ζημίας πειράσεται τῆς τόλμης.

Alter verò quum rabire canem cognouisset, contrarium à priore semper egit, vulnus multo maius faciens, validis diu acribúsque medicamentis vsus, tum medicamentum interim aduersus rabiem confectum, vt ipse dicebat, ægrum assumere coëgit, tantum abest, vt cicatricem vulneri statim induxerit. Tu nunc quem vtriusque curatio euentum habuerit, audi. Qui medicamenta bibit, sanitati pristinæ restitutus est. Alter, qui nihil se mali habere putabat, subitò aquam expauit, & conuulsus periit. Nunquid hic euidens causa in iis superuacuò tibi inquisita esse videtur? An ob aliam vir ille mortuus est, quàm medici negligentiam, qui nihil de morbi causa sciscitatus sit, neque remedium ad eam obseruatam administrarit? Hæc sola non alia meo quidē iudicio, causa mortis illius extitit. Quoniam verò manifesta sector, id genus causarum nullam præterire possum, pari modo nec ætatem omittere, aut paruifacere. Nam & hîc quoque mihi fidem facit id quod apparet, dum iidem planè affectus non eandē semper curationem habeant. Sed interim in diuersis ætatibus tantùm differre, vt non quantitate solùm, vel modo auxiliorum, sed toto genere euarient. Noui namque sæpius multis ætate florentibus, pleuriticis & validis etiam à nobis sanguinem missum, verùm nulli vel senio planè confecto, vel adhuc puero admodum. Neque vos ausi estis per venam vacuare, nec vllus alius vnquam. Quid autem sibi vult Hippocrates, quum ait; *Sub canicula, & ante eam purgationes difficiles.* Rursus. *Æstate superiores, per hyemem inferiores partes expurgare conuenit.* Vera ne, an falsa vobis dicere videtur? Ad vtrumque enim quid respondeatis, non habere vos arbitror. Nam si mentiri eum dixeritis, euidentia minus æstimabitis, quæ vobis in pretio esse fingitis. Apparet enim sic veritatem habere, vt Hippocrates scribit. Sin autem vera loqui eum censeatis, tempora quoque & loca, quæ superuacanea esse contendistis, admittetis. At puto vos nunquam à patria vestra longè peregrinatos esse, neque locorum diuersitatem vsu didicisse. Sciretis vtique eos qui Septentrioni subiacent copiosas sanguinis euacuationes ferre non posse, sicut nec illos qui Ægyptum, aut Meridianam plagam totam incolunt. Qui verò medij hos interiacent, iis venæ incisionem sæpe magno fuisse præsidio. Porrò quòd nec corporis partes inspicitis, non possum non demirari, vehementérque absurdum est, nec veris modo, sed etiam illis quæ vosmet agitis, contrarium. Quæso per deos, si inflammatio contingat vel in crure, vel in aure, vel in ore, vel in oculo, eadémne erit curandi ratio? Curnam igitur crurum inflammationes scalpello vos diuidentes crebrò conspexi, oleóque perfundentes; oculos non item? Cur rursus oculos inflammatione laborantes astringentibus medicamentis curatis, non tamen eisdem crura perungitis? Cur non itidem aures inflammatione vexatas, oculorum auxiliis sanatis? Cur non oculos, aurium præsidiis? Sed aliud aurium, aliud oculorum inflammationis medicamentum est. Acetum siquidem cum oleo rosaceo aurium inflammationis præsens est remedium. Neminem tamen puto idem exhibiturum oculis inflammatis. Quod si quis tam sit temerarius, non mediocri offensa certò noui temeritatem suam experturum.

Et

Et gurgulioni inflammatione obsesso pulchrè succurrit spinæ Ægyptiæ fructus, sic quoque alumen fissile. Num igitur hæc quoque oculis inflammationi obnoxiis, & auribus profuerint? An planè è contrario magnum detrimentum attulerint? Atque hæc omnia dico, primam vobis hypothesim concedens, crurum videlicet & manuum inflammationes digerendas esse, nec tamen oculorum, aut gurgulionis, aut aurium. Iam verò si crurum manuúmque inflammationes, non quouis modo laxandas esse monuero, forsan in mentem vobis veniet, si sapiatis quantum à scopo aberraueritis. Erit autem præsens sermo eius quod apparet commemoratio. Qui enim ex nullo ictu, sed vltro in parte quacunque inflammationem sortiuntur, vbi plethorica adsit affectio, nullius partis laxationem priùs desiderat, quàm corpus totum euacuatum sit. Non enim inflammationem præsentem, si id feceris, imminues, sed potius augebis. Vnde hoc tempore astringentia, refrigerantiáque parti admouemus. Simul atque verò totum corpus euacuerimus, tunc etiam partis inflammatione affecta sustinebit laxantia. Sin autem hæc vobis non persuadeo, quod in orationis exordio dixi, ad illos, à quibus in pretio est id quod apparet, digredi nos tempus postulat.

καὶ γαργαρεῶνος φλεγμαίνοντος, ἀγαθὸν φάρμακον ἀκάνθης Αἰγυπτίας ὁ καρπός, ἀγαθὸν δὲ καὶ ἡ σχιστὴ στυπτηρία. ἆρ' οὖν ταῦτα καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμαινόντων, καὶ ὤτων, ἢ πᾶν τοὐναντίον ἐσχάτη βλάβη; καὶ ταῦτα πάντα λέγω, συγχωρήσας ὑμῖν τὴν πρώτην ὑπόθεσιν, ὡς χρὴ τὴν μὲν ἐν τοῖς σκέλεσιν, ἢ ταῖς χερσὶ φλεγμονὴν χαλᾶν, οὐ μὴν τήν γε τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ τοῦ γαργαρεῶνος, ἢ τῶν ὤτων. εἰ δ' ὅτι καὶ τὴν ἐν τοῖς σκέλεσι, καὶ ταῖς χερσίν, οὐκ ἐξ ἅπαντος τρόπου χαλαστέον, ὑπομνήσαιμι, τάχα ἂν γνοίητε, εἰ σωφρονήσετε, ὅσον ἁμαρτάνετε. ἔσται δὲ καὶ νῦν ὁ λόγος ἀνάμνησις τοῦ φαινομένου. τῶν γὰρ ἐπὶ μηδεμιᾷ πληγῇ φλεγμηνάντων ὁποιουοῦν μέρους, ἀλλ' αὐτομάτως ὑπαρξαμένων, τῆς πληθωρικῆς διαθέσεως καλουμένης παρούσης, οὐδεὶς χρήζει χαλάσεως τοῦ μορίου, πρὶν τοῦ ὅλου σώματος κενώσεως. οὐ μόνον γὰρ οὐδὲν μειώσεις, ἀλλὰ καὶ προσαυξήσεις τὴν οὖσαν φλεγμονήν, εἰ τοῦτο δράσειας· ὅθεν ἐν τούτῳ μὲν τῷ καιρῷ, τὰ στύφοντα καὶ ψύχοντα τοῖς μέρεσι προσφέρομεν. ἡνίκα δ' ἂν τὸ ὅλον σῶμα κενώσωμεν, τηνικαῦτα καὶ τὸ φλεγμαῖνον μόριον ἀνέχεται τῶν χαλώντων. εἰ δ' ὑμᾶς μὴ πείθω ταῦτα λέγων, ὅπερ ἔφην ἀρχόμενος τοῦ λόγου, καιρὸς ἂν εἴη μοι πρὸς τοὺς τιμῶντας τὸ φαινόμενον αὐτὸ ἀπαλλάττεσθαι.

CAPVT IX.

Quo pacto Rationales Medici Methodicorum artem redarguant.

HÆc Empirico commemorāte, Dogmaticus accedat, & hunc in modū orationē instituat. Nimirū si quid mentis haberes, hæc abundè satis te erudirent, nec ætatem, nec loca, nec causas procatarcticas, nec aliquā partē corporis inutilē existimari. Cæterū si nondū Empiricus euidentium enarratione hoc tibi persuasit, sed alia adhuc oratione opus est, eā apponere nunc ego cogito, quò sectæ tuæ hypothesin infirmā esse demonstrem. Audio enim vos dicere cognitionē apparentium cōmunitatum. Interrogaui autē crebro, in qua re potissimū cōmunitas hæc consistat, quoque modo eā cognoscamus. Siquidē cognoscere me etiamnū posse nō videor. Causā verbotenus eandē omnes tractatis, rebus verò non consentitis, nonnulli enim vestrū excretionibus secundū naturā, astrictū & fluēs adnumerāt, quū quidē retinentur excrementa, astrictionē; quū immoderatè excernūtur, fluorē, affectionē appellāt. Alij quidā è vestro cœtu inter reliquas corporū cōstitutiones affectus esse pronunciant, quæruntúrque de iis vehemēter qui ad corpus quod euacuatur, respiciunt. At quomodo mihi vtraque pars errare videatur, fortassis iā ostēdero. Ad eos autē sermo noster prius dirigatur, qui excretionibus præter naturā, affectus attribuūt. Nā demiror ipsos, si neq; sudores vnquā, neque vrinas, neque vomitus, neque deiectiones plures, quā naturalis status exigit, in morbis probas vacuari viderūt, & quod omniū absurdissimū est, si neq; ex naribus fluorē aliquādo morbū iudicasse cōspexerunt. Huius siquidē nō modo quātitas, sed totū genus præter naturā est. Sudorū, vrinarū, & eorum quę per aluū aut vomitū proruunt, genus nō pręter naturā est. Sic tamē immodica est interdū copia, vt ego viderim nōnullos tātū sudorē profudisse, vt etiā culcitras madefecerint; alios rursus supra heminas triginta per sedē deiecisse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Πῶς οἱ λογικοὶ ἰατροὶ τῆς τῶν Μεθοδικῶν τέχνης κατηγοροῦσι.

ΤΑῦτα εἰπόντος τοῦ Ἐμπειρικοῦ, προσελθὼν ὁ Δογματικὸς ὧδέ πως λεγέτω. τάχα μὲν εὖ φρονοῦντί σοι καὶ ταῦτα ἱκανά, περὶ τοῦ μήθ' ἡλικίαν, μήθ' ὥραν, μήτε χώραν, ἀλλὰ μήτε προκαταρκτικὸν αἴτιον, ἢ μέρος τι τοῦ σώματος ἄχρηστον ὑπολαμβάνειν. εἰ δέ σε μή πω πέπεικεν ὁ Ἐμπειρικός, ὑπομιμνήσκων τῶν φαινομένων, ἀλλά τινος ἔτι καὶ λόγου δέοι, τοῦτόν μοι δοκῶ προσθήσειν ἐγώ, καὶ τὴν ὑπόθεσίν σου τῆς αἱρέσεως ἀποδείξω σαθράν. ἀκούω μὲν γὰρ ὑμῶν λεγόντων, γνῶσιν φαινομένων κοινοτήτων, ἐρωτῶν δὲ ἑκάστοτε περί τι μάλιστα ἡ κοινότης αὐτὴ συνίσταται, καὶ πῶς αὐτὴν γνωριοῦμεν, οὐδέ πω καὶ νῦν μοι δοκῶ γνῶναι δύνασθαι. τὸ δ' αἴτιον ἄχρι τῶν ὀνομάτων ἀλλήλοις ὁμολογεῖτε, περὶ τῶν πραγμάτων διαφερόμενοι. τινὲς γὰρ ὑμῶν, ταῖς παρὰ φύσιν ἐκκρίσεσι παραμετροῦσι τὸ στεγνὸν καὶ τὸ ῥοῶδες. ἰσχομένων μὲν αὐτῶν, στέγνωσιν ὀνομάζοντες τὸ πάθος, ἀμέτρως δ' ἐκκρινομένων, ῥύσιν. ἄλλοι δέ τινες ἐξ ὑμῶν, ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν σωμάτων διαθέσεσι, τὰ πάθη φασὶν εἶναι, καὶ μέμφονταί γε δεινῶς τοῖς εἰς τὸ κενούμενον ἀποβλέπουσιν. ἐμοὶ δὲ ὅπη δοκοῦσιν ἑκάτεροι σφάλλεσθαι, τάχα ἂν ἤδη δηλώσαιμι. γινέσθω δὲ ἡμῖν ὁ λόγος, πρὸς ἐκείνους πρότερον, ὅσοι ταῖς παρὰ φύσιν ἐκκρίσεσι κρίνουσι τὰ πάθη. θαυμάζω γὰρ αὐτούς, εἰ μήθ' ἱδρῶτάς ποτε, μήτε οὖρα, μήτ' ἐμέτους, μήτε διαχωρήματα πλείω τοῦ κατὰ φύσιν, εἶδον ἐν ταῖς νόσοις χρηστῶς κενούμενα, καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον, εἰ μήτ' ἐκ ῥινῶν αἱμορραγίαν ποτὲ κρίνασαν ἐθεάσαντο. ταύτης μὲν γε οὐ τὸ ποσὸν μόνον, ἀλλ' ὅλον τὸ γένος παρὰ φύσιν ὑπάρχει. ἱδρώτων δέ, ἢ οὔρων, ἢ ὅσα κατὰ γαστέρα, ἢ δι' ἐμέτων ὁρμᾷ, τὸ μὲν γένος οὐ παρὰ φύσιν, οὕτως γε μὴν ἄμετρον ἐστί ποτε τὸ πλῆθος, ὥστε ἐγὼ μὲν οἶδά τινας, εἰς τοσοῦτον ἱδρώσαντας, ἄχρι καὶ τὰ γνάφαλα διαβρέξαι, καὶ ἄλλους κατὰ γαστέρα κενωθέντας ὑπὲρ τριάκοντα κοτύλας,

ἀλλ' οὐκ ἐδόκει τούτων οὐδὲν παύειν, ὅτι τὸ λυποῦν ἐκενοῦτο. καίτοι τῷ γε ταῖς κατὰ φύσιν ἐκκρίσεσιν εἰς ἅπαντα κανόνι χρωμένῳ, κωλυτέα ἦν τὰ τοιαῦτα συμπτώματα. διὸ καὶ πιθανώτεροί πως εἶναι δοκοῦσιν, οἱ τὰς διαθέσεις ἐν τοῖς σώμασιν αὐτοῖς τὰς κοινότητας ἐπιτιθέμενοι. θαυμάζω δὲ καὶ τούτων, ὅπως αὐτὰς φαινομένας ἐτόλμησαν εἰπεῖν. εἰ γὰρ μὴ τὸ ῥέον ἐκ τῆς κοιλίας ἡ ῥύσις ἐστὶν, ἀλλ' ἡ διάθεσις τῶν σωμάτων ἐξ ἧς τὸ ῥέον, οὐκ ἐνδέχεται δὲ ταύτην οὐδεμιᾷ τῶν αἰσθήσεων φαίνεσθαι, πῶς ἂν αἱ κοινότητες ἔτι φαινόμεναι λέγοιντ' ἄν; καὶ γὰρ ἐν κώλῳ δυνατὸν τὴν τῆς ῥύσεως διάθεσιν εἶναι, καὶ ἐν λεπτοῖς ἐντέροις, καὶ περὶ τὴν νῆστιν, καὶ περὶ τὴν γαστέρα, καὶ τὸ μεσαραῖον, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἐντὸς, ὧν οὐδὲν οὐδὲ αὐτὸ δυνατὸν αἰσθήσει λαβεῖν, οὔτε τὸ πάθος αὐτοῦ. πῶς οὖν ἔτι φαινόμεναι λέγοιντ' ἂν αἱ κοινότητες, εἰ μή πω καὶ τὸ διὰ σημείων γνωρίζεσθαι, φαίνεσθαί τις ἐθέλοι καλεῖν; ἀλλ' εἰ τοῦτο, τίνι τῶν παλαιῶν ἰατρῶν ἔτι διαφέρουσιν, οὐκ οἶδα. πῶς δὲ ταχέως καὶ ἐν ἓξ μησὶν ἐπαγγέλλονται τὴν τέχνην ἐκδιδάσκειν; οὐ γὰρ ἄν, οἶμαι, σμικρᾶς δέοιντο μεθόδου πρὸς τὸ γνῶναί τι τῶν ἐκφυγόντων τὴν αἴσθησιν, ἀλλὰ τῷ τοῦτο καλῶς ἐργαζομένῳ καὶ ἀνατομῆς χρεία τῆς ἕκαστον τῶν ἐντὸς, ὡς ἔχει φύσεως, διδασκούσης, καὶ φυσικῆς θεωρίας οὐ σμικρᾶς, ἵνα τό, τ' ἔργον ἑκάστου, καὶ τὴν χρείαν ἐπισκέψηται. πρὶν γὰρ εὑρεθῆναι ταῦτα, τῶν ἐν βάθει τοῦ σώματος μορίων οὐδενὸς οἷόν τε διαγνῶναι τὸ πάθος. τί δεῖ λέγειν ἔτι καὶ διαλεκτικῆς μὲν ἐνταῦθα χρεία μεγάλη, ἵν' ἐκ τίνων τί περαίνεται σαφῶς εἰδείης, καὶ μὴ παρακρουσθῇς ποτε σοφίσμασι, μήθ' ὑπ' ἄλλου, μήθ' ὑφ' αὑτοῦ; καὶ γὰρ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἄκοντάς ἐστιν ἰδεῖν ὅτε σοφιζόμεθα. καὶ μὴν καὶ ὅ τι ἐστὶν ἡ ῥύσις, ἡδέως ἂν αὐτοὺς ἐροίμην, εἰ διαλέγεσθαι μεμαθήκασιν. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε μόνον ἀρκεῖν ἡγοῦμαι, τὸ τισὶν ἐξ αὐτῶν εἰρημένον, ὅτι διάθεσίς τις παρὰ φύσιν ἡ ῥύσις ἐστί. τίς γὰρ ἡ διάθεσις, εἰ μὴ μάθοιμεν, οὐδὲν ἂν οὐδέπω πλέον εἰδείημεν, ἆρά γε χάλασίς τις, ἢ μαλακότης, ἢ ἀραιότης. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἀκοῦσαί τι σαφὲς οὐδὲ αὐτῶν λεγόντων, ἀλλ' ὅ, τι ἂν ἐπέλθοι, νῦν μὲν τοῦτο, αὖθις δὲ ἐκεῖνο, πολλάκις δὲ καὶ πάντα ἅμα, ὥσπερ οὐδὲν διαφέροντα. καὶ εἴ τις ἐπιχειρήσειε διδάσκειν αὐτοὺς, ὅπως διαφέρει ταῦτα ἀλλήλων, καὶ ὡς ἕκαστον αὐτῶν ἰδίας δεῖται θεωρίας, οὐχ ὑπομένουσιν ἀκούειν, ἀλλὰ καὶ τοῖς παλαιοῖς ἐπιπλήττουσιν, ὡς μάτην τὰ τοιαῦτα διαιρουμένοις. οὕτως ἀταλαιπώρως ἔχουσι πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ζήτησιν. ἀλλ' οὐδ' ὅτι τῷ μὲν χαλαρῷ τὸ συντεταμένον ἐστὶν ἐναντίον, τῷ δὲ μαλακῷ τὸ σκληρὸν, τῷ δ' ἀραιῷ τὸ πυκνὸν, ἀκούειν ἀνέχονται. καὶ ὡς παρὰ ταῦτα πάντα, ἕτερόν τι ἐστὶ τὸ ἐπέχεσθαι τὰς φυσικὰς ἐκκρίσεις καὶ τὸ ῥεῖν. καὶ ὡς ὑφ' Ἱπποκράτους ταῦτα πάντα διώρισται. προπετῶς δὲ περί τε τούτων αὐτῶν ἀποφαίνονται, καὶ τὴν φλεγμονὴν, οὕτω δὲ καλοῦσι τὸν σκληρὸν καὶ ἀντίτυπον καὶ ὀδυνηρὸν καὶ θερμὸν ὄγκον, ἑτοίμως πάνυ καὶ ἀσκέπτως, στεγνὸν εἶναι πάθος φασίν. εἶτ' αὖθις ἑτέρας φλεγμονὰς ἐπιπεπλεγμένας ὀνομάζουσι, ὥσπερ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς, ὅταν μετὰ ῥεύματος ὦσι, καὶ τὰς ἐν παρισθμίοις, καὶ γαργαρεῶνι, καὶ οὐρανίσκῳ, καὶ οὔλοις. εἶθ' ὑποτίθενται πόρους, τοὺς μὲν ἀραιοὺς γεγονέναι, τοὺς δὲ μεμυκέναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀμφότερα τὰ πάθη πεπονθέναι. τινὲς δὲ οὐκ ὀκνοῦσι περὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἅμα πόρον συνίστασθαι λέγειν, ῥύσιν τε καὶ στέγνωσιν, ὃ μηδ' ἐπινοῆσαι ῥᾴδιον, οὕτως ἐπὶ πᾶν τόλμης ἥκουσιν.

A Sed nihil horum videbatur cessare, quia id quod offendebat, euacuabatur, etsi hęc symptomata naturalibus excretionibus vbique regula vtenti euitanda erant. Quamobrē probabiliores quodammodo esse videntur, qui affectiones corporum ipsorum communitates statuunt. Sed hos quoque demiror, quomodo apparentes eas appellare ausi sint. Nā si quod ex aluo profluit, nō est fluxus, verùm corporis affectio, ex quo ipsum est fluens; nulli autem sensui hæc apparere potest, qua ratione adhuc communitates dixeris euidentes? In colo enim fluoris dispositio esse potest, & tenuioribus intestinis, & ieiuno, & vētre, & mesaræo, aliisque B multis interaneis, quorū nullum neque ipsum, neque ipsius affectū sensu possis percipere. Quomodo igitur adhuc apparentes dici possint communitates, nisi etiam per signa cognosci apparere quis volet vocare? Sed si hoc ita est, quonā discrimine à veteribus medicis adhuc different, ignoro. Quomodo rursus statim, & in semestri artem se perdocere promittunt? Etenim nō methodus exigua, ad aliquid quod sensum effugit, cognoscendū, desideratur. Quinetiā anatomes vsus pulchrè hoc administranti necessarius est, vt quæ cuiusque partis interioris naturam vt habet, edoceat, & naturalis C speculationis haud parum singularum munus & vsum inspicias. Priusquam enim hæc inueneris, nullius in alto sitæ partis corporis affectum licet cognoscere. Quid opus est verbis? quòd etiā hîc dialecticæ vsus magnus est, vt ex quibus quid colligitur, palam comprehendas, nec sophismatibus circūueniaris aut ab aliis, aut abs te ipso: quoniam interdum nobismet vel inuitis illudi, videre licet. Atqui profluuium quid sibi velit, lubens ex eis quærerem, si disserēdi facultatem didicissent. Non enim hoc solùm credo satis esse, quod à quibusdam illorum dictum est, profluuium videlicet D affectum nominari pręter naturam. Nam nisi quis sit affectus, teneamus, nihil amplius adeo cognouerimus, an relaxatio, aut mollities, aut raritas sit. Nihil siquidem vel ipsis dicentibus manifesti audies; sed quod eis in mentem venerit, nunc hoc, nunc illud, plerumque simul omnia, tanquam nihil differentia. Quòd si quis ipsos, quomodo hæc inter se varient, quódque singula propriam requirant inspectionem, docere conetur, cum nullo pacto audire sustinent, sed veteres incessunt, calumniātúrque, tanquam frustra huiusmodi definientes, tam otiosi ac segnes in veritatis inquisitione reperiuntur. Imò nec quòd laxo tenE sum, molli durum, raro densum existat contrarium, dicere nos patiuntur. Insuper ad hæc omnia, aliud esse naturales excretiones contineri, aliud fluere; quemadmodū ab Hippocrate etiam vniuersa hæc definita sunt; verùm temere, nullo iudicio, & clausis oculis de his sententiam proferunt. & inflammationem (sic autem vocāt durum, renitentem, dolore plenum, & calidum, tumorem) promptè admodum & inconsultò affectum esse astrictum pronunciant. Deinde porrò inflammationes alias nominant implicitas, velut oculorum inflammationes, vbi cum fluore fuerint, F item tonsillarum, gurgulionis, palati, & gingiuarum. Postea supponunt meatus alios raros, alios patentes; ideóque vtrosque affectus subiisse. Quosdam verò non pudet dicere, in vno eodémque meatu & fluorem & astrictionem posse consistere; quod ne cogitare quidem facile est. Tam sunt in omni re audacter temerarii.

At

Sin autem hoc, certè abdita erunt vtilia: quæ igitur apparent, vel tanquam apparentia ad auxiliorum inuentionem capiuntur, etiam omnia erunt vtilia, vel non. Dicere igitur omnia esse vtilia, persuaderi non potest: si autem omnia non sunt vtilia, necesse est vtilia amplius quid obtinere quàm quod apparent, quòd non sensus est comprehendere: sed rationis: ratione verò abdita comprehenduntur; vtilis igitur ratio est simul, & abdita. Si enim apparentia, quatenus apparentia sunt, inuicem non differunt, nimirum, vel similiter omnia ad obseruationem conducunt, quantum in ipsis est, quare & in minimis tum præteritis tum præsentibus erunt, si hoc est impossibile. Quomodo enim de strato lectóque in quo decumbit æger & similibus aliquis obseruaret? Constat igitur non in apparentibus, vt apparentia sunt, obseruationem fieri (similiter enim in omnibus fieret) sed in alio quodam quod non apparet; quòd si hoc est, vtilia erunt abdita. Sed vnde, inquiunt, comprehenduntur? quoniam in aliis quibusdam apparentibus obseruare licet, in aliis non item: quippe haud facile hoc est scire, in ipsis apparentibus, quatenus apparent. Nam omnes cognóscerent etiam id idiotæ in quibus apparentibus obseruationem liceat moliri, ac nihil vestra experientia ab idiotarum imperitia differret. Si autem non obuium est omnibus, in quibus apparentibus obseruationes moliri oportet, solis autem artificibus id percipitur, auxilia in apparentibus non vt apparentia sunt obseruantur; quoniam enim aliud apparet de quo obseruare licet, aliud non amplius apparet, sed abditum est. Verùm hoc admodum vtile scire est, cur vtilia sint abdita. Præter commemorata autem quum Empirici dicant in his præteritis & illis præsentibus obseruationes fieri oportere (idcirco enim & præterita studiosè perscrutantur, infinita porrò sunt etiam præsentia, de infinitis autem obseruare non licet) constat huiusmodi obseruationem fieri non posse. At contra Methodicos qui apparentia auxiliorum indicatoria esse opinantur, Rationales hæc adferunt. Apparentia ex seipsis comprehendi possunt, ac idiotis igitur apparebunt: quoniam verò communitates etiam indicant, coincidunt autem cum iis quæ indicant illa quæ ex ipsis capiuntur, nimirum idiotis communitates indicabunt, ac nihil ab idiotis differetis. Quòd autem ab affectibus indicatio auxiliorum non fit, hinc est ostendere. Eodem affectu, nempe inflammatione, in diuersis locis subsistente, vt circa oculum, aut iecur; aut stomachum, non eadem curatione sed diuersis indigent. Oculo enim inflammationem experiunte, opium est congruens, stomacho autem & hepati aliud quippiam. Oleum oculo noxium, alias partes inflammatas mitigat. Manifestum igitur est non ab affectibus auxilia sumi: nam idem in omnibus assumeretur præsidium quum idem esset affectus, si is conferentium esset indicatiuus. Licet igitur ita astruere quod Methodico placet: In affectu circa eundem existente locum, ob causæ diuersitatem, curatione diuersa homines indigent; vt in vrinæ retentione: si etenim calculus sit, scalpello incisorio vtimur, si vrinæ copia, iniecto clystere qui catheter dicitur; sin inflammatio, cataplasmate.

Εἰ δὲ τοῦτο, εὔχρηστα ἂν εἴη τὰ κεκρυμμένα. τὰ οὖν φαινόμενα, ἤτοι ὡς φαινόμενα πρὸς εὕρεσιν τῶν συμφερόντων λαμβάνεται, καὶ πάντα ἔσται χρήσιμα, ἢ οὔ. τὸ μὲν οὖν πάντα λέγειν χρήσιμα εἶναι, ἀπίθανον. εἰ δὲ μὴ πάντα ἐστὶ χρήσιμα, ἀνάγκη τοῦ φαίνεσθαι πλέον τι τὰ χρήσιμα ἔχειν, ὅπερ οὐκ αἰσθήσεώς ἐστι καταλαμβάνειν, ἀλλὰ λόγου. τῷ δὲ λόγῳ τὰ κεκρυμμένα καταλαμβάνεται, χρήσιμος ἄρα λόγος, καὶ τὰ κεκρυμμένα. εἰ γὰρ τὰ φαινόμενά ἐστι, μὴ διαφέρει ἀλλήλων δηλονότι, ἢ ὁμοίως ἅπαντα πρὸς τήρησιν, ὃ καὶ ἐφ' ἑαυτοῖς, χρησιμεύει, ὥστε καὶ ἐπὶ τοῖς ἐλαχίστοις, τοῖς τε παρεληλυθόσι, καὶ τοῖς ἐνεστῶσιν εἴη ἄν, εἰ τοῦτο ἀδύνατον. πῶς γὰρ ἂν ἐπὶ τῆς στρωμνῆς, καὶ τῆς κλίνης, ἐφ' ἧ κατεκλίθη ὁ νοσῶν, καὶ τοῖς ὁμοίοις, τηρήσει τις; φανερὸν οὖν ὡς οὐκ ἐπὶ τοῖς φαινομένοις ὡς φαινόμενά ἐστιν, ἡ τήρησις γίγνεται. ὁμοίως γὰρ ἂν ἐπὶ πᾶσιν ἐγίνετο, ἀλλ' ἐφ' ἑτέρῳ τινὶ, ὃ οὐ φαίνεται. εἰ δὲ τοῦτο, χρήσιμα ἂν εἴη τὰ κεκρυμμένα. ἀλλὰ καὶ πόθεν φασὶ, καταλαμβάνεται, ὅτι ἐπὶ μὲν τοῖσδέ τισι τοῖς φαινομένοις δυνατόν ἐστι τηρεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖσδ' οὐκ ἔτι, οὐ ῥᾴδιον γὰρ τοῦτο ἀπ' αὐτῶν τῶν φαινομένων, καθ' ὅσον φαίνεται, ἐστὶν εἰδέναι. πάντες γὰρ ἂν ἐγίνωσκον καὶ οἱ ἰδιῶται, ἐφ' οἷς φαινομένοις χρὴ τὴν τήρησιν ποιεῖσθαι, καὶ οὐδὲν διέφερεν ὑμῶν ἡ ἐμπειρία, τῆς τῶν ἰδιωτῶν ἀπειρίας. εἰ δὲ μὴ προσπίπτει πᾶσιν, ἐφ' οἷς φαινομένοις δεῖ τὰς τηρήσεις ποιῆσαι, μόνοις δὲ τοῖς τεχνίταις καταληπτόν ἐστι τοῦτο, τὰ συμφέροντα ἐπὶ τοῖς φαινομένοις, οὐχ ὡς φαινόμενά ἐστι, τηρεῖται. ὅτι γὰρ τόδε μὲν τὸ φαινόμενον ἐφ' οὗ τηρεῖν ἐστι, τόδε οὐκ ἔτι φαίνεται, ἀλλὰ κέκρυπται, χρήσιμον δὲ πάνυ ἐστὶ τοῦτο εἰδέναι, διόπερ χρήσιμά ἐστι τὰ κεκρυμμένα. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, ἐπειδήπερ οἱ Ἐμπειρικοὶ λέγουσιν ἐπὶ τοῖσδε τοῖς προγεγενημένοις, καὶ τοῖσδε τοῖς ἐνεστῶσι δεῖν τὰς τηρήσεις ποιεῖσθαι. διὰ τοῦτο γάρ τοι καὶ πολυπραγμονοῦσι τὰ παρεληλυθότα, ἄπειρα δέ ἐστι καὶ τὰ παρόντα, ἐπ' ἀπείροις δὲ τηρεῖν οὐ δυνατὸν, δηλονότι ἀδύνατον ἂν εἴη ἡ τοιαύτη τήρησις. πρὸς δὲ τοὺς Μεθοδικοὺς τὰ φαινόμενα ἐνδεικτικὰ τῶν συμφερόντων εἶναι οἰομένους, ταῦτα λέγουσιν οἱ Λογικοί. τὰ φαινόμενα ἐξ ἑαυτῶν ἐστι καταληπτὰ, καὶ τοῖς ἰδιώταις οὖν φανεῖται. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐνδείκνυνται αἱ κοινότητες, συμπροσπίπτει δὲ τοῖς ἐνδεικνυμένοις τὰ ἐξ αὐτῶν λαμβανόμενα, δηλονότι τοῖς ἰδιώταις ἐνδείξονται αἱ κοινότητες, καὶ οὐδὲν τῶν ἰδιωτῶν διοίσετε. ὅτι δ' ἀπὸ τῶν παθῶν ἡ ἔνδειξις τῶν συμφερόντων οὐ γίγνεται, διὰ τούτων ἐστὶν ἐπιδεῖξαι. τοῦ αὐτοῦ πάθους, οἷον φλεγμονῆς περὶ διαφέροντας τόπους ὑπαρχούσης, οἷον περὶ ὀφθαλμοὺς, ἢ ἧπαρ, ἢ στόμαχον· οὐ τῆς αὐτῆς θεραπείας, ἀλλὰ διαφόρων δέονται. ὀφθαλμῷ μὲν γὰρ φλεγμαίνοντι ὀπιόν ἐστι κατάλληλον, στομάχῳ δὲ καὶ ἥπατι, ἄλλο τι. τὸ δ' ἔλαιον τῷ ὀφθαλμῷ κακωτικὸν, τὰ δ' ἄλλα μέρη φλεγμαίνοντα παρηγορεῖ. δῆλον οὖν, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῶν παθῶν συμφέροντα λαμβάνεται. τὸ γὰρ αὐτὸ ἐπὶ πάντων παρελαμβάνετο ἂν βοήθημα, τοῦ αὐτοῦ πάθους ὄντος, εἴπερ τὸ πάθος ἐνδεικτικὸν ἐγίνετο τῶν συμφερόντων. ἔστι δὲ καὶ οὕτως ἀνασκευάσαι τὸ ἀρέσκον τῷ Μεθοδικῷ· τοῦ αὐτοῦ πάθους περὶ τὸν αὐτὸν ὄντος τόπου, παρὰ τὴν διαφορὰν τῆς αἰτίας, διαφόρου θεραπείας οἱ ἄνθρωποι δέονται, οἷον ἐπὶ ἰσχουρίας· ἐὰν μὲν γὰρ ᾖ λίθος, λιθοτόμῳ χρώμεθα· ἐὰν δὲ πλῆθος οὔρου, καθετῆρι· ἐὰν δὲ φλεγμονὴ, καταπλάσματι.

Εἰ δ' ἀπὸ τῶν παθῶν αἱ ἐνδείξεις τῶν συμφερόντων ἐγίνοντο, ἑνὸς ὑποκειμένου πάθους, μία ἂν καὶ ἡ αὐτὴ θεραπεία παρελαμβάνετο. οὐ παραλαμβάνεται δὲ μία θεραπεία τοῦ αὐτοῦ πάθους ὑποκειμένου, οὐκ ἄρα ἀπὸ τῶν παθῶν αἱ ἐνδείξεις τῶν συμφερόντων γίνονται.

At ſi ab affectibus indicationes remediorum fierent, vno affligente affectu, vna & eadem curatio aſſumeretur: non aſſumitur autem vna curatio eodem ſubſiſtente affectu; non igitur ab affectibus remediorum indicationes fiunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Περὶ ἐνδείξεώς τε καὶ τηρήσεως, καὶ ἀναλογισμοῦ.

Τούτων δὲ κεφαλαιωδῶς τῶν νῦν ἐκτεθέντων, χρήσιμον ἂν εἴη ὑπογράψαι τί ἐστιν ἔνδειξις; καὶ πῶς ἀπὸ ἐνδείξεως τὸ χρήσιμον καταλαμβάνεται; καὶ τί τήρησις, καὶ ὅπως ἀπὸ τηρήσεως τὰ χρήσιμα τηρεῖται· καὶ τί ἀναλογισμός, καὶ ὅπως ἀπὸ αὐτοῦ τὸ χρήσιμον καταλαμβάνεται. ὥσπερ τοίνυν τῶν φαινομένων, τὰ μὲν ἐξ ἑαυτῶν εἰσι καταληπτά, οἷον λευκὸν, καὶ τὸ μέλαν. τὰ δὲ τῇ συμπαρατηρήσει καταλαμβάνεται, ὥστε τὰ διὰ σημείων γινωσκόμενα· οὕτω καὶ τὰ συμφέροντα μὲν, ἐνδείξει καταλαμβάνεται. συμπαρεμφαίνεται γὰρ τοῖς ἐνδεικνυμένοις τὰ συμφέροντα, καὶ οὐδενὸς λογισμοῦ χρείαν ἔχει. διὰ τοῦτο γάρ τοι καὶ τὰ ἄλογα τῶν ζώων, ἀπὸ ἐγκαύσεως καὶ κρύους, καὶ ἁπλῶς ἀπὸ πάντων βλάπτειν πεφυκότων ἀναχωρεῖ, συμπαρεμφαίνοντος δηλονότι τοῦ συμφέροντος. καὶ ἐπὶ σκόλοπος ἐμπεπηγότος, ἢ ἄλλου τινὸς, οὐδεὶς κατὰ λογισμὸν τὴν ἄρεσιν ποιεῖται. ὅπερ οὖν ἐπὶ τῶν ἐναργῶς συγκατατεθέντων, πᾶσιν γὰρ ὑπερβαίνουσιν ἀπόδειξιν, ἡ διάνοια ἡμῶν συγκατατίθεται, τῷ ἐναργεῖ, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ ἐνδείξεως καταλαμβανομένων γίνεται. σώζεται οὖν ἀναλογία τις τῇ ἐνδείξει, πρὸς τὰ φαινόμενα καὶ τὰ ἐναργῆ. ὅταν γὰρ τοῖς βλάπτουσι συμπίπτῃ τὸ συμφέρον, τότε οὔτε παρατηρήσει, οὔτε λογισμῷ χρώμεθα. αὐτὰ γὰρ τὰ βλάπτοντα, ἐνδείκνυται τὸ συμφέρον. ἡ δὲ τήρησις, ἀναλογίαν τινὰ ἔχει πρὸς τὰ διὰ σημείων καταλαμβανόμενα. ὡς γὰρ ἐκεῖ, τῇ συμπαρατηρήσει καταλαμβάνεσθαι λέγομεν, οὕτω κἀνταῦθα τοῦ συμφέροντος ἡ τήρησις γίνεται. ἐπὶ γάρ τισι πλειστάκις κατὰ τὸ αὐτὸ ἀπηντηκόσιν, ἄνευ τῆς καταλήψεως τῶν ποιούντων αἰτίων, ἡ τοῦ συμφέροντος τήρησις γίγνεται, ὡς ἐπὶ αἱμωδίας ἡ ἀνδράχνη. οὔτε γὰρ τὸ συνεκτικὸν αἴτιον ἐνταῦθά γε δηλοῖ, οὔτε λογισμῷ τινι, τὸ συμφέρον εὕρηται. ἐπὶ τῶν ὑοσκύαμον εἰληφότων, ἤ τι τοιοῦτον δηλητήριον προσενεγκαμένων, κατ' ἀρχὰς μὲν ἡ θεραπεία, ἔκ τε τοῦ αἰτίου καὶ τοῦ τόπου παραλαμβάνεται. ἀπορίᾳ δὲ τοῦ αἰτίου, ὕστερον ἤδη τοῖς τετηρημένοις χρώμεθα. τὸν μὲν γὰρ ἔμετον ἐν ἀρχῇ παραλαμβάνομεν, τοῦ αἰτίου ἐνδεικνυμένου τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ, καὶ τοῦ τόπου τὸν τρόπον τῆς προαιρέσεως ἐπιλαμβάνοντος. ὕστερον δὲ δὴ ἀγνοοῦντες τὴν αἰτίαν, τοῖς τετηρημένοις, οἴνῳ καὶ γάλακτι χρώμεθα. ἀναλογισμῷ δὲ τὸ χρήσιμον καταλαμβάνεται, ὅταν ἀγνοῆται μὲν ἡ αἰτία, τήρησίς τε μηδεμία ὑπάρχῃ ὁμοιότατον δὲ ἐκ τῶν συμπτωμάτων ᾖ. ἐπὶ γὰρ τῶν τοιούτων ἀπὸ μὲν ἐνδείξεως τὸ χρήσιμον ληφθῆναι οὐ δύναται, ἀγνοεῖται γὰρ τὸ αἴτιον. τηρήσεώς τε οὐδεμιᾶς γεγενημένης, ἀναγκαζόμεθα τῇ ὁμοιότητι τῶν συμπτωμάτων προσέχοντες, μεταβαίνειν ἐπὶ τὸ ὅμοιον. ὑπὸ γὰρ αἱμόρρου τινὸς δηχθέντος, ἔπειτα αἱμορραγοῦντος, τὴν αἰτίαν καθ' ἣν τοῦτο πάσχει μὴ εἰδότες, μηδὲ τετηρηκότες, τοῖς πρὸς τὰς ἐκ διαιρέσεως αἱμορραγίας ποιοῦσι χρώμεθα. κατά τοι τοῦτον δή τινα λόγον, καὶ οἱ Κνιδιακοὶ ἰατροὶ τοὺς ἐν πνεύμονι πύον ἔχοντας θεραπεύειν ἐπειρῶντο, τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει χρώμενοι.

CAPVT X.

De indicatione, obſeruatione, analogiſmo.

PОrrò his nunc ſummatim expoſitis non abs re fuerit quid ſit indicatio, & quomodo ab indicatione vtilitas deſumitur: item quid obſeruatio, & quomodo ab obſeruatione vtilitas petitur: item quid analogiſmus, & quomodo ab eo vtile comprehenditur, explicare. Quemadmodum igitur apparentium quædam ex ſeipſis comprehenduntur, vt album & nigrum: alia obſeruatione percipiuntur, vt quæ per ſigna cognoſcuntur, ita ſanè & præſidia indicatione comprehenduntur, quippe auxilia cum iis quæ indicant coincidunt, ac nullius ratiocinationis vſum habent. Idcirco & animalia rationalia ab æſtu, frigore, & ſummatim omnibus nocere natis recedunt, ad id quod conducit, nimirum inclinantia, ac in aculeo infixo, aut alio quodam, nullus ex ratiocinatione molitur extractionem. Quod itaque in iis quæ euidenter approbata ſunt (omnibus enim demonſtrationibus excedentibus intellectus noſter ipſa euidentia aſſentit) hoc etiam in iis quæ ex indicatione capiuntur conſit. Itaque ſeruatur proportio quædam indicationi ad apparentia euidentiáque. Quum enim noxiis vtile coincidit, tunc neque obſeruatione, neque ratiocinatione vtimur: ipſa enim noxia id quod conducit indicant. At obſeruatio proportionem quandam obtinet cum iis quæ per ſigna comprehenduntur. Nam in quibuſdam ſæpe circa idem occurrentibus ſine efficientium comprehenſu, cauſa eius quod conducit obſeruatio efficitur. Vt in dentium ſtupore, portulaca. neque enim cauſa coniuncta hic indicat, neque enim ratiocinatione quadam remedium inuentum eſt in iis, qui quum hyoſcyamum aſſumpſerunt, aut huiuſmodi aliquod deleterium: per initia ſanè curatio ex cauſa & loco aſſumitur, inopia verò cauſæ poſtea iam obſeruatis vtimur. Etenim vomitum per initia adhibemus, cauſa voluntatem ipſius indicante & loco, voluntatis modum aſſumente: poſtea verò iam ignorantes cauſam, obſeruatis vino & lacte vtimur. Ex collectione autem rationum, quem analogiſmum dicunt, vtile deprehenditur, cum cauſa quidem ignoratur, obſeruatio ne vna quidem eſt, ſimillimum autem ex ſymptomatis eſt: nam in huiuſmodi ab indicatione vtile capi non poteſt, quippe cauſa ignoratur: obſeruatione que nulla facta, ſymptomatum ſimilitudini attendentes, ad ſimile digredi cogimur, Nam ab hæmorrho ſi quis ſit morſus, deinde ſanguis fundatur, cauſam ex qua ita afficitur vbi ignoremus, neque obſeruauerimus, iis quæ ad ſanguinis profuſionem ex vulnere faciunt vtimur. Hac ſanè ratione etiam Cnidiaci medici eos qui in pulmone pus habebant curare conabantur, ad ſimile tranſitu vtẽtes.

Quoniam enim quicquid in pulmone est per tussim egeritur, linguam exerentes, liquorem quendam in arteriam indiderunt, qui vehementem mouere tussim potest, vt per symptomatis similitudinem pus educatur. Fit itaque analogismus in transitu ad simile. Nam rationem ineuntes à similibus ad similia descendimus. Empirici autem alio modo quàm nos transitu ad simile vtuntur. dicunt enim à simili digressum, ab auxiliis ad auxilia fieri, aut ab affectibus ad affectus. Ab auxiliis sanè ad auxilia in hunc modum. Quum enim eadem symptomata iis quæ assumuntur adfuerint, tunc similis transitum molimur, vt à malo ad mespilum. Verùm contra eos dicendum est, fieri non posse vt huiusmodi similis transitum faciatis. Vtrum enim ratiocinatione vtentes à simili ad simile transitis? an obseruatione? Si enim obseruatione, obseruatio est quod fit & noscitur, non similis transitus: sin autem ratiocinatione, rogandi sunt, num omnium symptomatum similitudini attendentes, à simili ad simile digrediuntur, an quorundam? Si igitur omnium dicent, nihil omnibus alicubi simile inuenietur. Quæ enim in nullo inuicem differunt, eadem sunt, & non similia. At si aliquorum symptomatum similitudinem abundè esse dicent, vtrum figuræ, aut coloris similitudini dicemus, attenditis, an duritiei, aut mollitiei, aut potius gustatui odoratuíque, aut huiusmodi alicuius similitudini aduetrentes iudicabitis? At si vel gustus similitudini dicát, vel alterius cuiusdam, manifestò fatebuntur ea quæ iuuant, quatenus iuuant, percipere. Vnde constat quòd etiam noxia, quatenus nocent, scire se fateri cogentur. Etenim quæ prosunt, contrarietate quam cum noxiis habent, auxiliantur. Si igitur mespilum, eo quòd similem malo cotoneo in gustu qualitatem obtinet, in dysentericis assumitur, sciendum est qualitate in gustu opitulari: & quia hæc palàm astringit, simul coincidit comprehensioni huic, ea quæ offendunt contraria esse qualitate, aut facultate. Sin autem comprehensæ causæ præsidia aduersantur, clarum est abdita comprehendi posse, & vtilia cognosci.

ἐπεὶ γὰρ πᾶν τὸ ἐν πνεύμονι ὑπάρχον, διὰ βηχὸς ἀναφέρεται, ἐξέλκοντες τὴν γλῶτταν, ἐνίεσάν τι εἰς τὴν ἀρτηρίαν ὑγρὸν τὸ σφοδρὰν βῆχα κινῆσαι δυνάμενον. ἵνα διὰ τῆς ὁμοιότητος τοῦ συμπτώματος ἀνενεχθῇ τὸ πύον. ὁ γοῦν ἀναλογισμὸς γίνεται ἐπὶ τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει. ἀναλογιζόμενοι γὰρ μεταβαίνομεν, ἀπὸ τῶν ὁμοίων, εἰς τὰ ὅμοια. οἱ δ' Ἐμπειρικοὶ ἑτέρως, καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει κέχρηνται. φασὶ γὰρ γίγνεσθαι τὴν τοῦ ὁμοίου μετάβασιν ἀπὸ βοηθημάτων εἰς βοηθήματα, ἢ ἀπὸ παθῶν, ἐπὶ πάθη. ἀπὸ μὲν βοηθημάτων ἐπὶ βοηθήματα, οὕτως. ὅταν γὰρ τὰ αὐτὰ συμπτώματα τοῖς παραλαμβανομένοις παρῇ, τότε τὴν ὁμοίου μετάβασιν ποιούμεθα, ὡς ἀπὸ μήλου ἐπὶ μέσπιλον. ἀλλὰ ῥητέον πρὸς αὐτούς, ὅτι ἀδύνατός ἐστιν ἡ τοιαύτη ὁμοίου ὑμῖν μετάβασις. πότερον γὰρ λογισμῷ χρώμενοι, μεταβαίνετε ἀπὸ τοῦ ὁμοίου ἐπὶ τὸ ὅμοιον, ἢ τηρήσει; εἰ μὲν γὰρ τηρήσει, τήρησίς ἐστι τὸ γινόμενον, καὶ γινωσκόμενον, καὶ οὐχ ὁμοίου μετάβασις. εἰ δὲ λογισμῷ, ἐρωτητέον αὐτούς, πότερον τῇ πάντων τῶν συμπτωμάτων ὁμοιότητι προσέχοντες μεταβαίνουσιν ἀπὸ τοῦ ὁμοίου ἐπὶ τὸ ὅμοιον, ἢ τινων. εἰ μὲν οὖν τῇ πάντων φήσουσιν, οὐδὲν εὑρεθήσεται κατὰ πάντων τινὶ ὅμοιον. τὰ γὰρ κατὰ μηδ' ὁτιοῦν διαφέροντα ἀλλήλων, ταὐτά ἐστι, καὶ οὐχ ὅμοια. εἰ δὲ τῇ τινων συμπτωμάτων ὁμοιότητι φήσουσιν ἀρκεῖσθαι, πότερον ταῖς κατὰ τὸ σχῆμα ἢ χρῶμα ὁμοιότησι, φήσομεν, προσέχετε, ἢ ταῖς κατὰ σκληρότητα, ἢ μαλακότητα, ἢ μᾶλλον ταῖς κατὰ γεῦσιν, καὶ ἢ κατά τι τοιοῦτον τὴν ὁμοιότητα κρίνετε; ἂν δ' ἢ τῇ κατὰ γεῦσιν λέγωσιν, ἢ κατ' ἄλλ' ὁτιοῦν, προδήλως ὁμολογήσουσι τὰ ὠφελοῦντα, καθ' ὅ, τι ὠφελεῖ ἂν καταλαμβάνειν. ἐξ οὗ δῆλον, ὡς καὶ τὰ βλάπτοντα καθ' ὅ, τι βλάπτει, ἀναγκασθήσονται ὁμολογεῖν εἰδέναι. τῇ γὰρ ἐναντιότητι τῇ πρὸς τὰ βλάπτοντα, τὰ ὠφελοῦντα ὠφελεῖ. εἰ τοίνυν τὸ μέσπιλον κατὰ τὸ ἐμφερῆ τῷ μήλῳ τὴν γεῦσιν ἔχειν ποιότητα, ἐπὶ τῶν δυσεντερικῶν αἱρεῖται, ἰστέον ὅτι τῇ κατὰ τὴν γεῦσιν ὠφελεῖ ποιότητι. καὶ ἐπεὶ αὕτη πρόδηλός ἐστι στύφουσα, συμπαραπίπτει τῇ καταλήψει ταύτῃ, τὸ ἐναντίας εἶναι ποιότητος, ἢ δυνάμεως τὰ βλάπτοντα. εἰ δὲ καταληπτῇ αἰτίᾳ ὑπεναντιοῦται τὰ βοηθήματα, δῆλον ὅτι καταληπτά ἐστι τὰ κεκρυμμένα, καὶ χρήσιμα γιγνώσκεσθαι.

CAPVT XI.

Descriptio indicationis, experientiæ, & analogismi; & ad singulas sectas Empiricam scilicet & Methodicam impugnandas, transitus.

QVomodo igitur vtile ab indicatione comprehenditur, expositum est. Nunc autem descriptiones singulorum explicabimus. Est igitur indicatio auxilij cõprehensio vnà cum noxij perceptione, sine obseruatione, vel ratiocinatione incidens. Experientia porrò est eius, quod sæpe & in codẽ visum est, comprehensio & memoria. Vel in eum modum. Indicatio est, cùm id quod conducit rebus perceptis coincidit, sine demonstratione & obseruatione. Experiẽtia est eius quod subinde & in eodẽ visũ est, obseruatio, & memoria. Est autẽ idẽ obseruatio quod & experientia. Analogismus autẽ *collectio rationũ*, est diiudicatio comprehẽsióque causarũ similitudine iuuantiũ. Deinceps igitur propria cuiusq; sectę interpretati, vnicuiq; ipsorũ, Empiricorũ dico & Methodicorũ, cõtradicemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὑπογραφὴ τῆς ἐνδείξεώς τε, καὶ τῆς πείρας, καὶ τοῦ ἀναλογισμοῦ· καὶ πρὸς ἑκάστην αἵρεσιν, λέγω δὴ τῶν Ἐμπειρικῶν καὶ Μεθοδικῶν ἀντίρρησις.

ΠΩς μὲν οὖν ἀπὸ ἐνδείξεως τὸ χρήσιμον καταλαμβάνεται, εἴρηται. νῦν δὲ τὰς ὑπογραφὰς ἑκάστου αὐτῶν ἐκθησόμεθα. ἔστι τοίνυν ἔνδειξις, ἡ συμπαραπίπτουσα κατάληψις τοῦ ὠφελοῦντος, ἅμα τῇ τοῦ βλάπτοντος καταλήψει, ἄνευ τηρήσεως ἢ λογισμοῦ. πεῖρα δ' ἐστὶ τοῦ πλειστάκις καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἑωραμένου κατάληψις καὶ μνήμη. ἢ οὕτως. ἔνδειξίς ἐστιν ὅταν καταλαμβανομένοις πράγμασι συμπαραπίπτῃ τὸ συμφέρον, ἄνευ ἀποδείξεως καὶ παρατηρήσεως. πεῖρα δ' ἐστὶν ἡ τοῦ πλειστάκις καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἑωραμένου τήρησίς τε καὶ μνήμη. ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ τήρησις ὅ, τι καὶ πεῖρα. ἀναλογισμὸς δ' ἐστὶ σύγκρισις καὶ κατάληψις αἰτίων ὠφελούντων ὁμοιότησιν. ἑξῆς τοίνυν τὰ ἴδια ἑκάστης αἱρέσεως ἐκθέμενοι, τὴν ἀντίρρησιν πρὸς ἑκάστην αὐτῶν, λέγω δὴ τῶν Ἐμπειρικῶν καὶ Μεθοδικῶν, ποιησόμεθα.

ἔστι δὲ ἴδια τῶν Ἐμπειρικῶν ταῦτα. ἡ ἐπὶ ταῖς συνδρομαῖς τήρησις τῶν ὠφελούντων, ἡ ἱστορία, ἡ τοῦ ὁμοίου μετάβασις, ὡς ἐκεῖνοι γίνεσθαι ἀξιοῦσιν. ἄλλῳ γάρ τινι τρόπῳ, οἱ Λογικοὶ τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει κέχρηνται, ὡς προϊόντες δείξομεν τὴν διαφοράν.

Sunt autem própria Empiricorum hæc. Concurrentium symptomatum, quæ syndrome appellatur, obseruatio, auxiliorum historia, similis transitus, vt illi fieri volunt. Alio namque modo quodam Rationales similis transitu vtuntur, vt procedente sermone differentiam indicabimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ὅτι ἡ τῶν Ἐμπειρικῶν τήρησις ἄνευ λόγου ἀποφαίνειν ἀδύνατος.

Δεῖ δὲ τὸν ἀντιλέγοντα τοῖς Ἐμπειρικοῖς, κατὰ δύο τρόπους τὴν ἐπὶ τῆς συνδρομῆς τήρησιν ἀποκτεῖναι. ἡ μὲν γὰρ δυναμένων τήρησις, κοινή· ἡ δὲ ἐπὶ τοῖς συμπτώμασιν, ἰδία ἐκείνων. ἤτοι γὰρ χρή, ὡς ἀδύνατον αὐτὴν παντάπασιν ἀναιρεῖν, ἢ συγχωρεῖν μὲν εἶναι δυνατόν, ἄνευ δὲ λόγου ἀποφαίνειν αὐτὴν ἀδύνατον. πρῶτον τοίνυν ὅτι καὶ ἄνευ λόγου ἀποφαίνειν αὐτὴν, ἀδύνατος ἡ τήρησις, διὰ τούτων ἄν τις ἐπιδείξειεν, ὁμολογοῦσιν οἱ Ἐμπειρικοὶ, ὅτι οὐκ ἐπὶ πᾶσι τοῖς φαινομένοις συμπτώμασι τὴν τήρησιν ποιοῦνται. οὔτε γὰρ ἐπὶ ξανθότητος, φέρε, ἢ λευκότητος, ἢ σιμότητος, ἢ γρυπότητος τηρεῖν φασι. καίτοι καὶ ἐπὶ χρωμάτων διαφοράν τηροῦσί τινα, ὡς ἐπὶ τῶν ἰκτερικῶν, καὶ ἐπὶ σχήματος, καὶ ὡς ἐπὶ τῶν καταγμάτων, καὶ τῶν ἐξαρθρήσεων. ἀλλ᾽ οὔτε γε καὶ ἐπὶ τοῖς προειρημένοις· ὥσπερ γάρ, φασίν, οἱ ἀπὸ ἐνδείξεως τὰ συμφέροντα λαμβάνειν λέγοντες, οὐ πάντα ἐνδείκνυσθαι λέγουσιν. οἵ τε γὰρ Μεθοδικοί τινα τῶν φαινομένων ἐνδείκνυσθαί φασι, καὶ οὐ πάντα. οἵ τε Λογικοὶ τῶν κεκρυμμένων καὶ οὐ πάντα. οὕτω καὶ οἱ Ἐμπειρικοὶ, οὐκ ἐπὶ πᾶσι τοῖς συμπτώμασι τὴν τήρησιν, ἀλλ᾽ ἐπί τισι ποιεῖσθαί φασιν. οὔτε γὰρ τὰ γεγονότα πάντα, οὔτε τὰ παρόντα χρήσιμα οἴονται πρὸς τήρησιν εἶναι. οἷον δέδηκταί τις ὑπὸ κυνὸς λυττῶντος, πολυπραγμονεῖ πρῶτον ὁ Ἐμπειρικὸς μόνον, εἰ ὑπὸ λυττῶντος, τῶν δ᾽ ἄλλων τῶν προγεγονότων οὐκ ἐξετάζει οὐδὲ ἑνός, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς παροῦσιν· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ ἁπλότητι τριχῶν, ὡς ἔφην, ἢ οὐλότητι. ἐπιζητεῖν οὖν ἄξιον παρ᾽ αὐτῶν τὴν αἰτίαν, δι᾽ ἣν οὐκ ἐπὶ πάντων τῶν συμπτωμάτων, ἀλλ᾽ ἐπί τινων, τὰ συμφέροντα τηροῦσι, μηδὲν διαφερόντων τῶν συμπτωμάτων, καθὰ φαινόμενά ἐστι, τῶν τε ἐφ᾽ οἷς ἡ τήρησις γίνεται, καὶ τῶν ἄλλων ἀχρήστων. τί οὖν ἐστι τὸ ἐνδεικνύμενον τὰ χρήσιμα τῶν συμπτωμάτων, εἰπάτωσαν, πότερον φαινόμενον, ἢ κεκρυμμένον; εἰ μὲν οὖν φαινόμενον φήσουσιν εἶναι, ᾧ διακρίνεται τὰ χρήσιμα τῶν συμπτωμάτων, καὶ ἐφ᾽ οἷς δεῖ τὴν τήρησιν γίγνεσθαι, φήσομεν πάλιν τοῦτο φαινόμενον, μηδενὶ διαφέρειν τῶν συμπτωμάτων καθ᾽ ὃ φαίνεται, τῶν ἀχρήστων συμπτωμάτων. εἰ δ᾽ αὖ κεκρυμμένον φήσειεν εἶναι τὸ ἐνδεικνύμενον τὰ χρήσιμα τῶν συμπτωμάτων, ὁμολογήσουσι τὰ κεκρυμμένα πρὸς τὴν τήρησιν τῶν συμπτωμάτων χρήσιμα εἶναι. ἀλλὰ μὴν τὰ κεκρυμμένα οὐδενὶ ἄλλῳ, ἢ λόγῳ καταληπτά εἰσιν. ὥστε, εἰ χρήσιμον μὲν ἡ ἐπὶ ταῖς συνδρομαῖς τήρησίς ἐστι τῶν κεκρυμμένων, καὶ οὐδενὶ, ἢ λόγῳ ταῦτα καταλαμβάνεται, δῆλον ὡς ἀδύνατος ἄνευ λόγου ἡ τήρησις γίνεται. διὰ τούτου μὲν οὖν τοῦ λόγου προσαναγκάζειν αὐτοὺς ὁμολογεῖν, χρήσιμον εἶναι πρὸς τήρησιν τὸν λόγον. οἱ δὲ, ἀπαντῶντες πρὸς ἡμᾶς λέγουσι καὶ τῶν συμπτωμάτων τὰ χρήσιμα εἶναι πείρᾳ κατειληφέναι. καὶ ὅτι ἐπὶ μὲν τοῖσδε τοῖς συμπτώμασι χρὴ τηρεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖς δ᾽ οὐκ ἔτι, καὶ τοῦτο, τετηρηκέναι· πρὸς τοῦτο βραχύς ἐστιν ὁ λόγος. ἀπείρων γὰρ ὄντων συμπτωμάτων,

CAPVT XII.

Quòd Empiricorum obseruatio sine ratione proferri non posit.

Conuenit porrò eum qui Empiricis contradicet, duplici modo concursuum obseruationem moliri. Etenim possibilium obseruatio communis est, in symptomatis autem illorum propria. Vel enim tanquam impossibilem ipsam prorsus tollere oportet, aut fateri quidem possibilem esse, verùm sine ratione ipsam proferri non posse. Primùm igitur obseruationem absque ratione proferri non posse his aliquis ostenderit. Fatentur Empirici se in omnibus apparentibus symptomatis obseruationem moliri. Neque enim in flauo, si libet, aut albo, aut simo, aut adunco, obseruare se pronunciant, etsi etiam in coloribus differentiam quandam obseruent, vt in ictericis, & in figura, vt in fracturis & luxatis, sed neque etiam in prædictis. Quemadmodum enim, inquiunt, qui ab indicatione auxilia capi affirmant, non omnia indicari docent: siquidem Methodici quædam apparentia indicare asserunt, & non omnia: Rationales abdita, & non omnia: ita & Empirici non in omnibus symptomatis obseruationem, sed in quibusdam fieri dictitant. Neque enim præterita omnia, neque præsentia vtilia ad obseruationem arbitrantur. Vtpote morsus aliquis est à cane rabioso, Empiricus aggressus tantùm curiosè scrutatur, an à rabioso: aliorum verò præteritorum ne vnum quidem petit; similiter etiam in præsentibus. Neque enim in pilis simplicibus, vt dixi, aut crispis; qua de causa ab ipsis quærendum est, cur non in omnibus symptomatis, sed in quibusdam auxilia obseruent, quum symptomata nihil differant, quatenus apparentia sunt, tum ea in quibus fit obseruatio, tum alia inutilia. Quid igitur est quod vtilia symptomata indicat? dicant, num apparens, an occultum? Si igitur apparens esse dicunt, quo vtilia ab accidentibus discernuntur, & in quibus obseruationem fieri conueniat, inferemus rursus hoc. Apparens nullo differre symptomati, quatenus apparet, ab inutilibus symptomatis. Si rursus abditum esse dixerint, id quod indicat, vtilia symptomata fatebuntur, abdita ad symptomatum obseruationem vtilia. Attamen abdita nullo alio, quàm ratione comprehendi possunt. Quare si vtilis quidem fuerit in concursibus obseruatio abditorum, & nulla alia re, quàm ratione hæc comprehenduntur, constat obseruationem sine ratione fieri non posse. His igitur verbis coguntur ipsi fateri rationem ad obseruationem esse accommodam: refragantes autem nobis dicunt, etiam symptomata vtilia esse, experientiáque comprehendisse. Item quod in aliis symptomatis obseruare conuenit, in aliis non item, id quoque obseruasse. Ad hoc breuis est responsio. Quum enim infinita sint symptomata, in

in quibus obseruandum non est, fieri nequiuit vt hoc idem in omnibus obseruauerit, quod in ipsis obseruare non oportet: quippe in infinitis obseruare impossibile est. Postremò ipsis vndequaque agitatis vt dicant superest, casu ac fortuito se procedere, in aliis quibusdam symptomatis vt obseruent, in aliis non item: quo quid erit magis ridiculum? Hæc igitur disputatio ita finiat.

ἐφ' οἷς οὐ χρὴ τηρεῖν, ἀδύνατον ἦν τετηρηκέναι ἐφ' ἅπασι τοῦτο αὐτὸ, ὅτι οὐ χρὴ ἐπ' αὐτοῖς τηρεῖν, ἐπ' ἀπείροις γὰρ τηρεῖν ἀδύνατον. τελευταῖον οὖν αὐτοῖς πάντοθεν συνελαυνομένοις λείπεται λέγειν, κατὰ ἀποκλήρωσιν ἐληλυθέναι, ἐπὶ μὲν τοῖσδέ τισι συμπτώμασι τηρεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖσδε, μηκέτι· οὗ τί ἂν εἴη γελοιότερον; ἀλλὰ μὲν οὖν ὁ λόγος ταύτῃ τελευτᾷ.

CAPVT XIII.

Obseruationem pro concursibus Empiricorum more dari non posse.

QVòd autem in concursibus obseruatio esse nequit, his demonstrabo. Aiunt igitur Empirici obseruationem non in vno, neque in duobus, sed in plurimis & subinde visis, ac eodem modo habentibus, fieri. Quū itaque ipsi interrogentur num in ipsis generibus symptomatum, auxilia obseruent, necessariò in ipsis generibus obseruare dicent. Si enim in hoc febris, verbi gratia, sit, & inflammatio, in alio bilis per vomitum aut sedem excretio fiat, eadem obseruatio fieri non potest. Quòd igitur sufficit genere eadem esse symptomata, nequaquam dicent, verùm numero paria esse oportet. Si enim eadem manent symptomata, non omnia verò aut plura, turbabitur concursus, & alterius vsus est obseruationis. Conuenit enim in eisdem generibus & paribus numeris obseruationem fieri: quomodo autem euariat tota curatio ob copiam indigentiámque symptomatum, hinc considerandum est. Est igitur curatio quædam in inflammatione obseruata. Si vnum aliquod symptoma ab inflammatione sustuleris, vtpote sensum, euariat etiam curatio. Nam in vicem inflammationis scirrus nascitur, & non eadem curatio conuenit, ita igitur propter symptomatis defectum, curatio mutatur; ob copiam verò in hunc modum. Si inflammationi febris, aut syncope accesserit vnà cum symptomatū copia, diuersus sanè concursus oritur, diuersa quoque curatio adhibetur, ac non modò genere eadem esse conuenit symptomata, & numero paria, sed etiam magnitudine oportet neque excedere neque deficere. Siquidem ob symptomatum magnitudinem curatio variat. Etenim superficiarias diuisiones non suimus, imò neque inedia quis vteretur. at vbi magna est facta diuisio, inediam, sanguinis detractionem, fibulas, & similia adhibemus. Ac non sufficit genere eadem esse symptomata, ac numero paria, & magnitudine similia, sed etiam tempus obseruationi adiungere oportet. Alia enim incipientibus morbis remedia adhibentur, alia vigentibus. *Etenim incipientibus si quid mouendum est, moueto: quum vigent quiescendum est,* inquit Hippocrates; ac in inflammatione quum incipit quidem repellentibus vtimur: post hoc cataplasmatis, & iis, quæ quod impactum est possunt discutere. Iam ordinem prædictis apponere oportet. Etenim ob ordinem concursus immutatur: idcirco etiam curationem euariari est necessum. Aliter enim insanientes, deinde febricitantes curamus: ac aliter febricitantes, deinde insanientes. Etenim lethales & non lethales ex ordine symptomatum, vt ex euentis constat, affectus oriuntur: febris sanè in conuulsione non modò periculi expers est,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ὅτι ἀδύνατός ἐστιν ἡ ἐπὶ ταῖς συνδρομαῖς τήρησις, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἐμπειρικοῖς.

ΟΤΙ δ' ἀδύνατός ἐστιν ἡ ἐπὶ τῶν συνδρομῶν τήρησις, διὰ τούτων ἐπιδείξομαι. φασὶ τοίνυν οἱ Ἐμπειρικοὶ, ὅτι ἡ τήρησις οὐκ ἐφ' ἑνὶ, οὔτ' ἐπὶ δύο, ἀλλ' ἐπὶ πλείστοις καὶ πλεονάκις τεθεωρημένοις καὶ ὡσαύτως ἔχουσι γίνεται. πυνθανομένων οὖν αὐτῶν εἰ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς γένεσι τῶν συμπτωμάτων τὰ συμφέροντα τηροῦσιν, ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς γένεσι τηρεῖν φήσουσιν. ἐὰν γὰρ ἐπὶ μὲν τοῦδε, πυρετὸς, φέρε, ᾖ καὶ φλεγμονὴ, ἐπὶ δὲ τοῦδε, ἀπόκρισις χολῆς δι' ἐμέτου, ἢ δι' ἕδρας γένηται, οὐχ οἷόν τε αὐτὴν ποιήσασθαι τήρησιν. ὅτι οὖν ἐξαρκεῖ κατὰ τὸ γένος τὰ αὐτὰ εἶναι συμπτώματα, οὐδαμῶς φήσουσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἴσα εἶναι δεῖ. ἐὰν γὰρ τὰ αὐτὰ μένῃ συμπτώματα, μὴ πάντα δὲ, ἢ πλείω, ἐξαλλάττεται ἡ συνδρομὴ, καὶ ἑτέρας χρεία τηρήσεως. δεῖ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς γένεσι, καὶ τοῖς ἴσοις ἀριθμοῖς τὴν τήρησιν γίνεσθαι. ὅπως δ' ἐξαλλάττεται ἡ πᾶσα θεραπεία παρὰ τὸν πλεονασμὸν, καὶ ἔνδειαν συμπτωμάτων, ἐντεῦθεν σκεπτέον. ἔστιν οὖν τις ἐπὶ τῆς φλεγμονῆς τετηρημένη θεραπεία. ἂν οὖν ἕν τι σύμπτωμα παρέλῃ τῆς φλεγμονῆς, οἷον τὴν αἴσθησιν, ἐξαλλάττεται καὶ ἡ θεραπεία. ἀντὶ γὰρ φλεγμονῆς, σκίῤῥος γίνεται, καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ θεραπεία ἁρμόζει. οὕτω μὲν οὖν παρὰ ἔνδειαν συμπτώματος, ἐξαλλάττεται ἡ θεραπεία. παρὰ δὲ πλεονασμὸν οὕτως. ἂν τῇ φλεγμονῇ πυρετὸς ἢ συγκοπὴ παραγένηται, ἅμα τῷ πλεονασμῷ τῶν συμπτωμάτων, διαφέρουσα μὲν γὰρ ἡ συνδρομὴ, διαφέρουσα δὲ καὶ ἡ θεραπεία παραλαμβάνεται. καὶ οὐ μόνον κατὰ γένος ταῦτα εἶναι δεῖ συμπτώματα, καὶ κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἴσα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ μέγεθος, δεῖ μήθ' ὑπερβάλλειν, μήτ' ἐλλείπειν. καὶ γὰρ παρὰ τὰ μεγέθη τῶν συμπτωμάτων ἐξαλλάττεται ἡ θεραπεία. ταῖς μὲν γὰρ ἐπιπολῆς διαιρέσεσιν οὐ ῥάπτομεν, ἀλλ' οὐδ' ἀσιτίᾳ ἄν τις χρήσαιτο. διαιρέσεως δὲ μεγάλης γεγενημένης, καὶ ἀσιτίαν παραλαμβάνομεν, καὶ φλεβοτομίαν, καὶ ἀγκτῆρας, καὶ τὰ ὅμοια. καὶ οὐκ ἐπαρκεῖ, τὸ γένει τὰ αὐτὰ εἶναι συμπτώματα, καὶ τῷ ἀριθμῷ ἴσα, καὶ τῷ μεγέθει ὅμοια, ἀλλὰ καὶ χρόνον δεῖ τηρήσει παραλαμβάνεσθαι. ἄλλα γὰρ ἀρχομένων τῶν νοσημάτων βοηθήματα παραλαμβάνεται, ἄλλα δ' ἀκμαζόντων. ἀρχομένων γὰρ τῶν νούσων, ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει. ἀκμαζουσῶν δὲ, ἡσυχίην ἔχειν, ἔφη Ἱπποκράτης. καὶ φλεγμονῆς δὲ, ἀρχομένης μὲν, τοῖς ἀποκρουστικοῖς χρώμεθα, μετὰ δὲ τοῦτο καταπλάσμασι, καὶ τοῖς διαφορεῖν τὸ ἐπενεχθὲν δυναμένοις. δεῖ δὲ καὶ τὴν τάξιν τοῖς εἰρημένοις συμπαρατηρεῖν, καὶ γὰρ παρὰ τὴν τάξιν ἐξαλλάττεται ἡ συνδρομή. διὰ τοῦτο δὲ, καὶ τὴν θεραπείαν ἐξαλλάσσεσθαι ἀναγκαῖον. ἄλλως γὰρ τοὺς μανέντας, εἶτα πυρέξαντας θεραπεύομεν, καὶ ἄλλως τοὺς πυρέξαντας, εἶτα μανέντας. καὶ γὰρ ὀλέθρια, καὶ οὐκ ὀλέθρια, παρὰ τὴν τάξιν τῶν συμπτωμάτων, ὡς ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων ἐστὶ δῆλον, τὰ πάθη γίνεται. πυρετὸς μὲν ἐπὶ σπασμοῦ, οὐ μόνον ἀκίνδυνος,

ἀλλὰ καὶ λύει τὸ νόσημα, ἐπὶ πυρετοῦ δὲ, σπασμὸς ὀλέθριος. ἐξαλλαττομένης δὲ τῆς συνδρομῆς παρὰ τὴν τάξιν τῶν συμπτωμάτων, ὡς ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων ἐστὶ δῆλον, ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν καὶ τὴν θεραπείαν διαφέρειν. ἐπεὶ τοίνυν, οὐ μόνον ταῦτα τῷ γένει τὰ συμπτώματα, καὶ τῷ ἀριθμῷ ἴσα τε, καὶ τῷ μεγέθει ὅμοια εἶναι δεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, καὶ τὴν τάξιν τὴν αὐτὴν φυλάττεσθαι ἀναγκαῖον, εἰ μέλλοι ὑγιὴς ἡ τήρησις ἔσεσθαι. ἀδύνατον δ' ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ, μὴ ὅτι πλείοσιν, ἀλλὰ καὶ δύο ἀρρώστοις τὰ εἰρημένα πάντα ὁμοίως συμβῆναι, δῆλον ὡς ἀδύνατος ἔσται ἐπὶ τῇ συνδρομῇ τήρησις. ὅτι δ' ἀδύνατον, τὰ εἰρημένα πάντα, ἐπὶ πᾶσιν ἢ πλείοσι συγχωρῆσαι, διὰ τούτων ἄν τις ἐπιδείξειε. παρὰ τὴν αἰτίαν, καὶ τοὺς πάσχοντας τόπους, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ παρὰ τὰ ἔθη, καὶ παρὰ τὰ μεγέθη τῶν συμπτωμάτων, καὶ παρὰ τὰς φύσεις, καὶ παρὰ τὰς ὥρας, καὶ τὰς χώρας διαφέροντα τὰ πάθη γίγνονται, ἀδύνατον πάντως δυσὶ συγχωρῆσαι ἀνθρώποις, ὡς ὁμοίως κατὰ πάντα ἔχουσι. διόπερ ἀδύνατός ἐστιν ἡ ἐπὶ ταῖς συνδρομαῖς τήρησις. κἂν δύο δ' ἀπαράλλακτοι εὑρεθῶσιν, οὐδ' οὕτως ἡ τήρησις δυνατὴ, διότι ἐπὶ πλειόνων αὐτὴν γενέσθαι δεῖ. ἀλλὰ πῶς, φασὶ, τὸ ἑαυτῶν ὑμεῖς κατασκευάζετε δόγμα; δοκοῦμεν γὰρ αὐτοῖς ἀδυνατοῦντες τηρεῖν, καὶ ἐπὶ τοῖς συμπτώμασι, καὶ ἐπὶ ταῖς δυνάμεσι. ὅτι γὰρ ὁ ἐλλέβορος καθαίρει, καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ἰοβόλων, τηρήσει κατείληπται. καὶ ἐπὶ τῇ αἱμωδίᾳ, ἡ αἰτία οὐ μὴν κατείληπται, ὅτι δ' ἀνδράχνη λύει αὐτὴν, τετήρηται. ῥητέον οὖν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι ἡμεῖς μὲν τὰ χρήσιμα τῶν συμπτωμάτων περιορίζοντες τῇ πρὸς τοὺς σκοποὺς ἀναφορᾷ, καὶ τῇ χρείᾳ, τὸ χρήσιμον κρίνομεν. κατειληφότες οὖν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς αἰτίας ἐπιφερόμενα ἅπαντα συμπτώματα, ὡς τὸ βάρος, καὶ ἀπὸ τῶν τόπων, ὡς τὸ δυσπνοεῖν, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς δυνάμεως, ὡς τὸ λειποθυμεῖν, εὑρίσκομεν ὅτι ταῦτα μὲν χρήσιμα, τὰ λοιπὰ δὲ ἄχρηστα. ἐπεὶ οὖν περιεγράψαμεν τὰ χρήσιμα τῶν συμπτωμάτων, τῇ πρὸς τοὺς σκοποὺς ἀναφορᾷ, ὅσα μὲν αἰτίας, ἢ τόπου, ἢ δυνάμεώς ἐστι συμπτώματα, ταῦτα χρήσιμα νομίζομεν, ὅσα δὲ μὴ, ἄχρηστα. κἂν μὴ καταλαμβάνωμεν οὖν, μήτε τὰς νοσαζούσας αἰτίας, μήτε τοὺς πεπονθότας τόπους, τῷ δύναμιν ἔχειν διακριτικὴν, ὡς ἔφην, συμπτωμάτων χρησίμων τε καὶ ἀχρήστων, κἂν μὴ δυνάμεθα τὰς τηρήσεις ποιεῖσθαι ἐπὶ τοῖς ποιήσασιν, ὡς ἐπ' αἰτίοις, ἢ πεπονθόσι τόποις, οἷον αἵματος ἐνοχλοῦντος, μὴ κατειληφότες ὅτι αἷμά ἐστι τὸ νοσάζον, ἀπὸ δὲ τοῦ βάρους τοῦ ἐπιφερομένου συμπτώματος, ὅτι αἰτία ἐστὶ τὸ βάρος, ὁρμώμενοι τηρεῖν ἐπ' αὐτοῖς δυνάμεθα. οὕτω καὶ ἐπὶ τῇ δυσπνοίᾳ, οὐκ εἰδότες, ὅτι κοιλίας, ἢ πνεύμονος, ἢ ἥπατος, ἢ διαφράγματος, ἢ τινος ἑτέρου τόπου πάσχοντός ἐστι σύμπτωμα, μόνον δὲ ὅτι τόπος ἐστὶ, εἰδότες, τηρῆσαι ἐπ' αὐτοῖς δυνάμεθα, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῷ τόπῳ αὐτῷ. ὅσα δὲ μήτε τόπου ἐστὶ συμπτώματα, μήτε αἰτίας, μήτε δυνάμεως, ὡς παρέλκοντα παραιτούμεθα. τὴν εὐχρηστίαν οὖν καὶ τὴν ἀχρηστίαν ἐφ' οἷς τηροῦμεν σκοποῖς, πρὸς τοὺς Ἐμπειρικοὺς ῥητέον. ὅτι ἡμεῖς ἐπὶ μόνοις τοῖς γένεσι τῶν συμπτωμάτων τηροῦμεν, ἐφ' ὧν μήτε δυνάμεως, μήτε καιροῦ, μήτε μεγέθους, μήτε τάξεως, μήτ' ἄλλου τινὸς χρεία, ὡς ἐπὶ αἱμωδίᾳ τὴν ἀνδράχνην. τί οὖν κωλύει, φήσουσιν ἴσως, καὶ ἡμᾶς οὕτω τηρεῖν;

A sed etiam morbum ſoluit: in febri autem conuulſio, lethalis eſt. Variato iam concurſu propter ordinem ſymptomatum, vt ex euentis conſpicuum eſt, neceſſariò fateri oportet, etiam curationem differre: quoniam non ſolùm eadem genere ſymptomata, & numero paria, ac magnitudine ſimilia eſſe oportet, ſed etiam idem tempus eundémque ordinem ſeruare neceſſarium eſt, ſi ſana obſeruatio futura eſt. At non poſſunt in omni vita duobus ægrotis, nedum pluribus, prædicta ſimiliter omnia accidere. Vnde conſtat, in concurſu obſeruationem fore impoſſibilem. B Quòd autem omnia commemorata in omnibus, aut pluribus ſimul euenire nequeunt, his aliquis demonſtrauerit. Ob cauſas, locos affectos, ætates, conſuetudines, ſymptomatum magnitudinem, naturas, anni tempora, & regiones, diuerſi affectus oriuntur: ac impoſſibile prorſus eſt duobus hominibus euenire, vt ſimiliter in omnibus habeant; quapropter impoſſibilis eſt in concurſibus obſeruatio. Et ſi duo impermutabiles inueniantur, neque ſic obſeruatio poſſibilis eſt, eo quòd in pluribus ipſam fieri oporteat. C Sed quomodo, inquiunt, veſtrum vos dogma aſtruitis? videmur enim ipſi non poſſe obſeruare & in ſymptomatis & in facultatibus. Quòd enim veratrum venenum in virulentis animalibus purgat, obſeruatione comprehenſum eſt; ac in dentium ſtupore, cauſa non ſanè percepta eſt: quòd autem portulaca eum ſoluat obſeruatum eſt. Reſpondere itaque ipſis oportet, nos ſanè vtilia ſymptomata relatione ad ſcopos circunſcribentes, etiam vſu vtilitatem iudicare. Quum igitur perceperimus omnia ſymptomata, quæ à cauſis inferuntur, vt grauitatem: & à locis, vt ſpirandi difficultatem: D & quæ à virtute, vt animæ defectum: inuenimus ſanè hæc vtilia, reliqua inutilia. Quoniam igitur vtilia ſymptomata circumſcripſimus relatione ad ſcopos, quæ ſanè cauſæ, aut loci, aut facultatis ſunt ſymptomata, hæc vtilia cenſemus: quæ verò non ſunt, inutilia. Si igitur neque cauſas morbiferas, neque locos affectos comprehendimus, eo quòd facultatem habeamus diſcretricem, vt dixi, ſymptomatum vtilium & inutilium: etſi non poſſimus obſeruationes moliri in efficientibus, vel cauſis, vel locis affectis, vtpote ſanguine mole- E ſtante, non percipientes ſanguinem eſſe qui morbum inferat. A grauitate autem illato ſymptomate, quòd grauitas cauſa ſit commoti quærere in ipſis poſſumus: ita & in difficultate ſpirandi, ignari ventris, aut pulmonis, aut hepatis, aut diaphragmatis, aut alterius cuiuſdam loci affecti ſymptoma eſſe, ſolùm verò quid locus ſit ſcientes, in ipſis obſeruare poſſumus, veluti & in ipſo loco. Quæ verò neque loci ſunt ſymptomata, neque cauſæ, neque virtutis, tanquam adiectitia auerſamur. Itaque commoditas incommoditáſ- F que, vſus eorum in quibus obſeruamus ſcopis, aduerſus Empiricos producenda: quoniam nos in ſolis ſymptomatum generibus obſeruamus, in quibus neque virtutis, neque temporis, neque magnitudinis, neque ordinis, neque alterius cuiuſdam vſus, vt in dentium ſtupore portulacam. Quid igitur prohibet, inquiunt, fortè & nos ita obſeruare?

Si

Si in his dixerimus in quibus symptomatum genus obseruatur, sicut & nos antea reliquorum, in quibus vsus temporis, magnitudinis, virtutis, non amplius nobis suffragatur. Si autem dixerint, in hæmmorrhi morsu plura subsequi symptomata, & nihil in his obseruatis, quænam dicemus? quoniam non in symptomatis, sed in primitiua causa obseruamus? Inquirimus autem symptomata ad primitiuarum causarum, in quibus obseruamus, comprehensionem. Ignorantes enim causam, & curatione secundum indicationem destituti, obseruationem in causis primariis factam, adhibemus. Obseruamus autem non solùm in causam, sed etiam in loco vno. Itaque in iocineris affectu & lienis nonnulla obseruauimus. At si dixerint vnum singulos hos symptoma comitatur, adferemus interim non vnum, sed multa. Scrutamur autem multa, non vt in ipsis obseruemus, sed vt in quo obseruamus, comprehendamus. In iecorariis iecur affici, in quo fit obseruatio, ac in aliis similiter. Nam magna parte in causa primitiua fit obseruatio; non enim in dentium stupore portulaca obseruata est, sed in dispositione ab acidis, aut acerbis facta. Etenim ex fluore stupentes, aut vomitu, aut serrantibus quibusdam nihil portulaca iuuat. Vbi igitur prius disquisierimus causam à qua stupor factus est, deinde sic ipsa vtimur. Quæ verò assumuntur in eiusmodi non aduersantur causis primariis: non enim sunt aliæ à continentibus. Hæc igitur præter concursum obseruationem merito habere dicentur. Interrogare autem oportet Empiricum, quomodo tempora adhibendi remedii obseruentur, vel modus præsidiorum, vel tempus, vel ipsorum quantitas.

CAPVT XIV.

Vanam ac inutilem esse historiam Empiricorum.

PORrò quòd historia ab illis asserta sit inutilis & impossibilis nunc demonstrabo. Vtuntur Empirici historia ob huiusmodi quandam causam. Subinde morbi quidam oboriuntur, in quibus nullum præsidium ipsis obseruatum est. Vt igitur & in hac quorundam ipsis facultas suppetat, & quòd non sua sponte permaneant, historia vtuntur: idque non ob hoc solùm, sed compendiosæ traditionis gratia; impossibile enim est vt discens in omnia symptomata incidat, ac eandem obseruationem in omnibus moliatur. Ne igitur perpetuò quis discat, sed aliquando etiam arte vtatur, idcirco ad medendum vtilem esse historiam pronunciant. Fit autem historia vel præsentium: vt

Occidunt homines, ignis quoque plurimus ardet.

vel præteritorum: vt,

Prælia Curetes atque Ætoli subierunt.

nunquam verò futurorum, nam

Illa dies aderit, qua concidet Ilion olim,

non historia, sed præsagium potius est. Vsi autem sunt Empirici magna ex parte historia præteriti. Dicunt enim historiam esse, eorum quæ subinde in iisdem comperta sunt, enarrationem. Verùm contra eos agendum est; quòd si omnia quæ per historiam commemorantur, vera dicunt, iudicem aliquem rectè possent re-

ἂν ἐπὶ τούτων, φήσομεν, ἐφ᾽ ὧν γένος συμπτωμάτων τηρεῖται, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἔμπροσθεν, τῶν λοιπῶν, ἐφ᾽ ὧν χρεία καιροῦ καὶ μεγέθους καὶ δυνάμεως, μηκέτι συμφωνεῖ τε ἡμῖν. ἐὰν δὲ λέγωσιν, ὅτι ἐπὶ αἱμόρρου δήγματος πλείονα παρακολουθεῖ συμπτώματα, καὶ οὐδὲν ἐπὶ τούτων τετηρήκατε. τίνα ἂν φήσομεν, ὅτι οὐκ ἐπὶ τοῖς συμπτώμασιν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ προκαταρκτικῷ αἰτίῳ τηροῦμεν; ἐπιζητοῦμεν δὲ τὰ συμπτώματα, εἰς κατάληψιν τῶν προκαταρκτικῶν αἰτίων, ἐφ᾽ οἷς τετηρήκαμεν. ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν αἰτίαν, καὶ ἀποροῦντες κατ᾽ ἔνδειξιν θεραπείας, τὴν ἐπὶ τῶν προκαταρκτικαῖς αἰτίαις τήρησιν παραλαμβάνομεν. τηροῦμεν δὲ οὐ μόνον ἐπὶ αἰτίοις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τόπῳ ἑνί. ἐπὶ οὖν τῇ τοῦ ἥπατος πείσει, καὶ ἐπὶ σπληνὸς πείσει τετηρήκαμεν τινα. ἂν δὲ λέγωσιν, ἓν ἑκάστῳ τούτων σύμπτωμα παρακολουθεῖ, φήσομεν, ἔστιν ὅτε οὐχ ἕν, ἀλλὰ πολλά. πολυπραγμονοῦμεν δὲ τὰ πολλά, καὶ οὐχ ἵνα ἐπ᾽ αὐτοῖς τηρήσωμεν, ἀλλ᾽ ἵν᾽ ἐφ᾽ ᾧ τηροῦμεν, καταλάβωμεν. ἐπὶ τῶν ἡπατικῶν πεπονθέναι τὸ ἧπαρ, ἐφ᾽ ᾧ τήρησις γίγνεται, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δέ, ἐπὶ τῇ προκαταρκτικῇ αἰτίᾳ τήρησις γίγνεται. οὐ γὰρ ἐπὶ τῇ αἱμωδίᾳ ἡ ἀνδράχνη τετήρηται, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῇ ἀπὸ τῶν ὀξέων ἢ στρυφνῶν γεγενημένῃ διαθέσει. τοὺς γοῦν ἀπὸ ῥεύματος αἱμωδιῶντας, ἢ δι᾽ ἔμετον, ἢ πριόντων τινῶν, οὐδὲν ὠφελεῖ ἡ ἀνδράχνη. ἐπιζητήσαντες οὖν πρότερον τὴν αἰτίαν ἀφ᾽ ἧς γέγονεν ἡ αἱμωδία, ἔπειθ᾽ οὕτως αὐτῇ χρώμεθα. τὰ δὲ παραλαμβανόμενα ἐπὶ τῶν τοιούτων, οὐκ ἐναντιοῦται ταῖς προκαταρκτικαῖς αἰτίαις. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλα ταῖς συνεκτικαῖς. ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τὸ ταῖς ἐπιδρομαῖς τήρησιν ἔχειν, εὐλόγως ἂν λέγοιτο. προσπυθέσθαι δὲ δεῖ τὸν Ἐμπειρικόν, πῶς οἱ καιροὶ τῆς προσαγωγῆς τῶν βοηθημάτων τηροῦνται; ἢ τὰ μέτρα τῶν βοηθημάτων, ἢ οἱ καιροὶ τῶν προσφορῶν, ἢ τὸ ποσὸν αὐτῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔʹ.

Ἄχρηστον εἶναι τὴν ἱστορίαν τῶν Ἐμπειρικῶν.

ΟΤΙ δὲ καὶ ἡ ἱστορία ἡ κατ᾽ αὐτούς, ἄχρηστός τε καὶ ἀδύνατός ἐστι, νῦν ἐπιδείξομαι. προσχρῶνται δὲ τῇ ἱστορίᾳ οἱ Ἐμπειρικοί, διὰ τοιαύτην τινὰ αἰτίαν. πολλάκις γίνεταί τινα νοσήματα, ἐφ᾽ οἷς οὐδὲν βοήθημα αὐτοῖς τετήρηται. ἵν᾽ οὖν ἔχοιεν καὶ ἐν τούτῳ εὐπορεῖν τινων, καὶ μὴ τὸ αὐτόματον περιμένειν, τῇ ἱστορίᾳ προσχρῶνται, καὶ οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ συντόμου ἕνεκα παραδόσεως. ἀδύνατον γάρ ἐστι τὸν μανθάνοντα, πᾶσι τοῖς συμπτώμασιν ἐντυχεῖν, καὶ αὐτὴν τὴν τήρησιν ἐπὶ πάντων ποιήσασθαι. ἵν᾽ οὖν μὴ τῷ αἰῶνι μανθάνῃ τις, ἀλλὰ χρήσαιτό ποτε καὶ τῇ τέχνῃ. διὰ τοῦτο χρήσιμον πρὸς τὸ ἰατρεύειν τὴν ἱστορίαν φασὶν εἶναι. γίνεται δὲ ἡ ἱστορία, ἤτοι τῶν παρόντων, ὥς τό,

Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, δέ τε πῦρ ἀμαθύνει.

ἢ τῶν προγεγενημένων, ὡς τό,

Κουρῆτές τ᾽ ἐμάχοντο, καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

οὐδέποτε δὲ τῶν μελλόντων. τὸ γάρ,

Ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ᾽ ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή.

οὐχ ἱστορία, ἀλλὰ πρόγνωσις μᾶλλόν ἐστι. κέχρηνται οἱ Ἐμπειρικοί, ὡς τὸ πολὺ τῇ προγεγενημένῃ ἱστορίᾳ. λέγουσι γὰρ ἱστορίαν εἶναι, τὴν τῶν πεπειραμένων πολλάκις κατὰ ταὐτά, διήγησιν. ῥητέον δὲ πρὸς αὐτούς, ὅτι εἰ μὲν πάντα τὰ ἱστορούμενα λέγουσι ἀληθῆ, τινὰ κριτὴν εἶχεν, καλῶς ἂν παρεδέχεσθαι

τὴν ἱστορίαν. ἐπεὶ δ' οὐχ οὕτως ἔχει, δεῖ κριτήριόν τι εὑρῆσθαι τῆς ἱστορίας, ᾧ διακρινοῦμεν τὴν ἀλήθειαν ἀπὸ τῶν ψευδῶν. καὶ γὰρ δὴ, οὐ μόνον οὐχ ὁμογνωμονοῦσι περὶ τοῦ αὐτοῦ οἱ ἰατροὶ, ἀλλὰ καὶ τἀναντία δοξάζουσι. τοὺς γὰρ πυρέττοντας οἱ μὲν διὰ λιμοῦ ἦγον, καὶ οὐδὲ ὕδωρ προσέφερον, οἱ δ' ἐξ ἀρχῆς πτισάνην ἐδίδοσαν. ἄλλοι δ' ἐφυλάττοντο μήποτε κριθὴν καταπίῃ ὁ ἀρρωστῶν. Πετρωνᾶς δὲ, καὶ κρέα ὕεια ὀπτὰ δίδου, καὶ οἶνον μέλανα ἀκρατέστερον, ἐμεῖν ἠνάγκαζε, καὶ ὕδωρ ψυχρὸν ἐδίδου πίνειν ὅσον ἤθελον. Ἀπολλώνιος δὲ, καὶ Δέξιππος, οἱ Ἱπποκράτους ἀκροαταὶ, οὐχ ὅπως οἶνον, ἀλλ' οὐδὲ ὕδωρ ἐδίδοσαν. κατασκευασάμενοι δὲ κηρίνους κυάθους, οἳ ἦσαν δώδεκα εἰς τὴν ἑκτημορίαν τῆς κοτύλης, κυάθων τούτων δύο ἢ τρεῖς παρεμέτρουν τοῖς ἀρρωστοῦσι. τοσαύτης οὖν οὔσης ἐναντιότητος, πῶς οὐχὶ δεῖ κριτήριον τῆς ἱστορίας πεποιῆσθαι; προσαναγκάσαντες οὖν αὖθις ὁμολογῆσαι, ὅτι οὐδὲ ἄχρηστον παραδέχεσθαι τὴν ἱστορίαν. ἄχρηστον γὰρ οὕτως ἐπιδείξομεν τὴν ἱστορίαν, ἐρωτήσομεν πότερον λόγῳ, ἢ πείρᾳ κρίνουσι τὴν ἱστορίαν. ἀλλὰ τῷ μὲν λόγῳ οὐ δύναται, ἐκβάλλουσί τε γὰρ αὐτὸν, καὶ ἄλλως, ᾧ καταλαμβάνεται ἕκαστον, τούτῳ, καὶ κρίνεται. πείρᾳ δὲ τὰ ὠφελοῦντα κατειλῆφθαι λέγουσι· πείρᾳ γ' οὖν καὶ κριθῆναι δεῖ. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἔχει, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἱστόρησέ τις, ὅτι ἡ χιὼν ψύχει· εἰ μέλλει κριθήσεσθαι ἡ ἱστορία, δεῖ τῷ αὐτῷ κριτηρίῳ χρήσασθαι, ὥσπερ ὁ ἱστορῶν κατέλαβεν. ὁ μὲν οὖν λογικὸς, ἀπὸ τῆς αἰτίας ἱστορίαν κρῖναι δυνήσεται. ἱστορήσαντος γάρ τινος, ὅτι ἀνθρώπῳ διατεταμένα τὰ ἀγγεῖα ἔχοντι, καὶ βαρυνομένῳ, αἱμορραγία ἐγλυομένη, περιέγραψε τὸ δυσχέρημα, καὶ τὸ βάρος ἐπικρίνει τοῦτο εἰ ἔστιν ἀληθές, εἰς τὴν αἰτίαν ἀφορῶν τὴν ἐπιφέρουσαν τὰ συμπτώματα, καὶ σκοπῶν εἰ οἷά τε εἴη ἡ αἱμορραγία ὑπεναντιοῦσθαι τῇ αἰτίᾳ. εὑρίσκων δ' ὅτι τὸ μὲν βάρος, καὶ ἡ διάτασις ἐκ πλήθους συμβαίνει. ἡ δ' αἱμορραγία μειωτικὴ τοῦ πλήθους ἐστὶ, κατείληφεν ὅτι ἡ ἱστορία ἀληθής ἐστι, καὶ οὐδενὸς ἑτέρου πρὸς τὴν ἐπίκρισιν προσδεῖται. ἐφ' ὧν δὲ τὴν αἰτίαν οὐ καταλαμβάνομεν, τὴν ἱστορίαν αὐτὴ ἡ πεῖρα κρίνει. ἂν γὰρ ἱστορεῖν τις αὐτῷ φαίνεται, ὅτι αἱμωδίαν ἀνδράχνη ἔλυσε, τῇ πείρᾳ πρὸς τὴν κρίσιν χρήσεται. οὕτως οὖν ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὸν Ἐμπειρικὸν τῇ πείρᾳ τὴν κρίσιν τῆς ἱστορίας ποιήσασθαι. εἰ δὲ πεῖρα τὴν ἱστορίαν κρίνει, περιττὴ γίνεται ἡ ἱστορία καὶ ἄχρηστος. ἀλλὰ λέγουσί τινες τῶν Ἐμπειρικῶν, ὅτι τῇ ἀξιοπιστίᾳ τῶν ἱστορούντων προσέχοντες, κρίνομεν τὴν ἱστορίαν. πυνθανομένων δὲ ἡμῶν, πῶς τὴν ἀξιοπιστίαν κρίνετε, ἄλλων ἐν ἄλλοις διαμαρτανομένων, καὶ κατορθούντων, ὅτι μὴ διὰ φιλοδοξίαν τινὰ, φασὶν, ὁ ἱστορῶν ἱστορῇ, μήτε διὰ δόγματα προσπαθῶς, μήτε διὰ φιλονεικίαν τινὰ, τότε ἀληθὲς εἶναί φαμεν ἡμεῖς τὸ ἱστορούμενον. πρὸς τοῦτο δὲ ῥητέον, πρῶτον μὲν διὰ μηδὲν τῶν εἰρημένων, ἐξαπατηθεὶς δ' ὁ ἱστορῶν ἱστορεῖ. ἆρά γε διότι, μήτε διὰ δόξαν, μήτε διὰ δόγματα προσπαθῶς, μήτε διὰ φιλονεικίαν ἱστορεῖται, ἀληθές ἐστι τὸ ἱστορηθέν; δεύτερον δ' ἔτι μὴν ἰατρὸν σοφὸν ἀξιοῦσι τὸν ἱστοροῦντα εἶναι. ἐκβαίνοντες μὲν τὸ κρίνειν τὴν ἱστορίαν, κρίνουσιν ἄνδρα σοφόν· ἡ δὲ τοιαύτη κρίσις, φιλοσόφοις καὶ οὐκ ἰατροῖς ἐπιβάλλει. πόθεν δὲ καὶ δυνατόν ἐστι κρῖναι, ὅτι μήτε διὰ δόξαν, μήτε διὰ δόγματα πρὸς τὸ πάθος,

A cipere historiam: quia verò hoc non ita habet, conuenit iudicandi historiam aliquod instrumentum inuenire, quo veritatem à falsis discernamus. Etenim medici in hoc non modò non consentiunt, sed etiam contraria opinantur. Siquidem febricitantes inediâ traducunt, & ne aquam quidem propinant. Alij per initia ptisanam exhibent. Reliqui cauent ne vnquam hordeum deuoret æger. Petronas porrò etiam carnes suillas tostas, & vinum nigrum meracius præbet, vomere cogit, frigidámque potui exhibet quantam volunt. Apollonius autem & Dexippus Hippocratis auditores non modò non vinum, sed ne B aquam quidem dederunt. Quum verò cerini cyathos duodecim liquoris præparassent, in sextam heminæ partem duos cyathos, aut tres ægrotantibus quotidie propinarunt. Cùm itaque tanta sit contrarietas, quomodo non historiæ iudicatorium instrumentum præbere conuenit? Hos igitur fateri coactos, quòd neque inutilis recipienda sit historia, inutilem enim sic historiam ostendemus, rogabimus num ratione, aut experientia historiam iudicent. Sed ratione haud possunt, quam ipsam tollunt, qua hæc singula iudicantur comprehenduntúrque; experientia autē remedia C comprehensa, dicunt. Itaque experientia etiam iudicari conuenit. Vt enim in aliis habet, ita & hîc aliquis in historiam colligat, niuem refrigerare. Si historia iudicatura est, oportet eodem iudicandi instrumento vti, vt historiæ author comprehendit: Rationalis igitur à causa historiam iudicare poterit. Quum enim scripto mandauerit aliquis homini, qui vasa distenta grauatáque habeat, sanguinis profluuium obortum, id quod offendebat circumscripsit: grauitatem hanc diiudicat num vera sit, ad causam quæ symptomata infert, respiciens, consideránsque an sanguinis eruptio causæ D aduersari poterit. Vbi autem inuenit grauitatem & distentionem ex copia euenire, sanguinis autem eruptionem copiam imminuere, deprehendit historiam esse veram, ac nullo alio ad diiucationem indigere. At in quibus causam non comprehendimus, historiam ipsa experientia iudicat; si enim colligere eam quis videtur, nempe dentium stuporem portulacam soluere, experientia ad iudicium vtetur. Quare necessarium sic est vt etiam Empiricus historiæ iudicium experientia moliatur. sin autem experientia historiam iudicat, superflua est historia & inutilis. Sed dicunt nonnulli Empiricorum nos fide dignis E scriptoribus attendētes, historiā iudicare. Quum autem quærimus, quomodo fidei dignitatem iudicatis, quum alij in aliis aberrent, & rectè se gerant, quoniam dicunt non ob quoddam opinionis statuendæ studium, historiæ author hæc scriptis mandat, neque ob decreta ad affectum, neque ob contentionem quandam, tunc verum nos esse dicimus quod commemoratur: ad hoc dicendum est, primùm sanè propter nullum dictorum, sed qui historiā condit deceptus commentatur. Num ideo, quòd neque propter opinionem, neque dogmata ad affectum, neque ob contentionem F commemoratur, verum est quod in historia conscriptum est? Deinde quòd sapientem medicum esse censent, qui illius author est? Aggressi sanè qui historiæ iudicium virum sapientem iudicant; tale autem iudicium philosophis & non medicis incumbit. Vnde abundè licet colligere, neque ob opinionē, neque ob dogmata ad affectus,

neque ob contentionem commemoratur, id quod in historiam colligitur. At commemorato iudicatorio fidei dignitatis instrumento ab ipso probato vsus est; dicentes enim quòd cùm neque propter opinionem, neque ob contentionem historiæ mandatur, causas exponunt, ob quas narranti credere oportet. Quare si propter nihil aliud, certè propter hoc vtiles sunt causæ inquisitæ: at nos nihil amplius molimur, sed dicimus oportere (propter quid) inuestigare, quod etiam in ipso facilè historiæ iudicio videntur, verùm nos quidem (propter quid,) & (in totum) causa, ad rei quæ dicitur iudicium vtimur: Empirici, ad eius qui historiam condit modum diiudicandi. At mores iudicare non medicorum sed philosophorum est proprium. Præterea hoc dicunt Empirici non oportere experientia historiam iudicare; aiunt enim quoniam sicut nos, eo quòd, Creta insula est, quibusdam commemorantibus, percepistis, quòd insula quædam Creta existat, etsi Cretam vestris ipsi oculis non videritis; ita & nos quum multi de eisdem consentiant, non opus est experientia historiam iudicare, sed multorum opinioni credimus. Verùm nos sanè dicemus, qui credidimus decreta, his Rationalibus certè moti, quòd aliquis illinc huc nauiget, & rursus hinc illuc: item quoniam amici quidam Cretenses hîc sint, vel etiam contrà quibus scribimus, vel etiam à quibus literæ nobis deferuntur: præterea quòd etiam omnes homines de ea consentiunt, etiam inimicissimi. At in Medicina ferè in nullo conueniunt, idque pauci cùm sint medici ad vniuersos homines: ac non solùm nõ concordant, sed etiam maximè cõtraria opinantur, vt paulo antè ostensum est. Quapropter iudicatorio quodam instrumento opus est ad historiam in medicina diiudicandam. Quoniam verò & Empirici dicunt, ea quæ comprehenduntur, partim sensu deprehendi, vt ruborem: partim memoria, vt quæ signis quibusdam percipiuntur; indicatoriè autem nullum deprehenditur, neque alio modo ab ipsis tradito. At quòd Creta insula sit, comprehendũt: nimirum tanquam non comprehenderint, Cretam insulam fuisse: sin autem comprehenderunt, tertius quidam modus comprehensionis existit. Hæc igitur dicta sunt ad iudicandum historiam ab ipsis celebratam esse superuacaneam.

μήτε διὰ φιλονεικίαν ἱστορῆται τὸ ἱστορούμενον. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, καὶ εἰς τὴν κρίσιν τῆς ἀξιοπιστίας κέχρηνται κριτηρίῳ ἀποδοκιμαζομένῳ ἐπ' αὐτῶν· λέγοντες γὰρ, ὅτι ἐπειδὰν μήτε διὰ δόξαν, μήτε διὰ φιλονεικίαν ἱστορῆται, αἰτίας ἐκτίθενται, δι' ἃς χρὴ πιστεύειν τῷ ἱστοροῦντι. ὥστε εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἕτερον, ἀλλὰ διὰ τοῦτο χρήσιμοί εἰσιν αἱ ἐπιζητούμεναι αἰτίαι. καὶ ἡμεῖς οὐδὲν πλέον ποιοῦμεν, ἀλλὰ φαμὲν δεῖν τὸ διότι πολυπραγμονεῖν, ὅπερ καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ τῆς ἱστορίας κρίσει φαίνονται ποιοῦντες. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν τῷ διότι χρώμεθα, καὶ τὸ σύνολον τῇ αἰτίᾳ εἰς τὴν τοῦ λεγομένου πράγματος κρίσιν. οἱ δ' Ἐμπειρικοὶ εἰς τὸ ἐπικρίναι τὸν τοῦ ἱστοροῦντος τρόπον. τὸ δὲ κρίνειν τὰ ἤθη, οὐ τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ τῶν φιλοσόφων ἐστὶν ἴδιον. ἔτι καὶ τοῦτο λέγουσιν οἱ Ἐμπειρικοὶ, πρὸς τὸ μὴ δεῖν τῇ πείρᾳ κρίνειν τὴν ἱστορίαν. φασὶ γὰρ ὅτι ὥσπερ ὑμεῖς, διότι Κρήτη νῆσός ἐστιν, ἱστορούντων τινῶν, κατειλήφατε ὅτι ἐστί τις Κρήτη νῆσος, καί τοι αὐτόπται τῆς Κρήτης οὐ γεγόνατε· οὕτω καὶ ἡμεῖς, πολλῶν περὶ τῶν αὐτῶν συμφωνούντων, οὐ δεόμεθα πείρᾳ κρίνειν τὴν ἱστορίαν, ἀλλὰ πεπιστεύκαμεν τῇ τῶν πολλῶν δόξῃ. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν, φήσομεν, πεπιστεύκαμεν περὶ τῆς Κρήτης, ὅτι ἐστί. ἀπὸ τούτων τῶν εὐλόγων γοῦν ὁρμώμενοι, ὅτι πλεῖ τις ἐκεῖθεν δεῦρο, καὶ πάλιν ἔνθεν ἐκεῖ, καὶ ὅτι φίλοι τινὲς Κρῆτές εἰσιν ἐνταῦθα, ἢ καὶ πάλιν οἷς ἐπιστέλλομεν, καὶ παρ' ὧν γράμματα ἡμῖν διακομίζεται. ἔτι τε ὅτι καὶ πάντες ἄνθρωποι περὶ τῆς αὐτῆς ὁμολογοῦσι, καὶ οἱ ἔχθιστοι. περὶ δὲ τῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν, σχεδὸν περὶ οὐδὲν συμφωνοῦσι, καὶ ταῦτα, ὀλίγοι πρὸς τοὺς ἅπαντας ἀνθρώπους ὄντες οἱ ἰατροὶ, καὶ οὐ μόνον οὐ συμφωνοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντιώτατα δοξάζουσιν, ὡς μικρῷ πρόσθεν ἀπεδείξαμεν· διὰ ταῦτα οὖν κριτηρίου τινός ἐστι χρεία, πρὸς τὸ ἐπικρίνειν τὴν ἐν τῇ ἰατρικῇ ἱστορίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ λέγουσιν οἱ Ἐμπειρικοὶ ὅτι τὰ καταλαμβανόμενα, ἃ μὲν αἰσθήσει καταλαμβάνεται, ὡς τὸ ἔρευθος, ἃ δὲ ὑπομνηστικῶς, ὡς τὰ διὰ σημείων τινῶν καταλαμβανόμενα· ἐνδεικτικῶς δὲ οὐδὲν καταλαμβάνεται, οὔθ' ἑτέρῳ τῶν ἐκκειμένων ὑπ' αὐτῶν τρόπῳ. ὅτι δὲ Κρήτη νῆσός ἐστι, καταλαμβάνουσι, δῆλον ὡς ἤτοι οὐ κατειλήφασιν ὅτι Κρήτη νῆσος ἐγένετο. εἰ δὲ κατειλήφασιν, ἔστι τις ὁ τρίτος καταλήψεως τρόπος. ταῦτα μὲν οὖν εἰς παράστασιν τοῦ περιττὴν εἶναι τὴν ὑπ' αὐτῶν θρυλλουμένην ἱστορίαν, εἴρηται.

CAPVT XV.

Quod nihil vtile ab historia Empiricorum haberi possit.

PORrò quòd etiam impossibile sit remedij cuiusdam comprehensionẽ ab historia habere, paucis aliquis astruxerit. Quoniam enim obseruationem, vt prius ostendebamus, non modò in symptomatum & numerorum genere fieri, sed etiam magnitudine & tempore oportet, hæc autem in commentarium referri impossibile est sine scopis, constat historiam quoque non posse admitti. Porrò quod curationes penes magnitudines, & tempora, & ordinem fiunt diuersæ, demonstratum est. Quinetiã ex quibus obseruationẽ in syndrome fieri non posse astruximus, inde quoque licet affirmare, quòd ne historiã quidem facere sit possibile; quippe non licet obseruationem moliri: perscribere autẽ non obseruata licet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἀπὸ τῆς ἱστορίας τῶν Ἐμπειρικῶν ὠφελοῦντός τινος ἔχειν κατάληψιν.

ΟΤΙ δὲ καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ἀπὸ ἱστορίας ὠφελοῦντός τινος ἔχειν κατάληψιν, διὰ βραχέων ἄν τις παραστήσειεν. ἐπεὶ γὰρ δεῖ τὴν τήρησιν, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἐδείκνυμεν, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν συμπτωμάτων καὶ ἀριθμῶν γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ μεγέθει, καὶ καιρῷ· ταῦτα δ' ἀναγράφεσθαι ἀδύνατον ἄνευ τῶν σκοπῶν, δῆλον ὡς καὶ ἡ ἱστορία ἀδύνατος ἂν εἴη. ὅτι δὲ καὶ παρὰ τὰ μεγέθη, καὶ τοὺς καιροὺς, καὶ τὴν τάξιν, διαφέρουσαι θεραπεῖαι γίγνονται, δέδεικται, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν κατεσκευάσαμεν, ὅτι ἀδύνατον ἐπὶ συνδρομῇ τήρησιν ποιήσασθαι, δυνατόν ἐστιν ἐκ τῶν αὐτῶν κατασκευάσαι, ὅτι οὐδὲ ἱστορίαν ποιήσασθαι δυνατόν ἐστιν. οὐ γὰρ δή που τήρησιν μὲν ποιήσασθαι δυνατόν ἐστιν, ἀναγράψαι δὲ τὰ μὴ τετηρημένα, δυνατόν ἐστιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛʹ.

Περὶ τῆς τοῦ ὁμοίου μεταβάσεως.

Ἑξῆς δὲ περὶ τῆς τοῦ ὁμοίου μεταβάσεως ῥητέον. ἐδεήθησαν δὲ τῆς τοῦ ὁμοίου μεταβάσεως οἱ Ἐμπειρικοὶ διὰ τάδε· ἐπεὶ γὰρ πλεῖστα καὶ σχεδὸν ἄπειρα ἦν, ἐφ' οἷς ἔδει τὰς τηρήσεις γίγνεσθαι, ἄπειρα δὲ καὶ τὰ ὠφελοῦντα, ἀδύνατον δ' ἦν ἐφ' ἅπασιν ἢ τοῖς πλείστοις αὐτόν τινα τηρεῖν, διὰ τοῦτ' ἐδεήθησαν καὶ τῆς ἱστορίας, καὶ τῆς τοῦ ὁμοίου μεταβάσεως. ἔτι τε ἐπεὶ οἱ Λογικοὶ ἀντιλέγοντες αὐτοῖς, φασὶν, ὅτι εἰ καί τινος ἄλλου οἱ τεχνῖται εἰσὶν ἐστοχασμένοι, καὶ τοῦ εὐπόρου· ὑμεῖς δ' ἓν ἐφ' ἑνὶ τετηρηκότες ἄποροι πρὸς τὰς θεραπείας ἔσεσθε, ἢ πλείονα ἀναγκαζόμενοι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τηρεῖν, οὐδέ ποτε χρήσεσθε τῇ τέχνῃ, ἀλλ' ἐτηρήσατε, φασὶν, ὅτι τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει χρώμεθα, ἐξ ἧς ἡ εὐπορία ὑμῖν παραγίνεται. σκοτωματικοῦ γὰρ, φέρε, ἀπὸ καταπτώσεως αἱμορραγήσαντος, εἶτ' ἀπαλλαγέντος τοῦ πάθους, τηρήσαντες τοῦτον, ἐφ' ἑτέρου φλεβοτομίᾳ χρώμεθα. πρῶτον μὲν οὖν πύθοιτο ἄν τις αὐτοὺς, πόθεν κατειλήφασιν, ὅτι διὰ τῆς αἱμορραγίας ἀπήλλακται ὁ σκοτωματικὸς, καὶ οὐ διὰ τὴν κατάπτωσιν ταύτην, ἀλλ' οὐδέπω λέγειν πρὸς αὐτοὺς χρὴ, πρὶν ἢ ἀποδεῖξαι, κατὰ πόσους τρόπους κέχρηνται τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει. κεχρῆσθαι τοίνυν φασὶ τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει, ὁτὲ μὲν ἀπὸ βοηθημάτων εἰς βοηθήματα, ὁτὲ δ' ἀπὸ τόπων εἰς τόπους, ὁτὲ δ' ἀπὸ παθῶν ἐπὶ πάθη. ἀπὸ μὲν οὖν βοηθημάτων ἐπὶ βοηθήματα, ὡς ὅταν μέσπιλον ἀντὶ μήλου ἐπὶ τῶν δυσεντερικῶν παραλαμβάνουσιν, ἀπὸ δὲ τόπων ἐπὶ τόπους, ὡς ὅταν τι ἐπὶ τῶν μυωδῶν ἢ νευρωδῶν τετηρημένον, οἷον φέρε ἀπὸ τοῦ μηροῦ, μεταφέρωμεν ἐπὶ τὸν βραχίονα· ἀπὸ παθῶν δὲ ἐπὶ τὰ πάθη, ὡς ὅταν τοῖς ἐπὶ τῶν αἱμορραγιῶν τετηρημένοις χρήσωνται ἐπὶ αἱμόρρου δήγματος. κατὰ τοσοῦτον μὲν οὖν τρόπον τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει χρῶνται.

CAPVT XVI.

De tranſitu ad ſimile.

DEinceps de tranſitu ad ſimile agendum eſt. Indiguerunt autem tranſitu ad ſimile Empirici, propter has cauſas; quoniam enim plurima & propè infinita erant, in quibus obſeruationes fieri conueniat, infinita erunt & remedia: impoſſibile autem in omnibus aut plurimis eundem quædam obſeruare, idcirco opus habuerunt & hiſtoria, & tranſitu ad ſimile. Præterea quoniam Rationales eis refragantes, inquiunt, ſi quid aliud artifices, maximè quod facile eſt ſibi proponunt: vos vnum in vno obſeruantes, infinitas curationes editis, aut plura coacti in eodem obſeruare, nunquam arte vtimini, ſed obſeruaſtis, inquiunt, quòd tranſitu ad ſimile vtamur, vnde facultas vobis ſuppeditatur. Age enim, vertiginoſus ex caſu ſanguinem profundat, deinde affectu liberetur; hoc obſeruato in alio, ſanguinis miſſione vtimur. Deinde aliquis roget ipſos, vnde comprehenderint vertiginoſum ſanguinis profuſione liberatum, & non ex ipſo caſu? ſed nondum dicere aduerſus ipſos oportet, priuſquam demonſtrauero quot modis tranſitu ad ſimile vtantur. Vſos igitur ſe eſſe tranſitu ad ſimile dicunt, nonnunquam ab auxiliis ad auxilia, aliquando à locis ad locos, nonnunquam ab affectibus ad affectus. Itaque ab auxiliis ad auxilia, vt quum meſpilum loco mali cotonei in dyſentericis aſſumunt: à locis autem ad locos, vt quum quid in muſculoſis, aut neruoſis obſeruatum, verbi cauſa, à femore ad brachium transferimus: ab affectibus autem ad affectus, vt quum in ſanguinis profuſionibus, obſeruatis vtentur in hæmorrhoi morſu; tot itaque modis tranſitu ad ſimile vtuntur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖʹ.

Ὅτι ἀδύνατός ἐστιν ἡ κατὰ τοὺς Ἐμπειρικοὺς τοῦ ὁμοίου μετάβασις.

Ἐρωτᾷν οὖν ἄξιόν ἐστιν αὐτοὺς, πρῶτον μὲν, ἐπὶ τῶν βοηθημάτων πῶς κέχρηνται, πότερον τῇ ὁμοιότητι τῆς δυνάμεως προσέχοντες, ἢ τῇ τῶν προσόντων συμπτωμάτων ὁμοιότητι, οἷον ὅταν τὸ μέσπιλον ἀντὶ τοῦ μήλου παραλαμβάνωσι, πότερον κατὰ τὴν στύψιν ὁμοίως ταῦτα εἶναι νομίζοντες παραλαμβάνωσιν, ἢ ὁρῶντες ὅτι στρογγύλα ἐστὶν ἄμφω, καὶ τῇ χροιᾷ, καὶ τῇ ἁφῇ ὅμοια; εἰ μὲν γὰρ τῇ δυνάμει, λέγω δὴ τῇ στύψει προσέχοντες, μεταβαίνειν φήσουσιν, ὁμολογοῦσιν ἐπιζητεῖν στύψεως τὰς αἰτίας, καθ' ἃς ὠφελεῖ τὰ ὠφελοῦντα. συγκαταλαμβάνεται δὴ τῇ τῶν ὠφελούντων δυνάμει, καὶ ἡ τῶν βλαπτόντων δύναμις. ἀλλὰ καὶ πλέον τι ἐπιζητῆσαι αὐτοὺς δεῖ, οὐ μόνον ὅτι στύφει, πολλὰ γὰρ στύφει μὲν, οὐ τὸ αὐτὸ δὲ ποιεῖ, ὡς ἡ λεπὶς στύφουσα, καθαίρει καὶ τὰ μόρια. ἐὰν γὰρ γνωσθῇ, ὅτι πέπερι κατὰ τὸ θερμαίνειν ὠφελεῖ, κατείληπται ὅτι τὸ βλάπτον νῦν, κατὰ τὸ ψυχρὸν βλάπτει. Εἰ δὲ τῇ ὁμοιότητι τῶν συμπτωμάτων φήσουσι προσέχοντες αἱρεῖσθαι τὰ ὅμοια, πότερον, φήσομεν, ἂν πάντα τὰ συμπτώματα ὅμοια ᾖ, οὕτω τὴν ὁμοιότητα λογίζεσθε, ἀλλ' ἀδύνατόν ἐστι πάντα τὰ συμπτώματα ὅμοιά τινων εἶναι.

CAPVT XVII.

Quod tranſitus ad ſimile ipſorum Empiricorum, ſit impoßibilis.

QVare ipſos interrogare conuenit, primùm ſanè in præſidiis quomodo vtuntur, num facultatis ſimilitudini attendētes, aut ſymptomatum præſentium ſimilitudini, vt quum meſpilum loco cotonei aſſumunt, vtrum ſecundū aſtrictionem eadem eſſe putantes, ſimiliter exhibeant, an quòd ambo rotunda, colore & tactu ſimilia, eſſe conſpiciunt. Si enim facultati, dico autem aſtrictioni, attendētes, digredi ſe dicant, fatētur aſtrictionis cauſas ſe inquirere, ſecundum quas, iuuāt præſidia; ac cum auxiliorum facultate, comprehenditur & noxiorum virtus. Imò etiam amplius quid inquirere ipſos conuenit, non modò quòd aſtringunt, multa ſiquidem aſtringunt quidē, non idem verò efficiunt: vt ſquama aſtringens, purgat etiā partes. Si enim cognitū eſt, quòd piper calfaciēdo iuuat, nunc cōprehenſum eſt quod nocet, quâ frigidū eſt, nocere. Sin autem ſymptomatum ſimilitudini attendētes, ſimilia proferri dicāt: rogabimus an omnia ſymptomata ſimilia ſint, ac ita de ſimilitudine ratiocinētur. Sed fieri nō poteſt, vt omnia ſymptomata quorundā ſimilia exiſtāt; ita

ita enim eadem fuerint, & non similia. At quorundam symptomatum similitudini attendentes, inquient. Vel igitur pluribus, vel paribus vel paucioribus attendentes, dicemus, digredimini. Si quidem paucioribus, omnia ferè similia erunt; in aliquo enim similia sunt omnia. Si autem paribus, & pluribus, cur in iis qui sanguinem fundunt, dicemus, sicut coma porri vsi estis, ita non allij & cepæ coma vtimini? similia enim hæc magna ex parte; & in pernionibus, cur vt rapa, non etiam raphani radiculis? & in stomachicis, cur absinthij penuria, hîc quoque succo porri non vtuntur? hæc enim ferè discerni nequeunt; & in hydropicis, cur raphanidis loco sæpe rapo non vtuntur? In vniuersum considerare oportet in obseruatis simile quiddam contrarias vires habere: & quærere ab ipsis, num propter similitudinem in iisdem, his vtendum sit: iudicare autem similitudinem sensibus, vt illi censent. Eodem aliquis argumento vti possit in reliquis, verbi causa, exemplo ostendendum est ipsis, quòd neque à symptomatis ad symptomata, neque ab affectibus ad affectus transire possunt. Num enim dicemus, accidentium similitudini potestate attenditis? sed non dicent: nequaquam enim disquirunt facultatem, sed accidentium similitudinem secundum sensum. Vtrum igitur si in pluribus, aut in paribus symptomatis similia sunt: sed in plurimis similia sunt inflammatio & scirrhus, verùm contrariam ferè, & in nullo similem curationem requirunt: iam œdema, & hernia, & struma, & meliceris, multam sanè inuicem similitudinem seruant, attamen curatio permultum distat. Præterea qui ob disruptionem sanguinem reiiciunt, simillima ferè cum iis habent accidentia, qui propter erosionem aut apertionem, non tamen eadem curatio conuenit omnibus. Hoc itaque modo licet ostendere, impossibilem esse secundum Empiricos transitum ad simile.

CAPVT XVIII.

De transitu ad simile secundum Rationales.

DEinceps autem consequens est, demonstrare quo modo Rationales transitu ad simile vti possunt, quod nonnulli non transitum ad simile, sed analogismum vocant. Etenim transitus ad simile Empiricis conuenire pronunciant, vicinum verò transitui ad simile modum, analogismum appellant, quo Rationales vti dicunt: nos nihil contendimus cum iis qui nomina immutant, rem ipsam verò indicabimus, quam licet vnicuique pro arbitrio appellare. Dicimus igitur alia quidem symptomata causas subsequi, alia locos affectos, alia facultates, alia affectus ipsos. Hæc Rationalis omnia discernit, ac nouit in quibus obseruatione, in quibus non opus est. Aliorum igitur præsentium & non præsentium, quæ nihil ad curationem conferunt, nullam habet rationem: ac cum syndrome variare videtur in aliquo symptomatum non vtilium, eisdem vtitur, tanquam concursus similis existat. Empiricus autem quoniam in cumulata syndrome obseruat, nec habet vim discernendi symptomata, quum quodlibet vel deficit vel redundat:

οὕτω γὰρ ἂν τὰ αὐτὰ εἴη, καὶ οὐχ ὅμοια, ἀλλὰ δηλονότι τῇ τινων συμπτωμάτων ὁμοιότητι προσέχοντες, φήσουσι. ἤτοι οὖν τοῖς πλείοσιν, ἢ τοῖς ἴσοις, ἢ τοῖς ἐλάττοσι προσέχοντες, φήσομεν, μεταβαίνετε· εἰ μὲν τοῖς ἐλάττοσι, πάντα σχεδὸν ὅμοια ἂν εἴη. κατά τι γάρ ἐστιν ἐμφερῆ πάντα· εἰ δὲ τοῖς ἴσοις, καὶ τοῖς πλείοσι, διὰ τί ἐπὶ τῶν αἱμορραγούντων, φήσομεν, ὥσπερ κόμῃ πράσου κέχρησθε, οὕτως οὐχὶ καὶ σκορόδου καὶ κρομμύου κέχρησθε κόμῃ; ὅμοια γὰρ ταῦτα κατὰ τὰ πλεῖστα. καὶ ἐπὶ τῶν χιμέθλων, διὰ τί ὥσπερ γογγύλῃ, οὐχὶ καὶ ῥαφανίσι; καὶ ἐπὶ τῶν στομαχικῶν, διὰ τί ἀψινθίου μὴ παρόντος, κἀνταῦθα χυλῷ οὐ κέχρηνται καὶ πρασίου, σχεδὸν γὰρ ἀπαράλλακτα ταῦτα; καὶ ἐπὶ τῶν ὑδρωπικῶν, διὰ τί ἀντὶ ῥαφανίδος, πολλάκις γογγυλίδι οὐ κέχρηνται; καὶ ἁπλῶς σκοπεῖσθαι χρὴ, τοῖς τετηρημένοις, ὅμοιόν τι, ἐναντίον δυνάμενον, καὶ πυνθάνεσθαι παρ' αὐτῶν, εἰ διὰ τὴν ὁμοιότητα ἐπὶ τῶν αὐτῶν χρηστέον ἐστὶ τούτοις. κρῖναι δὲ τὴν ὁμοιότητα ταῖς αἰσθήσεσιν, ὡς ἐκεῖνοι ἀξιοῦσιν. τῷ δ' αὐτῷ ἄν τις ἐπιχειρήματι χρήσαιτο ἐπὶ τῶν λοιπῶν. αὐτίκα γὰρ παραδεικτέον αὐτοῖς, ὅτι οὐδ' ἀπὸ συμπτωμάτων ἐπὶ συμπτώματα, οὔτ' ἀπὸ παθῶν ἐπὶ πάθη μεταβαίνειν δύνανται. πότερον γὰρ, φήσομεν, τῇ κατὰ τὴν δύναμιν ὁμοιότητι τῶν συμπτωμάτων προσέχετε, ἀλλ' οὐ φήσουσιν. οὐ γὰρ ἐξετάζουσι τὴν δύναμιν, ἀλλὰ τὴν κατὰ τὴν αἴσθησιν τῶν συμπτωμάτων ὁμοιότητα. πότερον οὖν, ἐὰν κατὰ πλείω, ἢ κατὰ τὰ ἴσα τῶν συμπτωμάτων ὅμοια ᾖ; ἀλλὰ κατὰ τὰ πλεῖστα ὅμοιά ἐστι φλεγμονὴ καὶ σκίρρος. ἐναντίας δὲ σχεδὸν, καὶ κατ' οὐδένα ὁμοίας δεῖται ἀγωγῆς· καὶ οἴδημα, καὶ κήλη, καὶ χοιράς, καὶ μελικηρίς, πολλὴν μὲν ὁμοιότητα σώζει πρὸς ἄλληλα, ὅμως δ' ἡ θεραπεία πάμπολλα διαλλάττει. ἔτι τε οἱ διὰ ῥῆξιν αἷμα ἀνάγοντες τοῖς κατὰ ἀνάβρωσιν, ἢ ἀναστόμωσιν, ὁμοιότατα πάντα σχεδὸν ἔχουσι τὰ συμπτώματα, οὐ μὴν ἡ αὐτὴ θεραπεία ἁρμόζει πᾶσιν. οὕτω μὲν οὖν ἐστιν ἐπιδεῖξαι, ὅτι ἀδύνατος κατὰ τοὺς Ἐμπειρικοὺς ἡ τοῦ ὁμοίου μετάβασις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ τῆς τοῦ ὁμοίου μεταβάσεως κατὰ τοὺς Λογικούς.

Ἑξῆς δ' ἀκόλουθόν ἐστιν ἐπιδεῖξαι πῶς οἱ Λογικοὶ τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει χρῆσθαι δύνανται, ὅπερ τινὲς οὐχ ὁμοίου μετάβασιν, ἀλλ' ἀναλογισμὸν καλοῦσιν. τὴν μὲν γὰρ τοῦ ὁμοίου μετάβασιν, φασὶ τοῖς Ἐμπειρικοῖς προσήκειν. τὸν δὲ παρακείμενον τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει τρόπον, ἀναλογισμὸν καλοῦσιν, ᾧ τοὺς Λογικούς φασι χρῆσθαι. ἡμεῖς δὲ οὐδὲν διαφερόμεθα πρὸς τοὺς τὰ ὀνόματα ἐξαλλάττοντας. τὸ δὲ πρᾶγμα αὐτὸ ὑποδείξομεν, ὅπερ ἔξεσι τῷ βουλομένῳ ὡς ἂν ἐθέλοι καλεῖν. φαμὲν τοίνυν, ἄλλα μὲν συμπτώματα παρακολουθεῖν τοῖς αἰτίοις, ἄλλα δὲ, τοῖς πάσχουσι τόποις, ἄλλα δὲ, ταῖς δυνάμεσιν, ἄλλα δὲ, τοῖς πάθεσιν αὐτοῖς. ταῦτα ὁ Λογικὸς διακρίνει πάντα, καὶ οἶδεν ἐφ' οἷς τε δεῖ τοῦ τηρεῖν, καὶ ἐφ' οἷς, μή. παρόντων μὲν οὖν τῶν ἄλλων, καὶ μὴ παρόντων, οὐ πεφρόντικεν τῶν μηδὲν χρήσιμον εἰς θεραπείαν ἐχόντων. καὶ παραλλάττειν δοκούσης τῆς συνδρομῆς, παρά τι τῶν χρησίμων συμπτωμάτων, τοῖς αὐτοῖς κέχρηται, ὡς ὁμοίας οὔσης τῆς συνδρομῆς. ὁ δ' Ἐμπειρικὸς, ἐπεὶ ἐπὶ ἀθρόα τῇ συνδρομῇ τηρεῖ, καὶ οὐκ ἔχει δύναμιν διακριτικὴν συμπτωμάτων, παντὸς οὑτινοσοῦν, ἐλλείποντος ἢ πλεονάζοντος συμπτώματος,

ὡς ἀλλαττομένης τῆς συνδρομῆς, διαφόρῳ θεραπείᾳ χρήσασθαι ὀφείλει, ἀγνοῶν ὅτι ἐπὶ μὲν τινων συμπτωμάτων πλεονασμῷ ἢ ἐλλείψει τῷ ὄντι ἀλλάττεται ἡ συνδρομή, ὡς ἐπὶ φλεγμονῆς, καὶ σκίρρου, καὶ οἰδήματος, καὶ κήλης, ἐπὶ δέ τινων οὐκ ἔτι. ἐπὶ γὰρ τῶν ὀπισθοτονικῶν καὶ ἐμπροσθοτονικῶν, διαφέρειν μὲν δοκεῖ ἡ φλεγμονή, ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ πάσχοντός ἐστι τὸ σύμπτωμα, οὔτ' αἰτίας, οὔτε τόπου, οὔτε δυνάμεως, οὐκ ἐξαλλάττεται ἡ θεραπεία. ἀγνοεῖ δὲ ὁ Ἐμπειρικὸς καὶ τοῦτο, ὅτι ἐνίοτε ἡ μὲν συνδρομὴ ὁμοία ἐστὶν, οὐ τῇ αὐτῇ δὲ θεραπείᾳ χρήσασθαι δεῖ. ἰδοὺ γὰρ ἴσα καὶ ὅμοια τὰ συμπτώματα ἐπὶ τῶν διὰ ῥῆξιν καὶ ἀναστόμωσιν καὶ ἀνάβρωσιν ἀναγόντων αἷμα. ἔστω δὲ καὶ βῆχα εἶναι ἐπὶ πάντων τὴν αὐτὴν, καὶ τὸ τοῦ ἀναγομένου πλῆθος. ταὐτὰ καὶ τἄλλα ὅμοια, ἀλλὰ καὶ ἡ θεραπεία διάφορος παραλαμβάνεται. ὁ οὖν Λογικὸς, τήν τ' εὐχρηστίαν, καὶ τὴν ἀχρηστίαν τῶν συμπτωμάτων εἰδὼς, πολλάκις ἀνομοίου δοκούσης εἶναι τοῖς πολλοῖς τῆς συνδρομῆς, τοῖς αὐτοῖς χρήσεται, οἷον ὀπισθοτονικοί τινες λέγονται, καὶ ἐμπροσθοτονικοὶ, καὶ τετανικοὶ, οὗτοι διαφέρουσαν τὴν συνδρομὴν ἔχειν δοκοῦσιν. ἀλλ' εἰδὼς ὁ Λογικὸς, φέρε, ὅτι πλῆθος αἵματος τὸ αἴτιον, καὶ μυῶν τὸ πάθος, καὶ τὸ αὐτὸ ἀποτέλεσμα, φλεγμονὴ γὰρ, τῇ αὐτῇ θεραπείᾳ χρήσεται. τοῖς γὰρ εἰρημένοις μόνοις, προσέχει συμπτώμασιν. τὸ δὲ τοῦ πάσχοντος σύμπτωμα, ὡς ἄχρηστον παραιτεῖται. τὸ γὰρ ἔμπροσθεν, ἢ ὄπισθεν ἢ ἐξ ἴσα συντείνεσθαι, τοῦ πάσχοντός ἐστι σύμπτωμα· πρὸς δὲ τὴν θεραπείαν, οὐδὲν χρήσιμον ἔχει παραφυλαττόμενον, ὡς οὐδὲ τὸ δακρύειν. καὶ ὁμοίας δὲ τῆς συνδρομῆς εἶναι δοκούσης, οὐδὲ παρὰ τὴν διάγνοιαν τῆς αἰτίας, διαφόρῳ χρῆται θεραπείᾳ. ὡς ἐπὶ τῶν δι' ἀνάβρωσιν, ἢ διὰ ῥῆξιν αἷμα ἀναγόντων. διαιρῶν γὰρ τὰ συμπτώματα ὁ Λογικὸς, κατὰ τὴν πρὸς τὰ ἐνδεικνύμενα τὸ συμφέρον ἀναφορὰν, καὶ τὰ χρήσιμα τῶν συμπτωμάτων ἐκλαμβάνων, καὶ τοῖς πρὸς ταῦτα τὰ συμπτώματα ἐναντιοῦσθαι δυναμένοις βοηθήμασι χρώμενος, πολλάκις διαφόρου εἶναι δοκούσης συνδρομῆς, ὁ δὲ τῇ αὐτῇ θεραπείᾳ χρήσεται. καὶ πάλιν ὁμοίας εἶναι δοκούσης, διαφέρουσαν θεραπείαν παραλήψεται. ἡ γὰρ θεραπεία, σύμπτωμά ἐστι τοῖς ἐναντιοῦσθαι δυναμένοις τοῖς ἐπιφέρουσι τὰ συμπτώματα αἰτίοις. ὁ μὲν οὖν Λογικὸς καταλαμβάνει ἕκαστον τῶν ἐναντιουμένων τοῖς νοσοποιοῖς αἰτίοις βοηθημάτων, καὶ πρὸς ὅ, τι σύμπτωμα ἐναντιοῦσθαι πέφυκεν οὐκ ἀγνοεῖ, διὰ τὸ καταδιαιρεῖν ὡς ἔφημεν, τὴν συνδρομήν. ὁ δὲ Ἐμπειρικὸς, ἐπὶ ἀθρόᾳ συνδρομῇ τὰ ὠφελοῦντα τηρῶν, τί τινι ἐναντιοῦσθαι πέφυκεν, οὐ δύναται εἰδέναι. τοῦτο δὲ ἀγνοῶν, οὐδὲ τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει χρήσασθαι, οἷός τέ ἐστιν. κατὰ τί γὰρ, τὸ ὠφελοῦν ὠφέλησε, καὶ αὐτὸς ἀγνοεῖν ὁμολογεῖ.

quòd variante syndrome diuersa curatione vti debet ignorans, quoniam in quibusdam sanè symptomatis excessu aut defectu syndrome dissidet, vt in inflammatione, scirrho, œdemate, & hernia, in quibusdam autem non ita. Etenim in opisthotonicis & emprosthotonicis differre quidem videtur inflammatio, sed quoniam affecti est symptoma, neque causæ, neque loci, neque facultatis curatio mutatur. At Empiricus hoc quoque ignorat, quòd nonnunquam syndrome quidem similis sit, non eadem verò vti curatione licet. Ecce enim paria & similia symptomata in iis sunt qui sanguinem educunt per vasorum disruptionem, apertionem & erosionem. Finge etiam tussim perpetuò eandem esse, & eius quod educitur copiam, eadémque etiam alia & similia, attamen curatio diuersa assumitur. Rationalis igitur vtilitatem inutilitatémque symptomatum noscens, subinde quum dissimilis vulgo syndrome videbitur, iisdem vtetur: vtpote opisthotonici quidam dicuntur, emprosthotonici, & tetanici, hi diuersam syndromen habere videntur: verùm Rationalis sciens copiam sanguinis esse causam, & musculorum affectum, ipsúmque effectum, inflammationem; eadem cum illa vtetur curatione. Etenim prædicta sola notat symptomata, affecti autem accidens tanquam inutile auersatur; nam in anteriorem partem, vel in vtramque ex æquo intendi, patientis est accidens: ad curationem verò nihil habet vtile reseruatum, vt nec lachrymas emittere. At quum similis esse videtur syndrome, ne ex causæ quidem notione diuersa vtuntur curatione, vt in iis qui ex erosione, aut disruptione sanguinem reiiciunt. Etenim symptomata diuidens Rationalis, iuxta relationem ad ea factam quæ vtile indicant, & ex symptomatis commoda deligens, vténsque remediis quæ his aduersari accidentibus possunt, quum syndrome diuersa esse videtur, hic eadem curatione vtetur: ac contrà vbi similis esse censetur, diuersam curationem assumet; etenim curatio symptoma est, quæ aduersari possit causis symptomata inferentibus. Itaque Rationalis singula comprehendit remedia quæ causis morbificis aduersantur: & cui symptomati aduersari nata sint, non ignorat, eo quòd syndromen, vt diximus, diuiserit. Empiricus autem in cumulata syndrome remedia obseruans, quid cui aduersari natum sit, scire non potest: id autem ignorans, ne quidem transitu ad simile vti potest; secundum quid enim remedium iuuerit, etiam ipse nescire se fatetur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Πόθεν τὰ χρήσιμα καὶ τὰ ἄχρηστα τῶν συμπτωμάτων διαγινώσκει ὁ Λογικὸς, καὶ τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει κέχρηται.

Πόθεν οὖν, φαίη τις ἄν, τὰ χρήσιμα, καὶ τὰ ἄχρηστα τῶν συμπτωμάτων διαγινώσκει ὁ Λογικός; ῥητέον ὅτι τῇ πρὸς τοὺς ἐνδεικνυμένους σκοποὺς ἀναφορᾷ. εἰδὼς γὰρ ὅτι, τάδε μὲν τὰ συμπτώματα δηλωτικά ἐστι τῶν τὸ συμφέρον ἐνδεικνυμένων σκοπῶν, τὰ δὲ οὐκ ἔστι τοιαῦτα. τὰ μὲν χρήσιμα, παραφυλάττει, τὰ δ' ἄλλα, παραιτεῖται.

CAPVT XIX.

Quomodo Rationalis vtilia symptomata ab inutilibus separet, transitúmque ad simile faciat.

Vnde igitur, dixerit aliquis, vtilia, & inutilia symptomata Rationalis internoscit? Dicendum, relatione quæ fit ad scopos indicantes: quum enim sciat alia symptomata ostendere scopos vtiles indicantes, alia non esse huiusmodi, vtilia sanè obseruat, reliqua autem auersatur.

Ex vtilium verò symptomatum comprehensione, accidit etiam vt transitu ad simile vti possit: interdum non totam curationem transfert, sed aliquam eius partem. Vt enim syndromas subdiuidit, ita curationes: ac nouit quænam in curatione remedia renituntur symptomatis, quæ à causis inferuntur, quæ verò iis, quæ à locis aut facultatibus proueniunt. Expertus enim aliud accidens à causis oriri, aliud à locis, aliud à facultatibus: item quòd à causa quidem auxilij genus subindicatur: à loco, vtendi modus: à facultate, in præsenti vt ita dicam, mensura. Si quidem quum eadem sit causa, & symptomata causam indicantia appareant: locus autem non sit idem, neque eadam virtus, idem sanè auxilij genus assumet: locum & modum non item. At si causa non fuerit eadem, locus autem idem & facultas eadem, non idem remedij genus vtique vsurpabit: modum verò, & mensuram eandem. Quoniam igitur Rationalis & syndromas, & curationes metiri potest, nimirum etiam ex concursuum similitudinibus motus, partes quasdam curationis, vt par est, transferre potest: Empiricus, neque causam, neque symptomata causas indicantia, aut locum, aut facultatem, connitens magno studio id efficere, non poterit; idcirco neque transitu ad simile vti poterit. Quatenus enim syndromæ inter se conueniunt, ignorat: quo fit, vt neque curationem distinguere possit, & remedium quod præsenti symptomati aduersatur, adhibere. Si enim hoc, inquit, posset, dico sanè concursuum symptomata partiri; & curationem noscens quatenus vnumquodque iuuat, aut offendit, causarum occultarum notitiam habere fatebitur: si autem hoc, etiam ab indicatione præsidia capere posse concedet.

ἐκ δὲ τῆς τῶν χρησίμων συμπτωμάτων καταλήψεως, καὶ τὸ δύνασθαι τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει κεχρῆσθαι περιγίνεται. ἔστι δ' ὅτε οὐχ ὅλην τὴν θεραπείαν μεταφέρει, ἀλλὰ μέρος τι αὐτῆς. ὡς γὰρ τὰς συνδρομὰς καταδιαιρεῖ, οὕτω καὶ τὰς θεραπείας. καὶ οἶδε, τίνα μὲν τῶν ἐν τῇ θεραπείᾳ βοηθημάτων ὑπεναντιοῦται τοῖς ἀπὸ τῶν αἰτίων ἐπιφερομένοις συμπτώμασι, τίνα δὲ τοῖς ἀπὸ τῶν τόπων, ἢ τῶν δυνάμεων. εἰδὼς γὰρ ὅτι τόδε μὲν ἀπὸ τῶν αἰτιῶν ἐστι τὸ σύμπτωμα, τόδε δὲ ἀπὸ τῶν τόπων, τόδε ἀπὸ τῆς δυνάμεως, καὶ ὅτι ἀπὸ μὲν τοῦ αἰτίου τὸ γένος τοῦ βοηθήματος ὑπαγορεύεται, ἀπὸ δὲ τοῦ τόπου, ὁ τρόπος τῆς χρήσεως, ἀπὸ δὲ τῆς δυνάμεως, ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰπεῖν τὸ μέτρον. τοῦ μὲν αὐτοῦ αἰτίου ὄντος, καὶ τῶν δηλωτικῶν τοῦ αἰτίου συμπτωμάτων φαινομένων, τοῦ δὲ αὐτοῦ τόπου μὴ ὄντος, μηδὲ τῆς αὐτῆς δυνάμεως, τὸ μὲν αὐτὸ γένος παραλήψεται τοῦ βοηθήματος, τὸν δὲ τόπον, καὶ τὸν τρόπον οὐκ ἔτι. εἰ δ' αἴτιον μὲν μὴ εἴη τὸ αὐτὸ, ὁ δὲ τόπος ὁ αὐτὸς, καὶ ἡ δύναμις ἡ αὐτή. τὸ μὲν γένος οὐκ αὐτὸ παραλήψεται τοῦ βοηθήματος, τὸν δὲ τρόπον, καὶ τὸ μέτρον τὸ αὐτό. ἐπεὶ οὖν ἱκανός ἐστι μετρεῖν ὁ Λογικὸς, τάς τε συνδρομὰς, καὶ τὰς θεραπείας, δύναται κατὰ τὰς ὁμοιότητας τῶν συνδρομῶν κινούμενος, μέρη τινὰ τῆς θεραπείας κατὰ τὸ εἰκὸς, μεταφέρειν. ὁ δ' Εμπειρικὸς, μήτ' αἰτίαν, μήτε δηλωτικὰ αἰτιῶν συμπτώματα, ἢ τόπου, ἢ δυνάμεως πολυπραγμονῶν, τοῦτο ποιεῖν οὐκ οἷός τε ἔσται. διὰ τοῦτο δὲ, οὐδὲ τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει κεχρῆσθαι δύναται. κατὰ τί γὰρ αἱ συνδρομαὶ ἀλλήλων προσεοίκασιν, ἀγνοεῖ. καὶ διὰ τοῦτο, οὐδὲ τὴν θεραπείαν καταδιαιρεῖν δύναται, καὶ προσαγαγεῖν τὸ δυνάμενον ὑπεναντιωθῆναι τῷ παρόντι συμπτώματι βοήθημα. ἐὰν γὰρ τοῦτό φησι δυνατὸς εἶναι, λέγω δὴ μερίζειν τά τε τῶν συνδρομῶν συμπτώματα, καὶ τὴν θεραπείαν, ἐπιστάμενος, καθ' ὅ, τι ἕκαστον ὠφελεῖ καὶ βλάπτει, αἰτιῶν κεκρυμμένων καταληπτικὸς εἶναι ὁμολογήσει. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἀπ' ἐνδείξεως τὰ βοηθήματα δυνατὸς εἶναι λαμβάνειν, ὁμολογήσει.

CAPVT XX.

Summa dictorum contra Empiricos.

QVum itaque impossibilia sint quæ Empiricorum sectam conformant, obseruatio, historia, transitus ad simile: obseruationem sanè inutilem, sine ratione & impossibilem per se ostendimus: inutilem sanè, quoniam rationis vsus est diiudicantis in quibus symptomatis curationem moliri conducat, neque enim in omnibus præteritis & iis quæ ægrotanti adsunt obseruandum esse arbitrantur: impossibilem verò, quoniam quum plura sint hæc omnia, non prorsus assequi licet vt idem fiat concursus. Dico autem genus symptomatum & numerum, magnitudinem, ordinem, tempus, similiáque: historiam verò superuacuam ideo quòd ea quæ commemorantur experientia indicat: impossibilem verò, eo quòd neque magnitudinem symptomatum, neque tempora potest præterea commemorare, sine quibus auxilij comprehensio fieri nequit. At transitum ad simile pertractauimus in iis scilicet, quibus ostendimus, quòd necessariò ipsum constituere oporteat, ad facultatum noxiarum, aut iuuantium disquisitionem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Κεφάλαιον τῶν πρὸς τοὺς Εμπειρικοὺς εἰρημένων.

Ἀδυνάτων οὖν ὄντων τῶν εἰδοποιούντων τὴν τῶν Εμπειρικῶν αἵρεσιν, τηρήσεως, καὶ ἱστορίας, καὶ τῆς ὁμοίου μεταβάσεως, τὴν μὲν τήρησιν ἄχρηστον ἄνευ λόγου καὶ ἀδύνατον καθ' αὐτὸ ἐπεδείξαμεν. ἄχρηστον μὲν, ἐπειδήπερ λόγου χρεία τοῦ διακρίνοντος, ἐφ' οἷς δεῖ συμπτώμασι τὰς θεραπείας ποιεῖν. οὐδὲ γὰρ ἐφ' ἅπασι τοῖς προγεγενημένοις τε καὶ παροῦσι τῷ νοσοῦντι οἴονται δεῖν τηρεῖν. ἀδύνατον δὲ, ὅτι πλειόνων ὄντων, ταῦτα πάντα, οὐκ ὄντως τυχεῖν δυνατόν ἐστιν, ἵν' ἡ αὐτὴ γένηται συνδρομή. λέγω δὲ γένος συμπτωμάτων καὶ ἀριθμὸν τὸν αὐτὸν, καὶ μέγεθος, καὶ τάξιν, καὶ καιρὸν, καὶ τὰ ὅμοια. τὴν δὲ ἱστορίαν περιττὴν μὲν, διότι τῇ πείρᾳ ἐπικρίνει τὰ ἱστορούμενα. ἀδύνατον δὲ, διότι μήτε μεγέθη συμπτωμάτων, μήτε καιροὺς δύναται προσιστορεῖν, ὧν ἄνευ τοῦ ὠφελοῦντος κατάληψις γενήσεσθαι οὐ δύναται. τὴν δὲ τοῦ ὁμοίου μετάβασιν διαβεβλήκαμεν, δι' ὧν ἐπεδείξαμεν ὅτι ἐξ ἀνάγκης δεῖ αὐτὴν καταστῆσαι, ἐπὶ τὴν τῶν δυνάμεων βλαπτουσῶν ἢ ὠφελουσῶν ἐξέτασιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ὁ πρὸς τοὺς Μεθοδικοὺς λόγος, καὶ πρῶτον οἷς συγχωροῦσι καὶ διαλλάττουσιν αἱρέσεις.

Ἐπεὶ οὖν ὡς ἐν κεφαλαίῳ ἀντειρήκαμεν τοῖς Ἐμπειρικοῖς, ἑξῆς πρὸς τοὺς Μεθοδικοὺς ῥητέον. χρὴ δὲ τὸν ἀντιλέγοντα αὐτοῖς, τὰ μὲν κοινὰ τῶν αἱρέσεων συγχωρεῖν, τὸ δὲ διάλλαττον ἐκείνων, ἀναιρεῖν. οἱ μὲν οὖν Ἐμπειρικοὶ, τὸ ἀπὸ ἐνδείξεως τὰ συμφέροντα λαμβάνεσθαι, πειρῶνται ἀδύνατον ἀποφαίνειν, ἀντιλέγοντες τοῖς Μεθοδικοῖς. ἡμεῖς δὲ, τὸ ἀπὸ ἐνδείξεως τὰ συμφέροντα λαμβάνειν δυνατὸν εἶναι συγχωρήσομεν. τὸ μέντοι ἀπὸ φαινομένων τὴν ἔνδειξιν γίγνεσθαι, οὐκ ἔτι συγχωρήσομεν αὐτοῖς. ἔτι κἀκεῖνο συγχωρήσομεν τοῖς Μεθοδικοῖς, τὸ, ἀπὸ συμπτωμάτων, μήθ' ἑνὸς, μήτε πλειόνων ἔνδειξιν γίγνεσθαι. ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἔτι συγχωρήσομεν, τὸ παντάπασιν ἄχρηστ' εἶναι τὰ συμπτώματα. δοκεῖ γὰρ ἡμῖν πολλάκις δηλωτικὰ γίγνεσθαι τὰ συμπτώματα, τῶν τὸ συμφέρον ἐνδείξασθαι δυναμένων, εἰς δὲ ἔνδειξιν παντάπασιν ἄχρηστ' εἶναι τὰ συμπτώματα. τοιούτους τινὰς οἱ Μεθοδικοὶ προφέρονται λόγους. φασὶ γὰρ ὅτι τῶν αὐτῶν συμπτωμάτων ὄντων, διαφερόντων δὲ τῶν παθῶν, ἐφ' οἷς τὰ συμπτώματα, οὐ τῇ αὐτῇ θεραπείᾳ χρώμεθα, οἷον ἐπὶ φρενίτιδος, τῆς τε κατὰ στέγνωσιν, τῆς τε κατὰ ῥοώδεις. καὶ πάλιν τῶν αὐτῶν ὄντων παθῶν, διαφερόντων δὲ τῶν συμπτωμάτων, τῇ αὐτῇ θεραπείᾳ φασὶ, χρώμεθα, ὡς ἐπὶ πλευρίτιδος, καὶ φρενίτιδος, ἐὰν ἀμφότερα κατὰ στέγνωσιν τὰ πάθη ὑπάρχῃ. ἐπεὶ οὖν καὶ αὐτῶν συμπτωμάτων ὄντων, διαφερούσῃ ἀγωγῇ χρώμεθα, καὶ διαφερόντων, ἔστιν ὅτε τῇ αὐτῇ, διὰ τοῦτο ἄχρηστα παντάπασιν εἶναι πρὸς θεραπείαν τὰ συμπτώματα. ἀναιρουμένων γὰρ τῶν παθῶν, συναναιρεῖται καὶ τὰ συμπτώματα, καὶ συνισταμένων, συνίσταται. καὶ διὰ τοῦτο, τὰ μὲν πάθη χρήσιμα εἶναί φασιν, ἐφ' οἷς συνισταμένοις ταῦτα γὰρ, καὶ λυομένοις, λύεται. τὰ δὲ συμπτώματα ἄχρηστα, οὐδεμίαν ἰσχὺν ἐπὶ αὐτῶν ἔχοντα. εἰ δὲ καὶ ἐνδείκνυσθαί φασι τὰ συμπτώματα, οὐδὲν συμφέρον, ἀλλὰ βλαβερόν τι μᾶλλον ἐνδείκνυται, ὡς ὁ πυρετὸς, τὸ ψύχειν, ἢ νὴ Δία γε προσφέρειν ποτόν, ἡ ἐπιθυμία οἴνου καὶ βαλανείου, τὸ διδόναι οἶνον, καὶ εἰς βαλανεῖον ἀπάγειν. ἐπεὶ οὖν, τὰ μὲν συμπτώματα ἤτοι οὐδὲν ἐνδείκνυται, ἢ οὐδὲν τὸ χρήσιμον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπιβλαβὲς, διὰ τοῦτο, τὰ μὲν συμπτώματα, φασὶ, διωθούμεθα. τὰ δὲ πάθη, ὡς τὸ συμφέρον ἐνδείξασθαι δυνάμενα, προσιέμεθα. ἐρωτῶσι δὲ καὶ τοιούτους τινὰς λόγους, πρὸς ἔνδειξιν τοῦ μὴ εἶναι τὰ συμπτώματα τῶν συμφερόντων. εἰ τὸ αὐτὸ, ἐναντίον οὐκ ἐνδείκνυται, οἱ δὲ δυσφοροῦντες ἐπὶ στεγνώσει καὶ ῥύσει, τῶν ἐναντίων δέονται· ἀπὸ δυσφορίας, ἔνδειξις τῶν συμφερόντων οὐ γίνεται. ἀναστρέψαι δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔστι τοῦτον τὸν λόγον, καὶ δεῖξαι ὅτι οὐδὲ πάθος ἐνδείκνυται οὕτως. εἰ οἱ στεγνούμενοι τὸ σῶμα ὑπὸ κρύους καὶ διαφθορᾶς, διαφόρων δέονται· τὸ δὲ αὐτὸ, διαφόρων ἐνδεικτικὸν οὐ γίνεται, οὐκ ὑποδείκνυσιν ἡ στέγνωσις τὸ συμφέρον. ἄλλως ἐρωτῶσιν οὕτως οἱ Μεθοδικοί. εἰ τὰ διάφορα, τὸ αὐτὸ οὐκ ἐνδείκνυται, οἱ δὲ πυρέσσοντες καὶ βήσσοντες, τὸ αὐτὸ, ἔστιν ὅτε ἐνδείκνυνται, ἀπὸ πυρετοῦ καὶ βηχὸς, ἔνδειξις οὐ γάρ. ἡμεῖς δὲ οὕτως ἀναστρέψομεν. εἰ καὶ οἱ στρεβλούμενοι, καὶ χαλώμενοι ὑπὸ χολῆς τῶν αὐτῶν δέονται,

CAPVT XXI.

Aduersus Methodicos disputatio, & primùm in quo consentiant & dissentiant sectæ.

QVoniam igitur ceu in summa Empiricis contradiximus, reliquum fuerit, vt ad Methodicos digrediamur. Conuenit porrò eum qui illis refragatur, quæ sectis communia sunt admittere, quod autem in illis diuersum est conuellere. Itaque Empirici vt ab indicatione sumantur remedia, fieri non posse contra Methodicos pronunciare conabuntur: nos autem ab indicatione auxilia peti concedemus, verùm ab apparentibus indicationem fieri, non item concedemus. Præterea & illud donabimus Methodicis, à symptomatum neque vno, neque pluribus indicationem fieri: illud autem non ita donabimus, symptomata prorsus esse inutilia. Videntur enim nobis subinde symptomata fieri indices eorum quæ, quod confert, possunt indicare: ad indicationem verò, prorsus esse inutilia symptomata. Huiusmodi quosdam sermones proferunt Methodici. Dicunt enim quòd quum eadem sint symptomata, differunt autem affectus in quibus sunt symptomata, non eadem curatione vtimur, vt in phrenitide, tum ea quæ ex astricto est, tum ea quæ ex fluxo. Ac contrà quum iidem sunt affectus, differunt autem symptomata, eadem, inquiunt, curatione vtimur, vt in pleuritide, & phrenitide, si vtræque ex astrictione affectus sunt. Quoniam igitur & quum eadem sunt symptomata, diuersa ratione medemur: & quum sunt differentia, interim eadem, idcirco symptomata ad curationem inutilia prorsus esse. Nam quum affectus tolluntur, symptomata etiam tolluntur: & quum consistunt illi, hæc quoque consistunt, ideóque affectus quidem vtiles esse pronunciant: ob quos constitutos, hæc generantur: solutos, soluuntur. Symptomata verò inutilia, nullam vim in iis habent. At si indicare symptomata dicant, nihil vtile, sed noxium quid potius indicant. Vt febris, refrigerare, aut per Iouem potum afferre: cupiditas vini & balnei, vinum dare & in balneum deducere. Quoniam igitur symptomata vel nihil indicant, vel nihil vtile, imò potius incommodum noxiúmque, idcirco symptomata quidem, inquiunt, astruimus: affectus autem, vt qui quod conducit, indicare possint, recipimus. Cæterùm proponunt eiusmodi quasdam rationes ad indicandum symptomata non esse vtilia. Si idem, contrarium non indicat: & qui ægrè ferunt astrictionem & fluorem, contraria requirunt: à tolerandi difficultate remediorum non fit indicatio. Verùm retorquere in ipsos hunc sermonem licet, ac ostendere ne affectum quidem indicare, hoc pacto. Si qui astrictum corpus habent à frigore, & corruptione, diuersis indigent: idem verò, diuersa non indicat; haud igitur ostendit constrictio id quod faciendum est. Aliter disputant Methodici in hunc modum. Si diuersa idem non indicat, febricitantes autem & tussientes, idem interim indicant: à febre & tussi indicatio non fit. Nos autem ita retorquebimus. Quòd si agitati laxatíque à bile, eadem desiderant,

diuersa

diuersa autem idem non indicat: ab astrictione & fluore id quod conducit, non ostenditur: huiusmodi igitur nonnulla vt indicent symptomata esse inutilia, Methodici proferunt.

τὰ δὲ διάφορα, τὸ αὐτὸ οὐκ ἐνδείκνυται, ἀπὸ στεγνώσεως καὶ ῥύσεως τὸ συμφέρον οὐχ ὑποδείκνυται. τοιαῦτα μὲν οὖν τινα πρὸς τὸ ἄχρηστα ἐπιδεῖξαι τὰ συμπτώματα, προφέρονται οἱ Μεθοδικοί.

CAPVT XXII.

Aduersus Methodicos symptomata vtilia esse probat.

NOs primùm sanè ostendemus quòd per ea quæ ipsi faciunt, fatentur symptomata non esse prorsus inutilia: vsus verò quem exhibent consequenter, vbi rationalem sectam exponemus, indicabitur. Quòd igitur vtilia ad curationem symptomata esse putent Methodici, hinc constabit. Volunt ipsi quomodocunque mente captos in tenebris decumbere, siue ob fluorem, siue ob astrictionem delirent: etenim lumen turbationem mentis augere arbitrantur: lethargicos non in eodem decumbere oportere dictitant, siue propter astrictionem, siue propter fluorem tam profundo somno corripiantur; tenebras enim putant vnà cum profunda animi in somnum delatione comprehendere. Quomodo igitur dicimus, si nihil symptomata indicant, eos qui ob astrictionem delirant, in tenebris collocant? quum hæ astrictionem intendant, ac contrà, eos qui ob fluorem lethargici sunt, in luce, quum ab hac fluor augescat? In huiusmodi enim negligere quidem prorsus affectus videntur, attendere autem nudis symptomatis. Quomodo igitur inutilia fuerint quæ tantam vim habere videntur, vt etiam negligere subiectos scopos cogant, & non solùm negligere, sed etiam contrarium efficere iis quæ à scopis indicantur? Etenim astrictio, laxare indicat: qui verò in tenebras delirantes concludunt, non laxant, sed astringunt è contrario, quum fluor deprimere indicet. At qui lethargicos ex fluore, in lucem deducunt, iisdem fluorem augent. Ad hæc respondent, non quia symptoma hoc indicat, hæc assumimus, sed quoniam è contrario symptoma nobis indicabatur, ac nihil prohibet assumere quod scopus ostendit. Etenim quod contraindicatur, dicunt ostendere quidem id quod confert, non autem permittere fieri quod affectus suggerit. Ad hoc nos dicimus, si quæ è contrario indicant inutilia sunt, etiam virtus quæ non sinit frequenter quod scopus indicat assumere, erit inutilis: sed virtutem inspicere conuenit, quum vtile quippiam vobis inde ad curationem proficiscatur, etsi contrà etiam indicet virtus; sicut igitur vim contraindicantem vtilem esse censetis, necessarium est vobis etiam symptomata fateri esse vtilia. Ad hoc etiam ridiculè tenebras in phreneticis assumunt; si enim tenebræ astrictionem adaugent, intensa item astrictio mentis turbationem auget; siquidem intenduntur augentúrque symptomata, affectibus nimirum contrarium facientibus quàm conuenit; aucta enim affectum adaugent, & mentis turbationem; itaque de symptomatis talis est disputatio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒʹ.

Πρὸς τοὺς Μεθοδικοὺς εἶναι χρήσιμα τὰ συμπτώματα.

ΗΜεῖς δὲ πρῶτον μὲν ἐπιδείξομεν ὅτι δι' ὧν πράττουσιν αὐτοὶ, ὁμολογοῦσιν μὴ εἶναι ἄχρηστα παντάπασι τὰ συμπτώματα. τὴν δὲ χρείαν, ἣν παρέχεται τὰ συμπτώματα, προηγουμένως ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς Λογικῆς αἱρέσεως ἀποδείξομεν. ὅτι τοίνυν χρήσιμα πρὸς θεραπείαν τὰ συμπτώματα νομίζουσιν εἶναι οἱ Μεθοδικοὶ, ἐκ τῶνδ' ἂν γένοιτο δῆλον. ἀξιοῦσιν αὐτοὶ τοὺς ὁπωσοῦν παραπαίοντας ἐν σκότῳ κατακλίνειν, ἐάν τε διὰ ῥύσιν, ἐάν τε διὰ στέγνωσιν παραπαίωσιν, τὸ γὰρ φῶς οἴονται παραύξειν τὴν παρακοπήν. τοὺς δὲ ληθαργικοὺς, οὐκ ἐν αὐτῷ κατακλίνειν φασὶ δεῖν, ἐάν τε διὰ στέγνωσιν, ἐάν τε διὰ ῥύσιν καταφέρωνται. τὸ γὰρ σκότος οἴονται συλλαμβάνειν τῇ καταφορᾷ. πῶς ποτ' οὖν, φαμὲν, εἰ μηδὲν ἐνδείκνυται τὰ συμπτώματα, τοὺς διὰ στέγνωσιν παραπαίοντας, ἐν σκότει κατακλίνετε, τοῦ σκότους ἐπιτείνοντος τὴν στέγνωσιν; καὶ πάλιν τοὺς διὰ ῥύσιν ληθαργικοὺς, ἐν αὐγῇ, ὑπὸ ταύτης ἐπιτεινομένης τῆς ῥύσεως. ἐπὶ γὰρ τῶν τοιούτων, ἀμελεῖν μὲν ἐοίκασι παντάπασι τῶν παθῶν, προσέχειν δὲ ψιλοῖς τοῖς συμπτώμασι. πῶς οὖν εἴη ἂν ἄχρηστα, ἅγε τοσαύτην φαίνεται ἰσχὺν ἔχοντα, ὥστε καὶ ἀμελεῖν ἀναγκάζει τῶν ὑποκειμένων σκοπῶν, καὶ οὐ μόνον ἀμελεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον πράττειν τῶν ἀπὸ τῶν σκοπῶν ἐνδεικνυμένων; ἡ μὲν γὰρ στέγνωσις, χαλᾶν ἐνδείκνυται· οἱ δ' εἰς τὸ σκότος παραπαίοντας συγκλείοντες, οὐ χαλῶσι, στεγνοῦσι δὲ τὸ ἐναντίον, καὶ τῆς ῥύσεως στέλλειν ἐνδεικνυμένης. οἱ δὲ τοὺς διὰ ῥύσιν ληθαργικοὺς εἰς αὐγὴν ἄγοντες, τοῖς αὐτοῖς ἐπιτείνουσι τὴν ῥύσιν. πρὸς ταῦτα λέγουσιν· οὐκ ἐπειδὴ τὸ σύμπτωμα ἐνδείκνυται, ταῦτα παραλαμβάνομεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀντεδείκνυτο ἡμῖν τὸ σύμπτωμα, καὶ οὐ κωλύει παραλαμβάνειν, ὅπερ ὁ σκοπὸς ἐπιδείκνυσι. τὸ γὰρ ἀντιδεικνύμενον λέγουσιν, ἐνδείκνυσθαι μὲν τὸ συμφέρον, μὴ ἐπιτρέπειν δὲ πράττειν, ὅπερ ὑπαγορεύει τὸ πάθος. πρὸς τοῦτο φαμὲν ἡμεῖς, ὅτι εἰ τὰ ἀντιδεικνύμενα, ἄχρηστά ἐστι, καὶ ἡ δύναμις, ἡ μὴ ἐῶσα πολλάκις ὃ ἐνδείκνυται ὁ σκοπὸς, παραλαμβάνειν, ἄχρηστος ἂν εἴη. ἀλλὰ τὴν δύναμιν ἐπισκοπεῖν δεῖ, χρησίμου τινὸς ἡμῖν ἐξ αὐτῆς εἰς θεραπείας παραγενομένου, καίτοι ἀντενδείκνυται καὶ ἡ δύναμις. ὥσπερ οὖν τὴν δύναμιν ἀντενδεικνυμένην εὔχρηστον εἶναι νομίζετε, ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑμῖν καὶ τὰ συμπτώματα ὁμολογεῖν χρήσιμα εἶναι. πρὸς τούτῳ δὲ, καὶ γελοίως τὸ σκότος ἐπὶ τῶν φρενιτικῶν παραλαμβάνουσιν. εἰ γὰρ τὸ σκότος ἐπιτείνει τὴν στέγνωσιν, ἐπιτεινομένη δὲ ἡ στέγνωσις ἐπιτείνει τὴν παρακοπὴν, ἐπιτείνεται γὰρ καὶ αὔξεται τὰ συμπτώματα τοῖς πάθεσιν, δηλονότι τὸ ἐναντίον πράττουσιν, ἢ δεῖ. παραύξοντα γὰρ τὸ πάθος, παραύξουσι καὶ τὴν παρακοπήν. ὁ μὲν οὖν περὶ τῶν συμπτωμάτων τοιοῦτός ἐστι λόγος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ὅτι οὐκ ἐνδείκνυται τὰ πάθη τὸ συμφέρον.

ΟΤΙ δὲ οὐκ ἐνδείκνυται τὰ πάθη τὸ συμφέρον, ὡς οἴονται οἱ Μεθοδικοί, δι' ὧν αὐτοὶ ἐπειρῶντο ἀποφαίνειν ἄχρηστα τὰ συμπτώματα, διὰ τῶν αὐτῶν ἡμεῖς, ὅτι μηδ' ἐνδείκνυται τὰ πάθη τὸ συμφέρον, ἀποδείξομεν. φαμὲν γὰρ ὅτι τῶν αὐτῶν ὄντων παθῶν, διαφερουσῶν δὲ τῶν αἰτιῶν, οὐ τῇ αὐτῇ θεραπείᾳ χρώμεθα. ἰσχουρία γὰρ ἕν τι πάθος ἐστὶν, ἀλλ' ἂν μὲν διὰ λίθον γίνηται, λιθοτομοῦμεν, ἂν δὲ διὰ φλεγμονὴν, καταπλάττομεν, ἂν δὲ δι' ὑπερδιάτασιν κύστεως, καθετῆρι χρώμεθα, ἢ ὥσπερ ὁ Ἐρασίστρατος, ἀναστήσαντες ἐπὶ γόνατα τὸν ἀρρωστοῦντα, ἀφρονίτρῳ ἄκρον τοῦ οὐρητῆρος προσαψάμενοι, καὶ τὰ ἑξῆς. εἰ δέ γε ἀπὸ τῶν παθῶν αἱ ἐνδείξεις τῶν συμφερόντων ἐγίγνοντο, τοῦ αὐτοῦ ὄντος πάθους, καὶ συμφέροντος αὐτοῦ αἱ αὐταὶ ἐνδείξεις ἐγίγνοντο. οὐ γίνονται δέ, οὐκ ἂν τὰ διαφέροντα πάθη τὸ αὐτὸ ἐνεδείκνυτο. νυνὶ δέ, τῆς μὲν αὐτῆς οὔσης αἰτίας, τῶν δὲ παθῶν διαφερόντων, τὴν αὐτὴν θεραπείαν παραλαμβάνομεν. χολέρα γὰρ, καὶ ἴκτερος, διαφέροντα πάθη, σχεδὸν ὁμολογοῦσι καὶ αὐτοὶ, ὅτι τὸ μὲν στεγνὸν, τὸ δὲ ῥοῶδες, ἀλλ' ἐπ' ἀμφοτέρων κένωσιν παραλαμβάνομεν. ἐπεὶ οὖν ἀναιρουμένων τῶν αἰτιῶν, συναναιρεῖται καὶ τὰ παθήματα, καὶ συνισταμένων, συνίσταται. καὶ ἔτι διαφόρων μὲν ὄντων τῶν αἰτιῶν, κἂν τὰ αὐτὰ πάθη ᾖ, διαφόρῳ χρώμεθα τῇ θεραπείᾳ. τῶν δ' αὐτῶν ὄντων αἰτιῶν, κἂν τὰ πάθη διάφορα ᾖ, τῇ αὐτῇ θεραπείᾳ χρώμεθα. διὰ τοῦτο, τά τε πάθη, καὶ τὰ αἴτια, καὶ τοὺς πεπονθότας τόπους ἐξετάζομεν. ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῶνδε ἀποδεῖξαι, τὸ ὅμοιον ὑπὸ διαφερουσῶν αἰτιῶν, τὸ αὐτὸ πάθος γιγνόμενον, οἷον στεγνόν. πῦρ τε γὰρ προσπεσὸν, ἀποπυκνοῖ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κρύος ὁμοίως. ἀλλά καί τοι τοῦ αὐτοῦ πάθους ὄντος, διαφόρῳ θεραπείᾳ χρώμεθα, διὰ τὴν διαφορὰν τῶν αἰτιῶν. τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ πυρὸς, καταντλήσεσι καὶ καταπλάσμασι τοῖς τὰς ἐσχάρας ἀποστῆσαι δυναμένοις ἰώμεθα. τὸ δ' ἀπὸ κρύους, πυριάμασι, γογγύλης ἀποξέσμασι, καὶ ὁμοίοις τισίν. εἰ δὲ χαλαστικὴν φήσουσιν ἐπ' ἀμφοτέρων καὶ τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν παραλαμβάνεσθαι, φήσομεν, ὅτι εἰ μηδὲν διαφέρουσα ἡ ἀγωγὴ, καὶ ἐναλλάττοντες, οὐδὲν ἁμαρτήσομεν. ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπὸ πυρὸς πυριάσομεν τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὸν ἀπὸ κρύους καταπλάσομεν, καὶ τοῖς πρὸς τὰς ἐσχάρας ποιοῦσι φαρμάκοις χρησόμεθα ἐπ' αὐτοῦ. ἀλλ' οὐ ποιοῦμεν τοῦτο, βλάπτονται γὰρ, διόπερ οὐ τὴν αὐτὴν θεραπείαν εἶναι ῥητέον. ἔτι καὶ τὸ αὐτὸ αἴτιον διάφορα ἀποτελεῖ πάθη, διὰ γὰρ πλῆθος οἱ μὲν φλεγμαίνουσιν, ἡ δὲ φλεγμονὴ, στέγνωσίς ἐστιν. ἄλλοι δ' αἱμορραγοῦσιν, αἱ δ' αἱμορραγίαι ῥύσεις εἰσὶ, ἀλλὰ παρὰ τὴν διαφορὰν τῶν παθῶν, οὐκ ἐξαλλάσσεται ἡ θεραπεία. κένωσις γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρων λύσις, ἐναντία τῷ πάθει. οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἀποτελούντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀποτελουμένων, ὡς καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι, χρὴ τὰς ἐνδείξεις γίνεσθαι. τὰ δὲ πάθη, παραδέχονται μὲν ὡς αἴτια οἱ Μεθοδικοί, ἐπειδὴ τῶν συμπτωμάτων ἐστὶ ποιητικὰ, ἀλλ' οὐχὶ ὡς αἴτια εἶναι, φασὶν, ἐνδείκνυται, ἀλλ' ὡς κοινότητες. οὐδὲν δὲ κωλύει τὸ αὐτὸ, φασὶ, καὶ ὡς αἴτιον εἶναι, καὶ ὡς κοινότητα, καὶ ὡς ἕτερα. ὡς γὰρ τὸ μῆλον, γευστὸν, καὶ ὁρατὸν, καὶ ἁπτόν ἐστιν, ὅταν δὲ λέγωμεν γλυκὺ εἶναι, οὐ καθ' ὅσον τῇ ἁφῇ ὑποπίπτει, γλυκὺ λέγομεν. οὕτω καὶ τὰ πάθη, οὐδὲν κωλύει εἶναι μὲν ἑτέρων ἀποτελέσματα, εἶναι δὲ καὶ ποιητικά τινων.

CAPVT XXIII.

Ab affectibus vtilem indicationem non sumi.

QVòd autem affectus id quod conducit non indicant, vt arbitrantur Methodici, quibus ipsi rationibus symptomata inutilia declarare conabantur, iisdem nos quòd neque affectus id quod confert indicant, ostendemus. Dicimus enim quum iidem affectus sunt, diuersæ autem causæ, non eadem nos vti curatione. Vrinæ retentio vnus affectus est, verùm si quidem ex calculo orta est, excisionem ipsius molimur: sin autem ex inflammatione, cataplasmate obducimus: quòd si ex immoderata vesicæ tensione, cathetere vtimur: vel quemadmodum Erasistratus ægrotante in genua erecto, aphronitro extremum vreteris, attingimus: & quæ sequuntur. At si ab affectibus indicationes auxiliorum fiunt, quum idem est affectus, etiam remedij eiusdem eædem fiunt indicationes: non fiunt autem, si diuersi affectus idem indicarent. Nunc quum eadem est causa, affectus autem diuersi, eandem curationem assumunt. Cholera enim & icterus diuerses affectus esse, etiam ipsi ferè concedunt, quoniam hic astrictus, ille fluxilis est: attamen in vtrisque vacuationem assumimus. Quoniam igitur causis sublatis tolluntur etiam simul affectus, & consistentibus illis, hi consistunt, etsi iidem sint affectus, diuersa tamen vtimur curatione. Causis porrò iisdem subsistentibus, etsi affectus sint diuersi, eadem curatione vtimur. Idcirco affectus, causas, & locos affectos examinamus. Iam ex his licet ostendere simile, à diuersis causis eundem gigni affectum, nempe astrictum. Ignis enim elapsus superficiem densat, item frigus similiter: attamen licet idem sit affectus, diuersa tamen vtimur curatione, propter causarum differentias. Etenim ex igne orto affectui perfusionibus & cataplasmatis, quę crustas separare possunt medemur: ex frigore autem cõtracto, fotibus, linimentis, abrasionibus, similibúsque. At si laxatoriam in vtrisque proferant eandémque curationem, dicemus quòd si nihil euariat curandi ratio, etiam si immutemus nihil peccabimus. Imò etiam ab igne læsum iisdem fouemus, & à frigore affectum oblinimus, ac iis quæ crustas faciunt medicamẽtis vtemur in ipso. Verùm non hoc facimus, quippe offenduntur; quapropter non eadem esse curatio dicetur. Præterea eadem causa diuersos efficit affectus; nam ex plenitudine alij inflammationem experiuntur, inflammatio autem astrictio est: alij sanguinem profundunt, sanguinis autem profluuium, fluor est: sed præter affectuũ differentiam curatio non mutatur. Nam vacuatio, in vtrisque solutio, affectui contraria. Non enim ab efficientibus, sed ab his quæ fiunt, vt etiam ipsi fatentur, indicationes fieri oportet. At affectus quidem recipiunt, vt causas Methodici, quoniam symptomatum sunt effectrices. Verùm non vt causæ sint, inquiunt, indicant, sed vt communitates. Nihil autem vetat idem, inquiunt, & vt causam esse, & vt communitatem, & vt alia. Sicut enim malum gustabile, visibile, & tangibile est; at quum dicimus dulce esse, non quatenus tactui occurrit, dulce appellabimus: ita & affectus, nihil prohibet aliorum sanè esse opera, quorundam etiam esse opifices.

Quum

Quum verò, inquiunt, indicare ipsos dixerimus, neque quâ opera sunt, neque quâ opifices quorundam indicare pronunciamus, sed vt communitates. Quemadmodũ itaque symptomata Methodici, eo quòd eadem, à diuersis fiunt, & ab iisdem diuersa, nullũ indicare præsidium dictitant: ita & nos quum videamus à diuersis causis eosdem oriri affectus, & ab iisdem diuersos, inutiles ipsos ad auxiliorum indicationẽ esse pronunciamus. Non enim vnus indicat semper idẽ, alioqui difficultate vrinæ orta eadem semper vteremur curatione. Vt igitur ipsi ruborem non indicare dicunt speciem esse operis arbitrantes: sic nos quoque affectus inutiles esse ad indicationem affirmamus, nunc sanè causarum, nunc operum: etsi aliquis aduersus ipsos dicere possit, quomodo rubor alterationẽ ipsius nõ indicat; etenim & communitatem ab ea spectari, vt quæ in pluribus diuersis cernatur. Est autem communitas, idem in pluribus. Si igitur & indicat, & commune est plurium, cur non ab hoc & huiusmodi symptomatis manifestò apparentibus, indicationes facitis, sed ab affectibus, astrictione & fluore nequaquam apparentibus? Ac quia nõ ostenditur qui affectus sit, maximè ridiculum est dicere affectum esse insensibilem. Si igitur fluor & astrictio solæ essent cõmunitates, aliquid probabile haberent dicere, has solas indicare: quoniam & symptomata plurium sunt communia, quidni etiam à symptomatis auxiliorum fit indicatio? Illi autem, inquiunt, eo quòd communitates nõ sunt proximæ, & necessariæ medicis, idcirco symptomata auersamur. Quum enim iidem sunt affectus, differentia autem symptomata, eadem curatione vtimur: & quum differunt affectus, diuersa vtimur medendi ratione, vt alibi comprehensum est. Hac de causa etiam nos quum videamus, dicemus in affectibus quoque simile accidere, quod vos in symptomatis obseruastis, vt inutilia nunc ipsa auersemur. Ex superfluo enim est & hoc astruere, quòd affectuũ comprehensio sit inutilis; sufficit enim ad curationem causæ comprehensio, loci qui molestatur agnitio, virtutis mensura: sin autem astrictio, aut fluor, superfluum (dico) est comprehendere. Sed hæc quidem ratio facilè postea explicabitur, vbi ostenderimus quem vsum affectuum comprehensio exhibeat.

ΟΤΙ δὲ γελοῖόν ἐστιν οἴεσθαι ἐκ τῆς σταλτικῆς ἀγωγῆς δυσπάθειαν τοῖς σώμασι περιγίνεσθαι, δι' ἧς πυκνοῦσθαι καὶ στέλλεσθαι τὰ σώματα, ἐντεῦθεν ἄν τις μάθοι. εἰ ἡ πύκνωσις καὶ ἡ συστολὴ καὶ ἡ σκληρότης τῶν σωμάτων, δυσπαθείας ἦν αἰτία, οἱ φλεγμαίνοντες, καὶ ἐσκιρρωμένοι, καὶ τὸ δέρμα σκληρὸν, καὶ πεπιλημένον ὑπὸ τῆς ἐσχάτης ἐνδείας ἔχοντες, δυσπαθέστεροι ἂν ἦσαν τῶν ὑγιαινόντων. οἱ γὰρ ὑγιαίνοντες, μαλακώτερα καὶ ἀραιότερα τὰ σώματα ἔχουσι, καὶ μᾶλλον γε ὅσον ἂν ὑγιαίνωσιν. ἔτι εἰ τῇ σκληρότητι ἡ δυσπάθεια ἐκρίνετο, τοὺς γέροντας σκληρότερα τὰ σώματα τῶν παίδων ἔχοντας, δυσπαθεστέρους ἔδει νομίζεσθαι. εἰ γὰρ, ἥνπερ οἱ Μεθοδικοὶ, ἐκ τέχνης δυσπάθειαν φασι περιποιεῖν, ταύτην ἐκ φύσεως ἔχουσι, πῶς οὐκ εὔλογον ἦν δυσπαθεστέρους εἶναι τῶν νέων;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ'.

Πῶς δεῖ διακρίνειν τὴν τοῦ σώματος δυσπάθειαν καὶ περιποιεῖν αὐτήν.

ΑΓνοοῦσι δ' οἱ Μεθοδικοὶ, πῶς δεῖ διακρίνειν ἀνθρώπου δυσπάθειαν, διόπερ οὐδὲ περιποιεῖν αὐτὴν δυνήσονται. οὐ γὰρ ὥσπερ λίθου καὶ σιδήρου, καὶ ξύλου, καὶ τῶν ὁμοίων, τῇ σκληρότητι, καὶ ἁπαλότητι κρίνειν τὴν τῶν ἀνθρώπων δυσπάθειαν χρὴ, ἀλλὰ τῷ ἱκανὰ εἶναι τὰ σώματα τὰς ἑαυτῶν χρείας παρέχεσθαι ἀνεμποδίστως. τῷ γοῦν βουλομένῳ περιποιεῖν δυσπάθειαν, οὐχὶ δεῖ σκοπεῖν, ὅθεν σκληρὸν τὸ σῶμα ἔσται, ἀλλ' ὅθεν αἱ δυνάμεις τῶν μερῶν παραυξηθήσονται. καὶ τὰ μέρη, ἀνεμποδίστως τὰς ἰδίας χρείας παρέξεται.

aut qualitatem quandam obtinent, aut non. Dicere itaque morborum principia qualitatis esse expertia, ridiculum est; non enim in sensum caderent, nisi qualitatem haberent. Vel igitur principiorum qualitas diuersa est à singulis affectibus, vel vniuscuiusque principij qualitas indifferens eiusdem affectus existit. Si igitur diuersa est à principiis qualitas, apparet quædam hæc ab affectu alia communitas, quam illi omiserunt. At si eadem est vtriusque principij qualitas, quæ & eiusdem affectus, cur non in morborum initio ad astrictionem quidem laxante ratione, ad fluorem astringente vtemur? Absurdum enim nos aduersus principium diuerso modo pugnare, quasi non eandem cum affectu, cuius principium est, qualitatem obtineat.

CAPVT L.

Non densitate ac duritie reddi corpora firmiora.

PORrò quòd ridiculum sit putare ex astringente curandi ratione patiendi difficultatem corporibus obnasci, quâ corpora densantur comprimunturque, hinc disceret aliquis. Si densatio, contractio, & corporum durities patiendi difficultatis sunt causæ, inflammati, scirrho indurati, & cutem duram densámque præ extrema inedia habentes, difficilius quàm sani afficerentur. Etenim sani molliora rarioráque corpora obtinent, ac quanto magis sani sunt. Insuper si duritie patiendi difficultas iudicaretur, senes qui durius quàm pueri corpus obtinent, firmiores censeri oportebat. Si enim quam Methodici ex arte difficultatem patiendi dicunt moliri, hanc ex natura obtinent, quomodo non erat consentaneum, senes minus iuuenibus esse affectibus obnoxios?

CAPVT LI.

Quomodo corporis robur noscendum sit, atque comparandum.

AT ignorant Methodici, quomodo hominis ad patiendum difficultatem discernere conueniat, ideoque neque moliri ipsam poterunt. Non enim vt lapidis, ferri, ligni, & similium duritie & mollitie patiendi difficultatem hominum iudicare conuenit: sed eo quòd corpora suos ipsorum vsus citra impedimentum præstare abundè queant. Qui igitur firmitatem moliri volet, ei non venit considerandum, vnde corpus durum erit, sed vnde partium facultates adaugescent, ac partes liberè proprios vsus exhibebunt.

FRAGMEN-

FRAGMENTVM GALENO ASCRIPTVM SEV SERMO ADVERSVS EMPIRICOS MEDICOS.

* ſeptimum adhuc inſpicere deſideras, & octauum, ac omninò complura deinceps. Quid igitur adhuc calumniaberis, & inconſtantem eſſe experientiam affirmabis, & ad id quod ſæpiſſimè fit, interminatam, ac ſuſpectam pronunciabis: Quibus inſiſtet dicens. Haud inuenire potes, vt nos magis, quàm teipſum deiicias; quin mihi videris, vt teipſum magis. Nam quum duo ſint, alter, qui per ſolam obſeruationem aliquid inueniri dicat, quod & ego ſanè volo, ac vos, inuiti licet, confitemini tamen; alter qui quomodo, quod equidem, nec poſſibile, nec vtile eſſe aſſero, tuum profectò reliquum eſſet munus id inuenire. Et, quia dubium eſſe id affirmas, ſophiſmate teipſum deiicies: nos verò nequaquam iniuria afficies. Non enim, quomodo vnumquodque artificioſum fit, certamen nobis eſt, ſed, quòd fiat ſolummodo; quòd ſanè euidenter conceſſum habemus. Tu verò, qui cauſas curioſè inquiris, debes & illud, quomodo, docere. Sed contra, quàm deceat, procedere videris, nec ſecus facere, ac illi, qui, quoniam, quomodo videant, ignorant, nequaquam videre fatentur; & quia etiam, quonam pacto generentur, quæ generantur, & corrumpantur, quæ corrumpuntur, & moueantur, quæ mouentur ignorant, iccirco, nec generationem, nec corruptionem, nec motum relinquunt. At quòd maxima vniuerſæ rationis vituperatio ſit, aduerſus euidentia pugnare, quis eſt, qui neſciat? Nam qui incipere non poteſt, ſine euidentia, quo modo is fidelis ſit, quum aduerſus id, à quo principia ſumpſit, ſit audax? Hoc etiam quum vidiſſet Democritus, quādo apparentia vituperabat, vbi dixiſſet, *Lege color, lege dulce, lege amarum; vera autem atomus, & vacuum*; finxit ſenſus aduerſus cogitationem in hunc modum loqui. *Miſera mens, quæ quum à nobis fidem aſſumpſeris, nos deiicis; at quum nos deiicis, tu ipſa cadis.* Quum igitur deceret rationem infidelitatis condemnare, nimirum, quæ adeo parua ſit, vt etiam, quæ inter ipſas eſt probabiliſſima, cum apparentibus, à quibus incepit, pugnet, vos contrarium agitis; quippe ea damnatis, quæ rationem quidem habent, vt fiant, ſed, vt ratio vult, non fiunt. Mihi verò hoc ipſum maxima rationis reprehenſio eſſe videtur. Quis enim ſanæ mentis de rebus obſcuris illi credat, quæ adeo praua eſt, vt euidentibus contraria ſtatuat? Multis certè adhuc indigent Empirici, vt id, quod volunt, aſſequantur, etiam ſi hoc ipſis conceſſerimus. Niſi enim, quæ adhuc ſuperſunt abſurda, memoratis paria oſtendero, nullum etiam profectò iſtorum mihi commodum vtilitatémve eſſe volo. Tu igitur, certò ſcio, demiratus es non mehercle noſtram, ſed Empiricorum fatuitatem, ſi quum in tot rebus tot cōceſſa aſſumpſerint, nihil tamen plus habent; ſed alter error haud minor prioribus, ipſos excipit, exquiſita nimirum ignorantia, ac excellens quædam impudentia, ac ſtupiditas ipſam ferè pecudum ſtoliditatem ſuperans. Qui, quum neque à quo incipiant, habeant, nec ſi hoc ipſis detur, ſæpiſſimè ſimili modo aliquid videre poſſint, nec tot etiam myriadas, ipſas nimirum ægrotantium diuerſitates videre, vel recordari, vel ſcribere poſsint, (nam, quæ Bibliotheca tantam hiſtoriam caperet? quæ anima tot rerum memoriā exciperet?) ipſi tamen nec ita ſentiunt, quòd ſe ipſos deludendo hæc concedant, ſed tanquam hæc firma, ac certa eſſent, adhuc de ſequentibus contendant. Ego igitur non ob illos, quippe ſuperuacaneum eſt cum lapidibus diſſerere, ſed vt ſermonem finiam, euidenter monſtrabo, quòd, quamuis etiam ſæpiſſimè ſimili modo aliquid conſpici concedatur, nullum tamen ex hoc theorema artificioſum conſtituent. Et certè nequaquam opineris me Platonis ratione vti, quòd ſi quod ſtudium (id eſt ἐπιτήδευσις) naturam materiæ, circa quam verſatur, cognoſcit, id ſanè ars eſt, ſi non cognoſcit, τριβὴ, id eſt exercitatio quædam, & experientia; ars autem nequaquam: *Ego enim* (inquit ipſe) *artem haud voco rem, quæ ſine ratione eſt*, hac namque Platonis ratione non vtor, non quia vera non ſit, inſanirem enim, ſi hæc dicerem, ſed quia Empiricorum impudentia etiam hoc admittit; nec ſibi ipſis curæ eſſe dicunt, ſi huius rei gratia ſuum ipſorum ſtudium, non artem, ſed aliud quid appellem. Quænam igitur erunt meæ rationes? Primùm ergo ab illis ipſis quoque ſumptiones ſunt conceſſæ. Si enim obſeruatio eorum, quæ ſæpiſſimè ſimili modò viſa fuere, ab ipſis, arbitror, Empiria, hoc eſt experientia, appellatur, componitur autem ex multis ſingularibus, ipſum autem ſingulare inartificioſum eſſe dicunt, fuerit ſanè, quòd ſæpiſſimè fit, ex multis inartificioſis compoſitum. Et ita ratiocinatio procedet. Si ſingulare eſt inartificioſum; id verò quòd ſæpiſſimè fit, ex multis ſingularibus eſt compoſitum; igitur id, quod ſępiſſimè fit, eſt inartificioſum: atqui ſingulare eſt inartificioſum; ergò & id quòd ſæpiſsimè fit. At fortè nec quod dicimus ſe ſcire dicent; quippe ſe tum alias diſciplinas, tum dialecticen fugere concedunt. Si placet, hanc à nobis ipſis dictam rationem omittamus; aliam verò quampiam eiuſcemodi eos interrogemus. Nunquid ô Empirici, id quod ſæpiſſimè fit, quotiéſnam fiat nobis dicere poteſtis? volumus enim, & nos per obſeruationem, ſicuti & vos ipſi ſcire. Vt igitur non aberremus, menſura eius, quod decens eſt, non ſeruata, putantes, vel ante ſufficientem ipſius inſpectionem ad finem venire, vel vltra quàm conueniat, extendi ob menſuræ ignoratione, vobis egemus, nobis menſuram

ostendite, vt & ipsi aliquid ex obseruatione discamus. O stulte, inquit ridens, non est in ipsis vna omnium mensura, sed in vno quoque alia. Tu verò non secus interrogasti, ac si quis vellet, vt sutor, quodnam illud sit calapodium, quo omnes calceat, docere. Neque enim pedum vna est mensura; inæquales namque sunt. Nec hîc etiam sanè vna rerum est mensura; differentes enim sunt. Ego porrò responsionem lubens accipio, atque approbo, multóque magis ei acquiesco, quàm si vnam esse omnium mensuram promisisset dicere; tunc enim quoque suspicarer, si quum res multum inter se differant, vnam ipsis mensuram inducere pollicitaretur. Nunc autem, si in vnaquaque re proprium quid, ac peculiare ostenderit, eum veritatem valde assecuturum sperauerim. Quocirca à simplicioribus incipiens interrogabo. Si videro aliquem, cui cerebri inuolu- A crum sit vulneratum, quotiésnam exquisitè scire potero, vtrum ipse semper, aut plerumque, aut rarò, aut ambiguè moriturus sit? At nullus ipsorum, nec ore respondens nobis, nec scriptis mandans, mensuram docuit. Num ergo non habent aliquid in vnoquoque terminatum? Quòd igitur iam eorum res pessum eunt, omnibus est compertum. Sed consequens deinceps fuerit, quemadmodum à principio cum ipsis disputauimus, æquóque animo congressi fuimus, adhuc etiam nunc singulatim nos considerare, vtrum ab illis ignoretur mensura eius quod sæpissimè fit, ipsa verò in rerum natura sit; an B nequaquam constitui possit, vt aliqua sit mensura in eo quod sæpissimè fit; an ipsa factura sit id nunc artificiosum esse, quum priùs minimè esset artificiosum. Ego igitur sæpe hoc consideraui, nec certè ex tempore.

* * * * * * * *

GALENI DE SVBFIGVRATIONE EMPIRICA.

CAPVT I.

De Empiricorum nomenclatura.

OMNES Empiricæ sectæ cultores cognomen ab Hippocrate ductum renuentes, ab animi affectu denominari maluerunt, quemadmodum, & philosophi, quos, quòd de singulis considerent, scepticos Græco nomine appellant. Ergo non sicut cæteri Medici Hippocratici, aut etiã Asclepiadei, Praxagorei, Erasistratei, ita & ipsi Acronei ab Acrone primo Empiricæ disciplinæ scriptore, vel à Critone, Philistione, Serapione cognomenta traxere, qui Acrone quidem iuniores, reliquis autem Empiricis vetustiores habentur. Atque hæc quidem quantum ad cognomen attinet, dicta sint. In Empiricorum verò doctrina summa cautio est, ne quis vllo pacto ab indicatione quidpiam inueniri opinetur; neque enim veluti Rationales: medicam artem indicatione simul, & experimento constare putant, sed experientiæ totam inniti, quam ex eorum obseruatione, quæ sæpe simili modo obtigere, conflari affirmant. Hanc ego tibi Empiricæ sectæ disciplinam, quæ qualisue sit, si modò mentem adhibueris, compendio clarissimè colligam. Tu verò, quæ deinceps dicturus sum, tanquam ab Empirico dicta suscipies.

CAPVT II.

Quotuplici experientia Empirici Medici nitantur.

MEdicam artem non ab indicatione, sed ab experientia tantùm constitutam asserimus. Experientiam verò appellamus, quam à se quispiam intuitu ipso deprehenderit, sicut indicationem, quam rationis discursu assecutus fuerit: vt enim nos sensus ad experientiam, ita ratio ad indicationem Dogmaticos inducit. At cognitio, quæ ex intuitu habetur, vel fortuita est, vel consulta. Fortuita appello, quæ sine humano consilio, vel casu, vel natura eueniunt; casu, vt si quis, A cui occipitium dolore afficiatur, deciderit, atque inde vena recta frontis incisa, sanguinéque effuso iuuetur; natura, vt si febricitanti sanguis per nares effluxerit, statímque desinat febris. Consulta ab intuitu cognitio est, vt si quis in febre perditè sitiens, ad bibendam aquam, vel mala punica edenda coactus, febrem euaserit; vel in monte aliquis à serpente ictus, herbam quęcumque sibi fuerit oblata, vulneri adhiberi placuerit, sanitatémque inde recuperauerit. Sed imitatione experientia comparatur, vbi quispiam imitatur, quod semel, aut bis, aut etiam frequenter effectum conspexerit, non ita tamen frequenter, vt iam semper ex alio B consequatur; sufficit enim vel plerumque, vel vtrouis modo, vel rarò contingere. Est alia quoque τριβική, quasi iam trita experientia, quam ab experimentali disciplina ducta soli artifices vsu exercent. Experimentalem verò disciplinam vocamus eorũ habitum, quæ ita frequẽter apparuerunt, vt iam inde theoremata sint comparata, perceperimúsque, nunquid illa semper, aut plerumque, aut vtrouis modo, aut rarò euenire soleant; tot enim id est quatuor, sunt theorematum differẽtiæ; propterea & theorema vocamus habitum rei, quã sæpè viderimus quum euentus oppositi distinctione, vt si sit aliquid, quod semper contingit, sciamus eius oppositũ C nunquam euenire, quod verò plerumque accidit, illius oppositũ, aliquando quidem, sed rarò contingere. At eius quod vtrouis modo est, æqualẽ esse oppositi euentũ, sicut illius, quòd rarò accidit, cõtrarium plerumque apparere. Quæ verò huiusmodi distinctionibus perspecta nõ habuerimus, eorum notitiam confusam imperfectámque haberi, quæ nullo pacto experimentalis disciplinę pars appellanda sit. Atque hanc Menodotus experientiam particularem vocauit, tanquam ex aliis experientiis singularibus non conflatã, propterea primã, & simplicissimam esse. Nam sicut ex plurimis ex- D perimẽtis tota conflatur ars, ita singula experimẽta ex multis experientiis conficiuntur; quas quot esse oporteat; velle determinare, incidere est in ambiguã rationẽ, quam quidã Soriticã vocãt, de qua in libro de medicinali experiẽtia copiosè tractauimus. quũ superius experientiã ex αὐτοψία. i proprio intuitu fieri diximus.

Quantum

Quantum ad nomen attinet, apud antiquos αὐτόπτην quidem sæpè legimus, αὐτοψίαν verò nequaquam. Sed & hic, sicut in aliis multis nomen vsurpantes dicimus intuitorem proprio intuitu magis operari, quàm cognitionem acquirere; quia tamen ex hac intuitionis operatione cognitio quoque consequitur, placuit Empiricis proprium intuitum cognitionem appellare, imò non cognitionem tantùm, sed experientiam quoque nuncupare; quos ego nunc imitatus simili modo proprium rei euidentis intuitum, & cognitionem, & experientiam ex multis intuitionibus comparatam vocabo. Cur verò Empirici obseruationis nomen cum cognitione, & memoria confuderint, non satis compertum habeo. Nam Theutras, quum priùs dixisset, partes medicæ artis ob quas plerumque finem adipiscimur, per experientiam comparari, quæ ex proprio intuitu, ex historia & congruo de re simili ad similem transitu generatur, postea experientiam diffiniens, quæ à propria intuitione nihil differt, ita subiungit. Experientia igitur tota rei euidentis obseruatio appellatur, pro memoria scilicet & cognitione, obseruationis nomine abusus quam & conseruationem vocamus, quæ est actus conseruatoris; neutra verò appellatio secundum loquendi consuetudinem ad memoriam, & cognitionem accommodari potest. At τριβὴν, id est *exercitationem* non malè actionem ab ipsa experientia ductam nominarunt, & τρίβωνα, id est *exercitatum*, qui huiusmodi actionem frequentat, sicut & ἔμπειρον, id est *expertum*, qui ἐμπειρίας, id est *experientiæ particeps est*. Empirici verò nomen ad artis sectæque suæ inuentores transferre maluerunt, nam & Empiriam non solum vnius theorematis cognitionem, sed totam quoque medicam artem nuncupauerunt: quam ex αὐτοψία, id est *propria intuitione*, ex historia, & congruo de re simili ad similem transitu constare asseruimus, historiam quidem propriȩ intuitionis enarrationem vocantes, transitum verò de re simili, ad similem iter ad exercitationem, sumpta scilicet similitudine ab iis, quæ iam per experientiam comperta sunt.

CAPVT III.

An rei similis ad similem transitus, artis medicæ pars dicatur.

QVæritur autem, nunquid quemadmodum existimauit Serapion, tertia pars medicæ artis sit de re simili ad similem transitus, quod apertè negauit Menodotus, sed vsui tantùm accommodari voluit: constat autem non idem esse vti; & vt parte vti. Cassius Pyrrhonius illum ab vsu quoque abdicauit, integrúmque de hac ipsa volumen conscripsit. Optimè verò omnium Theutras de re simili ad similem transitum, iter ad exercitationem esse indicauit. Sicut alij instrumenti potius rationem habere voluerunt. Nec peius fortasse historiam, & obseruationem instrumenta magis, quàm medicinæ partes vocabimus; ideo rectè, vt mihi videtur, Theutras ita de illis prodidit. Partes medicinæ, ob quas finem adipiscimur, per experientiam nobis accedunt; fit autem experientia ex propria inspectione, historia, & congruo de re simili ad similem transitu; ab experientia enim medicinæ partes deriuari affirmat; quæ quum omnes inter se differant, in hoc vno tamen conueniunt, quòd omnes communi nomine memoriæ appellantur; propterea rectiùs aliquis experientiam dicet esse memoriam eorum, quæ sæpè, & eodem modo perspecta sunt. Quòd si quis pro memoria obseruationem posuerit, erit experientia obseruatio eorum, quæ sæpè eodem modo perspecta sunt. At si obseruatio operationem significet, vt loquendi vsus obtinuisse videtur, memoria verò sit impressio in anima quiescens, possumus ambas comprehendẽdo dicere, experientiam esse obseruationẽ, & memoriam eorum, quæ sæpè eodem modo perspecta sunt; fortéque præstiterit solam ponere memoriam, quũ sub illa obseruatio contineatur, neque enim memorari possumus ea, quæ sæpè eodem modo perspecta sunt, nisi priùs obseruauerimus.

CAPVT IV.

De communibus partibus medicinæ.

HActenus, quantum compendio licet, de experientiæ definitione tractauimus. Theutras autem totam medicinam in tres partes diuisit, indicatoriam, curatoriam, & salubrem; has verò vniuersas acquiri per propriam intuitionem, historiam, & congruum de re simili ad similem transitum, propterea, qui hæc tria proxima medicinæ partes esse voluerunt, non absolutè partes, sed cum additione partes constitutiuas appellauere, vt priora illa partes finales, partium scilicet genus in duas primas differentias dissecando finales, & constitutiuas: si quis tamen nominibus abuti noluerit, non has constitutiuas appellabit partes, sed quasdam medicorum operationes: ille verò animi habitus, quo medicus, vel indicare, vel curare, vel sanitatem custodire potest, meritò pars medicinæ vocabitur. Abutantur igitur nominibus, qui voluerint; nos in partes tres medicinam secabimus, indicatiuam, curatiuam, salubrem. Porrò indicatiuam in dignotionem præsentium, & futurorum prænotionem; sicut curatiuam in chirurgiam, victus rationem, & pharmaciam. Salubrem verò quidam indiuisam seruarunt: quidam in speciem generi cognominem, in salubrem, inquam, & in euecticam, id est boni habitus effectricem; alij addiderunt præseruatiuam, resumptiuam, & gerocomicam, id est senum tutricem. Sunt, qui ex rationis diuisione partes medicinæ venati sint; quum enim sicut Herophilus voluit, medicina sit scientia sanorum, ægrorum, & neutrorum, tria excogitauerunt, quibus singula istorum conueniunt, corpora scilicet, signa, & causas. Nam, sicuti corpora, ita signa, & causas congruè sana, ægra, & neutra nuncupamus. Licebit igitur secundum hanc rationis sectionem, Empiricam quoque disciplinam in suas partes diuidere; non prohibeo tamen, si quis & aliter diuidendam putarit, dummodo nullum artis membrum omittatur; propterea & Theutras in principio libri de partibus, *nihil obstat*, inquit, *si medicinæ partes in indicatiuam, curatiuam, & salubrem sectæ, & in alia quoque membra secentur*; quo fit, vt minimè mirum sit, si Empiricæ artis alij duas partes, alij tres, quidam quatuor, nonnulli quinque posuerint: fortasse enim eandem omnes rei rationem intuentur, sed vt diuersa concipiunt, ita & diuersa explicare necesse est; quæ verò sit rationis diuisio, paulo inferius declarabitur.

CAPVT V.

De constitutione artis Empiricorum.

COnstitutiuæ igitur medicinæ partes, quę omnium vtilissimæ sunt, clariùs ita pernoscentur. Medicus,

qui ab obseruatione artem effecit, seipsum Empiricum, suam facultatem Empiricam nuncupauit; primísque temporibus, vt credi par est, noxia pariter, & innoxia, similíque modo vtilia, & superuacua obseruare cœperunt; pòst, longo rerum vsu multis multa obseruantibus compertum est plurima inutiliter fuisse obseruata; propterea, sicut in principio propria rerum inspectio, ita nunc historica commodissima est. Nos enim historia docet iam deprehensum esse colores in multis quidem morbis superuacaneos, in quibusdam verò non parum interesse: nam lippientibus cœruleus, viridis, nigérque color confert, albus & splendidus summè aduersatur, reliqui inter vtrumque ambigunt. Eodem modo rubeus color, sanguinem expuentibus nocet, & ad cæteros morbos superfluus omninò compertus est; sicut & mensa eburneáne sit, an lignea; seu phiala aureáne, vel argentea, vel vitrea; nihil enim horum salubre magis, quàm insalubre appellatur, sed penitus superuacuum; non ita tamen odorem neutro modo se habere ad sanitatem, vel morbum dixeris: neque enim parum refert appetitiuæ, digestiuæque facultati, fœtidáne, an bene olentia offerantur; omninóque capiti nocent, quæcumque odoratoria sunt, veluti cupressus, populus, buxus, nux, præcipuè quæ adhuc virent; ideò nec lectos, aut fores, aut vasa ex his fieri probamus; fugiendi enim omnes odores sunt, qui vel caput repleant, vel appetitum euertant; quum natura nos doceat vtilia eligenda esse; noxia verò euitanda. Ergo his ita se habentibus necesse est, vt medicus salubria, insalubria, neutráque pernoscat, nec causas tantùm tales esse, sed & corpora, & signa. Nihil autem refert, seu pernoscere, seu scire dicamus; sicut neque artificem, aut doctorem, artem, vel doctrinam addiscere; parum etiam interest si inflammationem, exempli gratia, ægritudinem, vel affectum appellaueris. Symptoma tamen à morbo distinguendum est, nam symptoma simplex affectus est, & non ex aliis conflata congeries; sic enim lateris dolor symptoma vocatur, tussísque eodem modo, & sputum, seu flauum, seu liuidum, siue cruentum fuerit, item difficultas anhelitus, & calor præter naturam; quòd verò ex omnibus his conficitur ægritudo appellatur, quæ affectus quoque, & valetudo, & morbus, si libet, vocari potest; nominibus tamen vtemur, quoad eius fieri poterit, apud Latinos, quàm maximè consuetis, si minus, his saltem, de quibus inter nos inuicem conueniat.

CAPVT VI.

De Symptomatum concursu.

QVantum igitur ad præsentem institutionem attinet, symptoma satis idoneè nuncupabimus simplex aliquod incommodum, quod humano corpori præter naturam accesserit, sicut calorem, tumorem, inflammationem, difficultatem anhelitus, pulsus asperitatem, dolorem, tussim; affectum verò, vel ægritudinem, concursum, qui ex his simul conficitur. Periti enim Empirici non quemcumque symptomatum aceruum morbum nominauere, sed concursum tantum eorum, quæ ex longa obseruatione ita simul conuenire comperta sunt, vt pariter incipiant, augeantur, vigeant, declinent, & recedant; quem concursum, compendij, & perspicuitatis gratia vno tantùm nomine explicuere, quandoque ab affecto loco nuucupationem ducentes, vt pleuritin, peripneumoniam: quandoque ab aliquo symptomate, vt inflammationem, furorem; nonnunquam à similitudine, vt elephantem, cancrum quandoque ab ipsomet concursu, vt œdema, scirrhum. Symptomatum igitur, quæ simul incipiunt, augentur, vigent, & desinunt, cognata vocari possunt; quæ verò plerumque consequuntur, affinia. Quòd si eadem in concursu, tanquam signa, considerentur, quædam eorum Diagnostica, quasi præsentium declaratoria, vocantur; quædam, quod futura prænuncient, Prognostica nuncupantur; quædam, quòd curationem indicent, non malè indicatoria dicentur. Omnes autem concursus ab obseruatione prodiere: obseruatio enim memoriam, memoria experientiam peperit, à qua proximè ars emanat, dum meminimus, quid, cum quo, quid ante quod, quid post quod obseruauimus; atque id quidem, vel semper, vel plerumque, vel vtrouis modo, vel raro; semper, vt vulnerato corde mortem sequi; plerumque, vt scammonio ventrem purgari; vtrouis modo, vt percussa superiori cerebri membrana interire hominem; raro, vt vulnerata cerebri substantia salutem comparari. Atque ita ex obseruatione, & memoria constituta arte, necessarium est proprium à communi distinguere; quam nimis ambitiosè quidam Empiricorum distinctionem, quidam determinationem appellandam esse contendunt: ego enim siue hoc, siue illo modo dixeris parum interesse arbitror, dummodo per euidentes notiones proprium à communi separetur; quidam tamen ita rem præscribunt, vt distinctionis vocabulum ad nominum differentias, determinationem autem ad res ipsas magis conuenire opinentur; sed nomina, vt rectè Plato consulebat, spernenda sunt, rationum verò soliditas inquirenda. Proprium igitur à communi ita distinguetur. In affectuum quidem dignotione, vt si cum febri acuta difficultas anhelitus, tussis, & coloratum sputum apparet, & percunctetur à nobis aliquis, cuiúsnam morbi sit iste concursus, respondebimus pleuritidis quidem, & peripneumoniæ communem esse, neutrius tamē proprium. Quòd si addatur dolor lateris punctorius, pulsúsque durus, cum tensione, hunc morbum planè pleuritidem esse affirmabimus: at si non dolente latere, nec pulsu duro existente, difficultas spirandi adsit, nisi ceruix erigatur, sítque omninò tanta anhelandi angustia, vt propè suffocationem accedat, talis concursus peripneumonia vocabitur: ita ergo in affectuum dignotione commune à proprio distinguetur. In prænotione verò hoc modo. Sint nares acutæ, caui oculi, collapsa tempora, atque interroget aliquis, quidnam concursus portendat? dicemus in processu quidem morbi mediocre malum portendere, in principio verò letum minari. Atque ista quidem à tempore ægritudinum prima distinctio est; ab iis autem, quæ præcessere, consideratur an æger ventris fluxu laborauerit, vel medicamento purgatus fuerit, siue vigiliis, fame, aut alio euacuationis genere attritus. In signis verò ad curationem attinentibus commune à proprio separatur. Si quæratur, an pleuritico vena secanda sit? respondetur enim nō cuicumque secandam esse, sed illi, cui plethoricus concursus acciderit, vel qui sine hoc concursu robustus sit adolescens, atque ne hos quidem omnes; neque enim si pleuriticus concursus in sene, aut infante fuerit, vena secanda est, aut in Scythia degat æger instante hyeme frigidissima, vel sub ardentissimo cœlo in summo æstatis feruore, aut certè syncopen pati assueuerit: nam nemini istorum venam secandam ducimus: non hæc tamen sufficiunt; sunt enim aliæ quoque determinationes, vt si ad clauim dolor incubuerit, potius venam

venam secamus; si ad hypochondrium declinauerit, ventrem purgandum eligimus.

CAPVT VII.

Quid differant Empiricorum, & Dogmaticorum rationes.

TAlis igitur determinatio est, quam describentes, dicunt esse orationem, propria à communibus distinguentem. Quidam tamen, vt prædiximus, non determinationem, sed distinctionem appellare maluerunt: nos autem siue determinatio, siue distinctio vocetur, nihil interesse dicemus, dummodò concursuum Dogmaticorum, & Empiricorum differentia seruetur. Empirici enim euidentibus, Dogmatici verò ratione magis nituntur. Pari modo Dogmatica ratio hoc ab Empirica differt, quòd hæc euidentium rerum, illa occultarum est; quæ vt nomine quoque distinguerentur, rationem quidem Empiricam epilogismum, Dogmaticam verò analogismum vocitauere. Quin & breuissimas rerum declarationes, non definitiones, sed descriptiones Empirici appellauerunt; quum tamen nihil prohiberet rei rationem, quæ ex euidentibus consistit; ita definitionem vocari, sicut & Dogmatici vocant eam, quæ ex occultis colligitur. Atque hæc quidem est inter vtrosque de nominibus discrepantia, quam & modestè, & arroganter tractari licet; arrogantia tamen plerumque vtuntur Empirici.

CAPVT VIII.

Quibus Empirici, quibus Dogmatici fidem habeant.

IN rebus autem Dogmatici, & Empirici differunt, quemadmodum in principio quoque declarauimus, quòd Empirici iis tantum credant, quæ vel sensui pateant, vel memoriæ per sensum mandata sint. Dogmatici verò præter hæc, illis quoque, quæ ex naturali rerum consequutione per rationem acquiri solent.

CAPVT IX.

De Empiricorum demonstratione.

SEd & Empiricus præter descriptiones, & determinationes, quæ à sensibus sumuntur, causas etiam reddit, & demonstrationibus nititur; quas à sensibus mutuauit. Si enim exempli gratia, interrogetur, quare crus cum vulnere luxatum non reparatur? Quoniam, inquit, couulsionem inde sequi obseruatum est; hoc enim maximè cauent, ne quid vnquam ex rationali consequutione, sed ex memoria, & euidenti obseruatione semper affirment. Atque hoc pacto Empiricus artem suam tum conficit, tum docet. In quo maximè à Dogmatico differt, tum quia plurima indeterminatè agit, tum quia plus æquo confidit historiæ, quam ego non vitupero; quum enim vnius hominis vita ad omnium inuentionem sufficere nequeat, longi temporis obseruationes historia colligit, vt eius beneficio tanquam ex multis tot seculorum hominibus vnus efficiatur eruditissimus. Si igitur ita singula quæque memoriæ mandata forent, vt cum suis distinctionibus clarè ab Empirico percipi possent, nihil vltra quærendum esset, quod ad veritatem artis referret. Sed, quoniam, qui scripserunt partim confuso experimento nimis propensè crediderunt, partim etiam non perspexere, quæ docuerunt, partim dum in rationales demonstrationes incidere verentur, rudes & procul à veritate aberrantes deprehensi sunt, ideo cogimur non ita facilè cuilibet historiæ fidem adhibere, nisi prius experimento probetur, postea ad vsum accommodetur; quod quidem Dogmaticis non contingit, quos Menodotus per contemptum Tribonicos vocat. Antiqui enim τρίβωνα appellauere, qui in aliqua facultate longo se vsu exercuerit, vt in ea iam perfectus videri possit. Menodotus igitur deridens, Tribonicos appellat Dogmaticos, quasi qui Tribones appellari non mereantur, quum experientiæ non credant, sed rebus occultis, ignotísque studeant, & historiam contemnant, quam ne legerint quidem. Quoniam verò, & hîc de historia longæ ambages perferuntur, nos de illa quoque summatim tractabimus.

CAPVT X.

De iudicanda, & comprobanda historia.

HIstoriam igitur quidam esse voluerunt enunciationem eorum, quæ visu percepta sunt; alij enunciationem eorum, quæ euidenter apparent; alij enunciationem propriæ intuitionis; cæterùm omnes istæ orationes verbo tenus inter se discrepant, re prorsus nihil differentes, quas dialectici æquipollentes appellant, vbi sub diuersis dictionibus idem videlicet profertur. Illas verò orationes ab his differre dicemus, in quibus aliquid adiicitur, quod sensum immutet, qualis exempli gratia huiusmodi est. Historia est oratio eorum, quæ visu perspecta sunt, aut sicut perspecta. Ex additione efficitur, vt quædam historia possit esse falsa, quum ex nulla priorum descriptionum quicquam tale sequatur; atque ex eadem additione illud quoque continget, vt historiæ duplex iudicium futurum sit, alterum quo perpenditur, an quædam verè appellanda sit historia; alterum (si verè ita esse concesserimus) an etiam vera debeat appellari. Hoc tamen nomen accipiat vnusquisque, quemadmodum sibi libuerit; nos potiùs doceamus, quo modo historia sit iudicanda, vt postea rectè ad vsum deduci possit: quod idem est, ac si dixerimns, quo modo veritatem, & falsitatem eorum, quæ scripta sunt, distinguere oporteat, & quo modo discernendum, fieri ne an non fieri potuerint: est enim hæc quoque non inutilis differentia, sicut Menodotus asserit. Huic igitur rei toto animo aduertas obsecro, sinens, quicquid libris mandatum est, historiam appellari: id enim ab omnibus ferè medicis vsurpatur. Primum veræ historiæ iudicatorium secundum plerosque Empiricos, est propria intuitio iudicantis: nam quum in aliquo libro scriptum quid inuenerimus, quod nos aliàs ita esse proprio intuitu perspeximus, veram esse fatemur historiam. Hoc tamen iudicatorium disciplinæ inutile est: neque enim ea nos ex libro discere oportet, quæ antea proprio intuitu cognouerimus. Sed concordantia optimum est historiæ iudicatorium: finge enim me macerem nunquam expertum esse, qui quidem arboris cortex est ab Arabia delatus: hunc omnes quicumque de medica materia scripserunt, aluum constipare affirmant: nunquid illis credendum erit, vel non credendum? ego quidem

credendum aſſero, quum omnes ita eſſe conueniant; talis enim conuenientia in ſenſibilibus omninò admittenda eſt, nam conuenientiæ, quæ de occultis ſunt, rarò tantam habent certitudinem, vt de illis idem omnes prorſus conſentiant. Quod ſi etiam conceſſerimus id nonnunquam fieri poſſe, talem tamen conuenientiam non admittet Empiricus. Concordiæ igitur de rebus ſenſibilibus certæ, & fideles in vita ſunt. Nos enim licet nunquam in Cretam, Siciliam, aut Sardiniam nauigauerimus, eas tamen eſſe inſulas credimus, quoniam omnes, qui eas proprio intuitu conſpexere, ita eſſe inter ſe conſentiunt. Ergo, quum pro comperto habeamus de iis, quæ ſenſu deprehendi poſſunt, vbi vera ſint, conuenire omnes quicunque res hiſtoriæ commendarunt, propterea credimus è macere ventrem ſiſti. Eodem pacto licet nos rha pontici vires proprio intuitu nunquam experti ſimus, hiſtoriæ tamen de eo traditæ, quòd eiectionibus ſanguinis conferat, fidem adhibemus. Eſt alia quoque propoſitio huic valdè cognata, non quidem epilogiſtica, ſed analogiſtica potius, & dogmatica, an credendum ſcribentium concordiæ ſit, vbi omnes conueniunt, non quòd ipſi proprio intuitu rem conſpexerint, ſed quòd ſingulis eorum probabilis admodum viſa fuerit. Sunt enim aliqui non Dogmatici tantùm, ſed Empirici quoque, qui credendum eſſe affirmauerint; nam ſine vlla ambiguitate concordia manifeſtum ſignum eſt veritatis; cæterùm id à ſequacibus epilogiſmi, qui eſt ratio eorum, quæ ſenſui patent, non ita facilè admittitur. Conuenientiam enim hiſtoriæ de his tantum eſſe volunt, quæ euidenter apparent. Ergo Empiricum veræ hiſtoriæ iudicatorium eſt conuenientia inter eos, qui ſingula quæque proprio intuitu obſeruauere. At concordia, quæ à rei natura producitur, dogmatica eſt. Sed præter hæc habetur aliud quoque veræ hiſtoriæ iudicatorium; mores, inquam, & eruditio auctoris, quæ ab aliis eius monumentis colligi poteſt. Nam ſi, exempli gratia, Hippocratem, Andreámque recenſeas, illum peritiſſimum ſtudioſiſſimúmque veritatis inuenies; hunc rudem, temerarium, prorſúſque ab Hippocratis grauitate alienum. Denique alio quoque inſtrumetno hiſtoria iudicatur, vbi, quæ traduntur, his fuerint ſimilia, quæ priùs proprio intuitu cognouerimus; namque, vbi, exempli gratia, ſciuerimus macerem, & rha ponticum adſtringendi vires habere, ſi alia ſimili modo tradantur adſtringentia, facilè credemus ventrem compeſcere, & ſanguinis fluxum ſiſtere.

CAPVT XI.

Quot modis rei ſimilis ad ſimilem tranſitus fiat.

MEnodotus tamen negauit tranſitum de re ſimili ad ſimilem, eſſe hiſtoriæ iudicatorium, ſed eius quod fieri poteſt, ſi verò ſecum τριβὴν, id eſt vſum, & exercitationem aſſumpſerit, tum demum hiſtoriam quoque iudicare. Sed de his paulò inferiùs agetur. Tranſitus igitur de re ſimili ad ſimilem, ſi in ſe ipſo conſideretur, eſt iter ad experimentum. Iudicatorium verò poſſibilitatis ad hiſtoriam attinentis, ſicut & hiſtoria, duplex eſt. Porrò rationalis tranſitus ab Empirico differt, quòd rationalis, ab indicantis rei natura innoteſcat; Empiricus verò ea potius imitetur, quæ ſenſu præcognita fuerint, non quidem quòd probabile videatur ſimile à ſimili generari, aut agere, aut pati; neque enim cuiuſpiam iſtorum gratia tranſitum faciunt, ſed quòd experimento cognouerint ita ſe inuicem habere, quæ ſunt ſimilia. De ſimili autem ad ſimile tranſitu, vel in membris, vt de lacerto ad femur, de vlna ad tibiam, de manu ad pedem; vel in morbis, vt de fluore alui ad inteſtinorum difficultatem; vel in remediis, vt de cotoneo ad meſpilum; quæ omnia priùs experimento firmanda ſunt, quàm doctrinæ certitudinem faciant. Eſt quoque Empiricæ artis quandoque non incongruè de oppoſito tranſire ad oppoſitum; vbi ſcilicet ſimilia vniuerſa in vanum tentata fuerint; quod quidem à Dogmatico omninò alienum eſt. Tranſitus ergo de ſimili ad ſimile, ſiue trahatur, ſiue non trahatur ab hiſtoria, τριβικὴν, id eſt exercitatam experientiam perficit, neque propterea pollicetur, quod exquiſitiſſimè verum eſt, ſed quatenus fieri poteſt, inuenire profitetur, quod probatorum hominum hiſtoriæ maximè congruat; cui quidem etiam ante experientiam credimus, non tamen tranſitioni de ſimili ad ſimile, niſi prius experimento, & vſu comperta fuerit: non parum autem intereſt, quo modo magis, aut minùs aliquid futurum ſperemus, ſingula enim ex ipſa ſimilitudine perpendimus, quæ in rebus longè diuerſa obſeruatur. Nam, quod figura, colore, mollitie, duritie ſimile eſt, non propterea ſimiles exercet actiones; at quæ odore, guſtúve aſſimilantur, in his iam nonnihil habemus, à quo ſimiles functiones non deſperemus, præſertim vbi ſimul odor, & guſtus conuenerint. Quòd ſi poſtea ſubſtantia quoque, figura, & color acceſſerit, ſpes proſperi euentus adhuc magis augebitur. Porrò, in iis, quæ guſtu ſimilia iudicamus, non ſtatim ab vno tantum ſapore ſimilitudo æſtimanda eſt, ſicut ab acore, adſtrictione, amaritudine, dulcedine, auſteritate, acerbitate, ſalſedine, ſed omnem ſingulorum vim exactè ſperare oportet. Aloë enim, & æris ſquama, vtraque adſtringit quidem, ſed abſonum medicamentoſúmque reddit ſaporem, ideo neutra malo cydonio ſimilis, propterea, neque edendo eſt. Non eſt igitur à malo cotoneo, vel meſpilo ad illa tranſeundum, neque in vrinæ, inteſtinorúmque difficultatibus talia exhibere oportet: vbi verò vlcus ad cicatricem ducendum ſit, tunc ad omnia, quæ aſtringendi vim habent, etiam ſi viroſa fuerint, tutò tranſire poſſumus. Experimento enim compertum eſt, multa huiuſcemodi vniendis vlceribus rectè accommodari. In difficultatibus autem inteſtinorum melius ab eduliis ab edulia tranſimus; deinde ſi ad ea, quæ edendo non ſunt, tranſituri ſimus, eligere oportet, quæ cum adſtrictione nullam aliam validiorem qualitatem annexam habeant, præſertim amaritudinem, vel acorem. Huiuſmodi enim qualitates omnia vlcera irritare obſeruata ſunt, etiam ſi cum adſtringendi facultate iungantur. At, quoniam adſtrictionis veluti differentiæ quædam ſunt auſteritas, & acerbitas (adſtrictior enim qualitas in acerbis intenditur, ſicut in auſteris remittitur,) ideò, ſi de hac qualitate ad illam tranſitum facias, maiorem inde futuri euentus ſpem rectè concipies: nam ſi idem exquiſitè fuerit affectus, in quo obſeruatum ſit cydonium, vel aliquid ita adſtringentium profuiſſe, ad id, quod moderatè adſtringit, quale auſterum eſt, tutò tranſitur. Si verò acerba faciliùs expertus fueris, rectiùs ad acerba permutaberis. Patet igitur, quo modo euentus rei, quæ fieri poteſt, in ſimilium tranſitu ſpes æqualis non ſit, ſed ea regula ſpes menſuranda eſt, qua ſimilitudo maior, vel minor cognoſcitur. Quod verò à probatiſſimo viro ad alui fluorem, exempli gratia, laudabitur, id

sis perquam simile videri poterit, quæ experimento deprehensa sunt, vt & ante exercitatam experientiam aliquis illi fortasse tutò confidat. At quod neque historia, neque similitudo probauerit, illi meritò diffidendum. Quod autem de medicamentis diximus, idem omninò, & de affectibus, & de membris indicare oportebit. In transitu enim de affectu ad affectum, vel de membro ad membrum, eodem modo spes augenda, vel minuenda est, prout similitudo alterius ad alterum maior, vel minor erit.

CAPVT XII.

Quibus historiis maior fides adhibenda, ac de quinque historiis, quibus viperas Elephantiasi oppressis succurrere creditum est.

QVantum verò ad historiæ iudicium attinet, maioris, & minoris ratio tanti refert, vt huic quidem planè iam fides adhibenda sit, illud vix tanquam probabile admittendum. Quod enim à quamplurimis probatissimis viris consonè proditum fuerit, postea non raró à nobis ita sese compertum, ac præterea verisimile sit, neque discrepans ab iis, quæ experimento cognouerimus, id profectò est, cui proculdubio credere non minùs, ac experimento, debeamus. At illud minus fore sperabimus, quod probatissimi quidem viri quamplurimi affirmauerunt, nunquam tamen à nobis visum, neque adeo verisimile fuerit. Multò verò adhuc minus illi credendum, quod pauci admodum asseruerint, quódque vix semel, aut iterum visum fuerit. Sanè illud commodissimum exemplum est, quod nunc mihi dicendum succurrit. Erat apud nos in Asia in pago quodam, elephantiasi vir laborans, qui primo quidem reliquis conuiuebat, ac cum familiaribus versabatur: vbi verò nonnulli ex consuetudine contagio maculari cœperunt, ipséque iam fœtore, & horribili specie detestandus erat, in edito loco prope pagum iuxta aquæ riuulum pagani tabernaculum ægro habitandum struxere, cui deinceps diarium alimentum subministrarent. Proxima æstate circa Canis ortum, colonis vicinam metentibus segetem, minister, odorati vini lagenam quam attulerat, prope agri marginem dimittens abiit. Coloni labore functi quum ad pocula accessissent, ac quidam eorum adolescens vinum in craterem funderet, ecce exanimata vipera simul collapsa, bibituros non minùs abominatione, quàm metu consternauit; ac ipsi quidem aquam potantes, vinum ægrotanti attulerunt, humanè se acturos existimantes, si tantam viri calamitatem morte redimerent, quam ex eo veneni haustu planè futuram arbitrabantur: at ille nouo quodam, prorsúsque admirando euentu, ab hoc ipso potu sanatus est; excidit enim tota cutis dura, & veluti lapidosa, non secus, ac si cancris, locustísve, aut cæteris huiusmodi crustaceis animalibus testam, qua conteguntur, abscideris. Nec dissimile in Mysia Asiæ non procul à nostro municipio contingit. Vir erat prædiues elephantiacus, hic ancillam suam formosam deperibat; contra, illa fœdum hominem odio habebat, aliísque amantibus clandestinè miscebatur; cuius doli consciis duabus ancillis contubernalibus vtebatur, altera penui præerat, altera cellæ vinariæ. Accesserat æger, inde sibi promissa salutis spe, ad quosdam calidarum aquarum fontes, vbi multa viperarum vis ob squallorem ariditatémque loci scatebat. In vini lagenam parum diligenter seruatam vipera irrepsit, quam quum suffocata deprehendisset ancilla, rata fore vt odiosus dominus eo veneno facilè interiret, cœnanti alacriter obtulit, eueneréque omnino eadem, quæ paulo supra de pagano retulimus. Atque hæc quidem sunt experientiæ monumenta, quæ casus attulit: nunc verò tertium adiungam, quod imitatio effecit. Philosopho cuidam multos antea annos, hac ipsa ægritudine efflictim laboranti, vt iam illi mors vitæ præferenda videretur, geminos hosce euentus quum fortè recitauissem, idem ipse etiam experiri cogitauit, ad quod obeundum augurio quoque confirmatus (erat enim augurandi peritus) protinus vinum ita medicatum, quod parari iusserat, intrepidè hausit; nec multò inde postea ex elephantiasi ad lepram deuenit. Quartus etiam præter hos omnes viperarum venator, dum primis adhuc huius morbi incommodis teneretur, me de salute consuluit, quem ego admonui, viperas, quas venaretur, frustatim incisas, & anguillarum more decoctas esitaret, atque ita per halitum ægritudo discussa est. Alium præterea diuitem virum non nostratem, sed è media Thracia Pergamum, somnio ita consulente ac iubente, profectum Æsculapius admonuit, vt medicamentum è viperis confectum quotidie potaret, atque exterius corpus illineret; ac multò postea transiuit in lepram, deinde hac medicina, quam Deus docuerat, exquisitè sanatus est. Tot igitur experimentis commoti, tandem Dei quoque admonitu confirmati, certam spem concepimus sanandi elephantiasin medicina viperis confecta, quam theriacam appellant, nec minus sale theriaco, quod iam vulgo confici cœpit viuis viperis cum quibusdam aliis medicamentis in fictili nouo combustis. Sed & viperas edendas præcipimus, capitibus, caudísque earum primò abscissis, deinde in pastillos confectas, non tamen confestim ad hæc remedia proficiscimur, sed priùs corpus exquisitè purgamus; nec raró venam secamus, si robur, & ætas tulerint; vere autem id potissimum fieri ad plerosque diuturnos affectus commune est. Tot igitur à nobis enarrata sunt, vt ostenderemus multa casu inueniri, & imitatione confirmari; obtulit enim fortuna, vt non incommoda tantùm, sed commoda quoque ex quibus ars confici posset, conspicaremur.

CAPVT XIII.

Quis deberet esse verus Empiricus, ac quid different Serapion, Menodotus, Heraclides, & Theutras Empirici.

NEc longiori sermone opus habemus ad Empiricæ disciplinæ formulam exprimendam, licet longè plura addiderint ij, qui huiusce sectæ principatum vsurpauere, atque ita se habere manifestissimè declarabo. Proponatur, vt passim proponi solet, quisnam medicinæ sit finis: aio Empiricum, qui propriæ disciplinæ modum exquisitè seruauerit, ita responsurum; intelligo, quæcumque præter naturam corpori humano acciderint, velle curare, quódque intelligo, non verbis, sed actionibus comprobare; an verò, quod acquirere studeo, integritas, vel sanitas appellari debeat; vel acqui-

ſitio ſanitatis, vel integritas, vel ſanari, vel integritatem adipiſci, ſiue quod ſecundum naturam eſt regere, & cuſtodire, nihil apud me refert, dummodò, quod polliceor, opere ipſo confirmem; cætera ſophiſtis facilè permitto; neque enim mihi in muneribus artis occupatiſſimo tantum otij ſupereſt, vt nugis ſuperuacuis, fabulíſque ſerendis bonas horas amittam. Talem ego reſponſionem à verò Empirico fore ſperauerim: nam, ſi de fine medicinæ diſſenſiones conciliare tentauerit, in dialecticas ſpeculationes impingetur, quas euitari oportere affirmat: id autem in eo libello diffuſiùs explicauimus, qui de fine medicinæ inſcribitur. Sed nec idem cauſas vllas indagabit, quod Serapio, & Menodotus fecere; artem enim ſuam non rationibus, ſed operibus comprobat, omninóque dialecticam euitabit, ſine qua neque cauſæ concluſiones, neque ſyllogiſticæ orationes intelligi poſſunt; imò, & ſcire diſſimulabit, an aliquæ ſint diſſenſiones; ſpernet etiam rationes diluere, quæ euidentia impugnare videntur, haud ignarus ſophiſticas apparentias ab ipſis quoque dialecticis, non tam facilè ſolui; præterea ſermonis multitudinem longitudinémque aſpernabitur, ſed pauca, & rarò loquetur, quemadmodum Pyrrhon Scepticus facere ſolebat; hic enim deſperata veritatis inuentione, quam diu fruſtra quæſierat, in ſingulis hæſitabat, nec amplius agendorum rationem quærebat, ſed euidentia ſectabatur, vt qualis in omnibus vitæ muneribus Scepticus, talis in medicina Empiricus ſit, minimè ſuperbus, aut ambitioſus, neque gloriæ inhians, non compoſitè ambulans, neque fucatis geſtibus, ſed interiùs exteriúſque totus integer, qualem Timon ait fuiſſe Pyrrhonem. Non minùs autem hunc admirabuntur homines, quàm Hippocratem, ſi operibus magnum ſe in arte præſtabit, melius, quàm reliqui faciant, luxata emendans, & quæ luxationi parata ſunt, in validiorem ſtatum permutans, vulnera, & fracturas, & vlcera, & quæ alij curare non poterant, ipſe facilè ſanans, nec minùs, quæ ægro euentura ſunt, ante euentum præfatus, & quæ iam euenerint, adſúntve, ita eueniſſe, vel adeſſe ſine præcunctatione, aut relatione coram aſtantibus explicet. His enim officiis Hippocrates omnium poſteriorum iudicio Æſculapij gloriam adeptus eſt, non quidem triplicis ſermonis ambages explicans, ſicut Serapion, neque tripodem iactans, veluti Glaucias, aut decem mille verſuum libros ſtruens, qui deinde in alios libros diſſecentur; non ille canina iracundia medicos improbè inceſſit, modò δριμυλέοντας, quaſi leones acres, modò δριμυμώρους, quaſi acres fatuos appellando, tum medicos, tum philoſophos omnes, qui ratione niterentur, quod impudentiſſimè fecit Menodotus. Verum, quòd in Empirica diſciplina Menodotus reprehenſione non caruerit, quódque in his, quæ aduerſus Dogmaticos oblatrauit, furioſæ temeritatis ſit accuſandus, licet tibi ex commentario intelligere, quod contra eius deliramenta in Seuerum conſcripſi; nec minùs eiuſdem furor apparet, vbi Aſclepiadi contradicit, aſſerens ſe exquiſitiſſimè ſcire omnia, Aſclepiadis documenta eſſe falſa, quamuis in eiſdem ſuis commentariis ſexcenties affirmauerit ſe obſcura minimè reprehenſurum, veluti, quæ tam vera, quàm falſa eſſe poſſint; putat ſe tamen Aſclepiadem prorſus confeciſſe, neceſſitatémque ſuis aſſertionibus inculcat, vbi plurima ſunt contingentia. At Pyrrhon, quem ipſe probat, non erat huiuſmodi, ſed humanus admodum, pacatiſſimóque animo ſibi conſtans, nihil interim loquens, niſi vbi occaſio poſtularet; quod olim modeſtum quendam Empiricum feciſſe noui, qui operibus, & non vano verborum ambitu gloriam ſibi comparabat. Erat hic quandoque pollicitus ſe magnam quandam ægritudinem, tum chirurgia, tum medicamentis curaturum, quúmque iam ad ſecandum pararetur, interuenit alius furens medicus, qui multa rationum mole oſtendere nitebatur hominem ſecari non oportere; tam ille ſe vnico verbo à ſophiſtæ moleſtiis explicaturus, Ego interim, inquit, recedo, dum vos deliberatis, vtri magis credere oporteat, mihíne, quem dudum in artis operibus experiendo cognouiſtis, an huic, qui vos nuper tot verbis aggreſſus eſt; erit enim vobis libera optio eligendi, qui magis placuerit; ac cum dicto ſeceſſit, nec multò poſtea ſophiſta ſubſequutus eſt; illius enim neglectis deliramentis, neceſſarij priorem reuocauerunt, qui operibus artem oſtendebat. Nedum enim ſophiſta ille, ſed nec Demoſthenes quidem omnium facundiſſimus perſuadere poſſet vnquam hominibus, vt corporis ſui curam non illis potius committerent, quorum peritiam ex operibus cognouiſſent. Attamen aduerſus maximum huius artis exornatorem Hippocratem temerarius Serapion tanquam nouus Æſculapius oblatrare auſus eſt tanta impudentia, vt eius commentarios paſſim videas propriis laudibus refertiſſimos; antiquos autem viros probatiſsimos, quorum monumenta totam artem illuſtrauere, præterit omnes, nec dignos putat, qui vel minima quidem laude exornandi ſint. Ego verò tantum abſum, vt credam contradictiones, & rationes iſtas, quibus ambiguitates ſoluuntur, Empiricæ ſectæ conuenire, vt arbitrer ſumma reprehenſione dignos eſſe, qui talia ſectati ſunt; neque enim, ſi ſibi in ea ſecta conſtare voluerint, ad artium conſtitutionem putabunt aliud eſſe neceſſarium, quàm ſenſum rerum euidentium, & memoriam; nihilo minùs rectè admittunt vim quandam in nobis eſſe, qua eorum, quæ apprehendimus, conſonantiam, & repugnantiam diſcernamus. Sed non propterea Heraclides Tarentinus rectè putauit hanc priùs exercendam, atque arte acuendam; ſufficiunt enim primordia illa, & veluti lumina, quibus humanum ingenium à primo ſtatim ortu natura illuſtrauit. Videtur enim Heraclides in ea dudum exercitatus, in operibus tamen artis Hippocrate fuiſſe longè deterior; ſicut etiam Menodotus fuit; qui præter ſenſum, & memoriam aliud tertium introducit, quod epilogiſmum vocauit; atque interdum omiſſo ſenſu memoriam tantum poſuit, & epilogiſmum; quemadmodum ego in examinatione eorum, quæ contra Seuerum ſcripſi, diffuſiùs explicaui. Quæ verò profitetur ipſe argumenta ad alios redarguendos Empiricos non inepti tantum hominis ſunt, ſed etiam rudis; neque enim ad Empiricos attinet ſophiſmata ſoluere, ſed ad Ariſtotelem, & Chryſippum, reliquóſque, qui in differendi arte verſati fuerint. At quòd principio illi nobis inſito

conſo

consonantiam rerum & discrepantiam, iudicandi experientiam conuenire oporteat, Theutras ita minutim ostendit, vt in quibusdam sit etiam superuacuus; quemadmodum ego in commentariis super eius introductorio exquisitè declaraui. Hic igitur à me libellus, nunc propterea scriptus est, vt ostenderem posse aliquem Empiricè medendi artem constituere, dimissa omninò inquisitione de rei substantia; Asclepiadi verò, qui falsò probare nititur Empiricam sectam nullo statu firmari posse, aliàs longa oratione occurri. Quantum autem vnicuique arti constituendæ conferat, si experientia rationi adiungatur ostensum est à me in libris therapeuticæ methodi: in libro etiam, quem de ratione communi inscripsi, declaraui vnam esse rationem, quæ vniuersis hominibus insita sit: vbi ostendi omnia, quæ cognoscimus, vel sensu deprehensa esse, vel ratione quadam, quæ nobis ingenita est, iudicandi conuenientiam rerum; & repugnantiam, talémque esse conuenientiæ notionem, vt quædam sit necessaria, quam omnes euidentissimè intelligunt, qui natura ingeniosi sint, & prudentes: quædam contingentia tantum, & nulli necessitati obnoxia: erraréque hoc loco plurimos homines, qui distinguere nesciant contingens à necessario, vnde etiam Dogmaticorum discrepantia emersit. Hunc errorem si nos legitimè cauerimus, plura quidem erunt, quæ ignorabimus propter immensam difficultatem; in multis tamen, quæ modestè profitebimur, ita simul conueniemus, sicut geometræ, & arithmetici faciunt. Neque enim ob alium, quàm hunc ipsum errorem etiam Empirici medici maximè inter se discrepant, vt in commentariis ostendi, quæ de illorum edidi discrepantia.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΙΗΤΡΟΥ.

HIPPOCRATIS DE MEDICO LIBER.

ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ ΒΙΒΛΙΟΥ.

Ἰητρὸν τῇ ἐπιτηδείᾳ τοῦ σώματός τε καὶ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείᾳ φανερὸν ποιεῖ· ἰητρεῖον τῷ ἰητρῷ τε, καὶ τῷ τόπῳ, καὶ τῷ φωτὶ, καὶ τοῖς ὀργάνοις, καὶ τοῖς φαρμάκοις, χειρουργίαις τε καὶ σικύαις, καὶ σχασμῷ, καὶ φλεβοτομίᾳ, καὶ τῇ τῶν βελέων ἐξαιρέσει, καὶ ἕλκεσι, καὶ φύμασι κατασκευάζει.

ARGVMENTVM LIBRI.

Medicum idoneo tum corporis, tum animi cultu illustrat; Medicam officinam Medico; loco; luce; instumentis; medicamentis; operationibus, cucurbitularum admotione, scarificatione, phlebotomia, telorum extractione: vlceribus, & tuberculis extruit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Πῶς τὸν ἰητρὸν ψυχήν τε καὶ τὸ σῶμα διακεῖσθαι δεῖ.

Τὸ μὲν γράμμα ἐστὶν ἰητροῦ προστασίη, καὶ παράγγελμα, πῶς χρὴ κατασκευάζειν ἰητρεῖον. ἰητροῦ μὲν εἶναι προστασίην, ὁρῇν εὔχρως τε καὶ εὔσαρκος ἔσται πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ φύσιν. ἀξιοῦνται γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν οἱ μὴ εὖ διακείμενοι τὸ σῶμα οὕτως, ὡς οὐδ' ἂν ἑτέρων ἐπιμεληθῆναι καλῶς. ἔπειτα περὶ αὐτὸν καθαρέειν, ὡς ἔχειν ἐσθῆτι χρηστῇ, καὶ χρίσμασιν εὐόδμοις, ὀδμὴν ἔχουσιν ἀνυπόπτως πρὸς ἅπαντα. τοῦτο γὰρ ἡδέως ἔχειν ξυμβαίνει τοὺς νοσέοντας. δεῖ δὲ τοῦτον σκοπέειν τάδε· περὶ τὴν ψυχὴν σώφρονα, μὴ μόνον τὸ σιγᾷν· ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν βίον πάνυ εὔτακτον. μέγιστα γὰρ ἔχει πρὸς δόξαν ἀγαθά. τὸ δὲ ἦθος εἶναι καλὸν καὶ ἀγαθόν. τοιοῦτον δ' ὄντα πᾶσι καὶ σεμνὸν καὶ φιλάνθρωπον. τὸ γὰρ προπετὲς, καὶ τὸ πρόχειρον, καταφρονέεται, κἂν πάνυ χρήσιμον ᾖ. σκοπὸν δὲ ἐπὶ τῆς ἐξουσίης. τὰ γὰρ αὐτὰ παρὰ τοῖς αὐτέοις σπανίως ἔχουσιν, ἀγαπᾶται. σχήμασι δὲ, ἀπὸ μὲν προσώπου, συννοίῃ μὴ πικρῶς· αὐθάδης γὰρ δοκέει εἶναι, καὶ μισάνθρωπος. ὁ δὲ εἰς γέλωτα ἀνιέμενος, καὶ λίην ἱλαρὸς, φορτικὸς ὑπολαμβάνεται. φυλακτέον δὲ τὸ τοιοῦτον, οὐχ ἥκιστα. δίκαιον δὲ πρὸς πᾶσαν ὁμιλίην εἶναι. χρὴ γὰρ πολλὰ ἐπικουρέειν δικαιοσύνην.

CAPVT I.

Qui cultus tum animæ, tum corporis Medicum deceat?

Hoc scriptum Medici moderatio est, ac prȩceptũ quomodo officinam Medicã extruere oporteat. Medici equidem præscriptum esto, vt & aspectu probè coloratus, & quoad eius natura fert, carnosus sit. Nam à plerisque existimantur qui ita corpore haud dispositi sunt, non aliorum fœliciter curam gerere. Deinde in exteriori cultu mũdus esto, vt cõmoda induatur veste, & vnguẽtis bene olentibus nõ suspectum odorẽ ad omnia habẽtibus vtatur. Id enim suauiter habere ægrotantes contingit. Eũ quoque hæc spectare oportet vt animo modesto sit, non taciturnitate solum, verum etiam vita omnino probè compositus. Nam magnopere ad auctoritatẽ opinionémque comparandam conducunt quæ proba sunt. Moribus autem honestis probísque sit, quúmque talis fuerit, omnibus grauis, ac humanus. Procliuitas enim ac promptitudo quamuis admodũ sint vtilia, cõtemnantur. In auctoritate scopũ habeat; nã eadẽ apud eosdẽ rara habita diliguntur; figurã faciei gerat cogitabũdã nõ acerbè; superbus. n. & inhuman⁹ esse videretur. Qui verò in risũ effusus est ac nimiũ hilaris, molestus habetur. Id eiusmodi in primis vitãdũ est. Iustus autẽ esto in omni cõsuetudine vitȩ. Iustitiã. n. multũ auxiliari oportet.

Cum

Cum medico verò non parua sunt ægris commercia. Nam seipsos Medicis obtemperantes efficiunt; iique quauis hora inter mulieres, virgines, resque maximi pretij versantur. Continenter igitur ad hæc omnia se habere oportet. Animo igitur, & corpore sic affectus esto.

πρὸς δὲ ἰητρὸν οὐ μικρὰ συναλλάγματα τοῖσι νοσέουσίν ἐστι. καὶ γὰρ αὐτοὺς ὑποχειρίους ποιέουσιν τοῖς ἰητροῖς, καὶ πᾶσαν ὥρην ἐντυγχάνουσιν γυναιξὶν, παρθένοις, καὶ τοῖς ἀξίοις πλείστου κτήμασιν. ἐγκρατέως οὖν δεῖ πρὸς ἅπαντα ἔχειν ταῦτα. τὴν μὲν οὖν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, οὕτω διακεῖσθαι.

CAPVT II.

In Medici officina, locus idoneum, lux commoda, ægri sella, instrumenta chirurgica & medicamenta sint.

QVæ verò ad artem medicam præcepta pertinent, quibus artifex esse potest, ab initio animaduertendum, vnde etiam discere homo exordiatur. Quæ ergo in officina Medica curantur, ea propemodum discentium sunt. Ac primum quidem locum domus habere oportet; is autem erit si in eum neque ventus accedens obturbat, neque sol, aut splendor infestet. Lux autem splendida medentibus molesta non est, non similiter ægrotantibus. Prorsus igitur huiusmodi splendor vitandus est, per quem oculos ægrotare contingit. Lux ergo talis præcepta est. Id autem addo, vt nequaquam faciem splendori aduersam habeat, visum namque imbecillitate affectum oblædit. Omnis enim causa debiles oculos turbare valet. Luce itaque hoc modo vtendum est. Sellæ autem quoad eius fieri potest, altitudine sint æquales, vt in ipsis *agri collocentur*. Æramento præter instrumenta nullo vtatur; ornamentum enim quoddam molestum esse mihi videtur, talibus vasis vti. Aquam autem iis qui curantur potabilem & puram exhibere oportet. Detersoriis verò mundis ac mollibus vtendum est, ad oculos quidem linteis, ad vulnera verò, spongiis. Hæc enim per se probè auxiliari videntur. Instrumenta autem omnia ad vsum apta esse oportet magnitudine, pondere, ac tenuitate. Quæ verò adhibentur, omnia quidem vt conferant inspiciendum est, maximè verò si ægrotæ parti plurimùm adhærere debeant. Hæc autem sunt vincula, & medicamenta, & ad vlcus lintea, & cataplasmata; hæc enim diutissimè circa partes laborantes sunt. At quæ postea consequitur horum ablatio, & refrigeratio, & expurgatio, & aquarum affusio exigui cuiusdam sunt temporis. Et quid, vbi opus est, & magis, & minus faciendum sit, considerandum. Horum enim vtrorumque vsus tempestiuus cum his quæ non fiunt magnam habet differentiam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β΄.

Ἐν τῷ ἰητρείῳ τόπος ὁ ἐπιτήδειος, τὸ φῶς προσφορον, οἱ τοῦ νοσοῦντος δίφροι, τὰ ὄργανα χειρουργικὰ καὶ μαλάγματα.

ΤΑ δὲ εἰς τὴν ἰητρικὴν τέχνην παραγγέλματα, δι᾽ ὧν ἔστιν εἶναι τεχνικὸν, ἀπ᾽ ἀρχῆς συνοπτέον, ἀφ᾽ ὧν καὶ μανθάνειν ἄνθρωπος ἄρξαιτο. τὰ τοίνυν ἐν ἰητρείῳ θεραπευόμενα, σχεδὸν μανθανόντων ἐστίν. δεῖ καὶ πρῶτον μὲν τόπον ἔχειν τῆς οἰκίης. ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν μήτε πνεῦμα εἰς αὐτὸν παραγινόμενον ἐνοχλῇ, μήθ᾽ ἥλιος, ἢ αὐγὴ λυπέῃ. φῶς δὲ τηλαυγὲς, τοῖς μὲν θεραπεύουσι ἄλυπον. οὐχ ὁμοίως δὲ τοῖς θεραπευομένοις ὑπάρχει. πάντως μὲν οὖν τοιαύτην τὴν αὐγὴν μάλιστα φευκτέον, δι᾽ ἣν ξυμβαίνει τοὺς ὀφθαλμοὺς νοσέειν. τὸ μὲν οὖν φῶς, τοιοῦτον εἶναι παραγγέλλεται. τοῦτο δὲ, ὅπως μηδαμῶς ἐναντίως ἕξει τῷ προσώπῳ τὰς αὐγάς. προσενοχλεῖ γὰρ τὴν ὄψιν ἀσθενέως ἔχουσαν. πᾶσα δ᾽ ἰσχνὴ πρόφασις, ἀσθενέοντας ὀφθαλμοὺς ἐπιταράξαι. τῷ μὲν οὖν φωτὶ, τοῦτον τὸν τρόπον χρηστέον ἐστίν. τοὺς δὲ δίφρους ὁμαλοὺς εἶναι τοῖς ὕψεσιν ὅτι μάλιστα, ὅπως κατ᾽ αὐτοὺς ὦσιν. χαλκώματι δὲ, πλὴν τῶν ὀργάνων, μηδενὶ χρῆσθαι. καλλωπισμὸς γάρ τις εἶναί μοι δοκεῖ φορτικὸς, σκεύεσι τοιούτοισι χρῆσθαι. τὸ δ᾽ ὕδωρ παρέχειν δεῖ πότιμον τοῖς θεραπευομένοις, καὶ καθαρόν. τοῖς δὲ ἀπομάγμασιν καθαροῖς, καὶ μαλθακοῖς χρῆσθαι. πρὸς μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὀθονίοις. πρὸς δὲ τὰ τραύματα, σπόγγοις. αὐτὰ μάλα γὰρ ταῦτα βοηθεῖν δοκεῖ καλῶς. τὰ δ᾽ ὄργανα πάντα, εὐφυῆ πρὸς τὴν χρείαν ὑπάρχειν δεῖ τῷ μεγέθει, καὶ βάρει, καὶ λεπτότητι. τὰ δὲ προσφερόμενα ἅπαντα μὲν χρὴ συνορῆν, ὅπως συνοίσει. μάλιστα δὲ πλεῖστον εἰ ὁμιλεῖν μέλλει τῷ νοσοῦντι μέρει. ταῦτα δέ ἐστιν ἐπιδέσματα, καὶ φάρμακα, καὶ τὰ περὶ τὸ ἕλκος ὀθόνια, καὶ τὰ καταπλάσματα. πλεῖστον γὰρ χρόνον ταῦτα περὶ τοὺς νοσέοντας ἐστὶ τόπους. ἡ δὲ μετὰ ταῦτα, ἀφαίρεσις τούτων ἀναψύξις τε καὶ περικάθαρσις, καὶ τῶν ὑδάτων καταντλήσις, ὀλίγου τινός ἐστι χρόνου. καὶ τί ποιῆσαι ὅπου χρὴ, μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον ἐσκέφθαι δεῖ. τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἡ χρῆσις εὐκαιρέης τε, καὶ μὴ γινομένων, μεγάλην ἔχει διαφορήν.

CAPVT III.

De deligatione, sectione celeri ac tarda, de sectionum gladiolis acutis, ac latis, ac de eorum vsu.

AT propria deligatio Medicinæ est, à qua qui curat iuuatur. Maximè autem iuuant hæc duo, quibus vtendum est, comprimere vbi oportet, & remissè deligare. Ad anni autem tempestates animaduertendum, quando contegere oporteat, & non; vt ne vacillet ignarus, vtro horum alicubi vtendum sit. Concinnas autem deligationes, & ad spectaculum comparatas nihil iuuantes repudiato. Molestum enim id & prorsus arrogantis, ac plerumque ei, qui curatur damnum allaturum. Quærit autem ægrotus non ornatum, sed

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ΄.

Περὶ τῆς ἐπιδέσεως, καὶ καύσιος, καὶ τομῆς ταχείας τε, καὶ βραδείας, καὶ περὶ μαχαιρίων τῶν ὀξέων τε καὶ πλατέων, καὶ τῆς αὐτῶν χρείας.

ΕΣτι δὲ οἰκεῖν ἐπίδεσις τῆς ἰατρικῆς, ἀφ᾽ ἧς ὠφελεῖσθαι τὸν θεραπεύοντα. μέγιστα δὲ ὠφελεῖ δύο ταῦτα, οἷς ἐστὶ χρηστέον, πιέσαι ὅκου δεῖ, καὶ ἀραιμένως ἐπιδῆσαι. πρὸς δὲ τοὺς χρόνους τῆς ὥρης, πότε δεῖ σκεπαστικῶς, καὶ μὴ, συνορῆν, ὅκως μηδὲ ἀσθενῆ, λεληθὼς ποτέρῳ τούτων ἐνίοτε χρηστέον. εὐρύθμους δὲ ἐπιδέσιας, καὶ θεατρικὰς, μηδὲν ὠφελούσας, ἀπογινώσκειν. φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον, καὶ παντελῶς ἀλαζονικόν. πολλάκις τε βλάβην οἴσει τῷ θεραπευομένῳ. ζητεῖ τε ὁ νοσέων, οὐ καλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ

συμφέρειν. ἐπὶ δὲ τῶν χειρουργιῶν, ὅσαι διὰ τομῆς εἰσιν, ἢ καύσιος τὸ ταχέως, ἢ βραδέως ὁμοίως ἐπαινεῖται. χρῆσις γάρ ἐστιν ἀμφοτέρων. ἐν οἷς μὲν γάρ ἐστι διὰ μιῆς τομῆς ἡ χειρουργία, χρὴ ποιέεσθαι ταχεῖαν τὴν διαίρεσιν. ἐπεὶ γὰρ συμβαίνει τοὺς τεμνομένους πονέειν, μὲν τὸ λυπέον, ὡς ἐλάχιστον χρόνον δεῖ παρεῖναι. τοῦτο δὲ ἔσται, ταχείης τῆς τομῆς γινομένης. ὅπου δὲ πολλὰς ἀναγκαῖον γενέσθαι τὰς τομὰς, βραδείῃ χρηστέον τῇ χειρουργίᾳ. ὁ μὲν γὰρ ταχὺς, ξυνεχῆ ποιέει τὸν πόνον, καὶ πουλύν. ὁ δὲ διαλιπὼν, ἀνάπαυσιν ἔχει τινὰ τούτων τοῖς θεραπευομένοις. τὸ δ' αὐτὸ ἐπὶ τῶν ὀργάνων λέγοιτ' ἄν. τοῖς δὲ μαχαιρίοις, ὀξέσι δεῖν χρῆσθαι καὶ πλατέσιν, οὐκ ἐπὶ πάντων ὁμοίως παραγγέλλομεν. μέρη γάρ τινά ἐστιν τοῦ σώματος, ἃ ἐν τάχει μὲν ἔχει τὴν ῥύμην τοῦ αἵματος, καὶ καταχεῖν ἐστιν οὐ ῥηΐδιον. ταῦτα δέ ἐστιν, οἵ τε κιρσοὶ, καί τινες ἄλλαι φλέβες. τὰς μὲν τομὰς χρὴ εἶναι τῶν τοιούτων στενάς. οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν ῥύσιν γενέσθαι κατακορῆ. συμφέρει δέ ποτε ἀπὸ τῶν τοιούτων, αἵματος ἀφαίρεσιν ποιέεσθαι. περὶ δὲ τοὺς ἀκινδύνους τόπους, καὶ περὶ οὓς μὴ λεπτόν ἐστι τὸ αἷμα, πλατυτέροις χρῆσθαι τοῖς μαχαιρίοισι. τὸ γὰρ αἷμα, προέλθοι ἄν. ἄλλως δὲ, οὐδαμῶς. πάνυ δ' ἐστὶν αἰσχρῶς μὴ ξυμβαίνειν ἀπὸ τῆς χειρουργίης ὅτι θέλ.

quod conferat remedium. At verò in chirurgicis operationibus quæcunq; per sectionem, aut vstionem fiunt celeritas, ac tarditas peræque commendantur, vtriusq; enim vsus est. Nam in quibus quidem per vnam sectionem chirurgia absoluitur, celerem sectionem facere oportet. Quum enim contingat, eos qui secãtur, dolere, quod dolorem facit, id quàm minimo tempore adesse decet, quod celeriter fiet administrata sectione. At vbi multas fieri sectiones necesse est, tarda chirurgia vtẽdum. Qui namque celer est continuũ multúmque infert dolorem; qui verò intermittit, quietẽ aliquam iis qui curãtur exhibet. Idẽ autẽ de instrumentis dicatur. Gladiolis verò acutis & latis vtẽdum non in omnibus similiter pręcipimus. Quædã namque sunt corporis partes quæ celerem quidem habẽt sanguinis impetũ, quẽ sistere non est facile. Hæ verò sunt & varices, & alię quędã venæ. Taliũ equidẽ sectiones angustas esse oportet. Neque enim datur fluxũ fieri immodicũ. Cõducit autẽ interdũ à talibus sanguinis detractionẽ moliri. Ad locos verò non periculosos, & in quibus tenuis nõ est sanguis, latioribus gladiolis vtendum est. Ita enim sanguis prodierit, aliter verò, nequaquam. Valde autem turpe est non contingere a chirurgia quod velis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ σικυῶν τε καὶ σχασμοῦ, καὶ φλεβοτομίας.

Σικυῶν δὴ δύο τρόποις εἶναι χρησίμους· ὅτε μὲν γὰρ ῥεῦμα ξυνεστηκὸς πόῤῥω τῆς ἐπιφαινομένης σαρκὸς, τὸν μὲν κύκλον αὐτῆς εἶναι δεῖ βραχύν. αὐτὴν δὲ μὴ γαστρώδη, περιμήκη δὲ τὸ πρὸς τὴν χεῖρα μέρος, μὴ βαρεῖαν. τοιαύτην γὰρ οὖσαν, ἕλκειν ἐς ἰθὺ ξυμβαίνει, καὶ τοὺς ἀφεστῶτας ἰχῶρας καλῶς ἀνεσπᾶσθαι πρὸς τὴν σάρκα. τοῦ δὲ πόνου πλείονος κατεσκεδασμένου τῆς σαρκὸς, τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίην, τὸν δὲ κύκλον μέγαν. οὕτω γὰρ ἐκ πλείστων μερῶν εὑρήσεις ἄγουσαν ἐς ὃν δεῖ, τὸ λυποῦν τόπον. οὐ γὰρ οἷόν τε μέγαν εἶναι τὸν κύκλον, μὴ συναγομένης τῆς σαρκὸς ἐκ πλείονος τόπου. βαρεῖα δ' οὖσα, ῥέπει καὶ ἐς τοὺς ἄνω τόπους, κάτω δὲ μᾶλλον τὴν ἀφαίρεσιν. καὶ πολλάκις ὑπολείπεσθαι τὰς νόσους. τοῖσι μὲν οὖν ἐφεστῶσι ῥεύμασιν, καὶ μακρὰν ἀπέχουσιν ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων, οἱ πλατεῖς κύκλοι, πολλὰ ξυνεπισπῶνται παρὰ τῆς ἄλλης σαρκός. ἐπιπροσθεῖν οὖν ξυμβαίνει τὴν ἐντεῦθεν ἑλκομένην νοτίδα, τῇ ξυναγομένῃ κάτωθεν ἰχῶρι. καὶ τὰ μὲν ἐνοχλεῦντα, ὑπολείπεσθαι· τὰ δ' οὐδὲν λυπέοντα, ἀφαιρεῖσθαι. μέγεθος δὲ σικύης ἣ χρήσιμον, στοχάζεσθαι χρὴ πρὸς τὰ μέρη τοῦ σώματος, οἷς ἂν δέῃ προσβάλλειν. ὅταν δὲ καταχρίῃς, κάτωθεν δέχεσθαι. τὸ γὰρ αἷμα φανερὸν εἶναι δεῖ τῶν χειρουργουμένων τόπων. ἄλλως δὲ, οὐδὲ τὸν κύκλον τὸν ἑλκυσθέντα χρὴ καταχρούειν. εὐτονωτέρη γάρ ἐστιν ἡ σὰρξ τοῦ πονήσαντος. μαχαιρίοις δὲ τοῖς καμπύλοις ἐξ ἄκρου μὴ λίην στενοῖς. ἐνίοτε γὰρ ἰχῶρες ἔρχονται γλίσχροι, καὶ παχεῖς. κίνδυνος οὖν ἐστιν ὑποστῆναι τῇσι τομῇσιν, ὅταν στεναὶ τμηθῶσιν. τὰς δὲ ἐπὶ τῶν βραχιόνων φλέβας τῇσι καταλήψεσιν χρὴ φυλάσσειν. ἡ γὰρ καλύπτουσα σὰρξ πολλοῖς οὐ καλῶς συνήρμοσται τῇ φλεβί. τῆς γὰρ σαρκὸς ὀλισθηρῆς οὔσης, οὐ καθ' ἑαυτὰς ξυμβαίνει τὰς τομὰς ἀμφοτέρων γίνεσθαι. τὴν γὰρ φλέβα ἐκφυσᾶσθαι ξυμβαίνει καλυφθεῖσαν, καὶ τὴν ῥύσιν τοῦ αἵματος κωλύεσθαι. πολλοῖσι δὲ καὶ πύος διὰ τοῦτο ξυνίστασθαι. δὴ δοκεῖ δύο βλάβας φέρειν ἡ τοιαύτη χειρουργίη. τῷ μὲν τμηθέντι, πόνον· τῷ δὲ τέμνοντι, πολλὴν ἀδοξίην. τὸ δ' αὐτὸ κατὰ πασῶν παρήγγελται γίνεσθαι. τὰ μὲν οὖν καὶ ἰητρεῖον ἀναγκαῖα ὄργ-

CAPVT IV.

De cucurbitulis, de scarificatione, & venæ sectione.

DVas certè cucurbitularum formas vtiles esse *discito*. Quum enim procul ab apparẽte carne fluxus constiterit, eius circulum breuẽ esse oportet, ipsam verò non vẽtrosam, sed oblongã parte quæ ad manum est, minimè grauem. Talẽ enim in directum trahere contingit, & distantes serosos humores ad carnem reuelli. At dolore maiori per carnẽ disperso in reliquis quidem consimilem *cucurbitulã*, sed circulum magnũ esse oportet. Sic enim ex plurimis partibus quod dolorẽ facit, id in quem decet locum adducere comperies. Neque enim magnũ esse circulum putant nisi caro ex ampliori loco cõprehendatur, contrahatúrq;. Quæ verò grauis est, etiam ad superiores partes repit; infernè autem magis detractionem facit vt plerúmque morbi relinquantur. Instantibus igitur fluxionibus, longéque remotis à superiorib. locis lati circuli multa ex reliqua carne simul attrahunt. Contingit itaque inde attractã humiditatem collecto ex inferioribus partibus sero obiici, & ea quidem quę molestiam afferũt, relinqui; quæ verò nihil molesta sunt, detrahi. Magnitudinem verò cucurbitulæ quæ vtilis sit, ad partes quib. admouere oportuerit, cõiectare oportet. Quum autem scarificandũ est, ab imo excipito. Sanguinem namque conspicuum esse oportet locorum chirurgia scarificatorũ. Sed aliàs haud circulum attractũ scarificare decet tensa namque magis est caro loci laborantis. Scalpris autem curuis, in summo non nimis acutis vtere. Interdum enim serosi humores glutinosi, & crassi prodeũt; periculum est itaq; ne in scissuris quum angustæ fuerint; subsistant. At brachiorum venæ vinculis sunt constringendæ. Quæ enim *eas* contegit caro, in multis non benè venæ coaptata est. Quum enim lubrica existat, vtrorumq; sectiones per seipsas fieri nõ contingit. Venã enim contectã inflari cõtingit, & fluxũ sanguinis impediri, ac proinde multis etiã pus colligi. Demũ duo nocumenta afferre videtur talis chirurgia, secto quidẽ dolorẽ; secãti verò ignominiã. Id aũt ipsũ in omnibus fieri præceptũ est. Hæc itaq; sanè necessaria sunt in officina medica instrumenta,

menta, & in quibus artificiosum esse addiscentem oportet. Forficibus enim, & staphylagris quiuis vti potest. Simplex enim ipsorum vsus esse videtur.

CAPVT V.

De tuberculis & vlceribus, ac de vlcerum viis quatuor.

DE tuberculis autem & vlceribus quæ maiorum sunt morborum. Tubercula equidem deprehendere, & dissoluere posse, maximè artificiosum est, atque collectiones ipsorum prohibere. At consequens (est, ea in conspicuum, & quàm breuissimum locum contrahere, & compagem ipsam æqualem per totum tuberculum facere (si enim inæquale sit, ne rumpatur, & vlcus ægrè curabile fiat, periculum est) exæquare oportet, ac peræque omninò maturare, neque prius id diuidere, neque sua sponte rumpi sinere. Quæ verò æquabiliter maturant in aliis operibus prodita sunt. At vlcera vias quatuor habere videntur. Vnam quidem in profundum. Hæc autem sunt fistulosa, & quæcunque hypula existunt, & intus ex cauata; Altera est in fastigium vt quæ carne excrescunt. Tertia verò in latum, hæc autem sunt quæ serpentia dicuntur. Quarta via est; ipsa verò sola secundum naturam motus esse videtur. Hæ sunt itaque carnis calamitates; omnes autem eius quod conducit cōmunes; & earum quidem in aliis signa demonstrata sunt; & qua vtendum sit cura. Quibus autem id quod coaluit, dissoluatur; & quod impletum est, aut cauum redditum; aut quod in latum viam facit, eorum signa aliis in libris conuenienter dicta sunt.

CAPVT VI.

De facultate & vsu cataplasmatum; militiam chirurgis vtilem esse; ac de telorum extractione.

DE cataplasmatis autem sic *se res habet*. Quum linteorum quæ imponuntur in morbo accuratus vsus esse videtur, etiam vlceri adapta quod imponitur linteum. Verùm cataplasmate ad vlceris ambitum vtitor. Nam hic cataplasmatis vsus & artificiosus est, & plurimum iuuare potest. Videtur enim vlceri opitulari facultas eorum quæ circumponuntur; linteum verò continere. Partes autem vlceris exteriores cataplasma iuuat. Eorum igitur vsum talem esse cōuenit. Ad tempora autem quod attinet singulis hisce vtendum est, & quemadmodum eorum quæ scripta sunt, facultates addiscere oporteat, hæc à nobis iam prætermissa sunt; quia longius in ea prouecta sunt, quàm Medicinæ exigit diligentia, & eius sunt, qui magnos iam in arte progressus fecit. His consequens est chirurgia vulnerum in militia acceptorum, circa telorum extractionem. In vrbanis conuersationibus modicus horum vsus existit. Rarò enim per omne tempus ciuiles & hostiles expeditiones fiunt. Ista verò sæpissimè, ac frequentissimè in externa militia contingunt. Eum igitur qui chirurgiam facturus est, militiam sequi, & peregrinos exercitus sectari docet. Ita enim ad eum vsum exercitationis fuerit. Quod verò esse videtur in his magis artificiosum, referatur. Etenim signa exquirere, ac inuenire telorum in *corpore* existentium, maxima artis & chirurgiæ huc pertinentis pars existit. Hoc enim si fuerit, non relinquatur vulneratus, ignorantia neglectus, quum non idoneè chirurgia curetur. Is autem solus signorum peritus ritè id suscipiat. Verùm de his omnibus in aliis libris scriptum est.

χανα, καὶ περὶ ἃ δεῖ τεχνικὸν εἶναι τὸν μανθάνοντα, ταῦτ' ἐστιν. ὀδοντάγρῃσι γὰρ καὶ σταφυλάγρῃσι χρῆσθαι τὸν τυχόντα ἐστιν. ἁπλῆ γὰρ ἡ χρῆσις αὐτῶν εἶναι δοκεῖ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ φυμάτων τε καὶ ἑλκέων, καὶ περὶ τεσσάρων τῶν ἑλκέων ὁδῶν.

Περὶ δὲ φυμάτων, καὶ ἑλκέων ὁκόσα μειζόνων ἐστὶ νοσημάτων· τὰ μὲν φύματα, τεχνικώτατον ὑπειληφέναι, καὶ δύνασθαι διαλύειν καὶ τὰς συστάσιας αὐτῶν κωλύειν. ἐχόμενον δὲ τουτέων στέλλειν εἰς τὸν ἐπιφανῆ τόπον, ὡς εἰς βραχύτατον. καὶ τὴν σύστασιν ὁμαλῶς διὰ παντὸς ποιεῖσθαι τοῦ φύματος. (ἀνωμάλως γὰρ ἔχοντος αὐτοῦ, ῥαγῆναί τε, καὶ δυσθεράπευτον τὸ ἕλκος, κίνδυνός ἐστι γενέσθαι) ἐξομαλίζειν τε χρὴ πέσσοντα παντομερέως. καὶ μήτε διαιρεῖν πρότερον, μήτε αὐτόματον ἐᾶν ῥαγῆναι. τὰ δὲ ἐκπέψαι δυνάμενα ὁμαλῶς, ἐν ἑτέροις εἴρηται. τὰ δὲ ἕλκεα δοκεῖ πορείας ἔχειν τέσσαρας· μίαν μὲν εἰς βάθος. ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ συριγγώδεα, καὶ ὅσα ὕπουλά ἐστι, καὶ ἔνποθεν κεκοιλασμένα. ἡ δ' ἑτέρη, εἰς ὕψος, τὰ ὑπερσαρκέοντα. τρίτη δὲ ἐστιν εἰς πλάτος· ταῦτα δέ ἐστι τὰ καλεόμενα ἑρπυστικά· τετάρτη ὁδὸς ἐστιν· αὕτη δὲ μόνη κατὰ φύσιν εἶναι δοκέει κίνησις. αὗται μὲν οὖν ξυμφοραὶ τοιαῦται σαρκός εἰσιν. πᾶσαι δὲ κοιναὶ τοῦ ξυμφέροντος· καὶ τὰ μὲν τούτων ἐν ἑτέροισι σημεῖα δεδήλωται· καὶ ἡ χρηστέον ἐστὶν ἐπιμελείᾳ. δι' ὧν δὲ τὸ ξυμφυόμενον διαλυθήσεται· καὶ τὸ πληρούμενον, ἢ κοῖλον γινόμενον, ἢ τὴν εἰς πλάτος πορείαν ποιούμενον, προσηκόντως περὶ τουτέων ἐν ἄλλοις εἴρηται σημεῖα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

Περὶ δυνάμεως καὶ χρείας τῶν καταπλασμάτων, καὶ τὴν στρατείαν τοῖς χειρούργοις ὠφελέειν, καὶ περὶ ἐξαιρέσεως τῶν βελέων.

Περὶ δὲ καταπλασμάτων ὧδε. τῶν ἐπιτιθεμένων ὀθονίων, ὅκου ἂν ἡ χρῆσις κατὰ τοῦ νοσεύματος ἀκριβὴς εἶναι δοκέῃ, καὶ τῷ ἕλκει ἁρμόζον τὸ ἐπιτιθέμενον ὀθόνιον. τῷ δὲ καταπλάσματι, πρὸς τὸν κύκλῳ τόπον τοῦ ἕλκεος χρῶ. χρῆσις γὰρ αὕτη καταπλάσματος ἔντεχνός τε, καὶ πλεῖστα ὠφελεῖν δυναμένη. ἐδόκει γὰρ τῷ μὲν ἕλκει βοηθεῖν ἡ τῶν περιτιθεμένων δύναμις. τὸ δ' ὀθόνιον, φυλάσσειν. τὰ δ' ἔξω μὲν τοῦ ἕλκεος, τὸ κατάπλασμα ὠφελέει. τὴν μὲν οὖν χρῆσιν αὐτέων, εἶναι δεῖ τοιαύτην. περὶ δὲ καιρῶν, ὁκότε τούτοις ἑκάστοις χρηστέον ἐστὶ, καὶ τὰς δυνάμιας, ὡς χρὴ τῶν γεγραμμένων καταμανθάνειν· παραλέλειπται δὲ τὰ τοιαῦτα· ἐπεὶ πλεῖον προσήκεται τῆς κατ' ἰητρικὴν ἐπιμελείας· καὶ πόρρω τοῦ τῆς τέχνης ἤδη προεληλυθότος ἐστιν. ἐχόμενον δὲ τούτων ἐστὶ, καὶ κατὰ στρατιὴν γινομένων τρωμάτων χειρουργίη, περὶ τὴν ἐξαίρεσιν τῶν βελέων. ἐν τῇσι κατὰ πόλιν διατριβῇσι βραχεῖά τις ἐστιν τουτέων ἡ χρῆσις. ὀλιγάκις γὰρ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ γίνονται πολιτικαὶ στρατιαὶ καὶ πολεμικαί· ξυμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα, πλειστάκις καὶ ξυνεχέστατα περὶ τὰς ξενικὰς στρατιὰς γίνεσθαι. τὸν μὲν οὖν μέλλοντα χειρουργεῖν, στρατεύεσθαι δεῖ καὶ παρηκολουθηκέναι στρατεύμασι ξενικοῖς. οὕτω γὰρ ἂν εἴη γεγυμνασμένος πρὸς ταύτην τὴν χρείαν. ὃ δ' εἶναι δοκεῖ περὶ ταῦτα τεχνικώτερον, εἰρῆσθαι. τὸ γὰρ ὅπλων ἐνόντων, καὶ σημεῖα πεπορίσθαι, τέχνης ἐστὶ πλεῖστον μέρος, καὶ τῆς πρὸς ταῦτα χειρουργίας. τούτου γὰρ ὑπάρξαντος, οὐκ ἂν παραλίποιτο τρωματίας ἀγνοηθεὶς, ὅτε μὴ χειρουργέηται μὴ προσηκόντως. μόνος δ' ἂν ὁ τῶν σημείων ἔμπειρος, εἰκότως ἐπιχειροίη. περὶ δὲ τουτέων ἁπάντων ἐν ἑτέροις γεγραμμένον ἐστιν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΥΣΧΗΜΟΣΥΝΗΣ.
HIPPOCRATIS DE DECENTI HABITV LIBER.

ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ ΒΙΒΛΙΟΥ.

Διδάσκεται ὁ ἰητρὸς περὶ τῶν ἁπάντων τῶν περὶ τοὺς νοσοῦντας τηρητέων, ὡς εὐδίδακτός τε καὶ σπουδαῖος, καὶ ἀγρυπνητικὸς νομίζηται.

ARGVMENTVM LIBRI.

Medicus hic instruitur de iis omnibus quæ illi apud ægros obseruanda sunt vt doctus, prudens, sedulus, ac peruigil habeatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α΄.

Ἡ τῆς σοφίας χρῆσις· αἱ τῶν ἰητρῶν ἀληθέων τε καὶ ψευδέων διαφοραὶ, καὶ οἱ χαρακτηρισμοί.

ΟΥΚ ἀλόγως, οἱ προβαλλόμενοι τὴν σοφίην πρὸς πολλὰ εἶναι χρησίμην, ταύτην δὴ τὴν ἐν τῷ βίῳ. αἱ γὰρ πολλαὶ, πρὸς περιεργίην φαίνονται γεγενημέναι. λέγω δὲ αὐτὰς, αἳ μηδὲν χρέος, τῶν πρὸς ἃ διαλέγονται. ληφθείη δ' ἂν τουτέων μέρεα ἐς σχῆμα· ἢ ὅτι οὐκ ἀργίη, οὐδὲ μὴν κακίη. ὃ γὰρ σχολάζον, καὶ ἄπρηκτον, ζητέει ἐς κακίην, καὶ ἀφέλκεται· ὃ δ' ἐγρηγορὸς, καὶ πρός τι τὴν διάνοιαν ἐντεταμένον, ἐφελκύσαιτό τε τῶν πρὸς καλλονὴν βίου τεινόντων ἑαυτῷ, τουτέων τὰς μηδὲν ἐς χρέος πιπτούσας διαλέξιας. χαριεστέρη γὰρ, καὶ πρὸς ἑτέρην μὲν τι ἐς τέχνην πεποιημένην. τέχνην δὲ πρὸς εὐσχημοσύνην καὶ δόξαν. πᾶσαι γὰρ αἱ μὴ μετ' αἰσχροκερδείης, καὶ ἀσχημοσύνης, κἀκείνῃσι μέθοδός τις ἐοῦσα τεχνικὴ ἐργάζεται. ἀλλ' εἴ γε μὴ πρὸς ἀναιτίην, δημεύεται. νέοι τε γὰρ αὐτέοισιν ἐμπίπτουσιν. ἀκμάζοντες δὲ δι' ἐντροπίην, ἰδιώτας τίθενται βλέποντες. πρεσβῦται δὲ, διὰ πικρίην, νομοθεσίην τίθενται ἀναίρεσιν ἐκ τῶν πολέων. καὶ γὰρ ἀγορὴν ἐργαζόμενοι οὗτοι, μετὰ βαναυσίης ἀπατέοντες· καὶ ἐν πόλεσιν ἀνακυκλέοντες οἱ αὐτοί. ἴδοι δὲ τις καὶ ἐπὶ ἐσθῆτος, καὶ τῇσιν ἄλλῃσι περιγραφῇσι. κἢν γὰρ ἔωσιν ὑπερφανέως κεκοσμημένοι, πολὺ μᾶλλον φευκτέοι, καὶ μισητέοι τοῖσι θεωμένοισιν εἰσί. τὴν δὲ ἐναντίην, χρὴ ὧδε σκοπέειν, οἷς οὐ διδακτὴ κατασκευὴ, οὐδὲ περιεργίη. ἔκ τε γὰρ περιβολῆς, καὶ τῆς ἐν ταύτῃ εὐσχημοσύνης, καὶ ἀφελίης, οὐ πρὸς περιεργίην πεφυκυίης, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς εὐδοξίην, τό τε συνιέναι, καὶ ὃ ἐν νῷ πρὸς ἑωϋτοὺς διαχεῖσθαι, πρός τε τὴν πορείην. οἵ τε ἑκάστῳ σχήματι τοιοῦτοι, ἀδιάχυτοι, ἀπερίεργοι, πικροὶ πρὸς τὰς συναντήσιας, εὔθετοι πρὸς τὰς ἀποκρίσιας, χαλεποὶ πρὸς τὰς ἀντιπτώσιας, πρὸς τὰς ὁμοιότητας εὔστοχοι, καὶ ὁμιλητικοί, εὔκρητοι πρὸς ἅπαντας·

CAPVT PRIMVM.

Sapientiæ vtilitas; Medicorum verorum ac falsorum differentia, ac notæ.

NON præter rationem *speculantur*, qui sapientiam ad multa vtilem esse statuunt; eam videlicet, quæ in vita *versatur*. Nam multæ ad superuacaneum laborem factæ apparent, eæ, inquam, quæ nullum promunt vsum eorum de quibus disserunt. Harum tamen partes ad illas assumi possint, Vel quia neque cessatio est, neque malitia: Quod enim otiatur, nihilque agit malitiam quærit, & ad eam abstrahitur. Quod autem vigilat, & ad aliquid mentem intendit etiam attrahit quiddam eorum quæ ad vitæ suæ honestatem pertinent, istorum etiam disputationes quæ nullum in vsum cadunt. Gratiosior enim *sapientia est*, & ad quid aliud sanè; & ad artem constitutam; artem autem ad dignitatem & gloriam *comparandam*. Omnes enim *artes* haud cum indecoro quæstu, ac turpitudine *sunt*, illisque methodus quædam est artificialis, quæ operatur; Imò nisi innoxiè *inculpate*, proscribitur. Adolescentes enim in ipsos artifices irruunt, in vigorem autem prouecti, ipsos præ verecundia videntes idiotas ducunt. Senes verò per amarulentiam decretum in eos statuunt, è ciuitatibus expulsionem. Hi etenim sunt qui forum frequentant, qui cum sordido artificio decipiunt, qui in vrbibus circulant. Quisque autem nouerit tum ex vestitu, tum aliis circonscriptionibus. Quamuis enim splendidè ornati fuerint, multò magis fugiendi, & odio habendi spectantibus sunt. Oppositum verò pro scopo sectari perutile est quibus neque comparatus est ornatus, neque superflua carnositas. Ex vestitu enim cognosces, & decenti in ipso ornatu & simplicitate non ad superuacaneam curam comparato, Sed potius ad honestam existimationem & mente sua esse, & animo apud se constare, & ad incessum. Atque in quocunque habitu & cultu tales sunt, minimè diffluentes; non curiosi; graues ad occursus; ad respōsiones appositi; ad altercationes haud faciles; ad sui similes solertes, familiares, affabile

fabiles; in omnes temperati, ad emotiones taciturni, ab obticentias arguti & constantes, ad occasionem captandam opportuni, ad victum frugales, & pauco contenti, ad temporis expectationem patientes; ad patientiam faciles, ad orationem efficaces, omne demonstratũ explicantes; facundia vtẽtes, gratia affecti, gloria quæ inde manat roborati, & in veritate ad quod demonstratum est absoluti.

CAPVT II.

De Naturæ cum sapientia copulatæ præstantia, & Medicum esse non verbo, sed opere.

PRincipalissimum itaque horum omnium quæ dicta sunt, *est* Natura. Nam si hæc eis affuerit qui in artibus versantur, per omnia quæ supra dicta sunt progrediuntur. Vtilitas namque quæ tum in sapientia, tum in arte accedit, doceri nequit, ad principium capiendum edoceri potest. Natura autem defluit & confunditur cum sapientia ad ea ediscenda quæ ab ipsa natura efficiuntur. Multi enim in vtrisque rationibus superati, neutiquam vtrisque rebus ad demonstrationem vsi sunt. Quum quis igitur ipsorum quæ in oratione ponuntur ad veritatem expendat, nequaquam iis procedent quæ naturæ sunt. Isti itaque similem illis viam tenuisse deprehenduntur. Quare denudati omnem improbitatem, atque ignominiam induunt. Præclara namque est quæ ab edocto opere *manat* oratio: quicquid enim artificiosè factum est, à ratione profectum est. Quicquid autem artificiosè dictum est, non autem factum, viam artis expertem arguit. Nam putare quidem, non autem facere ignorantię & inertiæ signum est. Opinio enim maximè in Medicina in crimen vertitur eam adhibentibus; his verò qui ea in se vsi sunt, perniciem affert. Etenim si sibi ipsis in sermonibus persuaserint, & opus ex disciplina se scire putauerint quemadmodum aurum adulterinum in igne iudicatum, tales seipsos esse demonstrant; quamquam talis prædictio nihil commouet ad prudentiam eos, qui sunt eiusdem generis, quod autem rectus sit finis, cognitio manifestum facit. At tempus etiam artem facilem, ac peruiam facit, aut in consimilem viam incidentibus processus manifestos facit.

CAPVT III.

Quæ sapientiæ & Medicinæ communia, societatis vtriusque causæ.

QVapropter singula prædicta suscipere oportet, & sapiẽtiam transferre ad medicinam, & medicinam ad sapiẽtiam. Medicus enim Philosophus, est Deo æqualis, neque enim multa est inter ipsas differentia. Nam omnia quæ ad sapientiam requiruntur, insunt in medicina; argenti contẽptus, reuerentia, verecũdia, habitus submissus, autoritas, iudicium, quies, occursus, mundities, doctrina, cognitio ad vitam vtilium ac necessariarũ purgationũ, mercatio, superstitionis vacuitas, præstantia diuina, habent enim quæcunq; habent ad coërcendã intemperantiã, inscitiam, auaritiam, concupiscentiam, rapináſq;, ac impudentiam. Hæc enim est cognitio accedentiũ, & vsus eorum, quæ ad amicitiã pertinẽt, & quomodo ad liberos, ac quascunq; res se gerere oporteat. Quatenus igitur cũ hac societatem habet, sapientia quædã est; nã & plurima ex his etiã medicus habet. Etenim sciẽtia de diis vel maximè animo ipsius implexa est; etenim in aliis affectionib., & in symptomatis accidẽtibus, Medicina

πρὸς τὰς ἀναστάσιας σιγητικοί. πρὸς τὰς ἀποσιγήσιας ἐνθυμηματικοί, καὶ καρτερικοί. πρὸς τὸν καιρὸν εὔθετοι καὶ λημματικοί. πρὸς τὰς ἐδωδὰς εὔχρηστοι, καὶ αὐτάρκεες. ὑπομενητικοὶ πρὸς καιρὸν, πρὸς ὑπομονὴν, πρὸς λόγους ἀνυστοί. πᾶν τὸ ἀποδειχθὲν ἐκφέροντες. εὐεπίῃ χρώμενοι. χάριτι διατιθέμενοι· δόξῃ τῇ ἐκ τουτέων διισχυριζόμενοι· ἐς ἀλήθειαν, πρὸς δὲ ὑποδειχθὲν ἀποτελματιζόμενοι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ ὑπεροχῆς τῆς φύσεως τῆς τῇ σοφίᾳ συμπεπλεγμένης, καὶ τὸ ἰητρὸν μὴ τῷ λόγῳ, ἀλλὰ τῷ ἔργῳ.

ΗΓεμονικώτατον μὲν οὖν τουτέων ἁπάντων τῶν προειρημένων, ἡ φύσις. καὶ γὰρ οἱ ἐν τέχνῃσιν, ἢν προσῇ αὐτέοισι τοῦτο, διὰ πάντων τουτέων προσαπρεύονται τῶν προειρημένων. ἀδίδακτον γὰρ τὸ χρέος ἔν τε σοφίῃ, καὶ ἐν τῇ τέχνῃ προστεθέμενον, διδαχθῆ εἰς τὸ ἀρχὴν λαβεῖν. ἡ δὲ φύσις κατέρρυη, καὶ κέχυται. τῇ δὲ σοφίῃ, ἐς τὸ εἰδῆσαι τὰ ἀπ' αὐτέης τῆς φύσιος ποιεύμενα. καὶ γὰρ ἐν ἀμφοτέροισι λόγοισι πολλοὶ κρατηθέντες, οὐδαμῆ σὺν ἀμφοτέροισιν ἐχρήσαντο τοῖσι πρήγμασιν ἐς δεῖξιν. ἐπὴν οὖν τις αὐτέων ἐξετάζῃ τε πρὸς ἀλήθειαν τῶν ἐν ῥήσει τιθεμένων, οὐδαμῆ τὰ πρὸς φύσιν αὐτέοισι χωρῆσαι. εὑρίσκονται γοῦν οὗτοι παραπλησίην ὁδὸν ἐκείνοισι πεπορευμένοι. διόπερ ἀπογυμνούμενοι, τὴν πᾶσαν ἀμφιέννυνται κακίην καὶ ἀτιμίην. καλὸν γὰρ ἐκ τοῦ διδαχθέντος ἔργου, λόγος. πᾶν γὰρ τὸ ποιηθὲν τεχνικῶς, ἐκ λόγου ἀνῃνέχθη. τὸ δὲ ῥηθὲν τεχνικῶς, μὴ ποιηθὲν δὲ, μεθόδου ἀτέχνου δεικτικὸν ἐλογίσθη. τὸ γὰρ οἴεσθαι μὲν, μὴ πρῆσσειν δὲ, ἀμαθίης καὶ ἀτεχνίης σημεῖόν ἐστιν. οἴησις γὰρ μάλιστα ἐν ἰητρικῇ, αἰτίην μὲν τοῖσι κεχρημένοισιν, ὄλεθρον δὲ τοῖσι χρεομένοισιν ἐπιφέρει. καὶ γὰρ ἢν ἑωυτοὺς ἐν λόγοισι πείσαντες, οἰηθῶσιν εἰδέναι ἔργον τὸ ἐκ μαθήσιος, καθάπερ χρυσὸς φαῦλος ἐν πυρὶ κριθεὶς τοιούτους αὐτοὺς ἀπέδειξε. καίτοι γε τοιαύτη ἡ πρόρρησις ἀπροσήγορον εἰς σύνεσιν ὁμογενέσιν· ὡς ἔστιν εὐθὺ τὸ πέρας, ἐδήλωσε γνῶσις. τὴν δ' ὁ χρόνος, καὶ τὴν τέχνην εὔοδα κατέστησεν, ἢ τοῖσιν ἐς τὴν παραπλησίην οἶμον ἐμπίπτουσι τὰς ἀφορμὰς δήλους ἐποίησε.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Τῇ σοφίᾳ τε καὶ τῇ ἰητρικῇ κοινὰ, τὰ τῆν ἀμφοτέραιν κοινωνίας αἴτια.

ΔΙὸ δεῖ ἀναλαμβάνοντα τουτέων τῶν προειρημένων ἕκαστα, μετάγειν τὴν σοφίην ἐς τὴν ἰητρικὴν, καὶ τὴν ἰητρικὴν, ἐς τὴν σοφίην. ἰητρὸς γὰρ φιλόσοφος, ἰσόθεος. πολλὴ γὰρ διαφορὴ ἐπὶ τὰ ἕτερα. καὶ ἔνι τὰ πρὸς σοφίην, ἐν ἰητρικῇ πάντα. ἀφιλαργυρίη. ἐντροπή. ἐρυθρίησις. καταστολή. δόξα. κρίσις. ἡσυχίη. ἀπάντησις. καθαρειότης. γνωμολογίη. εἴδησις τῶν πρὸς βίον χρηστῶν, καὶ ἀναγκαίων καθαρσίων. ἀπεμπόλησις. ἀδεισιδαιμονίη. ὑπεροχὴ θεία. ἔχουσι γὰρ ἃ ἔχουσι πρὸς ἀκολασίην, πρὸς βαναυσίην, πρὸς ἀπληστίην, πρὸς ἐπιθυμίην, πρὸς ἀφαίρεσιν, πρὸς ἀναιδείην ἐνδεῖν. αὕτη γὰρ γνῶσις τῶν προσιόντων, καὶ χρῆσις τῶν πρὸς φιλίην, καὶ ὡς ὁκοίως τε πρὸς τέκνα, πρὸς χρήματα. ταύτῃ μὲν οὖν ἐπικοινωνός σοφίη τις. ὅτι καὶ ταῦτα τὰ πλεῖστα ὁ ἰητρὸς ἔχει. καὶ γὰρ μάλιστα ἡ περὶ θεῶν εἴδησις ἐν νόῳ αὕτη ἐμπλέκεται. ἐν γὰρ τοῖσι ἄλλοισι πάθεσι, καὶ ἐν συμπτώμασιν, εὑρίσκεται τὰ πολλὰ

πρὸς θεοὺς ἔντιμος κειμένη ἡ ἰητρική. οἱ δὲ ἰητροὶ θεοῖσι παρακεχωρήκασιν. οὐ γὰρ ἔνι περιττὸν ἐν αὐτέῃ τὸ δυναστεῦον. καὶ γὰρ οὗτοι πολλὰ μὲν μεταχειρέονται, πολλὰ δὲ καὶ κεκράτηται αὐτέοισι δι᾽ ἑωυτέων. ἃ δὲ κατὰ πλεονεκτεῖ νῦν ἡ ἰητρικὴ ἐντεῦθεν παρέξει. τίς γὰρ ὁδὸς τῆς ἐν σοφίῃ, ὧδε. καὶ γὰρ αὐτέοισιν ἐκείνοισιν, οὕτω δ᾽ οὐκ οἴονται, ὁμολογέουσιν ὧδε. τὰ περὶ σώματα παραγινόμενα· ἃ δὴ διὰ πάσης αὐτῆς πεπόρευται, μετασχηματιζόμενα, ἢ μεταποιεύμενα. ἃ δὲ μετὰ χειρουργίης ἰώμενα, ἃ δὲ, βοηθούμενα, θεραπευόμενα, ἢ διαιτώμενα. τὸ δὲ κεφαλαιωδέστατον, ἔστω εἰς τὴν τουτέων εἴδησιν. ὄντων οὖν πιστέων, τῶν προειρημένων ἁπάντων χρὴ τὸν ἰητρὸν, ἔχειν τινὰ εὐτραπελίην παρακειμένην. τὸ γὰρ αὐστηρὸν, δυσπρόσιτον καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι, καὶ τοῖσι νοσέουσι. τηρεῖν δὲ χρὴ ἑωυτὸν ὅτι μάλιστα, μὴ πολλὰ φαίνοντα τῶν τοῦ σώματος μερέων, μὴ δὲ πολλὰ λεσχηνευόμενον τοῖσιν ἰδιώτῃσιν, ἀλλὰ τ᾽ ἀναγκαῖα. νομίζει γὰρ τοῦτο βίην εἶναι ἐς πρόσκλησιν θεραπείης. ποιέειν δὲ κάρτα μηδὲν περιέργως αὐτέων, μηδὲ κατὰ φαντασίης.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ΄.

Ὅτι δεῖ τὸν ἰητρὸν τὰ παντοδαπὰ ὄργανα κατεσκευασμένα ἔχειν, καὶ τὰ πρὸς τὴν ὁδὸν ἀρκέοντα.

Ἐσκέφθω δὲ ταῦτα πάντα ὅκως ᾖ σοι προκατηρτισμένα εἰς τὴν εὐπορίην, ὡς δέοι. εἰ δὲ μὴ, ἐπὶ τοῦ χρέους, ἀπορείη ἀεὶ δή. μελετᾶν δὲ χρὴ ἐν ἰητρικῇ ταῦτα, μετὰ πάσης καταστολῆς. περὶ ψηλαφίης, καὶ ἐγχρίσιος, καὶ ἐγκαταντλήσιος, πρὸς τὴν εὐρυθμίην τῶν χειρῶν. περὶ τιλμάτων, περὶ σπληνῶν, περὶ ἐπιδέσμων, περὶ τῶν ἐκ καταστάσιος, περὶ φαρμάκων, ἐς τραύματα, καὶ ὀφθαλμικά. καὶ τουτέων πρὸς τὰ γένεα· ἵν᾽ ᾖ σοι προκατηρτισμένα, ὄργανά τε καὶ μηχαναὶ, καὶ σίδηρος ὁ ἑξῆς. ἡ γὰρ ἐν τουτέοισιν ἀπορείη, ἀμηχανίη καὶ βλάβη ἐστίν. ἔστω δέ σοι ἑτέρη περιέξοδος ἡ λιτοτέρη πρὸς τὰς ἐπιδημίας, ἡ διὰ χειρῶν. ἡ δ᾽ εὐχερεστάτη, διὰ μεθόδων. οὐ γὰρ οἷόν τε διέρχεσθαι πάντα τὸν ἰητρόν. ἔστω δέ σοι εὐμνημόνευτα φάρμακά τε, καὶ δυνάμιες ἁπλαῖ, καὶ ἀναγεγραμμέναι, εἴπερ ἄρα ἐστὶν ἐν νόῳ· καὶ τὰ περὶ νούσων ἰήσιος, καὶ οἱ τουτέων τρόποι, ὁσαχῶς, καὶ ὃν τρόπον περὶ ἑκάστων ἔχουσιν. αὕτη γὰρ ἀρχὴ ἐν ἰητρικῇ, καὶ μέσα, καὶ τέλος. προκατεσκευάσθω δέ σοι, καὶ μαλαγμάτων γένεα πρὸς τὰς ἑκάστων χρήσιας. ποτήματα τέμνειν δυνάμενα, ἐξ ἀναγραφῆς ἐσκευασμένα πρὸς τὰ γένεα. προητοιμάσθω δὲ καὶ τὰ πρὸς φαρμακείην ἐς τὰς καθάρσιας εἰλημμένα ἀπὸ τόπων τῶν καθηκόντων, ἐσκευασμένα εἰς ὃν δὴ τρόπον πρὸς τὰ γένεα, καὶ τὰ μεγέθεα, ἐς παλαίωσιν μεμελετημένα, τὰ δὲ πρόσφατα ὑπὸ τὸν καιρὸν, καὶ τἄλλα κατὰ λόγον. ἐπὴν δὲ ἐσίῃς πρὸς τὸν νοσέοντα, τουτέων σοι ἀπηρτισμένων, ἵνα μὴ ἀπορῇς, εὐθέτως ἔχων ἕκαστα πρὸς τὸ ποιησόμενον. ἴσθι δὲ γινώσκων, ὃ χρὴ ποιέειν, πρὶν ἐσελθεῖν. πολλὰ γὰρ οὐδὲ συλλογισμοῦ, ἀλλὰ βοηθείης δεῖται τῶν πρηγμάτων. προδιαστέλλεσθαι οὖν χρὴ τὸ ἐκβησόμενον ἐκ τῆς ἐμπειρίης. ἔνδοξον γὰρ, καὶ εὐμαθές. ἐν δὲ εἰσόδῳ μεμνῆσθαι, καὶ καθέδρης· καὶ καταστολῆς· περιστολῆς· ἀνακυριώσεως· βραχυλογίης· ἀταραξοποιησίης· προσεδρίης· ἐπιμελείης· ἀντιλέξιος πρὸς τὰ ἀπαντώμενα· πρὸς τοὺς ὄχλους τοὺς ἐπιγινομένους· εὐσταθίης τῆς ἐν ἑαυτῷ. πρὸς τοὺς θορύβους ἐπιπλήξιος· πρὸς τὰς ὑπουργίας, ἑτοιμασίης·

erga Deos valde reuerenter se habere comperitur. Medici verò deis concedunt. Non enim est potẽtia in ipsa redundans; nã & hi multa quidẽ aggrediuntur, multa verò etiã per seipsa ipsis superantur. Quę verò nunc possidet Medicina, hinc exhibebit. Quæ enim via ipsius sit in sapientia, hactenus dictum est; nam & illis ipsis hoc modo se res habet. Quæ verò putant, & cõfitentur, ac profitentur, sic habẽt. Quæ corporib. adsunt, & aduenıũt, quæ sanè per omnẽ ipsam artem procedunt, dũ illa transformãtur, aut transmutãtur. Quæ itẽ per chirurgiã sanãt Et quæ auxiliis & medelis aut victu curantur. Sũma verò horũ omniũ tendat ad horum cognitionem. Quum igitur relata omnia tali modo se habeãt, cõuenit vt Medicus comitatẽ quandã sibi adiũctã habeat, austeritas enim & sanis, & ægris difficilẽ accessũ præbet. Maximè adseruare ipsũ seipsum cõuenit, vt ne multas corporis partes ostẽdat, neq; cum imperitis multa fabuletur, sed necessaria; hoc.n. violẽtia esse cõsueuit ad curationis prouocationẽ. Facere autẽ nihil debet valde curiosè, neque ex imaginatione.

CAPVT IV.

Medicum omnis generis instrumenta parata habere oportet, & quæ sufficiant in peregrinatione.

HÆc verò omnia cõsiderato, quo tibi præparata sint ad abundantiam, prout opus fuerit. Sin minus, instãte necessitate semper penuria fuerit. Meditari autem oportet hæc in medicina, cum omni submissione, defrictione, & illitione, & perfusione, ad manuũ cõcinnitatẽ; de linamẽtis vulsis, de spleniis, de ligamentis, de his quæ pro temporis constitutione requiruntur, de medicamẽtis ad vulnera, & ocularia, & ex his ea, quæ ad singula genera pertinent; quo tibi præparata sint, & instrumẽta, & machinæ, & cõsequenter ferrũ; nam in his penuria damnosa est, & artem mancam facit. Sit autem tibi alter apparatus simplicior ad peregrinationes instructus, ad manus prõptus, expeditissimus autẽ per methodi rationem; neque enim fieri potest, vt Medicus omnia percurrat. Firma item memoria teneto medicamenta, & simplices facultates, & descriptas, si modo tales extant. Sint & in memoria tibi morborũ curationes, & harũ modi, quotupliciter, & quomodo in singulis se habent; hoc enim principiũ est in Medicina, & mediũ, & finis. Præparata quoq; tibi sint malagmatũ genera ad singulos vsus. Potiones quæ incidere possunt ex descriptione præparatæ per genera. In promptu sint & quæ ad medicationem pertinent, ad purgationes, sumpta de locis congruis, & parata eo, quo cõuenit modo iuxta genera & magnitudines, ad vetustatem ferẽdam curata. Recentia verò iuxta temporis occasionẽ, & alia iuxta rationem. His autem tibi præparatis hoc cõmodi erit, vt vbi ad ægrotũ introieris, animo incertus non sis, quum apposite habeas singula ad id, quod faciendũ est. Antea verò hoc cognitũ habeas quod facere oportet, quàm ad ægrũ ingrediaris, pleraque enim non ratiocinatione, sed auxilio rerũ opus habẽt. Itaq; euentũ ab experientia priùs discernere oportet; est enim hoc gloriosũ, & facilè cognosci potest. In ingressu verò meminisse conuenit & sessionis, & habitus submissi, amictus cõpositi, auctoritatis, breuiloquentiæ, vt nihil cũ perturbatione facias, assessus, diligẽtiæ, responsionis ad ea, quæ occurrũt, & ad tumultus obsorientes compescendos, cõstantiæ apud teipsũ, increpationis ad turbas castigãdas, promptitudinis ad ministeria,

nisteria. Et ad hæc memor sis primi apparatus. Sin minus, reliqua citra errorem fiant, quæ ad promptitudinem parandam præcipiuntur.

CAPVT V.

Quæ medico apud ægrotum aduertenda, vbi prudentia aduertitur, sedulitas, vigilantia.

INgressu vtere frequenter, visita diligentius his, quæ à deceptis per errorem fiunt occurrens, vt mutetur; faciliùs enim cognosces, simúlq; expeditior eris, instabilia enim sunt quæ in humidis consistunt. Quapropter etiam facilè & à natura & à fortuna transmutantur, neglecta enim ea quę circa tēporis occasionem administrare oportebat, impetu suo progressa occupant, ac perimunt; non enim est quod opem ferat. Multa enim sunt, quæ simul mali aliquid faciũt; nã quod singulatim iuxta consequētiam fit, magis opportunũ, & frequētius est. Obseruare autem oportet ægrotorum quoq; errores, per quos multi sæpe mentiti sunt, in assumēdis his, quę ingerenda exhibentur, quum exosas potiones non accipientes, aut pharmacis datis, aut alia curatione adhibita, perempti sunt. Et factum quidem hoc nō ad ipsorum cōfessionem vertitur, verùm Medico culpa imputatur. Considerare verò oportet etiam decubitus, quosdam ex ipsis iuxta anni tēpus, quosdam iuxta genera; quidam enim in altis sedibus, quidam in subterraneis, ac tenebrosis decumbunt.

CAPVT VI.

Strepitus & odores vitandos esse, prudentiam Medicum docere, discipulis indoctis ægrum non committendum.

Ὅροις μὲν ἐχρήσαντο οἱ λογικοί· ὑπογραφαῖς δὲ οἱ ἐμπειρικοί· τὸ δὲ περὶ τούτων ζητεῖν, φιλοσόφοις μόνοις ἁρμόζει. ἁπλῶς δὲ καὶ οὕτως ὡρίσαντο οἱ παλαιοὶ ἰατροὶ τὴν ἰατρικήν, ἢ ὑπέγραψαν. ἰατρική ἐστι κατὰ μὲν Ἱπποκράτην, πρόσθεσις, καὶ ἀφαίρεσις. πρόσθεσις μὲν τῶν ἐλλειπόντων, ἀφαίρεσις δὲ τῶν πλεοναζόντων, ἐπὶ ἀνθρωπίνων σωμάτων. ὃν γὰρ τινὲς ὅρον ἰατρικὸν ἀπέδοσαν, οὐκ ἔστιν ὅρος· τό τε μὴ παντάπασιν ἀπαλλάσσειν τῶν νόσων τοὺς κάμνοντας, καὶ τὸ τὰς σφοδρότητας ἀμβλύνειν, καὶ τὸ τοῖς κεκρατημένοις μὴ ἐγχειρεῖν. οὐ γὰρ ἐξ ὧν μὴ δύνανται αἱ τέχναι, ἀλλ' ἐξ ὧν δύνανται, οἱ ὅροι αὐτῶν εἰσιν. ἐρεῖ γὰρ αὐτῆς ὅσα μὴ δύναται, οὐ τὰ μὴ ὑπάρχοντα αὐτῇ εἴρηκε. οἱ δὲ νεώτεροι οὕτως ὡρίσαντο. ἰατρική ἐστιν ἐπιστήμη, ὑγιείας μὲν τηρητική, νόσων δὲ ἀπαλλακτική, οὐκ ὀρθῶς. οὐ γὰρ αὐτὴ ταῦτα ἐνεργεῖ, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐνεργεῖ, ταῦτα ἀποτελεῖται, καὶ οὐκ ἀεί. διὸ οὐκ ἐκ τούτων συνέστηκεν, ἀλλ' ἐκ τῶν ὑπ' αὐτῆς ἀεὶ παραλαμβανομένων. ταῦτα δέ ἐστι πρόσθεσις, καὶ ἀφαίρεσις. ὅθεν ἃ παραλαμβάνει ἡ ἰατρική, ταῦτα εἶπεν αὐτὴν εἶναι ὁ Ἱπποκράτης, οἷς ἐπί τε τῶν ὑγιαινόντων χρῆται, ὅταν τὴν ὑγείαν αὐτῶν συντηρῇ, καὶ ἐπὶ τῶν νοσούντων, ἵνα τῶν νόσων ἀπαλλάττωνται. ἃ τοίνυν ἀεὶ ἐνεργεῖ, ταῦτά ἐστι τὰ συνιστάντα αὐτήν, οὐ τὰ ἀπὸ τούτων ἀποτελούμενα. ἕτερον γάρ τί ἐστιν ἡ τέχνη, καὶ ἕτερον τὸ τέλος αὐτῆς. οὗ γὰρ ἐφίεται, τοῦτο ἄλλο τί ἐστι παρὰ ταύτην, ἀμέλει καὶ οὐκ ἀεὶ τοῦτο σὺν αὐτῇ ἔχει. διὸ μέχρι μὴ τυγχάνει αὐτοῦ, οὐδὲ τὸ τέλος αὐτῆς λέγεται, ἀλλὰ σκοπός, ὅταν δὲ τύχῃ, τέλος.

CAPVT VI.

Quid sit medicina.

Definitionibus rationales vsi sunt, & descriptionibus empirici: de quibus quæstionem instituere philosophis solum conuenit: enimverò veteres etiam medici hoc modò medicinam simpliciter, vel definierunt, vel descripserunt. Medicina est, ex Hippocratis sententia, adiectio, & detractio. Adiectio quidem deficientis, detractio autem superantis in hominum corporibus. Quam enim definitionem medicinæ nonnulli putauerūt, reuera non est; ægros videlicet morbis non prorsus liberare, dolores lenire, morbique vehementiam retundere, malo victis manum non admoliri. Non enim ex iis, quæ artes non possunt, sed ex his quæ possunt ipsarum definitiones sunt, quæ enim ipsa non potest dicit, non quæ ipsi insunt definit. Recentiores huiusmodi definitionem vsurparunt. Medicina est scientia sanitatis conseruatrix, morborum depultrix. Non rectè habet: non enim ipsa hæc efficit, sed ex illis quæ efficit, hæc proueniunt, idque non semper. Quapropter non ex his, sed illis, quæ ab ea semper accipiuntur, constituta est. Hæc autem sunt adiectio, & detractio. Proinde, quæ capit medicina, hæc ipsam esse dixit Hippocrates, quibus, & in sanis vtitur, cum secundam ipsorum valetudinem conseruat, & in ægrotis, vt morbis liberet. Quæ igitur semper facit, ea ipsam constituunt, non illa, quæ ab his efficiuntur. Aliud namque ars, aliud eius finis est. Quod enim appetit, id aliud ab ipsa est, idque non perpetuò secum habet. Quo fit, vt quatenus ipsum non contingit, neque finis eius, sed scopus dicatur: quum autem contigerit finis.

Ita gubernatoria, & sagittandi ars; non à fine, quem non semper contingunt, sed ab aliis, quibus constitutæ sunt, & per quæ, vt finem assequantur, functiones obeunt, definitionem sortiuntur. Porrò definitio hæc omnibus ferè post Hippocratem proba esse videtur. Herophilo, Medicina est scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum. Trium enim horum cognitionem habet. Salubrium, quæ corporis humani constitutionem ita præparant, vt ex eis pulchrè inuicem aptatis sanitas concilietur: Insalubrium, quæ salubrem conuenientiam dissoluunt. Neutrorum omnia sunt auxilia, quæ ægris afferuntur, & eorum materia. Hæc enim prius quàm à medico excepta sint, neutra, nec salubria, nec insalubria sunt.

οὕτως οὖν καὶ κυβερνητικὴ, καὶ τοξικὴ οὐκ ἀπὸ τῶν τελῶν ὁρίζονται. οὐ γὰρ ἀεὶ τούτου τυγχάνουσιν, ἀλλ' ἐξ ὧν συνεστήκασι, καὶ δι' ὧν ἐνεργοῦσιν, ἵνα τῶν τελῶν περιγίνωνται. δοκεῖ δὲ τοῖς μετ' Ἱπποκράτην σχεδὸν ἅπασιν, οὗτος ὁ ὅρος ὀρθῶς ἔχειν. Ἡρόφιλος δὲ, ὅτι ἰατρική ἐστιν ἐπιστήμη ὑγιεινῶν, καὶ νοσωδῶν, καὶ οὐδετέρων. τριῶν γὰρ τούτων γνῶσιν ἔχει, ὑγιεινῶν μὲν, ὅσα τῶν κατασκευαζόντων τὰ ἐν ἀνθρώπῳ οὕτως ἔχειν, ἐξ ὧν εὖ ἡρμοσμένων πρὸς ἄλληλα, τὸ ὑγιαίνειν συνίσταται. νοσωδῶν δὲ τῶν τὴν ὑγιεινὴν ἁρμονίαν διαλυόντων. οὐδετέρων δέ ἐστιν ἅπαντα τὰ προσφερόμενα ἐν ταῖς νόσοις βοηθήματα, καὶ ἡ ὕλη αὐτῶν. ταῦτα γὰρ πρὶν ἢ παραληφθῆναι ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ, οὐδέτερά ἐστιν, οὐδὲ ὑγιεινὰ, οὐδὲ νοσώδη.

CAPVT VII.

Quot partes Medicinæ.

Partes Medicinæ principes sunt Physiologia, ætiologia, pathologia, Diæta sanorum, semeiotice, therapeutice. Athenæus pro semeiotice materiam constituit, quę in therapeutice reperitur. nam sine materia curatio fieri non potest. Semeiotice & ad curationem quidem necessaria, non tamen ipsa est curatio: materiæ enim beneficio curatio absoluitur & materia quidem sine curatione nihil aliud confert. Semeiotice etiam & sine curatione necessaria, vt quæ curabilia quæque siue incurabilia cognoscamus, vt in iis hæreamus, ne quum susceperimus impossibilia hallucinemur. Iam verò quinque partium medicinæ cuiusque subdiuisio quædam est. Physiologia igitur pars quidem illius est, in qua de hominis natura disserimus: Diuiditur autem in tractationem elementorum, quibus homo componitur, tum in eam, quæ de generatione & formatione fœtus, tertio in interiorum, & exteriorum corporis partium speculationem, cum cadauera dissecamus, ossiúmque rationes perscrutamur: ætiologia quæ & pathologia in qua quæ præter naturam sunt inquirimus, & morborum causas inuestigamus & symptomatum concursus, affectuum status diligenter indagamus. His enim incognitis nemo rectè nouerit, quomodo morbos curare conueniat: medicinæ pars ea quæ diæta sanorum diuiditur in eam quæ sanitatem tuetur, & in eam quæ morbos arcet præcauendo, ac in eam quæ à morbis surgentes reficit. Semeiotice in tres partes dirimitur, in præteritorum cognitionem, in præsentium inspectionem, & futurorum prouidentiam. Similiter & ipsa therapeutice in tres partes diuiditur, in Diætam, Chirurgiam & Pharmaciam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Πόσα μέρη ἰατρικῆς.

Μέρη ἰατρικῆς τὰ μὲν πρῶτά ἐστι, τό τε φυσιολογικὸν, καὶ τὸ αἰτιολογικὸν, ἢ παθολογικὸν, καὶ τὸ ὑγιεινὸν, καὶ τὸ σημειωτικὸν, καὶ τὸ θεραπευτικόν. Ἀθήναιος δὲ ἀντὶ τοῦ σημειωτικοῦ, τὸ ὑλικὸν τάττει, ὅ ἐστιν ἐν τῷ θεραπευτικῷ. ἄνευ γὰρ τοῦ ὑλικοῦ, τὸ θεραπευτικὸν οὐκ ἂν εἴη. σημείωσις δὲ καὶ εἰς θεραπείαν μὲν ἀναγκαία, ἀλλ' οὐκ ἔστιν αὐτὴ ἡ θεραπεία. διὰ γὰρ τῆς ὕλης, ἡ θεραπεία συντελεῖται, καὶ τὸ μὲν ὑλικὸν ἄνευ θεραπείας οὐδὲν ἕτερον συμβάλλεται. τὸ δὲ σημειωτικὸν, καὶ ἄνευ θεραπείας ἀναγκαῖον, πρὸς τὸ εἰδέναι τίνα θεραπευτικὰ, καὶ τίνα ἀθεράπευτα, καὶ προΐστασθαι αὐτὰ, ὅπως μὴ ἐπιβαλλόμενοι ἀδυνάτοις, σφαλλώμεθα. ἔστι δὲ καὶ τῶν πέντε μερῶν τῆς ἰατρικῆς ὑποδιαίρεσις ἑκάστου. φυσιολογικὸν μὲν οὖν ἐστιν αὐτῆς μέρος, ἐν ᾧ περὶ τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου διαλαμβανόμεθα. διαιρεῖται δὲ εἰς τὸν περὶ τῶν στοιχείων λόγον, ἐξ ὧν συνέστηκεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἰς τὸν περὶ γενέσεως, καὶ διαπλάσεως ἐμβρύου, καὶ τρίτον εἰς τὴν τῶν ἐκτὸς μερῶν τοῦ σώματος ἐπίσκεψιν, ἔτι ἀνατεμνομένων, ἢ ὀστεολογουμένων. αἰτιολογικὸν δέ ἐστιν, ὃ καὶ παθολογικὸν, ἐν ᾧ τὰ παρὰ φύσιν ἐξετάζομεν, καὶ τὰς αἰτίας τῶν νόσων ἐρευνῶμεν, καὶ τὰς συνδρομὰς τῶν συμπτωμάτων, καὶ τὰς καταστάσεις τῶν παθῶν πολυπραγμονοῦμεν. ἄνευ γὰρ τούτων, οὐκ ἔστιν ὀρθῶς ἐνίστασθαι πρὸς αὐτὰ τὴν θεραπείαν. διαιρεῖται δὲ καὶ τὸ ὑγιεινὸν μέρος τῆς ἰατρικῆς, εἴς τε τὸ συντηρητικὸν ὑγείας, καὶ εἰς τὸ προφυλακτικὸν τῶν νόσων, καὶ εἰς τὸ ἀναληπτικὸν ἀπὸ τῶν νόσων. διαιρεῖται δὲ καὶ τὸ σημειωτικὸν εἰς τρία, εἴς τε ἐπίγνωσιν τῶν παρεληλυθότων, καὶ εἰς τὴν ἐπίσκεψιν τῶν συνεδρευόντων, καὶ εἰς πρόγνωσιν τῶν μελλόντων. τὸ δὲ θεραπευτικὸν ὁμοίως, καὶ αὐτὸ εἰς τρία διαιρεῖται, εἴς τε δίαιταν, καὶ χειρουργίαν, καὶ φαρμακείαν.

CAPVT VIII.

An medicinæ diuisio in quinque partes necessaria sit.

Tractare igitur res quidem naturales necessarium est, quoniam haud possibile est quę præter naturam sunt, illum cognoscere qui non prius nouerit ea quæ sunt secundum naturam: nam præter illorum naturam, morbi consistunt. De causis autem & morbis agere necessarium quoque est,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Εἰ ἀναγκαία, ἡ εἰς τὰ πέντε μέρη τῆς ἰατρικῆς διαίρεσις.

Τὸ μὲν οὖν φυσιολογεῖν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὅτι οὐχ οἷόν τε τὰ παρὰ φύσιν εἰδέναι, μὴ πρότερον ἐπιστάμενον τὰ κατὰ φύσιν. παρὰ γὰρ τὴν τούτων φύσιν συνίσταται τὰ νοσήματα. τὸ δὲ αἰτιολογεῖν, καὶ παθολογεῖν, καὶ αὐτὰ ἀναγκαῖα. τὸ μὲν, ἵνα τὰς αἰτίας τῶν παθῶν ἴδωμεν, πρὸς ἃς δεῖ ἐνίστασθαι.

τὸ δὲ, ἵνα καὶ αὐτὰ τὰ πάθη γνωρίζωμεν τὰ κατωνομασμένα τοῖς παλαιοῖς, καὶ τὰς καταστάσεις αὐτῶν. εὔχρηστος δὲ καὶ ἡ τῶν συμπτωμάτων, συνεδρευόντων τοῖς πάθεσιν ἐπίγνωσις· ἀπὸ γὰρ τῆς τούτων συνελεύσεως, ἣν συνδρομὴν καλοῦσιν οἱ ἐμπειρικοὶ, τὰ πάθη εἰδοποιοῦνται. ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἐμπειρικοὶ ἐπὶ ταῖς συνδρομαῖς ἐτήρησαν τὰ πρὸς ἕκαστον συμπτώματα ἁρμόζοντα· τοῖς δὲ μεθοδικοῖς, τὰ πάθη ἐνδείκνυται τὴν θεραπείαν, ὡς τοῖς λογικοῖς τὰ αἴτια. ἐξετάζουσι δὲ οὐδὲν ἧττον οἱ λογικοὶ, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰς συνδρομάς. τὸ δὲ πᾶν, τοῖς αἰτίοις παρέχουσιν. αἰτίων δὲ, τὰ μὲν προκαταρκτικὰ, τὰ δὲ συνεκτικὰ, τὰ δὲ συνεργὰ, τὰ δὲ συναίτια, τὰ δὲ προηγούμενα. προκαταρκτικὰ μὲν οὖν ἐστιν, ὅσα προκατάρχει, καὶ ποιήσαντα, ἀπαλλάττεται, ὡς ψύξις, κόπος, ἔγκαυσις, ἀπεψία. συνεκτικὸν δὲ αἴτιόν ἐστιν, οὗ παρόντος, πάρεστι καὶ τὸ νόσημα, καὶ ἐξαιρουμένου, λύεται, ὡς σκόλοψ, καὶ βέλος. συναίτιον δὲ τὸ καθ᾽ αὐτὸ μὲν δυνάμενον ποιεῖν τὸ πάθος, ποιοῦν δὲ καὶ σὺν ἑτέρῳ, ὡς λίθος ἐν κύστει, καὶ φλεγμονή. ἀμφότερα γὰρ ἰσχουρίας αἴτια. δύναται δὲ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ, ἑκάτερον τὴν ἐποχὴν τῶν οὔρων ἐπιφέρειν. συνεργὸν δέ ἐστι μέρος αἰτίου, καθ᾽ ἑαυτὸ μὲν, οὐ δυνάμενον ἐπιτελέσαι τὸ πάθος, συνεργαζόμενον δὲ ἑτέρῳ. ὡς συνεργεῖ λαγνεία πρὸς ἀρθρῖτιν, καὶ εἰρεσία πρὸς αἵματος ἀναγωγήν. προηγούμενον δέ ἐστι αἴτιον τὸ ὑπὸ τοῦ προκαταρκτικοῦ, ἢ κατασκευαζόμενον, ἢ συνεργούμενον, οἷον πλεονασμὸς αἵματος γίνεται μὲν ὑπὸ πλήθους τροφῆς, προηγεῖται δὲ τῆς κατ᾽ Ἐρασίστρατον παρεμπτώσεως, ἥ τίς ἐστι συνεκτικὴ αἰτία τῶν νοσημάτων πάντων· ἄνευ δὲ τοῦ προηγουμένου οὐ γίνεται. τὸ δ᾽ ὑγιεινὸν, οὐ μόνον ὡς μέρος ἰατρικῆς, ἀλλὰ καὶ ὡς κάλλιον τοῦ θεραπευτικοῦ προτάττεται αὐτοῦ. πολὺ γὰρ ἄμεινον τοῦ ἀπαλλάξαι τῆς νόσου, τὸ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐᾶσαι νοσῆσαι. ὥσπερ καὶ κυβερνήτῃ αἱρετώτερον, τὸ πρὶν ἐς χειμῶνα ἐμπεσεῖν, διαπεραιώσασθαι, ἢ χειμασθέντα, καὶ κινδυνεύσαντα, ἐκφυγεῖν. διαφέρει δὲ ἐν τῷ ὑγιεινῷ πάλιν, τὸ ἐν ὑγείᾳ διατηρῆσαι, τοῦ προφυλάξαι νόσους ἐπιούσας. τὸ μὲν γὰρ διὰ τῆς συνήθους διαίτης περιγίνεται. τὸ δὲ ἤδη δεῖται θεραπευτικῶν βοηθημάτων εἰς τὸ προκαταλαμβάνεσθαι, καὶ προδιαλῦσαι, μέλλουσαν συνίστασθαι νόσον. ὅσα γὰρ ἤδη γενόμενα πάθη ἰᾶται, ταῦτα καὶ πρὶν, ἢ γενέσθαι κωλύει συστῆναι. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἀναληπτικὸν, τούτων διαφέρει. ὁ γὰρ ἀναλαμβανόμενος οὐκέτι μὲν παρὰ φύσιν ἔχει, οὔπω δὲ κατὰ φύσιν, ἀλλ᾽ ὁδεύει, ἄρτι ἀπαλλαγεὶς τοῦ παρὰ φύσιν, εἰς τὸ κατὰ φύσιν, διόπερ ἑτέρας ἀγωγῆς δεῖται, οὔτε θεραπευτικῆς, οὐ γὰρ νοσεῖ, οὔτε τῆς ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων, οὔπω γὰρ τελείως ὑγιαίνει. διὸ οὐ δύναται ἐπ᾽ αὐτῶν παραλαμβάνεσθαι, οἷα καὶ ὅσα ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων. τὸ δὲ σημειωτικὸν μέρος τῆς ἰατρικῆς, ἀναγκαιότατόν ἐστιν εἰς θεραπείαν τὴν κατὰ δίαιταν. τά τε γὰρ προγεγονότα συμπτώματα, καὶ τὰ παρόντα πολυπραγμονοῦμεν, εἰς τὸ εὑρεῖν τὴν αἰτίαν τῆς νόσου. ἀναγκαιότατον δὲ καὶ εἰς τὸ προγνῶναι, εἴτε ὀλέθριον, εἴτε περιεστηκὸς εἴη τὸ νόσημα. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κατὰ χειρουργίαν, καὶ τὰ διὰ φαρμάκων θεραπευόμενα, οὔτε ἄνευ σημειώσεως συντελεῖται, καὶ τὰ ἐπ᾽ αὐτῶν, ὁμοίως δεῖται τῆς προγνωστικῆς σημειώσεως, πρὸς τὸ εἰδέναι τίνα αὐτῶν ἀθεράπευτά ἐστι, καὶ τίνα θεραπευτὰ μὲν, βλάπτοντα δὲ μεγάλως, ἢ ἀναιροῦντα ἐὰν θεραπευθῇ. τοῦ θεραπευτικοῦ δὲ διαιρουμένου εἴς τε δίαιταν, καὶ φαρμακείαν, καὶ χειρουργίαν.

cùm vt affectuum causas, quibus resistere conuenit, intelligamus: tum vt etiam ipsos affectus à veteribus appellatos, eorúmque status cognoscamus. Vtilis sanè, & symptomatum quæ affectus comitantur cognitio est, nam ab horum congressu, quem Empirici concursu vocant, corporis vitia speciem nanciscuntur. Quanquam iidem Empirici in concursibus, quæ cuique accidenti conueniant, obseruarunt. Methodicis autem curationem affectus indicant, quemadmodum Rationalibus causæ, licet ipsi nihilominus tum affectus, tum concursus inquirant. Totum autem causis attribuunt, quarum nonnullæ euidentes, aliæ continentes, quædam coadiuuantes, aliquæ concausæ, reliquæ antecedentes dicuntur. Euidentes, sunt quæ vbi aduersam valetudinem crearunt, separantur, vt frigus, labor, Solis exustio, cruditas. Continentes, cum præsentes sunt, & morbi quoque adsunt: cum tolluntur, morbi etiam discedunt, vt spina, & telum. Concausæ, quæ affectum sua vi possunt generare: generant verò, & alteri cohærentes, vt lapis in vesica, & inflammatio. Nam ambæ vrinæ suppressionis causæ sunt, etsi per se vtraque illam generare possit. Coadiutrices causarum partes quæ sua virtute morbum efficere non possunt, sed alteri auxiliantur, vt libido articularem morbum promouet, & remigatio sanguinis eruptionem. Antecedentes, quæ ab euidentibus, vel præparantur, vel coadiuuantur, vt sanguinis abundantia, alimenti copiæ soboles est. Præcedit autem Erasistrati coincidentiam, quæ omnium morborum causa est coniuncta, verùm citra antecedentem non accidit. Porrò Diæta sanorum, non solum vt pars medicinæ, sed tanquam potior eâ, quæ medetur, ei præponitur. Multo enim præstat morbum prorsus non admittere, quàm morbo liberare: quemadmodum, & gubernatori longè præstabilius est, ante quàm in tempestatem incidat, iter absoluere, quàm cùm iactatus, periclitatusque fuerit euadere. Atqui differunt rursus in salubri Diæta, sanitatem tueri, & morbos incessentes longius arcere. Etenim primum consueta victus ratione administratur: alterum iam indiget curatoriis auxiliis, vt morbum, qui conflari debet, supprimat, ac dissoluere anticipet: siquidem quæ iam ortis affectibus medentur, eadē quoque prius, quàm oriantur, prohibent illos consistere. Similiter pars quam refectricem appellant, differentiæ cum illis nonnihil habet. Qui enim recreat vires, recolligitque, vt non amplius præter naturam, ita secundum naturam se nondum habet, sed ab eo, qui præter naturam est, nuper habitu solutus ad naturalē migrat. Quamobrē aliam victus rationē desiderat, nec curatoriā, non enim ægrotat: nec eam, qua sani vtuntur, vt qui nondū absoluta fruatur sanitate. Quo fit, vt nec qualitate, nec quātitate paria sanis possit assumere: quæ autē pars medicinæ semeiotice dicitur, curationi morborū per victū summè est necessaria: nā pręterita, & præsētia symptomata ad morbi causā inueniendā diligenter inspicimus. Insuper maxima eius necessitas est ad præsagiēdū, mors, an salus expectanda sit. Pari modo medicina, quę manu medetur, tū illa, quæ medicamētis auxiliatur, sine indiciorū obseruatione non absoluitur: quippe præsagia eodē modo desiderāt, quib. scias, quę curationem non admittunt, quæq; eam recipiūt quidem, sed vehementer, aut offendunt ægrum, si curentur, aut è medio tollunt. Quum verò therapeuticè diuidatur in Diætam, Pharmaciam & Chirurgiam:

giam. Diæta auxiliorum, quæ digerendi, apponendi, & concoquendi facultatem habent, est administratio: Quæ omnibus quidẽ ægrotis, sed præcipuè febrientibus in vsu est. Chirurgia pars curatoriæ est: ea incisionibus, vstionibus, & ossium in suam sedem deductione homines curat. Pharmacia, nudis medicamentis interiores affectus, & exteriores sanat: victus enim conuenientem rationem, quandoque verò manuum opus requirit, quemadmodum chirurgia, & victus ratio medicatione vtuntur. Itaque à rerum naturæ contemplatione altius auspicabimur: quoniam nec in sanis secundam valetudinem tueri, nec in ægris morbi causam cognoscere, nec signis quid deprehendere, nec curare rectè possis, ignorans, quibus homo elementis constet, & quomodo his immutatis à natura quam obtinebant prius, morbi nascuntur.

δίαιτα μὲν ἐστιν ἀγωγὴ διαφορητικῶν, καὶ προσθετικῶν, καὶ συμπεπτικῶν βοηθημάτων, παραλαμβανομένη μὲν ἐπὶ τῶν νοσούντων πάντων, τὸ δὲ κῦρος ἔχουσα ἐπὶ τῶν πυρεττόντων. χειρουργία δέ ἐστι μόριον τοῦ θεραπευτικοῦ διὰ τομῶν, καὶ καύσεων, καὶ τῆς περὶ τὰ ὀστᾶ διορθώσεως ὑγιάζουσα τοὺς ἀνθρώπους. φαρμακεία δέ ἐστιν εἶδος θεραπείας διὰ ψιλῶν φαρμάκων, τά τε ἐντὸς πάθη, καὶ τὰ ἐκτὸς ἰωμένη. δεῖ μὲν γὰρ καταλλήλου διαίτης, ποτὲ δὲ καὶ χειρουργίας προσδεομένη, ὥσπερ γε ἡ χειρουργία, καὶ δίαιτα προσχρῶνται φαρμακείᾳ. ἄνωθεν οὖν ἀπὸ φυσιολογίας ἀρκτέον, ἐπειδὴ γὰρ οὔτε ἐν ὑγιείᾳ συντηρεῖν, οὐδὲ ἐπὶ τῶν νοσούντων, αἰτιολογεῖν, οὐδὲ σημειοῦσθαι, οὐδὲ θεραπεύειν ὀρθῶς δύναιτ' ἄν τις, μὴ ἐπεσκεμμένος ἐκ τίνων στοιχείων ὁ ἄνθρωπος συνέστηκεν, καὶ πῶς τρεπομένων τούτων παρὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν, αἱ νόσοι γίνονται.

CAPVT IX.

De elementis hominem constituentibus.

Constat igitur homo quemadmodum docuit Hippocrates in libro de natura humana, ex primis mundi elementis ex igne, aëre, aqua, terra, non quod ex his ipsis, sed proportione ipsis respondentibus homo constituatur. Atqui ex ipsius Hippocratis sententia, dum dissoluitur, in hæc prima resoluitur, & vnumquodque rursus in suam ipsius naturam, homine vita defuncto, redire necesse est, siccum in siccum, frigidum in frigidum, calidum in calidum, humidum in humidum. Huiusmodi tum animantium, tum aliorum vniuersorum natura est: omnia similiter oriuntur, & desinunt similiter: conflatur enim ex his prædictis eorum natura, & ex prædictis in eadem finit. Vnde singula originem nacta sunt, eò quoque reuertuntur, quemadmodum Homerus inquit,

Vos aqua, vos tellus cunctos aliquando tenebit.

Innuens dissolutionem in hæc futuram. Cæterùm hominem velut ex secundis, & humanæ naturæ vicinis quatuor humoribus, sanguine, pituita, bile tum flaua, tum atra constitutum esse physici pronunciant: quoniam fœtus in prima sui formatione ex genitura, & sanguine, qui è matre per vrachum influit, auspicium cœpit: in his autem quatuor humores erant. Hi verò ex tribus, & compositis hominem iam genitum, ex hisce tribus constare affirmant, humidis, siccis, & spiritibus, quæ Hippocrates continentia, contenta, & impetum facientia, appellat. Continentia igitur sunt solida omnia, vt ossa, nerui, venæ, arteriæ, ex quibus, & musculi, & carnes, totaque corporis moles compacta est, ad hæc interiorum exteriorumque concretiones. Contenta verò humida sunt, quæ in vasis per totum corpus dispersa feruntur. Atque hæc quatuor prædictos humores vocat Hippocrates. Impetum facientia spiritus sunt, quos veteres duos, animalem, & naturalem numerant: Stoici tertium inuehunt quem hecticum nominant. Erasistratus vasa triplicia, neruos, venas, arterias, omissis spiritibus, & humidis, tanquam initia, & totius corporis elementa constituit. Nam duplici materia regi animal affirmat, sanguine tanquam alimento, spiritu

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ στοιχείων ἐξ ὧν ὁ ἄνθρωπος συνέστηκεν.

Συνέστηκε τοίνυν ὁ ἄνθρωπος ἀκολούθως τοῖς φυσικοῖς, καθ' Ἱπποκράτην, ἐκ τῶν κοσμικῶν τῶν πρώτων στοιχείων, ἐκ πυρὸς, καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος, καὶ γῆς. οὐχ ὡς ἐκ τούτων αὐτῶν, ἀλλὰ ἐκ τῶν ἀναλόγων αὐτοῖς, συνεστῶτος τοῦ ἀνθρώπου. ἐν δὲ τῷ διαλύεσθαι, εἰς ταῦτα τὰ πρῶτα ἀναλύεται, καθὼς αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης, ἔφη. καὶ πάλιν ἀνάγκη ἀποχωρεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἕκαστον, τελευτῶντος τοῦ ἀνθρώπου, τό τε ξηρὸν πρὸς τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν πρὸς τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν πρὸς τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ θερμὸν πρὸς τὸ θερμόν. τοιαύτη δὲ καὶ τῶν ζώων ἐστὶν ἡ φύσις, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. γίνεταί τε ὁμοίως πάντα, καὶ τελευτᾷ ὁμοίως. συνίσταται γὰρ αὐτῶν ἡ φύσις ἀπὸ τούτων τῶν εἰρημένων, καὶ τελευτᾷ κατὰ τὰ εἰρημένα εἰς τὸ αὐτὸ· ὅθεν περ συνέστηκεν ἕκαστον, ἐνταῦθα καὶ ἀπεχώρησεν. καθὰ καὶ Ὅμηρος ἔφη,

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ, καὶ γαῖα γένοισθε.

δηλῶν τὴν εἰς ταῦτα διάλυσιν. ὡς δὲ ἐκ τῶν δευτέρων, καὶ ἐγγὺς ὄντων τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ἐκ τῶν τεσσάρων χυμῶν, αἵματος καὶ φλέγματος, καὶ χολῆς ξανθῆς τε, καὶ μελαίνης συνεστάναι φασὶ τὸν ἄνθρωπον. διότι ἐν τῇ πρώτῃ διαπλάσει τοῦ ἐμβρύου, ἔκ τε τοῦ γόνου, καὶ τοῦ παρὰ τῆς μητρὸς ἐπιρρέοντος αἵματος διὰ τοῦ οὐραχοῦ, ἡ σύστασις γίνεται τοῦ κυϊσκομένου. ἐν δὲ τούτοις ἦσαν οἱ τέσσαρες χυμοί. οἱ δὲ ἐκ τῶν τριῶν καὶ συνθέτων, τὸν ἤδη γεγενημένον ἄνθρωπον, ἐκ τῶν δὲ φασι συγκεῖσθαι, ἔκ τε τῶν ὑγρῶν, καὶ ξηρῶν, καὶ πνευμάτων. καλεῖ δὲ αὐτὰ Ἱπποκράτης ἴσχοντα, ἰσχόμενα, καὶ ἐνορμῶντα. ἴσχοντα μὲν οὖν ἐστιν ὅσα στερεά, οἷα καὶ νεῦρα, καὶ φλέβες, καὶ ἀρτηρίαι, ἐξ ὧν οἵ τε μύες, καὶ αἱ σάρκες, καὶ πᾶς ὁ τοῦ σώματος ὄγκος πέπλεκται, τῶν τε ἐντὸς, καὶ τῶν ἐκτὸς τὰ συγκρίματα. ἰσχόμενα δέ ἐστι τὰ ὑγρὰ τὰ ἐν τοῖς ἀγγείοις ἐμφερόμενα, καὶ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα διεσπαρμένα, ἅπερ καλεῖ Ἱπποκράτης χυμοὺς τέσσαρας τοὺς προειρημένους. ἐνορμῶντα δέ ἐστι τὰ πνεύματα. πνεύματα δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς δύο ἐστὶ, τό τε ψυχικὸν, καὶ τὸ φυσικόν. οἱ δὲ Στωϊκοὶ, καὶ τρίτον εἰσάγουσιν τὸ ἑκτικόν, ὃ καλοῦσιν ἕξιν. καὶ Ἐρασίστρατος δὲ, ὡς ἀρχὰς, καὶ στοιχεῖα ὅλου σώματος ὑποτιθέμενος τὴν τριπλοκίαν τῶν ἀγγείων, νεῦρα, καὶ φλέβας, καὶ ἀρτηρίας, παραλείπει τά τε ὑγρά, καὶ τὰ πνεύματα. δυσὶ γὰρ ὕλαις ταῦτα διοικεῖσθαι λέγει τὸ ζῶον, τῷ μὲν αἵματι ὡς τροφῇ,

τῷ δὲ πνεύματι, ὡς συνεργῷ εἰς τὰς φυσικὰς ἐνεργείας. οὐ παραλαμβάνει δὲ αὐτὰς, ὡς ἀρχάς. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῶν σωμάτων εἴδη εὑρίσκεται, οὐκ ἐκ τῆς τριπλοκίας συγκείμενα, οἷον αὐτὸς ὁ ἐγκέφαλος, καὶ ὁ μυελὸς, καὶ πάντα τὰ ὀστᾶ. τὸν μὲν οὖν ἐγκέφαλον, ἢ τὸν μυελὸν παρέγχυμα τροφῆς τολμᾷ λέγειν, ὡς τὴν πιμελήν. καὶ τοῦ ἥπατος, καὶ σπληνὸς, καὶ πνεύμονος τὴν σύστασιν. τὰ δὲ ὀστέα, οὐδὲ παρέγχυμα τῆς τροφῆς δύναιτ᾽ ἂν λέγειν, οὐδ᾽ ἐκ τῶν προειρημένων τριγενῶν ἀγγείων πεπλέχθαι. κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην στοιχεῖα ἀνθρώπου, ὄγκοι θραυστοὶ, καὶ πόροι. κατὰ δὲ τὸν Ἀθήναιον στοιχεῖα ἀνθρώπου, οὐ τὰ τέσσαρα πρῶτα σώματα πῦρ, καὶ ἀὴρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ, ἀλλ᾽ αἱ ποιότητες αὐτῶν, τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, ὧν δύο μὲν τὰ ποιητικὰ αἴτια ὑποτίθεται, τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, δύο δὲ τὰ ὑλικὰ, τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ πέμπτον παρεισάγει κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς, τὸ διῆκον διὰ πάντων πνεῦμα, ὑφ᾽ οὗ τὰ πάντα συνέχεσθαι, καὶ διοικεῖσθαι. Ἱπποκράτης μὲν οὖν διὰ τριῶν κεχώρηκεν, εἰπὼν στοιχεῖα ἀνθρώπου ἴσχοντα, ἰσχόμενα, ἐνορμῶντα, δι᾽ ὧν τὰ πάντα τῶν μετ᾽ αὐτὸν περιείληφε στοιχεῖα, καὶ τὴν κατὰ στοιχείων φυσιολογίαν τε, καὶ αἰτιολογίαν τῶν παρὰ φύσιν, οἱ δὲ μετ᾽ αὐτὸν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως μίαν οὖσαν τὴν θείαν ταύτην, καὶ ἀληθῶς Ἀσκληπιοῦ ἰατρικὴν, τριχῇ διανειμάμενοι, καὶ διασπάσαντες τὰ ἐν αὐτῇ συμφυῆ μέρη, οἱ μὲν μόνοις τοῖς χυμοῖς τήν τε κατὰ φύσιν τὴν σύστασιν, καὶ τῶν παρὰ φύσιν τὴν αἰτίαν ἀνέθεσαν, ὡς Πραξαγόρας, καὶ Ἡρόφιλος. οἱ δὲ τὰ στερεὰ σώματα, τὰ ἀρχικὰ, καὶ στοιχειώδη ὑποθέμενοι, τά τε φύσει συνεστῶτα ἐκ τούτων, καὶ τῶν νόσων τὰς αἰτίας ἐντεῦθεν λαμβάνουσιν, ὡς Ἐρασίστρατος, καὶ Ἀσκληπιάδης. οἱ δὲ περὶ Ἀθήναιον, καὶ Ἀρχιγένην, μόνῳ τῷ διήκοντι δι᾽ αὐτῶν πνεύματι, καὶ τὰ φυσικὰ συνεστάναι τε, καὶ διοικεῖσθαι, καὶ τὰ νοσήματα πάντα, τούτου προπαθοῦντος γίνεσθαι ἀπεφήναντο, ὅθεν καὶ πνευματικοὶ χρηματίζουσι.

A tanquã naturę functionibus obeundis coadiutore: non autem ea, vt principia, accipit. Multæ ſanè aliæ corporum ſpecies non ex tribus illis compoſitę inueniũtur, vt verbi gratia cerebrum, medulla, atque oſſa omnia. Cerebrum igitur, vel medullam nutrimẽti affuſionem, audet appellare, ſicut adipem, iecinoris, lienis, & pulmonis conſiſtẽtiã. At oſſa neque nutrimenti affuſionẽ, neque ex prædictis vaſis triplicibus compoſita eſſe dicere poſſit. Aſclepiadi hominis elementa ſunt corpuſcula manantia, fragiliáque & inuiſibilia foramina. Secundum Athenæi ſententiam non quatuor illa prima corpora, ignis, aër, aqua, terra, ſed eorum qualitates calidum, B frigidum, ſiccum & humidum. Ex quibus duo cauſarum efficientium munere fungi, puta calidum, & frigidum: duo materialium, ſiccum, & humidum ſupponit. Quintum verò ex Stoicorum opinione introducit ſpiritum cuncta penetrantem, à quo omnia contineantur, & gubernentur. Hippocrates cum trifariam hominis elementa diuiſiſſet, in continentia, contenta, & ea, quæ impetum faciunt, quibus omnia poſt ipſum elementis comprenhendit, nec non naturæ elementorum tractationem, eorum quæ præter naturam ſunt cauſas, haud ſcio, quomodo ſucceſſores C eius vnam illam re vera diuinam Æſculapij medicinam in tres partes ſibi cohærentes distribuerint, atque diuulſerint. Alij enim humidis tum eorum, quæ ſecundum naturam habent conſtitutionem, tum cauſam eorum, quæ præter naturam ſolis attribuere, vt Praxagoras, & Herophilus: Alij ſolidis corporibus initia, & elementa attribuentes, ex his, tum quæ natura conſiſtunt, tum morborum cauſas inde capiunt, vt Eraſiſtratus, & Aſclepiades. Athenæus verò, & Archigenes, ſpiritu ſolo ea penetrante, tum naturalia conſiſtere, ac gubernari, tum morbos vniuerſos hoc prius offenſo creari dixerunt. Vnde & ſpiritales, veluti qui D omnia ſpiritibus attribuant, nuncupantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὀνομασίαι τῶν ἐκτὸς μερῶν τοῦ σώματος.

Περὶ δὲ τῶν ἐκτὸς μερῶν τοῦ σώματος, ἢ μορίων, καὶ τίνες αἱ ὀνομασίαι αὐτῶν, πρῶτος μὲν ὁ Ἀριστοτέλης ὑπελάβετο διδάξαι τε καὶ συγγράψαι. ἀναγκαῖον δὲ καὶ τοῖς μεταγενεστέροις ἰατροῖς ἔδοξε καὶ αὖθις, τὰ αὐτὰ πραγματεύεσθαι, ὅπως μὴ τὴν χεῖρα ἐπιφέροντες δεικνύωσιν ἕκαστον τῶν μερῶν, ἢ τῶν μορίων, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ὀνομασίας αὐτάρκη ἔχωσιν τὴν δήλωσιν αὐτῶν. μάλιστα δὲ τοῦτο, οἱ περὶ Ἐρασίστρατον ἐζήλωσαν, ὡς Ἀπολλώνιος ὁ Μεμφίτης, καὶ Ξενοφῶν ὁ πρὸ αὐτοῦ. διαιροῦσι τοίνυν τὸ ὅλον σῶμα, οἱ μὲν Αἰγύπτιοι ἰατροὶ εἰς τέσσαρα, κεφαλὴν, χεῖρας, θώρακα, καὶ σκέλη. οἱ δὲ ἄλλοι εἰς πλείονα καταδιαιροῦντες τὰ προειρημένα τέσσαρα εἰς ἕτερα μέρη τοῦ ὅλου, οὐχ ὡς ἐκείνων μόρια. κεφαλῆς γοῦν τὸ μὲν πᾶν κύτος, μέρος ἂν λέγοιτο τοῦ ὅλου σώματος. ταύτης δὲ μόρια, τὸ μὲν ἔμπροσθεν ὑπὲρ τὰς ὀφρῦς ψιλὸν τριχῶν, ἀπὸ ὠτὸς ἐπὶ οὖς μέτωπον καλεῖται. τὸ δὲ ἐπάνω τούτου τετριχωμένον, βρέγμα. τὰ δὲ παρ᾽ ἑκάτερα τούτου, ἐπάνω τῶν ὤτων κρόταφοι. τὸ δὲ ὑπὲρ τὸ βρέγμα, κατὰ μέσον τῆς κεφαλῆς κορυφὴ, ἀφ᾽ ἧς καὶ δοκεῖ ἄρχεσθαι ἡ ἔκφυσις τῶν τριχῶν, ὡς ἀπὸ κέντρου κύκλος. τὸ δὲ μετὰ τὴν κορυφὴν, ἐκ τῶν ὄπισθεν, ὡς ἐπὶ τοὺς τένοντας καταβαῖνον, ἰνίον.

CAPVT X.

Exteriorum corporis partium appellationes.

De externis corporis partibus, ſeu particulis, & quæ earum nomina ſint, primus Ariſtoteles docuiſſe ſimul, ac conſcripſiſſe creditus eſt. Temporis autem proceſſu medicis quoque ipſis poſterioribus de iiſdem tractare neceſſarium viſum E eſt, ne manu allata, quamque partem, aut particulam oſtenderent, ſed ex appellatione ſufficientem earum notitiam haberent: quorum in numero id maximè fuerunt Eraſiſtrati ſectatores æmulati, vt Apollonius Memphites, & hoc prior Xenophon. Diuidunt igitur totum corpus Ægyptij medici quadrifariam, in caput, manus, thoracem, & crura. Alij has quatuor partes in plures diducunt, nempe in alias totius partes, non vt illarum particulas. Capitis igitur tota latitudo pars ipſius corporis dicetur. Huius particulæ ſunt hæ. Anterior ſuperpoſita ſuperciliis, pilis nuda, inter vtramque aurem ſita, Frons nominatur. Hac ſuperior capillis F intecta, Sinciput. Partem ab vtroque ſincipitis latere ſupra aures ſitam, Tempora appellamus. In media capitis regione ſinciput ſuperante eſt Vertex: vnde velut à centro circulus, capillorum exortus incipere videtur. Poſt verticem à poſteriore capitis parte ad vſque tendones, Occiput deſcendit.

A priore

A priore ſub tota fronte, auribus, oculis, naſo, & ore ad mentum vſque circumſcripta, à ſuperciliis incipiens, Facies dicitur. Vbi enim frons à ſuperioribus deſcendens deſinit, Supercilia, ceu termini eius eminentes, & pilis conſiti eam excipiunt. Qua autem frons ad tempora porrigitur, in ipſius terminis Aures ſitæ ſunt, quarum pars aperta Ala dicitur, refracta ab anteriori in poſterius ipſis ſummitatibus inflexis cubiformis, ſub qua ſemicirculus rotundus in mucronem exurgens, ſcalper appellatur. Huius acumini concauum, quod ſubiacet, conchula. In huius medio rotundum foramen, meatus auditorius vocatur, ſub quo particula pinguis ab aure ſuſpenſa lobus eſt ſeu auricula, ſuperior pinna. Oculi ſuperciliis ſubiacent, quæ & lumina dicuntur, nempe tota figura cum ipſis particulis. Superius inferiúſque interiores tunicas contegentes, palpebræ appellantur, hæc inferior, illa ſuperior. Committuntur inuicem crebro, & extremo tactu ad viſus recreationem, & ad prohibendum, ne quid extrinſecus violenter oculis incidat: maximè verò, quemadmodum in ſomnis, viſoriæ virtutis auertendæ gratia, quo melius homo conquieſcat. Partes autem iuxta oculos totos ſitæ, qua palpebræ inuicem committuntur, tarſi nominantur: vnde pili proueniunt, quos cilia nuncupant, à quibus orta ſunt, ducto nomine. Facti autem in hoc ſunt pili iſti, vt viſorium ſpiritum, vel, vt quidam aiunt, radios interiore parte effuſos perſpiciendi gratia dirigant. His itaque elapſis, vel retortis, nequaquam animans ſimiliter in rectum, vel in longum videre poteſt. Interiores oculi termini, vbi palpebræ coaleſcunt, anguli dicuntur, qui quidem ad naſum magnus, qui ad aures paruus. Quod in horum medio conſiſtit, oculi candidum. Huius rurſus medium, Iris circulus coloribus varius occupat: vnde & à ſimilitudine, quam cum cæleſti illa Iride habet, nomen accepit. Huius rurſus media pars, per quam viſus peragitur, Pupilla eſt. Naſus inter oculos ſitus eſt: eius partes vtrinque ſitæ, nares vocantur, quibus animalia reſpirant, & olfaciunt. Exteriores autem narium partes, Pinnulæ ſiue Alæ nominantur, Quod autem eas diſcriminat, interſeptum vocamus. In vtraque naſi parte, quæ propriè concaua ſunt ſub oculis ſita, concaua nuncupamus: vnde quidam concaui nominantur. Per morbum autem hæc attolluntur ob hominis cruditatem, vel diſplicentem diſpoſitionem. His autem ſuperiores inter naſum, & aures, Malæ, quæ bene coloratis, & ingenuis pudore ſuffuſis rubent. Hinc maxillæ ad mentum vſque deſcendunt, & hac in mucronem deſinunt. Mentum id omne eſt, quod labro inferiori longa orbiculari figura ſubiacet. Superior pars labri ſub naribus myſtax Homero hypene appellatur. Quod intra labra deſcribitur, & ab eis conſtituitur, & continetur, Os eſt. Videntur enim hæc quaſi connata, poſt diducta os efficere: quare etiam veluti nuper diuiſa apparent. Quod caput excipit, & ad humeros vſque pertinet, id totum, Ceruix dicitur: huius poſteriores partes propriè Tendines appellantur. Dein ſub ceruice humeri vtrinque prominent, quorum verticem ſummum humerum nominant, quod ab hoc prorſum vergit,

A ἐκ δὲ τῶν ἔμπροσθεν, πρόσωπον μέν, τὸ ὑπὸ μέτωπον πᾶν λέγεται, περιοριζόμενον ὠσὶ καὶ ὀφθαλμοῖς, καὶ ῥινί, καὶ στόματι μέχρι γενείου. ἄρχεται δὲ ἀπ' ὀφρύων, καθ' ἃ γὰρ λήγει τὸ μέτωπον ἀπὸ τῶν ἄνω κατιόν, αἱ ὀφρύες διαδέχονται, οἷον πέρατα αὐτοῦ ὑπερέχοντα, καὶ τετειχωμένα. καθ' ἃ δὲ παρατείνει τὸ μέτωπον ἐπὶ τοὺς κροτάφους, ἐπὶ τοῖς πέρασιν αὐτοῦ, τὰ ὦτα τέτακται. τούτων δὲ τὰ μὲν ἀναπεπταμένα, πτερυγώματα. τὰ δὲ ἀνακεκλασμένα εἰς τοὔπίσω ἐκ τῶν ἔμπροσθεν, αὖθις τοῖς ἄκροις ἐπικαμπτόμενα, κυβοειδῆ, ὑφ' ἃ τὸ μὲν ἡμικύκλιον ἐμπεριφερὲς εἰς ὀξὺ ἐπανεστηκός, ξυστὴρ ὀνομάζεται. τὸ δὲ ὑπὸ τὴν τούτων ὀξύτητα κοῖλον, B κογχίον. τὸ δὲ κατὰ μέσον στρογγύλον τρύπημα, ἀκουστικὸς πόρος, ὑφ' οὗ λοβίον μέν ἐστι τὸ ἀπηρτημένον τοῦ ὠτὸς πιμελῶδες. τὸ δὲ ὑπερκείμενον ἀντιλόβιον. ὑπὸ δὲ τὰς ὀφρῦς οἱ ὀφθαλμοί εἰσιν, ἃ καὶ ὄμματα καλεῖται, τὸ πᾶν σχῆμα μετὰ τῶν μορίων αὐτῶν. τούτων δὲ τὰ μὲν σκέποντα τὴν ἔνδον τῶν χιτώνων σύστασιν, βλέφαρα καλεῖται, τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, συμβάλλοντα ἀλλήλοις πυκνῶς, καὶ ἀκρονυχῶς εἰς ἀνάληψιν τῆς ὄψεως, καὶ εἰς τὸ ἀπερύκειν τὰ πληκτικῶς προσπίπτοντα τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐπ' ἀκριβὲς δέ, ὥσπερ ἐν τοῖς C ὕπνοις, εἰς ἀποστροφὴν τῆς ὁρατικῆς δυνάμεως, πρὸς τὸ καθησυχάσαι τὸν ἄνθρωπον. βλεφάρων δὲ τὰ μὲν πρὸς τοῖς ὀφθαλμοῖς ὅλοις, καθὰ ἡ συμβολὴ αὐτῶν πρὸς ἄλληλα γίνεται, ταρσοὶ ὀνομάζονται, ἐξ ὧν ἐκπεφύκασι τρίχες, αἱ βλεφαρίδες λέγονται, ἀφ' ὧν πεφύκασι τὰ ὀνόματα ἀπενεγκάμεναι. γεγόνασι δὲ πρὸς τὸ ἀπευθύνειν τὸ ὁρατικὸν πνεῦμα, ἤ, ὥς τινες λέγουσιν, τὰς ἔνδοθεν ἐκχεομένας ἀκτῖνας εἰς τὸ διορᾶν· ἀμέλει τούτων ἐκπεσουσῶν, κατακλωμένων, οὐκέτι ὁμοίως ἐπ' εὐθύ, οὐδὲ ἐπὶ μακρὸν δύναται βλέπειν τὸ ζῶον. τὰ δὲ ἐντὸς τοῦ ὀφθαλμοῦ πέρατα, καθ' ἃ αἱ συμφύσεις D τῶν βλεφάρων, κανθοὶ καλοῦνται, ὁ μὲν πρὸς τὴν ῥῖνα, ὁ μέγας, μικρὸς δέ, ὁ πρὸς τὸ οὖς. τὸ δὲ μεταξὺ αὐτῶν, τὸ λευκὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ, οὗ ἐν μέσῳ ἡ ἶρις κύκλος ποικίλος τοῖς χρώμασιν, διὸ καὶ ἶρις ἐκλήθη, ἀπὸ τῆς πρὸς τὴν ὑπαίθριον ἶριν ἐμφερείας. ταύτης δὲ πάλιν τὸ μεσαίτατον, κόρη, δι' ἧς τὸ ὁρᾶν συντελεῖται. ἡ δὲ ῥὶς μεταξὺ τῶν ὀφθαλμῶν τέτακται, ταύτης δὲ τὰ μὲν ἑκατέρωθεν μυκτῆρες, ἢ μυξωτῆρες καλοῦνται, δι' ὧν ἀναπνεῖ τε, καὶ ὀσφραίνεται τὰ ζῶα. μυκτήρων δὲ τὰ μὲν ἔξωθεν, πτερύγια. τὸ δὲ διορίζον αὐτά, κίων. ἑκατέρωθεν δὲ τῆς ῥινός, τὰ μὲν κοῖλα ἰδίως, τὰ ὑπὸ τοῖς E ὀφθαλμοῖς, κοῖλα καλεῖται, ἐξ ὧν λέγονταί τινες κοῖλοι. διὰ νόσους δὲ ταῦτα ἐπαίρεται ἐξ ἀπεψίας, ἢ δυσαρεστήματος. τὰ δὲ τούτοις ἐπανεστῶτα, μεταξὺ ῥινὸς καὶ ὤτων, μῆλα ὀνομάζεται, ἃ τοῖς εὐχρουστέροις, καὶ ἐλευθεριωτέροις ἐν τῷ αἰδεῖσθαι ἐρυθριᾷ. σιαγόνες δέ, τὰ ὑπὸ τούτων κατιόντα, ὡς ἐπὶ τὸ γένειον, καὶ ταύτῃ εἰς τὸ ὀξὺ αὐτοῦ ἀπολήγοντα. γένειον δέ, πᾶν τὸ ὑποκάτω τοῦ χείλους ἐν περιφερεῖ παραμήκει σχήματι. μύσταξ δὲ τὸ ὑπεράνω τοῦ χείλους, ὑπὸ τοὺς μυξωτῆρας, ὅπερ Ὅμηρος ὑπήνην ἐκάλεσε. στόμα δὲ τὸ ἀνὰ μέσον τῶν χειλῶν, ὑπ' αὐτῶν συνιστάμενον, καὶ συνεχόμενον. ἔοικε γὰρ F ταῦτα οἷον συμπεφυκότα, εἶτα ἀποσχισθέντα τὸ στόμα ποιεῖν, διὸ καὶ φαίνεται οἱονεὶ ἄρτι διῃρημένα. τὸ δὲ ἐκδεχόμενον τὴν κεφαλὴν μέχρι τῶν ὤμων, τὸ μὲν πᾶν τράχηλος λέγεται. τούτου δὲ τὰ μὲν ὄπισθεν, ἰδίως τένοντες ὀνομάζονται. ὑπὸ δὲ τὸν τράχηλον ἑκατέρωθεν, οἱ ὦμοι εἰσὶν ἐπανεστῶτες, ὧν τὸ μὲν ἀνώτατον, ἀκρώμιον καλεῖται, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου εἰς τὸ ἔμπροσθεν,

κατακλεῖδες· μεταξὺ τούτων αἱ σφαγαί. ἀπὸ δὲ τῶν ὤμων, αἱ χεῖρες ἔρχονται περιηρτημέναι ἑκατέρα τῇ καθ' αὐτὴν πλευρᾷ. τούτων δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ὤμου μέχρι ἀγκῶνος, βραχίων καλεῖται. ἀγκὼν δὲ καθ' ὃ συγκάμπτεται ἡ χεὶρ ὅλη, οὗ τὸ ἔξω μέρος κορωνὸν, καὶ ὠλέκρανον ὀνομάζεται. τὸ δὲ μετὰ τοῦτο πῆχυς, ᾧ καὶ μετροῦσιν οἱ ἄνθρωποι. καθ' ὃ δὲ τελευτᾷ ὁ πῆχυς, καὶ ἄρθρον ποιεῖ πρὸς ἄκραν χεῖρα, καρπὸς καλεῖται. καὶ τὸ μετὰ τοῦτο, μετακάρπιον. εἶτα κόνδυλοι, ὅθεν ἄρχονται οἱ δάκτυλοι. δακτύλων δὲ ὁ μὲν μέγιστος ἀντίχειρ καλεῖται, διὰ τὸ ὅλῃ τῇ χειρὶ ἄκρᾳ συνεργοῦντα, ἴσον αὐτῇ δύνασθαι. ὁ δὲ μετὰ τοῦτον λιχανός, ὡς ἔοικεν ἀπὸ τῆς χρείας τοὔνομα ἔχων· ἐφεξῆς ὁ μέσος, καὶ μετὰ τοῦτον ὁ παράμεσος, ὁ τοῖς ἰατροῖς ἀνακείμενος, καὶ ἀπ' αὐτῶν τοὔνομα κεκληρωμένος. ὁ δὲ ἐπὶ πᾶσι, μικρός, καθ' ὃ πάντων ἠλάττωται. τὸ μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ καρποῦ, ἄκρα χεὶρ λέγεται. ὑπτιαζούσης δὲ, τὸ μὲν κατὰ τὸν ἀντίχειρα ἐπανεστηκός, θέναρ καλεῖται, τὸ δὲ ἀντικείμενον αὐτοῦ, ὑποθέναρ. τὸ δὲ ὑπὸ τὰς ἐκφύσεις τῶν δακτύλων, στῆθος χειρός. τὸ δὲ μεταξὺ τούτων ἁπάντων, κοῖλον χειρός. ἄνωθεν δὲ τὸ ὑπὸ τὸν τράχηλον πᾶν, ἐκ τῶν ἔμπροσθεν μέχρι λαγόνων, θώραξ καλεῖται. τούτου δὲ τὸ μὲν ὑπὸ τὰς κλεῖδας ἀμφοτέρωθεν, καὶ τὰς χεῖρας, αἱ πλευραί, ἐξ ὧν καὶ πλευρὸν ἑκάτερον λέγεται, τὸ δὲ μεταξὺ τούτων, στῆθος. καὶ τὸ μεσαίτατον αὐτοῦ, στέρνον, μέχρι τοῦ χόνδρου, ὑφ' ὃν τὸ στόμα τῆς κοιλίας· ὁ δὲ τόπος οὕτως, καὶ ἔξωθεν λέγεται. ἐντεῦθεν δὲ τὸ ἐπιγάστριον ἀνέρχεται. τὰ δὲ ὑπὸ στόμα τῆς κοιλίας· κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, εἰκότως ὑποχόνδρια καλεῖται, ἐπεὶ κατὰ τὴν εὐθύτητα ὑπὸ τὸν χόνδρον ἐστί, ὥσπερ εἰ μετὰ τοῦτον. εἰσὶ δὲ μύες ἡπλωμένοι, καὶ ὑπεστρωμένοι τῷ περιτοναίῳ, ἔξωθεν δὲ σκεπόμενοι τῷ δέρματι. ὁμωνύμως δὲ τούτοις, καὶ τὰ ἔνδοθεν σπλάγχνα, ὑποχόνδρια καλεῖται, ἐπεὶ καὶ αὐτὰ ὑπὸ τοὺς χόνδρους ἐστὶ τῶν νόθων πλευρῶν, καὶ ἔστιν ἐντὸς αὐτῶν. τὰ δὲ ἐκτὸς μέσα, τὰ κυρίως λεγόμενα ὑποχόνδρια, τὸ μὲν ἔμπροσθεν τῶν λαγόνων περιέχον τὸ ὑποχόνδριον, ἐπιγάστριον, τὸ δὲ ἑκατέρωθεν, κενεών. τὸ δὲ μεσαίτατον τοῦ λαγόνος, ὀμφαλός. τὸ δὲ ὑπὸ τοῦτον, ἦτρον. εἶτα τὸ ἐφήβαιον, ὃ καὶ ἐπίσειον καλεῖται· εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ θώραξ, ἔνθα καὶ τὰ αἰδοῖα τῶν ἀρρένων τέτακται, καὶ τῶν θηλειῶν, κατὰ τὴν διάφυσιν τῶν μηρῶν, ὅπως κρύπτηται ὑπὸ τούτων. τοῦ μὲν οὖν ἀρσενικοῦ τὸ προέχον, καυλός. τὸ δὲ ἄκρον αὐτοῦ, βάλανος. καθ' ὃ δὲ τετρύπηται πρὸς ἔκκρισιν, ἀπὸ τῆς χρείας οὐρήθρα ὀνομάζεται. τὸ δὲ σκέπον τὸ ἄκρον, ποσθή. τὸ δὲ κάτω μέρος τοῦ καυλοῦ κατὰ μῆκος αὐτοῦ, ῥαφή. τὸ δὲ διατεῖνον μέχρι τῆς ἕδρας, ταῦρος καλεῖται. δίδυμοι δὲ καὶ ὄρχεις ἔνδοθέν τε, καὶ ἔξωθεν ὀνομάζονται. καὶ ὄσχεον, τὸ περὶ τοὺς διδύμους. τοῦ δὲ γυναικείου αἰδοίου, οὕτω γὰρ αὐτὸ οἱ παλαιοὶ ὠνόμαζον, αὐτὸς μὲν ὁ κόλπος κτεὶς καλεῖται. τὰ δὲ περιέχοντα τὸν κόλπον, πτερυγώματα. τὸ δὲ μέσον τούτων κατὰ τὴν διασχίδα ἐκπεφυκὸς σαρκίδιον, νύμφη, ὃ καὶ διὰ τὸ προκόπτειν ἐπὶ πολύ, ἐκ τομῆς ἀξιοῦται παρ' Αἰγυπτίοις ἐπὶ τῶν παρθένων. κοινῶς δὲ τὸ στόμα τοῦ ἀπευθυσμένου διὰ τῆς ἕδρας ἐξερχόμενον, πρὸς τὸ ἐπέχειν ὁπότε βουλόμεθα τὰς ἐκκρίσεις, εὐχρηστεῖ· δακτύλιος δὲ, ἀπὸ τοῦ σχήματος, καὶ σφιγκτήρ, ἀπὸ τῆς ἐνεργείας κέκληται. τὸ δὲ ὑπὸ τὸν τράχηλον ἐκ τῶν ὄπισθεν, οὕτως ἔχει διαθέσεώς τε καὶ ὀνομασίας. τὸ μὲν πᾶν, νῶτα καλεῖται. ἐντεῦθεν δὲ τὰ μὲν ἑκατέρωθεν, ὠμοπλάται, τὸ δὲ μεταξὺ αὐτῶν μετάφρενον, ᾧ καὶ στόμαχος ἔνδοθεν ὑπόκειται.

A Clauiculæ existunt, inter quas iugulum habetur. Ab humeris Manus incipiunt, vtraque ex suo latere propensa: harum pars ab humero ad cubitum vsque pertendens, Brachium vocatur: Cubitus autem qua tota manus flectitur: cuius exteriorem partem corona, & olecranum nominatur. Dein Cubitus, quo & homines metiuntur. Vbi hic desinit, & cum summa manu articulum facit, Carpus dicitur. Succedens huic pars metacarpium. Inde Nodi, à quibus digiti incipiunt. Digitorum maximus, pollex est, quòd toti summæ manui cooperans, æquipolleat. Post hunc Index, nomen ab vsu, vt B paret, sortitus: dein medius: hunc medio proximus sequitur, medicis dicatus, atque ab iis nomen sortitus. Postremus paruus dicitur, quòd omnibus sit inferior. Itaque à carpo summa manus dicitur: cuius supinæ pars iuxta pollicem assurgens, Vola nominatur, huic pars opposita subuola vocatur. Verùm, vnde digiti procedunt, Pectus manus est. Quod medium horum omnium est, manus concauum dicitur. Supra verò, thorax ea pars appellatur, quæ à collo toto ad ilia vsque ex anteriore parte protenditur. Huius pars, quæ sub clauiculis vtrin- C que, & manibus habetur, Costæ sunt: ex quibus & latus vtrumque dicitur. In harum medio pectus. Huius rursus medium vsque ad cartilaginem, sub qua ventriculi os delitescit, sternum: idem locus etiam extrinsecus ita appellatur. Hinc epigastrium oritur. Quæ sub ventriculi ore ad partem exteriorem apparent, hypochondria nominamus, quoniam secundum rectitudinem sub cartilagine veluti post ipsam habentur. Sunt autem musculi, qui expansi pæritonæo subiacent: extrinsecus verò cute conteguntur. Æquiuoco autem cum his vocabulo etiam interiora viscera vocamus hypochondria: quoniam D & ipsa sub cartilaginibus notharum costarum ab interiore parte existunt: sed exteriora proprio. Quod ante ilia hypochondria comprehendit, Abdomen est: Quod vtrinque est, ilia. Ilium medium occupat Vmbilicus. Sub hoc sumen. Postea pubes sequitur, quæ & aqualiculus dicitur, in quem thorax finit: vbi & masculorum pudenda constituta sunt: tum fœminarum ad femoris vtriusque exortum, vt sub hoc occultentur. Maris pars prominens Coles vocatur, summitas eius, glans: qua foramen habet ad excretionem, vrethra ab vsu nuncupatur. Cutis, quæ eam conte- E git, præputium dicitur. Inferior pars colis in longitudinem eius vergens sutura vocata est. Quæ verò adusque sedem producitur, Taurus. Testiculi duplici nomine didymi, & testes, intus, & foris appellantur. Quod testiculos ambit, Scrotum vocant. Muliebris autem pudendi (sic enim ipsum nominauerunt antiqui) sinus ipse, pecten vocatur. At quæ sinum ambiunt, Alæ vocantur, inter has autem caruncula ad fissuram exorta, nympha quam, quòd multò promineat, Ægyptij in virginibus excidere consueuerunt. Porro recti intestini orificium per sedem prodiens, quo excre- F tionem, quum lubet, retinemus; Annulus à figura, ab officio Sphincter vocatus est. Cæterùm posteriores corporis partes, quæ collo subiacent, hunc situm & appellationem habent: totùm dorsum, vocatur: inde vtroque in latere scapulæ habentur. Media ipsarum pars inter scapulium, cui etiam stomachus intus subiacet.

Rursus media totius dorsi sedes supernè ad clunes vsque spina dicitur. Huius partem, quæ recto tramite sub dorso habetur insculptam Homerus nominauit, manifestò aliis dictionibus exponens,

---κατ' ἄκνηστιν μέσα νῶτα,

quoniam & iuxta rectitudinē longitudinis media sunt dorsi, mediúmque est interscapulij & lumbi. Spinā, lumbi, qui ilium ossa nominati sunt, qua cingimur, excipiunt. Hi in os sacrum terminantur: in cuius vtraq; parte coxæ sunt: in quibus nates, quoniam quæ his subiiciuntur, maxima ossa sunt. Inde carnosa ipsis corpora substrata sunt. Quorum gibbæ partes, quòd orbiculares sunt, globosæ natium partes nominantur. Inde corpus vnum in duos exit processus. Nam in duo crura nominata bipartitur, quorum diuisionem, veteres bisulcam nominant: atque hæc tota ad extrema vsque, crura dicuntur: quæ verò à coxis statim incipiunt, Femora: vbi verò artus postea committuntur inferioribus, articulúmque efficiunt, genua nominamus. Eorum partes retrorsum spectantes, poplites, vel ancyle: inde ad ima maximi artus tibiæ: quarum anterior pars Ocrea, posterior Sura nominantur. Postremum ossium tibiæ in vtrumque latus excedens, talus est: ab hoc profecti, pedes propriè appellantur: quibus etiam mensuram sibi aliam homines attollentes pedem inuenerunt. Pedis pars posterior calx: prior à talo vsque ad digitos, tarsus vocatur. Interior autem quasi pedibus inuicem se aspicientibus ab interiore talo versus magnum digitum procedens, pedium appellatur. Quod sub hac statim in medio imi pedis habetur, concauum dicitur. Infimum, quo terram contingimus, & ambulamus, planta vocatur. Quod post concauum ad digitos assurgit, pectus pedis nuncupatur. Deinde digiti numero manuum digitis pares. Non autem eadem sortiti nomina, quoniam nec eosdem præstant vsus, quanquam magnitudine, aut situs ordine conueniant.

Τὸ δὲ μεσαίτατον τοῦ νώτου παντὸς ἄνωθεν μέχρι γλουτῶν, ῥάχις. ταύτης δὲ τὸ μὲν εὐθὺ ὑπὸ τὸ μετάφρενον ἄκνηστιν εἶπεν Ὅμηρος, ὃ καὶ διὰ σαφῶν προσέθηκεν,

----κατ' ἄκνηστιν μέσα νῶτα.

ἐπεὶ καὶ κατὰ τὴν εὐθεῖαν τοῦ μήκους μέσα εἰσὶ τὰ νῶτα, καὶ τὸ μέσον ἐστὶ τοῦ μεταφρένου, καὶ ὀσφύος. διαδέχεται οὖν ἡ ὀσφὺς, ἣ καὶ ἰξὺς ὠνόμασται, καθ' ὃ ζωννύμεθα. λήγει δὲ αὕτη εἰς τὸ ἱερὸν ὀστοῦν. παρ' ἑκάτερα δὲ τούτου, τὰ ἰσχία ἐστὶ, ἐφ' οἷς οἱ γλουτοί. διὰ τὸ ὀστᾶ εἶναι τὰ ὑποκείμενα μέγιστα, ἔνθεν ὑπεστρώθη αὐτοῖς σώματα σαρκώδη. ὧν τὰ κυρτώματα ἐκ τοῦ περιφερῆ εἶναι, σφαιρώματα προσαγορεύεται. ἐντεῦθεν δὲ ἓν ὂν ὅλον τὸ σῶμα, διχοφυὲς γίνεται. διαμερίζεται γὰρ εἰς δύο, ἃ καλεῖται σκέλη, ὧν τὴν σχίδα, διχάλαν οἱ παλαιοὶ λέγουσιν. ταῦτα δὲ ὅλα μὲν μέχρι περάτων, σκέλη λέγεται. τούτων δὲ τὰ μὲν ἀπὸ τῶν ἰσχίων εὐθὺς ἐρχόμενα, μηροί. καθὸ δὲ μετὰ ταῦτα συμβάλλει τὰ κῶλα τοῖς ὑποκάτω, καὶ ἄρθρον ποιεῖ, γόνυ καλεῖται. οὗ τὰ κατόπιν, ἰγνύα, ἢ ἀγκύλη. τὰ δὲ ἐντεῦθεν, ἐπὶ τὰ κάτω μέγιστα κῶλα, κνῆμαι. ὧν τὸ μὲν ἔμπροσθεν, ἀντικνήμιον, τὸ δὲ ὄπισθεν γαστροκνημία. τὰ δὲ παρὰ τὴν τῆς κνήμης ὀστῶν εἴς τε τὸ ἔνδον μέρος, καὶ εἰς τὸ ἔξω ἐξέχοντα, σφυρὰ προσαγορεύεται. τὰ δὲ ἀπὸ τῶν σφυρῶν, κυρίως πόδες λέγονται. ἀφ' ὧν καὶ ἕτερον μέτρον ἔδοσαν οἱ ἄνθρωποι εὑράντες τὸν πόδα ἄραντες. τῶν δὲ ποδῶν, τὸ μὲν ὄπισθεν, πτέρνα ὀνομάζεται. τὸ δὲ ἔμπροσθεν ἀπὸ τῶν σφυρῶν μέχρι δακτύλων, ταρσὸς καλεῖται. τούτου δὲ τὸ μὲν ἔνδοθεν πρὸς ἀλλήλους ἀφορώντων τῶν ποδῶν, ὡς ἐπὶ τὸν μέγαν δάκτυλον, ἀρχόμενον ἀπὸ τοῦ ἔσω σφυροῦ, πεδίον. τὸ δὲ ὑπὸ τούτου εὐθὺς ἐν μέσῳ κατωτάτω τοῦ ποδὸς, κοῖλον. τὸ δὲ κατώτατον, ἐφ' ᾧ πατοῦμεν, καὶ ᾧ ἐπιβαίνομεν, πέλμα. τὸ μὲν πρὸς τοῖς δακτύλοις μετὰ τὸ κοῖλον ἐπανεστηκὸς, στῆθος ποδός. εἶτα οἱ δάκτυλοι, ἰσάριθμοι μὲν τοῖς τῶν χειρῶν, οὐ τυχόντες δὲ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων, διὰ τὸ μηδὲ τὰς αὐτὰς χρείας ἐπιτελεῖν, πλὴν ὅσα ἐκ τῆς κατὰ τὸ μέγεθος διαφορᾶς, ἢ ἐκ τῆς κατὰ τὴν θέσιν τάξεως.

CAPVT XI.

Partium interiorum anatome.

ANatome abusiuè quidem dicitur etiam exteriorum corporis partium, & particularum commemoratio, quæ verbis vniuscuiusque ipsorum naturalem situm, ordinem, vsum, quem animanti præbent, propriam cuique illorum appellationem, de quibus iam retulimus, percenset: propriè verò anatome, interiorum cum sermone explicatio dicitur. Siquidem oculis eas indicatas esse, anatome non est, sed cuiusque notitiam ex sermone, ac verbis accepisse, & naturales actiones, quomodo ipsas obeant, didicisse, præterea quam inuicem communionem viscera, aliæque corporis partes per venas habeant. Cerebrum itaque ex nullo eorum, quæ prædiximus, principali vase compositum esse videtur Erasistrato, eoque nutrimenti affusio ipsi esse videtur. Est autem corpus simplex, atque ob id omnium, quæ humano continentur corpore, & præcipuum, & princeps. Quapropter Plato, & Hippocrates animi principatum in eo constituunt. Comprehenditur sanè membranis duabus: vna contigua & assimili, quæ choroeides appellatur, venosiorque est: Altera quæ huic superiacet, caluariæ quibusdam partibus magis adhærescit. Sed hæc

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἀνατομὴ τῶν ἐντός.

ΑΝατομὴ καταχρηστικῶς μὲν λέγεται, καὶ ἡ τῶν ἐκτὸς μερῶν τε καὶ μορίων τοῦ σώματος διέξοδος, ἥτις ἐστὶ διὰ λόγου διήγησις ἑκάστου, μετὰ τῆς κατὰ φύσιν θέσεως αὐτῶν, καὶ τάξεως, καὶ χρείας, ἣν παρέχεται τῷ ζώῳ, καὶ τῆς οἰκείας ἑκάστου ὀνομασίας, περὶ ὧν ἤδη διεξήλθομεν. κυρίως δὲ λέγεται ἡ ἀνατομὴ, ἡ τῶν ἐντὸς μετὰ λόγου ἀνάπτυξις. οὐ γὰρ τὸ τῇ ὄψει αὐτὰ δηλῶσαι ἀνατομή ἐστιν, ἀλλὰ τὸ μετὰ λόγου ἑκάστου αὐτῶν γνῶσιν λαβεῖν, τάς τε κατὰ φύσιν ἐνεργείας, ὅπως δι' αὐτῶν ἀποτελοῦνται ἐκμαθεῖν, καὶ τὰς κοινωνίας ἃς ἔχει πρὸς ἄλληλα τὰ σπλάγχνα, καὶ τὰ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος διὰ φλεβῶν. ὁ μὲν οὖν ἐγκέφαλος ἐξ οὐδενὸς τῶν προειρημένων, κατ' Ἐρασίστρατον ἀρχικῶν ἀγγείων φαίνεται πεπλέχθαι, διὸ καὶ παρέγχυμα ἔφησε δοκεῖ αὐτῷ εἶναι. ἔστι δὲ ἁπλοῦν σῶμα, καὶ διὰ τοῦτο ἀρχικὸν, καὶ κυριώτατον τῶν ἐν ἡμῖν. διὸ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς αὐτῷ πιστεύουσιν, ὡς Πλάτων καὶ Ἱπποκράτης. περιέχεται δὲ ὑπὸ μηνίγγων δύο, καὶ μὲν προσεχοῦς, καὶ προσφυοῦς αὐτῷ, ἣ καλεῖται χοροειδὴς, καὶ ἔστι φλεβωδεστέρα. ἡ δὲ ἑτέρα ἐπὶ ταύτης οὖσα, προσήρτηται μᾶλλον τῷ κρανίῳ κατά τινα μέρη. καὶ ἔστι

νευρωδέστερα. ἐκ μὲν οὖν τῶν ἄνω, φλέβες ἀπὸ καρδίας εἰς αὐτὸν ὀχετεύουσι τὴν τροφὴν, κατὰ τὸ λεγόμενον ληνόν, ἐκ τῶν πρὸς τῇ βάσει ἀρτηριῶν. ἐντεῦθεν δὲ καὶ νεῦρα ἄρχεται ἐκφύεσθαι αὐτοῦ, ὅθεν καὶ εἰς πᾶν τὸ σῶμα ἀναδιδόασι τὰς ψυχικὰς ἐνεργείας. νεύρων δὲ εἴδη δύο, τὸ μὲν τῶν συνδετικῶν, τῶν συνεχόντων τὰ ὀστᾶ πρὸς ἄλληλα. τὸ δὲ τῶν αἰσθητικῶν, καὶ κινητικῶν, ἃ τὴν αἴσθησιν ἐμποιεῖ τῷ σώματι, καὶ τὴν προαιρετικὴν κίνησιν εἰς πᾶν διαπέμπει, ἐξ ὧν καὶ τῶν μυῶν ἡ φύσις. τῶν δὲ ὀφθαλμῶν οἱ πόροι ἐκπεφύκασι, καὶ αὐτοὶ ἀπὸ τῆς βάσεως τοῦ ἐγκεφάλου, δι' ὧν τὸ ὁρατικὸν πνεῦμα εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς διαδίδοται. ἐντεῦθεν δὲ καὶ εἰς τοὺς μυκτῆρας ἀποφύσεις ἤρτηνται, δι' ὧν τε ὀσφραινόμεθα, καὶ δι' ὧν ἐκκαθαίρεται ὁ ἐγκέφαλος. εἰς δὲ τὰ ὦτα ἀποφύσεις μὲν οὐκ εἰσί· τέτρηται δὲ αὐτὴ ἡ μῆνιγξ ἐκ τῶν ὄπισθεν, καὶ σκωληκοειδῆ ἀπόφυσιν ποιεῖται, δι' ἧς καὶ αὐτὰ ἀποκαθαίρεται· καὶ ἐν ἀρχῇ ταύτης, τὸ λεγόμενον κωνοειδές. ἐντεῦθεν δὲ καὶ ὁ ῥαχίτης μυελὸς ἄρχεται. κοιλίας δὲ ἔχει ὁ ἐγκέφαλος δύο· κατ' ἐνίους δὲ μίαν, ἔνθα τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς ἵδρυται. περιέχεται δὲ καὶ τὰ τοῦ κρανίου ὀστᾶ, ἄνωθεν ὑπὸ τῷ δέρματι, τῷ περικρανίῳ λεγομένῳ ὑμένι, ἐκπεφυκότι μὲν διὰ τῶν ῥαφῶν, ἐκ τῶν μηνίγγων· ἀρχὴ δὲ αὕτη γίνεται τοῦ τε ὑπεζωκότος τὰς πλευρὰς ὑμένος, καὶ τοῦ διαφράγματος, καὶ τοῦ περιτοναίου, καὶ παντὸς ὑμένος νευρώδους. ὁ δὲ ὀφθαλμὸς συνέστηκεν μὲν καθ' Ἱπποκράτην ἐκ χιτώνων δύο, οὓς μήνιγγας ὁ Ἱπποκράτης καλεῖ, ἐπειδὴ ἐκ τῶν μηνίγγων ἐκπεφύκασιν. κατὰ δὲ τοὺς νεωτέρους ἐκ τριῶν, κατ' ἐνίους δὲ ἐκ τεσσάρων. πρῶτος μὲν οὖν ἔξωθέν ἐστιν ὁ κερατοειδὴς, λευκὸς μὲν κατὰ τὰ ἄλλα, κατὰ δὲ τὴν ἶριν λεπτυνόμενος διαφαίνει τὸ ὑποκείμενον χρῶμα, καθ' ὃ μέλας, ἢ γλαυκότερος, ἢ χαροπὸς φαίνεται· δεύτερος δέ ἐστιν ὁ ῥαγοειδὴς ῥαγὶ σταφυλῆς ἐοικὼς τὰ ἔνδοθεν, τετρημένος κατὰ τὴν κόρην. τρίτος δὲ ὁ ἀμφιβληστροειδὴς, ἐγκολπούμενος ὥσπερ καὶ δεχόμενος ἐπ' ἄκρῳ τὸν ὑπό τινων εἰσαγόμενον τέταρτον χιτῶνα, ὃν καὶ ἄδηλον προσαγορεύουσιν. ἔστι μὲν γὰρ ὑμὴν σμικρότατός τε, καὶ ἰσχνότατος. ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος, καὶ ὁ δεύτερος στερεοὶ ὑμένες, καὶ χιτῶνες παχεῖς εἰσιν. ὁ δὲ τρίτος καὶ τέταρτος ἰσχνότατοι. διὸ καὶ Ἱπποκράτης τοὺς πρώτους μόνους οἶδε, λέγων. ὁ δὲ ὀφθαλμὸς μήνιγγας ἔχει δύο. ὑγρὰ δὲ περιέχουσιν οἱ ὑμένες οὗτοι τρία, τό τε ὑδατοειδὲς, καὶ τὸ ὑαλοειδὲς, καὶ τὸ κρυσταλλοειδές. βλεφάρων δὲ τὰ μὲν ἔσωθεν σαρκώδη, τὰ δὲ μεταξὺ χονδρώδη. ἔξωθεν δὲ δέρματι σκέπεται. διὰ δὲ τὸ σκληρὸν τοῦ μεταξὺ χόνδρου πιμελὴ ὑπέστρωται αὐτῷ οἷον μάλαγμα, ἥτις ἐπὶ τὸ πολὺ πλεονάζουσα τὰς ὑδατίδας ποιεῖ. ἡ δὲ γλῶσσα σαρκώδης μὲν τὰ πλεῖστα· διπλοῦν δὲ νεύρων εἶδος ἐμπέφυκεν εἰς αὐτὴν ἐκ τῆς τοῦ ἐγκεφάλου βάσεως, τὸ μὲν τῶν καλουμένων μαλακῶν νεύρων, δι' ὧν τὴν αἴσθησιν τὴν γευστικὴν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀναδίδωσι. τὸ δὲ τῶν σκληρῶν, δι' ὧν καὶ ἡ κίνησις, ἡ προαιρετικὴ ἐπ' αὐτὴν ἀναφέρεται. πρὸς δὲ τῇ ῥίζῃ αὐτῆς ἐμπέφυκεν ἡ ἐπιγλωττὶς, ἥτις ἐν τῷ καταπίνειν ἀνατρέχουσα, ἐπιπωματίζει τὸν βρόγχον, ἵνα μή τι τῶν στερεῶν, ἢ ὑγρῶν ἐμπέσῃ εἰς αὐτόν. τὸ δὲ αὐτῆς αἰτίας ἕνεκα, καὶ αἱ ἀντιάδες γεγόνασι, τέσσαρες οὖσαι τὸν ἀριθμὸν, δύο μὲν προφανεῖς πρὸς τῇ ῥίζῃ τῆς γλώττης ἑκατέρωθεν, δύο δὲ ἐχόμεναι τούτων ἐνδότεραι. λέγονται δὲ αὗται, καὶ παρίσθμια, διὰ τὸ ἐοικέναι τὸ χωρίον ἰσθμῷ εἰς ὃ παράκεινται, μάλιστα δὲ ὅταν φλεγμαίνωσιν. διότι στενοῦσιν ἄγαν τὴν δίοδον ταύτην.

A nervosior existit. Ex superiore igitur parte venæ nutrimentum à corde iuxta eum locum, qui torcular dicitur, ex arteriis, quæ ad basim sunt, acceptum in id deriuant, inde & nerui exortus principium ex eo capiunt, vnde & animales functiones vniuerso corpori communicant. Neruorum autem species duæ sunt, vna mutuos ossium connexus colligat, continétque, altera sentiendi mouendíque pro arbitrio facultatem toti corpori transmittit. Atque hinc etiam musculorum prouentus est. Oculorum meatus, & ipsi ab ima cerebri parte proueniunt, & B per eos visorius spiritus oculis impertitur. Inde verò nares etiam processus habent, per quos & olfacimus, & cerebrum expurgatur. Ad aures processus non sunt, verùm à posteriore parte tenuis membrana, quam meningem vocant, perforata est, atque in vermis speciem processum habet: per quam similiter ipsæ repurgantur. In illius principio cerebri pars coniformis appellata, sedem habet. Iam verò illinc & spinalis medulla incipit. Cæterùm duos habet cerebrum ventriculos, secundum aliquos verò vnum, vbi animi principatus residet. At caluariæ ossa superiore parte sub cute, membranâ, quæ per suturas è meningibus C prodiit, pericranium appellata, conteguntur. Estque hæc origo membranæ costas succingentis, & septi transuersi, & peritonæi, & omnis membranæ neruosæ. Oculus, ex Hippocratis sententia habet duas tunicas, quas Hippocrates meningas, quod ex illis prouenerint appellat. Recentiores tres ponunt, nonnulli quatuor. Ex quibus prima exterior est cornea vocata. Ea reliqua sui parte alba est, pupillæ loco extenuatur, perspicuúmque subiectum colorem reddit, quatenus niger, vel cæsius, vel fuluus apparet. Secunda, qua pupilla est, modico foramine concaua, D quæ quòd parte interiore sit acino vuæ similis, nominatur. Tertia retis modo sinum habens, retiformis nuncupatur: perinde quasi in summo quartam tunicam à nonnullis inuectam excipiat, quam minus apparentem vocant. Est etenim membrana minima simul, & tenuissima, sed prima & secunda, firmæ membranæ, crassæque tunicæ sunt: tertia verò & quarta tenuissimæ. Quare & Hippocrates priores solas cognouit, oculus, inquiens, membranas duas habet. Porrò triplicem hæ tunicæ continent humorem. Hunc ab aquæ similitudine, aqueum vocant. Illum vi-E treum, quòd vitro quiddam simile referat. Tertium, crystallinum. Palpebrarum interiores partes carnosæ: mediæ cartilaginosæ; exteriores cute teguntur. At quoniam cartilago media dura est, adeps subiecta est lenimenti, malagmatis ve instar, quæ frequenter exuperans, vesiculas aqua plenas parit. Lingua maximè carnosa est, in quam duplex neruorum genus ab ima parte cerebri prodiens inseritur. Alij, molles appellati, gustandi sensum ad principium: alij duri, motum arbitrarium ad ipsam deducunt. Ad huius radicem exigua inhæret epiglottis, quę cum deglutimus, recurrens, arteriam claudit, ne quid ex solidioribus aut F humidis in ipsam delabatur. Cuius rei quoque causa tonsillæ numero quatuor creatæ sunt: duæ ad linguæ radicem, vtrinque conspicuæ: duæ his proximæ, penitiores. Nominantur eædem etiam paristhmia, quoniam locus ad quem sitæ sunt, isthmo, præsertim cum per inflammationem intumuerunt, eoque transitum hunc arctũ nimis reddunt, figura respondent.

respondent. Porrò quum duabus animal materiis gubernetur, alimento & spiritu; ad hunc quidẽ percipiendũ nares, os, fauces, aspera arteria, & pulmo, partes sunt aptissimę. Nares sanè & os respirationi seruiunt: gurgulio, ne frigidus in fauces aër cumulatim irrumpat: aspera arteria, vt eundẽ in pulmonem deducat cuiús in pectore sedes est: per hunc & omnis fit respiratio, submittẽtem quidem se, vt spiritus emittatur; attollentem verò, vt idem recipiatur. Quare actione similitudinem quandam cum fabrorum follibus habere videtur, figuram verò vngulæ bubulæ seruat. Porrò ex spiritu in pulmone elaborato quicquid maximè necessariũ est, ad sinistrum cordis ventriculum defertur, quicquid inutile est, illac, quà inspirauimus, efflatur. Nutrimenti vasa ad excipiendum, & instrumenta ad elaborationem instituta hæc sunt, os, dentes, stomachus, ventriculus, ieiunum, & tenuia intestina. Os quidem & dentes, cibum extenuãt molúntque. Stomachus appetit, & deglutit: appensus autem asperæ arteriæ ad septum vsque transuersum porrigitur. Ventriculus omnis est ad concoctionem, incipit velut à media cartilagine, vbi ventris os situm dicitur, subsidet leuiter iecinori, latitudine sigma literam referens, & altero extremo in sinistram partem vergit, vbi est & pylorus, quoniam portæ modo, ne nutrimentum ex eo confertim delabatur, prohibet. Ieiunum & tenue intestinum digestioni dicatum est, in sinus multos implicitum: committitur autẽ mesaræo, seu mesenterio, quod venæ in id descendentes intertexunt, per quas digestio plurima fit ad portas hepatis. Ei verò tenuius intestinum est ita connexum, vt pars eius esse videatur, quippe ieiuno explicato persimile est. *Differt tamen quòd nec vacuum sit, nec vasorum copiam habeat.* Deinde cæcum intestinum, alimento recipiendo accommodatum. Huic adhærescit laxius intestinum, quod excrementa ex distributionę segregata suscipit. Pertendens autem in dextram supra vmbilicum inter iecur & lienem, deorsum rursus fertur, totúmque amplexum abdomen in rectũ intestinum desinit. Quum igitur duo meatus à lato oris spatio incipiant, alterum iuxta priorem colli partem, bronchum, vel asperam arteriam nominamus: alterum, stomachum. Vnde verò initium capit arteria, & vbi aperitur, pharyngem vel laryngem vocant. Cæterùm totus meatus ex cartilaginibus annuli modo vel circuli compositis constat, quo firmus continuæ animantis respirationi maneat, nec comprimatur, quare etiam ostium eius semper patescit. Nam cibi abstinentiam tolerare potes diutissimè, non inspirare, ne minimum quidem temporis potes. Huius rei gratia purum hunc spiritui transitũ natura dedit, ne impedimenti quid sentiat. Enimuero, si quid vel cibi, vel potus in arteriam imprudentibus delabitur, strangulationes, & tusses statim excitantur donec à spiritus impetu excussum efferatur. Iam verò aspera arteria spiritum pulmoni transmittit, desinitque in eiusdem arterias asperas, quas ipsas quoque bronchia nominant. Stomachus interius, quàm arteria, existens, ceruicis vertebris annexus, longissimè cum aspera arteria porrigitur. Sed bronchus illi adiunctus, cum cibum deglutimus, recurrens, exactè ipsum lingula cooperit, quæ ex linguæ radice trahit originem. Porrò hæc lingula non modò os claudit, sed etiam cibum à lingua velut ventilabro purgatum, & arteriæ orificio superimpositum ad stomachum, pontis modo deiicit.

ἐπεὶ δὲ δύο ὕλαις διοικεῖται τὸ ζῶον, τροφῇ καὶ πνεύματι, πνεύματος μὲν ὁδοί τε, καὶ καταδοχαί, τάδε· ῥῖνες, στόμα, βρόγχος, τραχεῖα ἀρτηρία, πνεύμων. ῥὶς μὲν καὶ στόμα, πρὸς τὸ ἀναπνεῖν, ὁ δὲ γαργαρεὼν, ἵνα μὴ ἀθρόως εἰς τὸν βρόγχον προσεμπίπτῃ ψυχρὸς ἀήρ. ἀρτηρία δὲ τραχεῖα, πρόοδός ἐστιν αὐτῷ εἰς τὸν πνεύμονα ἐν τῷ στήθει κείμενον, δι᾽ οὗ καὶ ἡ πᾶσα ἀναπνοὴ γίνεται, διαστελλομένου μὲν, ἵνα δέξηται, συστελλομένου δὲ, ἵνα ἐκπέμψῃ. διὸ καὶ ἔοικε τῇ μὲν ἐνεργείᾳ ταῖς χαλκευτικαῖς φύσαις, τῷ δὲ σχήματι βοὸς ὁπλῇ. ἐν πνεύμονι δὲ κατεργασθέντος τοῦ πνεύματος, τὸ μὲν ἀναγκαιότατον, εἰς τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν τῆς καρδίας φέρεται, τὸ δὲ ἄχρηστον ἐκπνεῖται δι᾽ ὧν καὶ εἰσεπνεύσθη. τροφῆς δὲ ἀγγεῖα, τὰ πρὸς ὑποδοχὴν, καὶ ὄργανα πρὸς κατεργασίαν, τάδε· στόμα μὲν καὶ ὀδόντες, στόμαχος, κοιλία, νῆστις, καὶ λεπτὰ ἔντερα. στόμα μὲν, καὶ ὀδόντες πρὸς λέανσιν. στόμαχος δὲ πρὸς ὄρεξιν, καὶ κατάποσιν. παρατέταται δὲ τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ, καὶ διατείνει μέχρι διαφράγματος. κοινὴ δὲ πρὸς πέψιν ἡ γαστήρ. ἄρχεται δὲ ὡς ἀπὸ μέσου τοῦ χόνδρου, ἔνθα στόμα κοιλίας λέγεται, ὑπιοῦσα δὲ τὸ ἧπαρ, τῷ κύτει σιγματοειδὴς οὖσα, ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ νεύει, τῷ ἑτέρῳ ἄκρῳ, ἔνθα καὶ ὁ πυλωρός ἐστιν, ἵνα μὴ ἀθρόως διεκπίπτῃ αὐτῆς ἡ τροφή. νῆστις δὲ καὶ λεπτὸν ἔντερον, πρὸς ἀνάδοσιν· πολλοὺς δὲ ἑλιγμοὺς ἡ νῆστις ἔχει, καὶ συνέχεται τῷ μεσαραίῳ, ἢ μεσεντερίῳ, ὃ ἐξυφαίνουσιν αἱ εἰς αὐτὸν καθήκουσαι φλέβες, δι᾽ ὧν ἡ πλείστη ἀνάδοσις γίνεται ἐπὶ πύλας ἥπατος. συνάπτεται δὲ αὐτῇ τὸ λεπτὸν ἔντερον, ὡς μέρος αὐτῆς δοκεῖν εἶναι· ἔοικε γὰρ νήστει ἡπλωμένῃ. ἑξῆς δὲ τὸ τυφλὸν ἔντερον, πρὸς ὑποδοχὴν τῆς τροφῆς. ἐπὶ δὲ τούτῳ τὸ κῶλον, πρὸς ὑποδοχὴν τῶν διακεκριμένων περιττωμάτων ἐκ τῆς ἀναδόσεως, διαβαῖνον δὲ ἐπὶ τὰ δεξιὰ ὑπὲρ ὀμφαλὸν ἐντὸς τοῦ ἥπατος, καὶ τοῦ σπληνὸς εἰς τὰ κάτω πάλιν φέρεται διαζῶσαν τὸ ἐπιγάστριον ὅλον, καὶ τελευτᾷ κατὰ τὸ ἀπευθυσμένον. δύο τοίνυν πόροι ἀρχόμενοι ἀπὸ τῆς τοῦ στόματος εὐρυχωρίας, ὁ μὲν κατὰ τὸ ἔμπροσθεν τοῦ τραχήλου τέτακται, καὶ καλεῖται βρόγχος, ἢ τραχεῖα ἀρτηρία. ὅθεν δὲ ἄρχεται, καθ᾽ ἃ ἀνεστόμωται φάρυγξ λέγεται, ἢ λάρυγξ. συνέστηκε δὲ ὁ πᾶς πόρος, ἐκ χόνδρων οἷον κρικοειδῶν, ἢ κυκλοτερῶν, ἵνα ἀσύμπτωτος μένῃ πρὸς τὸ ἀδιαλείπτως εἰσπνεῖν τὸ ζῶον, διὸ καὶ ἀεὶ ἀναπέπταται αὐτοῦ τὸ στόμα. τροφῆς μὲν γὰρ ἀπέχεσθαι ἐπὶ πλεῖστόν ἐστιν ὑπομένειν, μὴ εἰσπνεῖσθαι δὲ, οὐδὲ τὸ ἀκαριαῖον· διὰ τοῦτο δὲ, καὶ καθαρὰν τῷ πνεύματι τὴν δίοδον ταύτην παρέχει, ὅπως μηδέποτε ἐμποδίζῃ τὴν ὁδὸν τῷ πνεύματι. ἀμέλει εἴπου ἐν τῷ τρέφεσθαι λαθὸν παρεμπέσοι τι εἰς αὐτὸν, εὐθὺς βὴξ καὶ πνιγμὸς ἐπακολουθεῖ, ἄχρις οὗ ἐξωθούμενον ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἀνενεχθῇ. διαπέμπει δὲ τὸ πνεῦμα ἡ τραχεῖα ἀρτηρία εἰς τὸν πνεύμονα, καὶ περαιοῦται εἰς τὰς ἐν αὐτῷ τραχείας ἀρτηρίας, αἳ καὶ αὐταὶ, καὶ βρόγχια καλοῦνται. ὁ δὲ στόμαχος ἐνδοτέρω τοῦ βρόγχου ὢν, πρὸς τοῖς σπονδύλοις τοῦ τραχήλου, συμπαρεκτείνεται μὲν τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ ἐπὶ πολὺ, ἀλλ᾽ ὁ μὲν βρόγχος προσκείμενος, ἐν τῷ καταπίνεσθαι τὴν τροφὴν προσδυματέχων, ἐπιπωματίζεται ἀκριβῶς τῇ ἐπιγλωττίδι, ἥτις πέφυκεν ἐκ τῆς ῥίζης τῆς γλώττης. ἡ δὲ ἐπιγλωττὶς οὐ μόνον τὸ στόμα ἐπιπωματίζει, ἀλλὰ καὶ τὴν τροφὴν τὴν ὑπὸ τῆς γλώττης, οἷον ὑπὸ πτύου ἀναλικμωμένην διαπορθμεύει, ὥσπερ γέφυρα, ἐπὶ τὸν στόμαχον ὑπὲρ τὸ στόμα τοῦ βρόγχου ὑποτεθεῖσα αὐτήν.

ὁ δὲ στόμαχος φυσικὴν ἐνέργειαν ἔχων, τὴν ὀρεκτικὴν δύναμιν. διαστέλλεται μὲν ὑπὸ τῆς ὀρέξεως, καὶ καταπίνει τὰ εἰσφερόμενα. ἡ δὲ τῷ ὑποκειμένῳ στελλομένη, οἷον ἐκθλίβει, καὶ ἀπωθεῖται αὐτὰ ἐπὶ τὰ ὑποκείμενα μέρη ἐκβαλὼν διὰ τοῦ διαφράγματος, συμφυεῖ τῷ στόματι τῆς κοιλίας, δι' οὗ στενοῦ πόρου ὄντος, εἰς τὴν γαστέρα ἡ τροφὴ παρέρχεται. γαστρὸς δὲ, ἡ μὲν φυσικὴ ἐνέργεια πέττει τὴν προσενεχθεῖσαν αὐτῇ τροφήν. πεφθεῖσα δὲ αὐτὴ, πρῶτον μὲν ἔοικεν χυλῷ πτισσάνης. διά τε τοῦ λεγομένου πυλωροῦ ὄντος ἔτι στενωτέρου, διηθεῖται εἰς τὴν νῆστιν ἡ τροφὴ, ἥτις λεπτὸν ἔντερον οὖσα, διὰ τοῦτο ὑπὸ τῆς φύσεως εἰς ἕλικας πλείστας συνετέθη, ὅπως μὴ ῥᾳδίως διακόπτηται, ἢ διασπᾶται. συνέχονται δὲ αἱ ἕλικες αὐτῆς, καὶ ὑποβαστάζονται τῷ λεγομένῳ μεσαραίῳ, ἢ μεσεντερίῳ· οὐ μόνον δὲ τὴν χρείαν ταύτην παρέχει τὸ μεσάραιον, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ ἥπατος ἐκπεφυκυίας δύο φλέβας, ἔπειτα εἰς πολλὰς ἀποσχίδας διαιρουμένας, αἳ ἐμβάλλουσιν εἰς τὸ μεσάραιον, ὅπως καὶ αὗται μὴ διαρρήγνυνται, ἰσχναὶ οὖσαι. ἀλλ' ἀνέχονται ὑπὸ τοῦ ἐνυφασμένου αὐτῷ ὑπερείσματι, συγχρώμεναι τούτῳ, καὶ οἷον διαβάθρα κουφιζόμεναι ἑδραιοῦνται, καὶ οὕτως ἐπὶ πάσας τὰς ἕλικας τῆς νήστεως ἐοικυίας βδέλλαις, ἀνεστομωμέναι εἰς τὴν νῆστιν, πᾶσαν δέχονται τὴν ἐν αὐτῷ κεχυλωμένην τροφήν. ἅμα δὲ τῷ δέξασθαι, εὐθὺς ἐξαιματοῦσιν αὐτὴν χυλὸν ὄντα τὸ πρόσθεν, μέχρις ὅτε ἐν τῇ νήστει ἐστί. οὐδὲ γὰρ ἑτέρωθεν αἵματος ἀγγεῖον, οὔτε φλέγματος, ἢ ἄλλου τινὸς εἶναι περιεκτικὸν, ὁ τῆς φύσεως νόμος διαγορεύει. πάλιν οὖν διὰ τοῦ μεσαραίου αἱ φλέβες αὗται ἐδέξαντο, δύο γινόμεναι ἐκ πολλῶν ἐμβάλλουσιν εἰς τὸ ἧπαρ κατὰ τὰς λεγομένας αὐτοῦ πύλας. ἐν δὲ τῷ ἥπατι ἐξαιματουμένης τῆς τροφῆς, ὁμοῦ διακρίνεται ἕκαστον τῶν περιττωμάτων. καὶ ἡ μὲν ξανθὴ χολὴ, ἐπὶ κύστιν τὴν ἐν τῷ ἥπατι φέρεται. ἡ δὲ μέλαινα, ἐπὶ σπλῆνα. ἀπὸ δὲ ἥπατος ἐξαιματωθεῖσα ἡ τροφὴ, εἰς τὴν δεξιὰν ἀναδίδοται τῆς καρδίας κοιλίαν. ἀπὸ δὲ τῆς καρδίας, διὰ μὲν τῶν σφαγιτίδων, ἐπὶ τὰ ἄνω τὸ αἷμα ἀναδίδοται. διὰ δὲ τῆς κοίλης φλεβὸς, ἐπὶ πάντα τοῦ σώματος τὰ μέρη. ἀπὸ γοῦν τῆς κοίλης φλεβὸς διακρινομένου τοῦ ἐρρώδους ἀπὸ τοῦ αἵματος, ἀποσχίδες ἐπὶ νεφροὺς φέρουσιν, οἳ κεῖνται κατὰ τὴν ὀσφὺν ὑπὸ τὰς ψόας, δι' ὧν διηθεῖται τὸ οὖρον. ἐπὶ τὴν κύστιν δὲ παραγίνεται, διὰ τῶν λεγομένων οὐρητήρων. ἡ δὲ κύστις δέχεται μὲν κατὰ τοῦ σώματος αὐτῆς τὸ οὖρον. ἐκκρίνει δὲ διὰ τοῦ καυλοῦ εἰς τὰ ἐκτός. δίδυμοι δὲ τὴν μὲν σύστασιν ἀδενώδεις, δοχεῖα δέ εἰσιν, καὶ ἐργαστήρια τοῦ γόνου, ὃς φέρεται ἐπ' αὐτοὺς διὰ τῶν κρεμαστήρων. καθήκουσι δὲ εἰς αὐτοὺς, καὶ ἕτερα ἀγγεῖα τὰ τρέφοντα αὐτούς. περιέχεται δὲ ὑπὸ δύο χιτώνων, τοῦ τε ἐρυθροειδοῦς, καὶ τοῦ δαρτοῦ λεγομένου. ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ ὀσχή. ταῖς δὲ γυναιξὶν ἡ ὑστέρα ἔοικεν ὀσχῇ ἀνεστραμμένῃ. ἀνεστόμωνται εἰς τὸ ἔνδον αὐτῆς φλέβες, ὡς ὅτι πλεῖσται, δι' ὧν τὸ αἷμα ἀποκαθαίρεται, ὃ ἐν ταῖς συλλήψεσιν ἐπέχεται, καὶ χωρεῖ εἰς τροφὴν, καὶ διάπλασιν τοῦ ἐμβρύου. ἀπὸ γὰρ τῶν φλεβῶν τῶν πλεκουσῶν τὸ χορίον γινόμεναι δύο φλέβες, καὶ ἀπὸ τῶν κατ' αὐτὸ ἀρτηριῶν δύο ἀρτηρίαι, καὶ ἀπὸ τῶν νεύρων, νεῦρον ἕν, συνελθόντα ἀποτελεῖ τὸν οὐραχὸν, ὃς ἐμβάλλει εἰς τοῦ ἐμβρύου τὸν ὀμφαλὸν, ἐξ οὗ καὶ ἐκφύεται, καὶ ἀποκρεμᾶται. ἀπὸ δὲ ὀμφαλοῦ, αἱ μὲν φλέβες ἐπὶ ἥπατος πύλας τὸ αἷμα διδόασιν ἐπὶ τῶν ἐμβρύων. αἱ δὲ ἀρτηρίαι κατὰ τὴν κύστιν εἰς τὴν παχεῖαν ἀρτηρίαν ἐμβάλλουσι. τὸ δὲ νεῦρον τοῦτο, εἰς τὴν ῥάχιν.

Stomachus pro naturali functione appetendi facultatem habet. Dum appetit quidem, se attollit, & quæ offeruntur deglutit: dum autem accepta quasi elidit, & ad subiectas partes expellit, ac ventriculi orificio contiguo per transuersum septum tradit, submittitur. Per quem angustum existentem meatum, in ventrem alimenta descendunt. Ventriculi naturale officium est, vt alimentum sibi commissum concoquat, quod à concoctione primùm ptisanæ cremori persimile est: verùm per eum quem pylorum appellari diximus, qui adhuc arctior est, alimentum ieiuno instillatur, quod cum tenue sit intestinum, in flexuosissimos orbes natura implicauit, ne ex facili videlicet dissecaretur, diuelleretúrque. Mesaræum, seu mesenterium, amfractus, & orbes eius amplectitur, atque ipsos sustentat: quamquam id non solum hunc præstat vsum, sed etiam venas duas sub iecinore emergentes *fulcit*, quæ post in diuersas partes diducuntur, & mesaræo inseruntur, quo & ipsæ (sunt enim tenues) ruptionis periculum effugiant. Sustinentur autem ab intexto eidem fulcimento, huic innitentes, & veluti substrato alleuatæ finiunt. Atque hoc pacto in singulis amfractibus ad hirudinum similitudinem compositis, aperto ore ieiuno inhiantes, omnem in eo alimoniam in succum conuersam exugunt. Simul autem inter exugendum, protinus ipsum in sanguinem mutant, qui succus antea erat, dum in ieiuno esset. Non enim aliunde vel pituitæ, vel sanguinis, vel alterius cuiusdam vas esse natura indicat. Rursus igitur duæ factæ ex multis venæ, à mesaræo acceptum, ad hepar per dictas eius portas digerunt. In iecinore quum sanguinis naturam nutrimentum induit, recrementa singula pariter secernuntur. Flaua bilis ad vesicam ei inhærentem defertur: atra ad lienem. Iam verò ab hepate versum in sanguinem alimentum, in dextrum cordis ventriculum distribuitur. A corde sanguis per iugulares venas ad superiores corporis partes deriuat. Per cauam autem venam in vniuersum corpus diffunditur. Ab hac rami duo, sanguine iam à sero discreto, ad renes perreptant, qui lumbis sub clunium carnibus, per quas vrina destillat, inhærent. Ad vesicam autem per vreteras proficiscitur. Vesica corpore suo vrinam recipit, & per colem foràs excernit, testiculi verò substantia glandulosi sunt, conceptacula & officinæ seminis, quod per cremasteres, ad eos fertur. In quos etiam alia vasa ipsos nutrientia descendunt. Cæterùm duabus tunicis conteguntur, quarum tenuiorem erythroidem, valentiorem dartum appellant. Ab his est, quod scrotum dicitur. Fœminis autem vulua scroti conuersi similitudinem refert. Venæ in partem eius interiorem quàm plurimæ aperiuntur, per quas sanguis expurgatur: qui in conceptibus retinetur, ceditque in alimentum fœtui, & formationem. Nam à venis, quæ secundas implicant, binæ aliæ prodeuntes venæ, ab arteriis ibidem sitis binæ arteriæ, & à neruis vnus neruus mutuo in vnum congressu vrachum appellatum absoluunt, qui infantis vmbilico inseritur, ex quo & enascitur, & suspensus est. Ab vmbilico autem venæ ad iecinoris portas sanguinem in fœtibus transmittunt: arteriæ verò iuxta vesicam, crassiori arteriæ: neruus hic spinæ inseritur.

CAPVT XII.

De osteologia.

OSsium duplex compositio, vna ad motum accommodata nomen articuli habet: altera ad stabilitatem, synarthrosis appellatur. Huius autem tres sunt species, sutura, symphysis, & gomphosis. Suturis igitur capitis ossa constant. Inueniuntur autem suturæ in plurimis quinque. Prima per sinciput, coronalis. Altera per verticem sagittalis. Tertia per occipitium, lambdoidea littera. Duæ temporales, in vtroque temporum vna. Ossa caluariæ septem numerantur, occipitis vnum, verticis duo, temporum item duo, frontis vnum, multiformis vnum. Cerebrum duos ab vtraque cerebelli parte processus obtinet quæ coronæ vocantur, qui in primæ vertebræ cauitates insinuantur, in qua, velut centro, secundæ vertebræ caput in latera mouetur, annuit, renuitque, Deinde ossei dicti processus duo, paululum inuicem dissidentes, per quos tendines, & nerui deorsum feruntur. Post alia duo ossa super foramina, per quæ facultas audiendi est, emergunt, iugalia appellata. Sub his rursus alia duo petrosa. Priore capitis parte processus sunt styliformes. Facti autem sunt ad faucium diuisionem. Vbi summæ eorum partes cartilagine committuntur, os hyoeideum appellatur. Quæ verò super his sunt, nomen desiderant. Quorum in priore parte situm est os multiforme. Porrò superioris maxillæ ossa symphysi constant. Facies item symphyses nouem habet. Prima in lato vtroque oculorum spatio situm obtinet: duæ à latere narium vtroque: alia medias nares rectà intersecat. Malæ quoque singulas habent. Duæ rursus obliquæ palatum secant, vnáque in rectum idem palatum diuidit. Communes autem faciei, & capiti, sunt in ossibus iugalibus. Iam quidem faciei duodecim ossa sunt, narium duo, oculorum quoque totidem, malarum singula, palati quatuor, dentium receptaculorum duo, alis similia. Maxilla inferior quorundam sententia duo in mento connata habet ossa, nonnullorum vnum. Cæterùm dentes gomphosi iunguntur, quippe alueolis infixi sunt. Sunt autem numero triginta duo. Ex his quaterni primi, in superiore atque inferiore maxilla, quia secant, incisores nominantur: canini quatuor, maxillares, seu molares viginti sunt. Reliquorum ossium clauiculæ, ad summum humerum coëuntes deligantur: ad pectus autem articuli, & symphyseωs mixtionem facere videntur, & Romanæ literæ S, eiusque simplicis figuram ostendunt. Dein costæ duodecim vtroque latere habentur. Septem ex eis cum spinæ vertebris, cúmque osse pectorali vtrinque coëunt. Reliquæ quinque à posteriori parte spinæ inseruntur, parte anteriori in sese inuicem resupinatæ, cartilagine colligantur. Vertebræ verò omnes quatuor & viginti sunt. Septem in ceruice, dorsi duodecim, quinque lumborum: post omnes os sacrum, quod ex vertebris inuicem symphysi iunctis constare videtur. Quin & pectus similiter ex septem ossibus symphysi coniunctis ensis figurâ structum esse apparet. At brachium vtrumque cum humero coniungitur articulo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒʹ.

Περὶ ὀστεολογίας.

Τῶν δὲ ὀστῶν διττὴ ἡ σύνθεσις, ἡ μὲν πρὸς τὸ κινεῖσθαι, καὶ καλεῖται ἄρθρον, ἡ δὲ πρὸς τὸ ἀκίνητον, καὶ καλεῖται συναρθρωσις. Εἴδη δὲ ταύτης τρία, ῥαφή, σύμφυσις, γόμφωσις, κατὰ ῥαφὴν μὲν οὖν σύγκειται τὰ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὀστᾶ. ῥαφαὶ δὲ εὑρίσκονται ἐπὶ τῶν πλείστων πέντε. στεφανιαία, ἡ διὰ τοῦ βρέγματος. ὀβολιαία, ἡ διὰ τῆς κορυφῆς. λαμβδοειδής, ἡ διὰ ἰνίου. κροτάφιαι δύο, καθ' ἑκάτερον κρόταφον μία. ὀστᾶ δὲ κρανίου ἑπτά· ἰνίου ἕν· κορυφῆς δύο· κροτάφων δύο· μετώπου ἕν. πολυμόρφου ἕν. ἐκφύσεις δὲ ἔχει ὁ ἐγκέφαλος δύο, ἑκατέρωθεν τῆς παρεγκεφαλίδος, αἳ καλοῦνται κορῶναι. ἐναρμόζονται δὲ εἰς τὰς τοῦ πρώτου σπονδύλου κοιλότητας, ἐν ᾧ, καθάπερ ἐπὶ κνώδακος τῆς τοῦ δευτέρου σπονδύλου ἀποφύσεως, ἡ κεφαλὴ εἴς τε τὰ πλάγια ἐπιστρέφεται, ἀνανεύει τε, καὶ ἐπινεύει. μετὰ δὲ ταῦτα, αἱ ὀστοειδεῖς ἀποφύσεις καλούμεναι δύο μικρὸν διεστῶσαι, δι' ὧν τένοντες, καὶ νεῦρα καταφέρονται· εἶτα ἄλλα δύο ἐπάνω τῶν ἀκουστικῶν πόρων, τὰ ζυγοειδῆ καλούμενα ὀστᾶ· ὑπὸ δὲ ταῦτα λιθοειδῆ ὀστᾶ, δύο καὶ ταῦτα. ἔμπροσθεν δὲ αἱ βελονοειδεῖς ἐκφύσεις. ἐγίνοντο δὲ εἰς διάστασιν τοῦ φαρυγέτρου. ὃ λέγεται ὑοειδὲς ὀστοῦν, καθ' ὃ χόνδρῳ συνδεῖται αὐτῶν τὰ ἄκρα. ἐπάνω δὲ τούτων τὰ ἀνώνυμα, ὧν κατὰ τὸ ἔμπροσθεν μέρος, κεῖται τὸ πολύμορφον. κατὰ δὲ σύμφυσιν, τὰ τῆς ἄνω γνάθου ὀστᾶ σύγκειται. συμφύσεις δὲ ἔχει τὸ πρόσωπον ἐννέα, μίαν μὲν κατ' εὐρυχωρίαν ἑκατέραν τῶν ὀφθαλμῶν τεταγμένην· δύο δὲ ἐκ πλαγίων τῆς ῥινός. καὶ ἄλλην, μέσην τὴν ῥῖνα ἐπ' εὐθείας τέμνουσαν. δύο δὲ κατὰ μῆλα, καὶ δύο κατὰ τῆς ὑπερῴας πλαγίας. μίαν δὲ ἐπ' εὐθείας διαιροῦσαν, καὶ τέμνουσαν τὴν ὑπερῴαν. κοιναὶ δὲ προσώπου καὶ κεφαλῆς, αἱ ἐπὶ τῶν ζυγωμάτων. ὀστᾶ δὲ προσώπου δώδεκα· ῥινὸς δύο. ὀφθαλμῶν δύο. μήλων δύο· ὑπερῴας τέσσαρα. τὰ τῶν φατνίων δύο, τὰ τοῖς πτερυγίοις ὅμοια. ἡ δὲ κάτω γνάθος κατ' ἐνίους μὲν, δύο ἔχειν ὀστᾶ συμπεφυκότα κατὰ τὸ γένειον· κατ' ἐνίους δὲ, ἕν. κατὰ γόμφωσιν δὲ σύγκεινται οἱ ὀδόντες, ἐγγεγόμφωνται γὰρ τοῖς φατνίοις. εἰσὶ δὲ τὸν ἀριθμὸν λβʹ. ἔν τε τῇ ἄνω, καὶ κάτω γνάθῳ. τομεῖς ὀκτώ. κυνόδοντες τέσσαρες, μυλῖται εἴκοσι. τῶν δὲ ἄλλων ὀστῶν αἱ μὲν κλεῖδες, πρὸς μὲν τὸ ἀκρώμιον συμφυεῖς δέδενται, πρὸς δὲ τὸ στέρνον, μῖγμα ἄρθρου καὶ συμφύσεως δοκοῦσιν ποιεῖσθαι. ἐοίκασι δὲ τῷ σχήματι τῷ ῥωμαϊκῷ σίγμα. Ϲ, καὶ αὐτῷ ἡπλωμένῳ. ἑξῆς δὲ πλευραί. δώδεκα γὰρ αἱ πᾶσαι, καθ' ἑκάτερον πλευρόν. ἑπτὰ δὲ αὐτῶν πρός τε τοὺς τῆς ῥάχεως σπονδύλους, καὶ πρὸς τὸ στέρνον συνάπτουσιν ἑκατέρωθεν. αἱ δὲ λοιπαὶ πέντε, τῇ μὲν ῥάχει συμβάλλουσιν ἐκ τῶν ὄπισθεν, κατὰ δὲ τὰ ἔμπροσθεν εἰς ἀλλήλας ἀνανεύουσαι, χόνδρῳ συνδέονται. οἱ δὲ σπόνδυλοι εἰκοσιτέσσαρες μὲν οἱ πάντες. διαιροῦνται δὲ, τραχήλου μὲν ἑπτά· νώτου δώδεκα· ὀσφύος δὲ πέντε. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ ἱερὸν ὀστοῦν, δοκοῦν ἐκ σπονδύλων συγκεῖσθαι, συμπεφυκότων ἀλλήλοις. τὸ δὲ στέρνον ὁμοίως, καὶ αὐτὸ δοκεῖ ἐκ τῶν ἑπτὰ ὀστῶν συγκεῖσθαι, συμπεφυκότων ἀλλήλοις ἐν τῷ ξιφοειδεῖ σχήματι. βραχίων δὲ ἑκάτερος, κατὰ ἄρθρον διήρμοσται τῷ τοῦ ὤμου

ἐμβάλλεται δὲ τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ πλαγίως, εἰς τὴν κοιλότητα τῆς ὠμοπλάτης. ἐπίκεινται δὲ αἱ ὠμοπλάται μυσὶν τοῖς ὑπεστρωμένοις ταῖς πλευραῖς ἐκ τῶν ὄπισθεν. πῆχυς δὲ, καὶ κερκὶς παράκεινται μὲν ἀλλήλοις κατὰ σύμφυσιν, συμβάλλουσιν δὲ, καὶ τοῦ βραχίονος τῇ ἑτέρᾳ κεφαλῇ κατ' ἄρθρον. τρισὶ μὲν γὰρ ἑαυτοῦ κονδύλοις, εἰς τὴν σιγματοειδῆ τοῦ πήχεος ἀναγλυφὴν ἐναρμόζεται ὁ βραχίων. τῷ δὲ τετάρτῳ κονδύλῳ, ὡς περὶ κνώδακα, ἡ κερκὶς περιστρέφεται. καρποῦ δὲ τὰ ὀστᾶ, τρία μὲν ὄντα πρὸς μὲν ἄλληλα συμφύσει δέδενται· πρὸς δὲ πῆχυν, καὶ κερκίδα κατ' ἄρθρον διήρμοσται. τὰ δὲ τοῦ μετακαρπίου πέντε ἐστίν· ἄρθρον δὲ, καὶ αὐτὰ ποιεῖ πρὸς τὰ τοῦ καρποῦ, πρὸς ταῦτα γὰρ συμπέφυκε. τὰ δὲ τοῦ καρποῦ, πρὸς μὲν αὐτὰ, καὶ πρὸς τὰ τοῦ μετακαρπίου συμφύσει συνέχεται, πρὸς δὲ τὰς πρώτας τῶν δακτύλων σκυταλίδας, κατ' ἄρθρον συμβάλλονται. δακτύλων δὲ σκυταλίδες μὲν καθ' ἕκαστον τρεῖς, κατ' ἄρθρον δὲ ἡ σύνθεσις αὐτῶν. μηροῦ δὲ, ἓν μὲν ὀστοῦν. συμβάλλεται δὲ ἐπικεκαμμένῃ μετρίως τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ εἰς βαθεῖαν κοτύλην τοῦ ἰσχίου, καὶ νεύρῳ ἀπήρτηται ἐκφυομένῳ ἐκ μέσης τῆς κοτύλης, καὶ ἐμφυομένῳ εἰς μέσην τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ. τὰ δὲ ἰσχία, δύο ὄντα ὀστᾶ, ἐκ μὲν τῶν ὄπισθεν κατὰ σύμφυσιν παράκεινται τῷ ἱερῷ ὀστῷ· ἐκ δὲ τῶν ἔμπροσθεν ἀλλήλοις, ἔνθα καὶ ἥβης ὀστᾶ καλεῖται. κνήμης δὲ ἑκατέρας, δύο μὲν τὰ ὀστᾶ, τό τε τῆς κνήμης, καὶ τὸ τῆς περόνης. οὐκ ἐξικνεῖται δὲ ἡ περόνη πρὸς τὸ κατὰ γόνυ ἄρθρον, ἀλλὰ μόνον τὸ τῆς κνήμης ἄκρον, τέσσαρας ἔχον ἐν αὐτῷ ἐπιπολαίους τύπους, εἰς οὓς ὑποδέχεται τοὺς τοῦ μηροῦ κονδύλους δύο ὄντας. ἐπίκειται δὲ αὐτοῖς ἡ ἐπιγονατὶς, ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ὀστάριον στρογγύλον, ὑπόπλατυ οἷον ἀσπιδίσκιον συνέχον αὐτῶν τὴν συμβολὴν, διὰ τὸ ἐπιπολαίως συνηρθρῶσθαι. τῆς δὲ περόνης, τὸ μὲν ἄνω ἄκρον συμπέφυκε κατὰ τοῦ ἀντικνημίου, ὑπὸ τὴν ἐπίφυσιν. κατὰ δὲ τὰ σφυρὰ ἐπὶ πέρατα τοῦ ἀντικνημίου, καὶ τῆς περόνης, πρὸς μὲν ἄλληλα συνδεῖται νευροχονδρώδει δεσμῷ. ἐπιβέβηκε δὲ τῷ ἀστραγάλῳ, ἐντὸς αὐτοῦ συνέχον τὰ ὀστᾶ. ὁ δὲ ἀστράγαλος, κατὰ μῆκος τοῦ ποδὸς κείμενος τῇ μὲν περόνῃ ἐπιβέβηκε, καὶ συνήρμοσται ἀκινήτως. τοῖς δὲ τῆς κνήμης ὀστοῖς, καὶ τῷ σκαφοειδεῖ, κατὰ τὰ ἐμπρόσθια αὐτοῦ μέρη συμβάλλεται κατ' ἄρθρον. τὸ δὲ σκαφοειδὲς, καθὰ μὲν συμβάλλεται τῷ ἀστραγάλῳ κεκοίλωται, ὡς σκαφοειδὲς δοκεῖν εἶναι. ἐκ δὲ τοῦ ἀντικειμένου κυρτὸν ὄν, ἔχει τρίβους τρεῖς, αἷς δέχεται τὰ χαλκοειδῆ ὀστᾶ, τρία ὄντα· τὸ δὲ κυβοειδὲς, ἔξωθεν μὲν τὴν θέσιν ἔχει· συνήρθρωται δὲ πρὸς τὸ σκαφοειδὲς, καὶ τὴν πτέρναν. ἔχει δὲ καὶ ἔκφυσιν ἐκ τῶν κάτω εἰς τὸ ἔμπροσθεν, ὑφ' ἣν ὑπελήλυθε τοῦ ταρσοῦ τὸ ὀστοῦν, πρὸς τὸ ἀνέχειν αὐτό. εἶτα τὸ καλούμενον πεδίον ἐκ πέντε, καὶ αὐτὸ συγκείμενον ὀστῶν· εἶτα ἐφεξῆς εἰσιν οἱ πέντε δάκτυλοι τοῦ ποδὸς, ἐκ τριῶν ἅπαντες φαλάγγων, ὁμοίως τοῖς κατὰ τὰς χεῖρας συγκείμενοι, πλὴν τοῦ μεγάλου, μόνος γὰρ αὐτὸς ἐκ δύο ἐγένετο. συνάγουσι δὲ τὰς μὲν τούτων διαρθρώσεις, ὑμενώδεις τινὲς σύνδεσμοι. τὰς δὲ κατὰ τὸν ἀστράγαλόν τε, καὶ τὴν πτέρναν ἰσχυροί τε πάνυ, καί τινες ἐξ αὐτῶν στρογγύλοι τε ἅμα, καὶ νευροχονδρώδεις.

Porrò suo ipsius capite obliquè in scapularum sinum immittitur. Cæterùm scapulæ, musculis qui posteriore parte costis substernuntur incumbunt. Cubitus, & radius, symphysi quidem sese contingunt, articulo verò alteri brachij capiti committuntur. Tribus enim sui condylis brachium in cubiti sigmoeidem cauitatem, inseritur. Quarto iam condylo radius veluti circa axem voluitur. Carpi ossa tria mutuâ symphysi deligata sunt: ad cubitum tamen & radium, articulum aptè faciunt. Metacarpii quinque ossa videre licet, articulum cum carpi ossibus, quibus connata sunt, explentia. Carpi ossa inuicem, & metacarpi ossibus symphysi iunguntur, continenturque. Cæterùm cum primis digitorum intermediis articulo iunguntur: digitorum verò internodia singulorum tria, quæ articulo componuntur. Femoris os vnum est, cuius caput leniter reflexum in coxæ profundum sinum conijcitur. Quam commissuram neruus, qui è medio sinu prodit, & in medium femoris caput inseritur, continet. Coxæ, quæ duo sunt ossa à posteriore parte, cum osse sacro; priore inter se coalescentiam habent: vbi & pubis ossa, vel pectinis nominantur. Tibiæ vtriusque ossa duo, nempe tibiæ, & fibulæ: non peruenit autem fibula ad genu articulum, verùm sola tibiæ summitas quatuor in se superficiales sinus obtinens, quibus duos femoris nodos excipit. His incumbit ab anteriore parte paruum os rotundum, sublatum, scuti breuis instar, commissuram eorum continens, quòd in summo coarctetur. Fibulæ superior extremitas anteriori tibiæ parti sub insertione connectitur: iuxta malleolos autem, qua desinunt vtraque tibiæ ossa, ligamento nerueo, cartilaginosoque inuicem colligantur: cæterùm intùs talo incumbit intra se ossa continens. Talus, iuxta pedis longitudinem situs, fibulæ insidet, eíque firmiter coaptatus est. Cæterùm tibiæ ossibus, tum nauiformi, in anteriore ipsius parte articulo committitur. Rursus nauiforme, vbi cum talo coit, excauatum est, vt scaphæ speciem referre videatur. E regione gibbum, calles tres habet, quibus ossa chalcoeidea, quæ tria sunt, inseruntur: porrò cuboides, extrinsecus situm est: coarctatum est autem nauiformi ossi, & calci. Processum quoque ex inferiori ad priorem partem obtinet, quam plantæ os retinendi ipsius gratia subiit. Deinde os dictum metatarsus, & ipsum quinque constat ossibus. Tum deinde quinque pedis digiti habentur, ex tribus omnes internodiis, similiter iis, qui in manu sunt, compositis, si magnum excipias: is enim solus duobus constat. Contrahunt autem horum iuncturas membranosa quædam ligamenta: talum & calcem valida admodum, & quædam ex iis rotunda, simul & neruea cartilaginosáque.

CAP.

A

CAPVT XIII.

De humoribus, facultatibus, morbis, eorum differentiis, causis, ac curationibus.

HVmores corporis ex prima generatione quatuor, commixti inuicem, & contemperati sunt corpori. Exuperat autem alius in alio magis loco, sanguis in corde, pituita in capite, flaua bilis in iecinore, atra in liene. Cæterùm duplex spiritus innati species, alius naturalis, alius animalis. Non desunt tamen, qui & tertium hecticum introducant. Hecticus igitur est spiritus, qui lapides continet. Naturalis, animantia & stirpes nutrit. Animalis sentiendi, omnísque motus facultatem animanti exhibet: Situs autem est in animantibus: nam his tribus animalium natura constat. Itaque animalis in capite sedem habet, naturalis in corde: hecticus in toto corpore versatur. Naturæ actiones sunt, à prima generatione impraegnatio, fœtusque formatio: in editis, appetitus, cibi deglutitio; in ventriculo concoctio, digestio, in sanguinem alteratio, segregatio, nutritio, & actio. Excernuntur autem in corpore stercus, pituita, vtraque bilis, vrina, sudores, muci, saliua, & lac. Animalis verò facultates, sensus, & voluntas. Sensus quidem sunt quinque, quibus animantia per corporis instrumenta funguntur, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Eligit autem anima quædam sine corpore, vt quum ratiocinatur, vel reminiscitur. Cum corpore verò, vbi id ad quorundam receptionem, vel excretionem, vel ad loca mouet. Respiratio composita quædam actio esse videtur, partim ex arbitrio, partim sponte, & naturaliter, vt in somnis facta. Sanus igitur homo est, primis, vnde constat, elementis, & secundis, vnde formatus est, quatuor humoribus, tum quantitate, tum qualitate mediocriter inuicem contemperatis: solidis autem partibus, ex quibus compositus est, nec diuisis, nec condensatis, nec è loco suo motis: spiritibus nec intensis nimium, vt in phreniticis, nec dissolutis, vt in lethargicis, vel in iis, qui cardiaco affectu tenentur. His enim hecticus spiritus resolui videtur. Sanus autem homo conseruandus est consuetis exercitiis, & cibis patriis quolibet anni tempore obseruatis, copia eorum solum vitanda est, ex qua cruditates oriuntur, quæ morbos pariunt. Præcauendi morbi sunt, vel qui iam imminent, vel futuri sunt. Si ex plenitudine proueniant, inedia, vel purgatione, vel venæ incisione curandi sunt. Si ex labore & indigentia, quieti corpus dare & nutrire conuenit. Verùm vniuersi morbi, ex Hippocratis sententia, partim extrinsecus ex aëre nos ambiente, partim intrinsecus ex cibis & potu proficiscuntur: à quibus humorum aliquis vel abundat, vel deficit, vel qualitatem commutat. Ab his etiam spiritus insiti nunc intenduntur nimis, nunc plus æquo relaxantur. Solida verò corpora foris, & intrinsecus multas causas habent plures affectus sustinendi. Erasistratus autem & Asclepiades, in vniuersum vnam omni morbo causam tribuunt: Hic, sanguinis in arterias coincidentiam:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ χυμῶν τε, καὶ δυνάμεων, καὶ νόσων, καὶ διαφορῶν αὐτῶν, καὶ αἰτιῶν, καὶ θεραπειῶν.

ΟΙ δὲ ἐν τῷ σώματι χυμοὶ ἐκ πρώτης γενέσεως τέσσαρες ὄντες, συμμιγεῖς μὲν εἰσιν ἀλλήλοις, καὶ ἀνακεκραμένοι τῷ σώματι. πλεονάζει δὲ ἄλλος ἐν ἄλλῳ μᾶλλον τόπῳ, τὸ μὲν αἷμα ἐν καρδίᾳ· τὸ δὲ φλέγμα ἐν τῇ κεφαλῇ· ἡ ξανθὴ δὲ χολὴ ἐν ἥπατι· καὶ ἡ μέλαινα ἐν σπληνί. τοῦ δὲ ἐμφύτου πνεύματος, διττὸν εἶδος. τὸ μὲν φυσικὸν, τὸ δὲ ψυχικόν. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τρίτον εἰσάγουσι, τὸ ἑκτικόν. ἑκτικὸν μὲν οὖν ἐστι πνεῦμα, τὸ συνέχον τοὺς λίθους. φυσικὸν δὲ, τὸ τρέφον τὰ ζῶα, καὶ τὰ φυτά. ψυχικὸν δὲ, τὸ ἐπὶ τῶν ἐμψύχων αἰσθητικά τε ποιοῦν τὰ ζῶα, καὶ κινούμενα πᾶσαν κίνησιν. ἵδρυται δὲ, ἐν τοῖς ζώοις· ἐκ γὰρ τῶν τριῶν συνέστηκε τὰ ζῶα. τὸ μὲν οὖν ψυχικὸν ἐν τῇ κεφαλῇ κατῴκισται. τὸ δὲ φυσικὸν ἐν καρδίᾳ. τὸ δὲ ἑκτικὸν ἐν παντὶ τῷ σώματι. φυσικαὶ μὲν οὖν εἰσιν ἐνέργειαι, ἀπὸ πρώτης γενέσεως κύησις, καὶ διάπλασις. ἐπὶ δὲ τῶν ἀποτεχθέντων ὄρεξις, καὶ κατάποσις, ἡ ἐν τῷ στομάχῳ πέψις, ἀνάδοσις, ἐξαιμάτωσις, διάκρισις, θρέψις, αὔξησις. διακρίνεται δὲ ἐν τῷ σώματι σκύβαλον, φλέγμα, χολαὶ, οὖρον, ἱδρῶτες, μύξαι, σίαλον, γάλα. ψυχικαὶ δὲ δυνάμεις, αἴσθησίς τε καὶ προαίρεσις. αἰσθήσεις μὲν οὖν εἰσι πέντε, ἃς τὰ ζῶα παρέχει διὰ τῶν τοῦ σώματος ὀργάνων, ὅρασις, ἀκοὴ, γεῦσις, ὄσφρησις, καὶ ἁφή. προαιρεῖται δὲ ἡ ψυχὴ, τὰ μὲν ἄνευ τοῦ σώματος λογιζομένη, ἢ ἐνθυμουμένη. μετὰ δὲ τοῦ σώματος προαιρεῖται, κινοῦσα αὐτὸ πρὸς ὑποδοχήν τινων, ἢ ἔκκρισιν, ἢ τὴν κατὰ τόπους κίνησιν· ἡ δὲ ἀναπνοὴ σύνθετός τις ἐνέργεια δοκεῖ εἶναι, πῇ μὲν κατὰ προαίρεσιν, πῇ δὲ ἀπροαιρέτως, καὶ φυσικῶς γινομένη, ὡς ἐν τοῖς ὕπνοις. ὑγιαίνει τοίνυν ὁ ἄνθρωπος, τῶν μὲν πρώτων ἐξ ὧν συνέστηκεν τῶν στοιχείων, καὶ τῶν δευτέρων, ἐξ ὧν διεπλάσθη τῶν τεσσάρων χυμῶν, ποσότητός τε συμμέτρως ἐχόντων πρὸς ἄλληλα, καὶ ταῖς ποιότησιν εὐαρμόστως. τῶν δὲ στερεῶν σωμάτων, ἐξ ὧν σύγκειται, μήτε διαιρουμένων, μήτε καταπυκνουμένων, μήτε ἐξισταμένων ἐκ τῆς αὐτῶν χώρας. τῶν δὲ πνευμάτων, μήτε ἐπιτεινομένων ἄγαν, ὡς ἐπὶ τῶν φρενιτικῶν, μήτε ἐκλυομένων, ὡς ἐπὶ τῶν ληθαργικῶν, ἢ ἐπὶ τῶν ἐν καρδιακῇ διαθέσει ὄντων· τούτοις γὰρ τὸ ἑκτικὸν πνεῦμα ἔοικεν ἐκλύεσθαι. ἐν ὑγείᾳ δὲ συντηρητέον τὸν ἄνθρωπον, τοῖς τε συνήθεσι γυμνασίοις χρώμενον, καὶ τροφαῖς ταῖς κατὰ χώραν ἐν ἑκάστῃ ὥρᾳ τετηρημέναις, τὸ πλῆθος αὐτῶν μόνον φυλαττόμενον, ἐξ οὗ ἀπεψίαι γίνονται, ἀφ᾽ ὧν αἱ νόσοι συνίστανται. προφυλακτέον δὲ τὰς νόσους μελλούσας γίνεσθαι, ἢ ἔσεσθαι. εἰ μὲν ἐκ πλήθους, ἀποσιτίαν παραλαμβάνειν, ἢ κάθαρσιν, ἢ φλεβοτομίαν· εἰ δὲ ἀπὸ καμάτου, καὶ ἐνδείας, ἀναπαῦσαι, καὶ ὑποθρέψαι σύμφορον. αἱ δὲ νόσοι γίνονται πᾶσαι καθ᾽ Ἱπποκράτην, αἱ μὲν ἔξωθεν, ἐκ τοῦ περιέχοντος, αἱ δὲ ἔσωθεν ἐκ τῶν διαιτημάτων, ἃ προσφερόμεθα, ὑφ᾽ ὧν, ἢ πλεονάζει τις τῶν τεσσάρων χυμῶν, ἢ ἐλλείπει, ἢ κατὰ ποιότητα μεταβάλλει. ὑπὸ δὲ τούτων, καὶ τὰ ἔμφυτα πνεύματα, ἃ μὲν ἐπιτείνεται ἄγαν, ἃ δὲ χαλᾶται εἰς ὑπερβολήν. τὰ δὲ στερεὰ σώματα, καὶ ἔνδοθεν, καὶ ἔξωθεν πολλὰς αἰτίας ἔχει τοῦ ὑπομένειν πλείονα πάθη. κατὰ δὲ Ἐρασίστρατον, καὶ Ἀσκληπιάδην, ὡς ἐπίπαν μίαν αἰτίαν ἐπὶ πάσης νόσου, καθ᾽ ὃν μὲν ἡ παρέμπτωσις εἰς τὰς ἀρτηρίας τοῦ αἵματος·

καθ' ὃν δὲ ἡ ἔκτασις τῶν ὄγκων ἐν τοῖς ἀραιώμασιν. σημεῖα δὲ πλήθους νοσοποιοῦντος, κύρτωσις ἀγγείων, καὶ ἔρευθος ἐπὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ὄγκος ὅλου τοῦ σώματος, καὶ τῶν σφυγμῶν τὸ μέγεθος μετὰ εὐτονίας. ἐνδείας δὲ οὔσης, σύμπτωσις τοῦ ὄγκου, καὶ ἰσχνότης περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ μικροσφυξία μετ' ἀτονίας. τὸν μὲν οὖν πυρετὸν οἱ παλαιοὶ πάθος, αὐτὸν καθ' αὑτὸν ἡγοῦνται. Ἐρασίστρατος δὲ, καὶ τῶν νεωτέρων τινὲς, ἐπιγέννημα. πυρετὸς δέ ἐστι τροπὴ ἐμφύτου θερμοῦ ἐπὶ τὸ καυσωδέστερον, διὰ τὸ ἔνδον ἀποστρέφεσθαι, καὶ ἐμποδίζεσθαι διαπνεῖν. σημειούμεθα δὲ τοὺς πυρέττοντας ἐκ τῆς θέρμης τῆς ἐπιτεταμένης, καὶ ἀπαραίτου οὔσης, καὶ τῶν σφυγμῶν ἐν ἀρχῇ μὲν εἰσβολῆς ἀμυδρᾶς, καὶ ἀνωμάλου κινήσεως μετὰ πυκνότητος, ἐν ἀκμῇ δὲ σφοδροτάτης μετὰ ἐπάρσεως, καὶ τάχους ὑπερβάλλοντος. κατὰ δὲ τοὺς νεωτέρους, ἡ ἐκ βάθους ἀναφερομένη θερμασία πλείων τῆς κατὰ φύσιν, δακνώδης, καὶ δριμεῖα, καὶ ἐπίμονος, μετὰ τῆς τῶν σφυγμῶν πυκνότητός τε καὶ σκληρότητος οὖσα, τὸν πυρετὸν ἀφορίζει. εἴδη δὲ πυρετῶν κατὰ πάντας δύο. ὅ,τε συνεχὴς, καὶ διαλείπων. συνεχὴς μὲν οὖν ἐστιν ὁ εἰς ἀπυρεξίαν, πρὶν τελέως λυθῆναι τὸ νόσημα, μὴ παυόμενος. πάλιν δὲ τοῦ διαλείποντος εἴδη εἰσὶν ἓξ κατὰ τοὺς ἀρχαίους, ἀμφημερινὸς, τριταῖος, τεταρταῖος, πεμπταῖος, ἑβδομαῖος, ἐνναταῖος. ἀμφημερινὸς μὲν οὖν ἐστιν ὁ καθ' ἑκάστην, ἢ νύκτα, ἢ ἡμέραν ἐπισημαίνων, ἢ ἀνιέμενος. τριταῖος δὲ, ὁ παρὰ μίαν. τεταρταῖος δὲ, ὁ παρὰ δύο. πεμπταῖος δὲ, ὁ παρὰ τρεῖς. ἑβδομαῖος, ὁ παρὰ πέντε. ἐνναταῖος, ὁ παρὰ ἑπτά. ὁ ἡμιτριταῖος γὰρ, ὅτε μὲν ἐν συνεχείᾳ ἐπιφαίνεται, ὅτε δὲ ἐν τοῖς διαλείπουσι τάττεται. τῶν δὲ ἄλλων νοσημάτων εἴδη δύο. εἴτε σὺν πυρετοῖς εἴη, εἴτε ἄνευ πυρετοῦ. τὰ μὲν γάρ ἐστιν ὀξέα, τὰ δὲ χρόνια. ὀξέα μὲν οὖν ἐστι τάδε, φρενῖτις, καῦσος, συνάγχη, πλευρῖτις, περιπνευμονία, καρδιακὴ διάθεσις, ἴκτερος, χολέρα, εἰλεὸς, κωλικὴ διάθεσις, ἀποπληξία, τέτανος, ὀπισθότονος, ἐμπροσθότονος. τὰ μὲν οὖν ὀξέα, ὡς ἐπίπαν, ὑπό τε αἵματος, καὶ χολῆς ξανθῆς συνίσταται, πλεοναζόντων ἔν τισι μέρεσι τοῦ σώματος, ἐν οἷς νοσοποιοῦσιν ἐκτρεπομένων ἐπὶ τὸ κάκιον. τὰ δὲ χρόνια ὑπὸ φλέγματος, καὶ μελαίνης χολῆς ὁμοίως, ἢ πληθυνόντων πολὺ παρὰ τὸ κατὰ φύσιν, ἢ μεταβαλλόντων ἐπὶ τὸ δριμύτατον. θεραπευτέον δὲ τοὺς ἐκ πλήθους νοσοῦντας, κατὰ μὲν δίαιταν ἀφαιροῦντά τε τὸ ἐκ πλήθους νοσοῦντα, ἢ δι' ἀσιτίας, ἢ διὰ καθάρσεως, ἢ διὰ φλεβοτομίας. προστιθέντα δὲ, καὶ προσφέροντα τοῖς ἐξ ἐνδείας εἰς τὴν νόσον ἐμπεσοῦσιν, οἷς δὲ ἀπεψία, καὶ δριμύτης ὑγρῶν, αἰτία ἐστὶ, συμπέττειν δεῖ ταῖς ἐπιβροχαῖς, καὶ τοῖς καταπλάσμασι, κατακεραννύναι δὲ τὰ δριμέα, καὶ εὐχύλοις, καὶ ὑγραινούσαις τροφαῖς χρῆσθαι. οἱ δὲ καιροὶ τῶν βοηθημάτων ἔν τε ὅλῳ τῷ νοσήματι, καὶ ταῖς μερικαῖς ἐπισημασίαις, εἰσὶ τέσσαρες. ἀρχὴ, ἀνάβασις, ἀκμὴ, παρακμή. ἐν ἀρχῇ μὲν ὅλου τοῦ νοσήματος, ἀποσιτία ἁρμόζει μέχρι τῆς διὰ τρίτης. ἐφ' ὧν δὲ καὶ ἀρχὴ παντὸς, μέχρι τῆς διὰ τρίτης. φλεβοτομίαν δὲ ἐν ἀρχῇ μὲν κρίνουσιν οἱ νεώτεροι, μέχρι τῆς διὰ τρίτης, οἱ δὲ παλαιοὶ, καὶ μετὰ τὴν τρίτην παραλαμβάνουσιν, ἐὰν τὰ τῆς δυνάμεως ὑφεστήκῃ, καὶ τὸ νόσημα ἀπαιτῇ. τροφῆς δὲ καιρὸς μετὰ τὴν διάτριτον κατὰ τοὺς νεωτέρους, κατὰ δὲ τοὺς παλαιοὺς οὐκ ἐπὶ πάντων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐκ πλήθους νοσούντων, καὶ ἐπὶ νέων, καὶ ἐπὶ πρεσβυτέρων. ἐπὶ δὲ παιδίων ἀπ' ἀρχῆς τρέφουσιν, καὶ ἐφ' ὧν ἔθος τοιοῦτον, ἢ διὰ χώραν, ἢ διὰ τὸ περιέχον. περὶ δὲ τῆς τροφῆς τῶν μετὰ τὴν πρώτην διάτριτον ἐπιβροχαῖς χρηστέον τῆς κεφαλῆς, καὶ τῶν μέσων.

ille corporeæ molis in raritate extensionem. Plenitudinis morbum facientis notæ ſunt vaſorum tumor, faciei rubor, totius corporis tumor, & pulſuum magnitudo cum robore. Indigentiæ ſigna, molis corporeæ concidentia, gracilitas in facie, & exiguus pulſus cum imbecillitate. Itaque febrim veteres ipſam per ſe affectum arbitrantur. Eraſiſtratus, & recentiorum nonnulli ſymptoma. Febris igitur eſt natiui caloris in ardentiorem conuerſio, eò quòd intrò auerſus perſpirare prohibeatur. Indicia febricitantium colligimus ex calore intenſo, & intolerabili; tum in acceſſionis principio, ex languido, inæquali, & crebro pulſuum motu: in ſtatu, ex vehementiſſimo motu elato, & veloci admodum. Iuniores calorem naturali magis ardentem, mordacem, acrem, & conſtantem, cum pulſuum frequentia, & duritie, ex alto venientem, febrem eſſe definiunt. Sunt autem duæ eius ſpecies ex omnium mente, continua, & intermittens. Continua eſt, quæ non ad integritatem prius quàm morbus ex toto ſolutus ſit venit. Intermittentis rurſum ſex ſpecies inuenimus apud veteres, quotidianam, tertianam, quartanam, quintanam, ſeptimanam, & nonanam. Quotidiana eſt, quæ ſingulis diebus, aut noctibus acceſſionem, vel deceſſionem facit. Tertiana vnum diem præſtat integrum, tertio redit. Quartana duos dies intermittit, deinde reuertitur. Quintana tres: Septimana quinque. Nonana, ſeptem. Nam ſemitertiana, modò inter continuas, modò inter intermittentes ponitur. Iam verò reliquorum morborum duo genera ſunt, vel cum febribus, vel ſine febribus. Quidam enim acuti, quidam longi ſunt. Acuti quidem hi, phrenitis, febris ardens, Angina, pleuritis, peripneumonia, cardiacus affectus, regius morbus, cholera, volulus, colicus dolor, apoplexia, tetanus, opiſthotonus, emproſthotonus. Acuti igitur à ſanguine ferè, & flaua bile, in nonnullis corporis partibus, quas ij malè habent humores, ſuperfluis, & in deterius verſis conſtituuntur. Longi, à pituita & atra bile, ſimiliter vel copioſioribus, quàm naturæ modus exigit, vel in acerrimam qualitatem immutatis. Qui iam ex copia laborant, victus ratione, vel inedia, vel purgatione, vel venæ inciſione curandi ſunt. Qui ex abſtinentia in morbum incidêre, alimentis eos reſtituere conuenit. Quibus incoctio, & humorum acrimonia morbi cauſam fecerunt, iis fomentis, & cataplaſmatis concoctio paranda eſt. Acria contemperanda ſunt, & cibis boni ſucci, atque humectantibus vti oportet. Cæterum quatuor in toto morbo, particularibúſque acceſſionibus tempora auxiliis afferendis dicata ſunt. Initium, incrementum, vigor, & inclinatio. Principio totius morbi inedia triduana conuenit, quibus & in totum abſtinere triduo conducit. Venæ ſectionem in initio recentiores ad tertium vſque diem ſtatuunt: veteres etiam poſt tertium diem præcipiunt, ſi vires ſuppetant, & morbus poſtulet. Nutrimenti tempus à triduo iuniores: antiqui non omnibus, ſed iis, qui copia laborant, tum iunioribus, tum ſenioribus inſtituunt. Pueros ſtatim morbo inuadente nutriunt. Præterea illos, quibus huiuſmodi conſuetudo eſt, vel loci, vel aëris circumflui gratia. Ante cibum, poſt triduum primum, perfuſiones capitis, & præcordiorum ex vſu ſunt: ſequen-

sequentibus diebus cataplasmata, & clysteres. Perfusiones igitur in præcordiis calidas semper assumere oportet, & simplices, ex cumini, vel xylanethi decocto: ad caput, calefacientes quidem in lethargo, & in omni graui sopore: refrigerantes autem in phrenitide, & quauis acuta febre conueniunt. Cataplasmata quædam solo melle, & oleo conficiuntur, vocantúrque, emollientia. Quædam ex aqua, cui oleum sit adiectum, fiunt, quæ crudam dilutionem nominant. Alia his insperguntur, veluti pollen, lini semen & fœnugræcum. Clysteres hydrelæo, melle, sale, & nitro modico præparantur. Tempus eorum ante cibum est, dum accessiones remittuntur, & inclinant. In continuis morbis, diluculum. Phrenitis est mentis alienatio. Notæ sunt, insania vehemens, temeraria manuum gesticulatio, floccorum, & festucarum collectio, & febris acuta. Causam habet magna ex parte bilem. Constituitur in cerebro, vel eius membranis, vel, in septo transuerso quod diaphragma nominatur. Curatio hæc conuenit. Initio si præscius fueris, venæ incisio, cucurbitulæ conueniunt, subtractio, & clyster, & abstinentia conueniens: instante autem morbo perfusiones soporiferæ, inunctiones, quibus somnus accersitur, & humectantes cibi conducunt. Causus febris species, ab Hippocrate quidem inter acutos, vt quartana inter longos morbos refertur, à recentioribus non item. Oritur ex bile non nimis sicca, circa venas quæ ad iecur sunt. Curatur in principio sanguinis missione: in statu, frigidæ, tum aliorum, quæ refrigerandi vim obtinent, potio confert, vel epithema, cuiusmodi ex feruenti hydrelæo præparatur. Angina est circa ceruicem inflammatio. Eius speciem vnam cynanchen appellant, quæ in interiore ipsius parte orta subitò strangulat: Alteram synanchen: hæc in exteriorem partem incumbit, eóque minus strangulat, minusque periculosa est. Vterque affectus, vel à bile, vel à pituita salsa nascitur, idque nonnunquam cum febre acuta, nonnunquam sine febri. Remedium & generosissimum & præsentissimum est, sanguinis statim in principio missio: deinde medicamenta pituitam per os educentia, & cerata foris imposita. Asclepiades vltimum auxilium posuit, in iis qui maximè suffocantur, laryngem incidere. Pleuritis, lateris ab interiore parte inflammatio est. Huic febris acuta, dolor vehemens, & tussis accedit: à bile potissimum generatur. Præsidio est in initio adhibita venæ incisio: deinde cataplasmata & sicca fomenta, nempe milij & salis: postremò medicamenta intrinsecus purgantia, quæ pleuritica nominantur. Cauenda verò in his sunt ventris profluuia. Peripneumonia, nonnullis auctoribus inflammatio grauis est circa pulmonem, idque grauitate ostenditur. Quibusdam pulmo inflammationem pati non posse videtur, sed vicina eius loca, cùm in dispositione eiusmodi sunt, ea vt ita nominetur, faciunt. Habet autem hic morbus febrem acutam comitem. Eadem ipsius causa, quæ pleuritidem concitat, secundum alios tamen pituita. Remedium ferè huic cum superiore malo commune est. Cordis affectus nominatur, non quòd in corde affectus sit, sed quoniam stomachum veteres cor appellabant, quo in febri acuta resoluto, ægrotos immodicè dissolui contingit. Accidit ferè ex immodica abstinentia, vel parum tempestiua venarum sectione

Cæterùm causa etiam morbi pituita est, intestinis lubricitatem illuendo generans. Succurrit inedia resiccando, & cibi pituitæ contrarij. Tenesmus propriè morbus est recti intestini. Hoc enim inflammatione laborans, crebræ, inanesque egerendi cupiditates; & impetus exercent. Prosunt ei fomenta parti inferiori adhibita, stringentia, tum alimentum ex frumentacea materia, & reprimens. Quòd si perseueret, nihilque imminuatur, enematibus ex ptissanæ cremore, & hircina adipe vtendum est. Lumbricorum, qui intestina excruciant, triplex est species. Quidam enim teretes, palmi longitudine, vel etiam maiore, ad stomachum vsque proserpunt. Quidam breues, & minusculis vermibus similes, ascarides appellantur, circa rectum verò intestinum generantur nonnulli lati, & oblongi adeò, vt in totum exporrigantur intestinum: quos fascias vocant, quòd similes fasciis sint. Teretes itaque ad remedia faciles, maximè autem in pueris: ascarides in iis, qui sub pubertatem sunt abundant: ægrè præsidiis cedunt, & excernuntur, nisi cibis acrioribus, & medicamentis ex hiera compositis & helenio maxima ex parte iniectis. Ischias, arthritis vitia, & podagræ sola inter se magnitudine differunt: cæterùm causis, & locis, qui affectum primum sentiunt, iisdem constant: à pituita namque plerumque fiunt: circa neruos consistunt, quibus articuli conseruntur, motúmque recipiunt. Ac ischias in ipsius coxæ articulo ortus, ad talos vsque non rarò extenditur. Præsidio erit sanguis ex talo missus, cucurbitulæ coxis admotæ, clysteres acres, quique intestinorum tormina quodammodo faciunt. Et foris, cataplasmata acopa, & malagmata adhibita prosunt. Podagra solos pedes affligit. In statu quidem febrilis dolor intenditur, eóque refrigerantibus opus est. In declinatione torpor cum frigore hominem occupat, ob quod calefacientia conducunt. At arthritis vera, prædictis similis affectus est, circa articulos omnes consistens: medicamenta curatoria, mitigantia ceromata, & victus rationem aptam desiderant. Elephantiasis affectus est, qui ab elephanti similitudine nomen sortitus est. Nam, qui hoc vitio laborant, cutem crassam, duram, elephantorum modo asperatam habent. Originem mali excitat pituita crassa, & atra bilis, vel mucosa, maximè disseminata. Hi enim humores ferinum ipsum denunciant. Quare solum veratrum siue nigrum, siue album, præsens elephantiasis est remedium. Quidam ex veterioribus affectum illum in sex *partes* diuidunt, in elephantiasin, leontiasin, ophiasin, alopeciam, & mutilationem. Elephantiasin igitur appellant affectum in cute & pedibus elephanti similē, hi enim crassos pedes habent qui scilicet hoc morbo corripiūtur nō secus ac illi. Leontiasi verò laborare dicunt eos qui tumētes eruptiones habēt, aut œdematosas, & qui leonum instar fului sunt. Ophiasin autem *vocant* affectū, quo correpti, pelle vt serpentes exuuntur. Alopeciam verò deducta metaphora ab illis animalibus. Mutilationem, quæ summa manuum & pedū labefacit, priuatos quoque eiusmodi partibus, mutilatos *appellamus*. Leprā quæ cutem exasperat, quemadmodum in leprosis fieri videmus. Impetigo verò & ipsa cutis affectus est. Impetiginis duæ species sunt, quę cutem molestant: vna tolerabilis, mitiorq; est: altera effera, quę difficilius tollitur. Squamulæ in his ex cute abscedunt

dunt, sub quibus locus rubicundior, fereque exulceratus apparet. Gignitur affectus à pituita salsa, & flaua bile: vnde, ceu in salsugine vasis fictilibus, ex cute secedunt squamæ. Succurritur medicamentis pituitam mouentibus, & quæ extrinsecus corpori illinuntur. Lepra quoq; cutis vitium est, sed magis subalbidum, asperiúsq; apparet. Ea verò asperitas, est veluti psydraciorum erumpentium. Psora verò exulcerata magis est. Pituita salsa vtrumq; malum propriè producit. Medicamenta pituitam cientia, tum quæ extrinsecus illinuntur, quibus ad lepram, & scabiem titulus est, iisdem succurrunt. Vitiligo, duas habet species, albam & nigram. Hæc ab atra bile generatur, ob quod magna ex parte medicamina melancholiæ dicata conueniūt: Alba, à pituita non salsa. Leuce habet quiddam simile vitiligini albæ, sed magis colore terram albissimā refert: à lepra variat, quòd lenior huic cutis, minúsq; aspera, quàm in illa sit. Omnia huiusmodi curant medicamenta pituitæ trahendæ idonea, tum smegmata foris adhibita.

A τος, καὶ ὁ ὑπὸ τὰς λεπίδας τόπος ἐνερυθρότερος, καὶ ἐγγὺς ἡλκωμένου φαίνεται. γίνεται δὲ τὸ πάθος ὑπὸ φλέγματος ἁλμυροῦ, καὶ χολῆς τῆς ξανθῆς· ἔνθεν, ὡς ἐπὶ τῶν ἁλμυρῶν τῶν κεραμίων, ἀφίστανται τοῦ δέρματος αἱ λεπίδες. ἴασις δὲ, ἥ τε διὰ φαρμάκων φλεγμαγωγῶν, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιχριστῶν. λέπρα δὲ, πάθος μὲν καὶ αὐτὴ δέρματος ἐπὶ τὸ λευκότερον, καὶ τραχύτερον τετραμμένον. ἡ δὲ τραχύτης, οἷον ψυδρακίων ἐπανισταμένων. ἡ δὲ ψώρα ἐστὶν ἑλκωδεστέρα. γίνεται δὲ ἑκάτερον ἰδίως, ὑπὸ φλέγματος ἁλμυροῦ. ἴασις δὲ ἥδε διὰ φλεγμαγωγῶν φαρμάκων, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιχρισμάτων, ὅσα πρὸς λέπραν, καὶ ψώραν ἀναγέγραπται. ὁ δὲ ἀλφὸς διττόν ἐστι πάθος, ὁ μὲν λευκὸς, ὁ δὲ μέλας. γίνεται δὲ, ὁ
B μὲν μέλας, ὑπὸ μελαίνης χολῆς· διὸ καὶ μελαγχολικὰ τὰ πολλὰ ῥύεται. ὁ δὲ λευκὸς ὑπὸ φλέγματος γίνεται, οὐχ ἁλυκοῦ. ἡ δὲ λεύκη ὅμοιον μὲν τὸ πάθος ἀλφῷ λευκῷ, μᾶλλον δὲ ἐπισημαίνει γῆν λευκοτάτην. λέπρας δὲ διαφέρει τῷ λεῖον εἶναι, καὶ μὴ τραχύνεσθαι τὸ δέρμα, ὡς ἐπὶ λέπρας. ῥύεται δὲ τούτων ἁπάντων τὰ φλεγμαγωγὰ φάρμακα, καὶ τὰ ἔξωθεν σμήγματα.

CAPVT XIV.

De optimæ purgationis compositione.

COmponitur autem ad internos humores purgans medicamentum ex deobstruentibus, incidentibus, attenuātibus, vias reserantibus, impellentibus, purgantibus & edomantibus vitium medicamentis, & stomacho vtilibus, & immoderatū profluuium compescentibus. Deobstruentia itaq; sunt quæcunq; laxāt, & corpora meabilia efficiūt. Incidentia verò, quæ humores incidunt, & alios quidem incrassando, alios verò attenuando concoquunt. Vias autem reserantia sunt, quę deducūt, ac pręmittunt medicamenta, in quas volumus partes, vt ad hepar quum purgare volumus, sandala, ad lienem verò scolopendrium; ad renes verò & ischia cētaurium, & thlaspi; ad posteriorem capitis partem, pœonia & sthœcas; ad anteriorem verò & samphucus, & similia; ad sternum & pulmonem & thoracem & cor, & metaphrenum, & intestina glycyrrhiza, styrax, semen fœnugræci, amygdala, crocus, & semen mercurialis; ad commissuras & articulos vterq; hermodactylus, & ad alias partes alia, quæ ex dictis coniicienda sunt. Impellentia sunt quæcunque medicamenta mouent ac impellunt vt agaricū, eris, rheum Indicum, stachys, interior pars colocynthidis, tragacantha, scamonium, aloë vel succus brassicæ, vel rosarum, vel semina; similiter sal fossile, epithymum, quemadmodum euphorbium, bdellium & helleborus, radiculæ semen, turpetum, chrysobalanus, & myrobalana, bryonia & elateriō sal, quibus quidem annumeramus pytyusæ radicem, hermodactylum rotundū & aliis peræquè similibus quæ in libris de optima compositione secundum partes declarauimus; ac quæ desunt inde ducenda sunt. Purgantia verò sunt quæcunque hîc purgāt, & quæ in opere de simplicibus medicamentis à nobis scripta sunt. Edomantia autem malitiam sunt quæcunque medicamentorum noxis aduersantur propriè, vt agarici noxæ Zingiber, succi scammoniæ, mastiche, vel gummi Arabicum, vel caphura, vel malorum cotoneorum succus, colocynthidis verò amygdalinum oleum; turpeti autem synapium; vt hellebori castorium, vel mulsa, & euphorbij cinnamomum. Aloës verò mastiche, quemadmodum ipsam promouet smyrniū, & cætera quæ à nobis in opere de

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ συνθέσεως ἀρίστης καθαρσίου.

C ΣΥντίθεται δὲ ἡ πρὸς τὰ ἐντὸς φαρμακεία ἀπό τε ἀποφρακτικῶν, καὶ τμητικῶν, καὶ λεπτυντικῶν, καὶ προοδοποιητικῶν, καὶ προτρεπτικῶν, καὶ καθαρτικῶν, καὶ κολαστικῶν τῆς τῶν φαρμάκων κακίας, εὐστομάχων τε, καὶ ἐφεκτικῶν τῆς ἀλόγου φορᾶς. ἀποφρακτικὰ μὲν οὖν, ὅσα τοὺς πόρους ἀραιοῖ, καὶ τὰ σώματα εὔπορα ποιεῖ. τμητικὰ δὲ, ὅσα τέμνει τοὺς χυμοὺς, καὶ πέττει τοὺς μὲν, παχύνοντα, τοὺς δὲ λεπτύνοντα. προοδοποιητικὰ δὲ, ὅσα προάγει, καὶ προπέμπει τὰ φάρμακα εἰς ἃ βουλόμεθα μόρια, ὡς ἐπὶ μὲν τῶν ἧπαρ καθαίρειν βουλομένων, σάνδαλα· τὸν δὲ σπλῆνα, σκολοπένδριον. νεφροὺς δὲ καὶ ἰσχία, κενταύριόν τε, καὶ θλάσπι· τὰ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς, παιωνία· καὶ
D στοιχάς, τὰ ἔμπροσθιά τε, καὶ σάμψυχον, καὶ τὰ τοιαῦτα· στήθη, καὶ πνεύμονα, καὶ θώρακα, καὶ καρδίαν, καὶ μετάφρενα, καὶ ἔντερα, γλυκύρριζον, καὶ στύραξ, καὶ σπέρμα τήλεως· ἀμύγδαλά τε καὶ κρόκος, καὶ σπέρμα λινοζώστεως, καὶ τοὺς ἁρμοὺς, καὶ τὰ ἄρθρα, ἑκάτερον ἑρμοδάκτυλον, καὶ ἄλλοις ἄλλα, ἅπερ ἐκ τῶν εἰρημένων δεῖ συντεκμαίρεσθαι. προτρεπτικὰ δὲ, ὅσα κινεῖ καὶ προτρέπει τὰ φάρμακα, ὡς μὲν ἀγαρικὸν, ἔρεις, ῥέον δὲ Ἰνδικὸν, στάχυς· ἐντεριώνην δὲ κολοκυνθίδος, τραγάκανθα· σκαμμωνίαν δὲ, ἀλόη, ἢ χυλὸς κράμβης, ἢ ῥόδων, ἢ σπέρματα. ὡσαύτως ἅλας ὀρυκτὸν· τὸ ἐπίθυμον, ὥσπερ
E εὐφόρβιον, βδέλλιον καὶ τὸν ἑλλέβορον· ῥαφανίδος σπέρμα, καὶ τὴν ἀλύπιαν· ὄξος ἢ χρυσοβάλανος, καὶ τὰ μυροβάλανα· βρυωνία, καὶ τὸ ἐλατήριον ἅλας. καὶ μὲν δὴ καὶ τῆς πιτυούσης τὴν ῥίζαν, ἑρμοδάκτυλον τὸ στρογγύλον, καὶ τοῖς ἄλλοις ὡσαύτως τὰ παραπλήσια, ἅπερ ἐν τῷ περὶ ἀρίστης συνθέσεως φαρμάκων κατὰ μέρος διήλθομεν. καὶ δεῖ ἐκεῖθεν νομίζεσθαι τὰ ἐλλείποντα. καθαρτικὰ δὲ, ὅσα καθαίρει κἀνταῦθα, κἂν τῷ περὶ ἁπλῶν φαρμάκων ἡμῖν γέγραπται. κολαστικὰ δὲ τῆς κακίας, ὅσα τοῖς δηλητηρίοις τῶν
F φαρμάκων ἀντικεῖσθαι ἰδίωμα, ὡς ἀγαρικοῦ μὲν ζιγγίβερ, σκαμμωνίας δὲ ὀποῦ, μαστίχη ἢ κόμμι Ἀραβικὸν, ἢ καφουρά, ἢ κυδωνίων μήλων χυλός· κολοκυνθίδος δὲ ἀμυγδάλων ἔλαιον· ἀλυπίας δὲ, νάπυ· ὥσπερ ἐλλεβόρου καστόριον, ἢ ὑδρόμελι· καὶ εὐφορβίου κιννάμωμον. ἀλόης δέ γε μαστίχη· ὥσπερ αὐτὴν προτρέπει τὸ σμύρνιον· καὶ τἄλλα ὅσα ἡμῖν ἐν τῷ

περὶ ἀρίστης συνθέσεως εἴρηται. εὐστόμαχα δὲ καὶ ἐφεκτικὰ τῆς ἀλόγου τῶν φαρμάκων φορᾶς, ὅσα τονοῖ, καὶ συνέχει, καὶ τὰς φυσικὰς διεγείρει ἐνεργείας. ὃ δὲ κατὰ μέρος ταῦτα ἐπεξεργάσασθαι τέλειον νῦν ἡμῖν ἔδοξε.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ διαιρέσεως τῆς διὰ φαρμάκων θεραπείας.

Ἡ δὲ φαρμακεία διττή ἐστιν, ἡ μὲν πρὸς τὰ ἐντὸς πάθη, ᾗ μάλιστα χρῆται ὁ διαιτητικός. ἡ δὲ πρὸς τὰ ἐκτὸς, ἧς οὐκ ἄνευ συντελεῖται τὰ κατὰ χειρουργίαν. τῆς μὲν οὖν πρὸς τὰ ἐντὸς φαρμακείας, εἴδη ἐστὶ δεκαδύο. ὃ μὲν τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ παθῶν· ὃ δὲ τῶν στοματικῶν· ὃ δὲ τῶν πεπτικῶν· ὃ δὲ τῶν βηχικῶν· ὃ δὲ τῶν ἀνωδύνων· ὃ δὲ τῶν ἀλεξιφαρμάκων· ὃ δὲ τῶν καθαιρόντων. καὶ τὰ μὲν ἡπατικὰ ἰδίως· τὰ δὲ σπληνικά· τὰ δὲ νεφριτικά· τὰ δὲ πρὸς τοὺς ἐν τῇ κύστει λίθους, καὶ ἕλκη· τὰ δὲ πρὸς ὑστέρας. τὰ μὲν δὴ στοματικά ἐστι, τάδε πρὸς οὖλα αἱμασσόμενα, σηπόμενα, βεβρωμένα, καὶ ὀδόντας, καὶ ὅσα πρὸς ἄφθας, καὶ ἐσχάρας, ὅσα τε πρὸς σταφυλὴν κεχαλασμένην. τῶν δὲ πεπτικῶν, τὰ μέν ἐστι πρὸς ἀτονίαν στομάχου, ἢ κοιλίας· τὰ δὲ πρὸς ἐμπνευματώσεις τούτων· τὰ δὲ πρὸς αἵματος ἀναγωγήν· τὰ δὲ πρὸς πλευριτικοὺς, ἢ περιπνευμονικούς· τὰ δὲ πρὸς φθισικούς· τὰ δὲ πρὸς ἀσθματικοὺς, ἢ ὀρθοπνοϊκούς· τὰ δὲ πρὸς τραχύτητά τε ἀρτηρίας, καὶ φωνῆς ἐκκοπήν. τῶν δὲ ἀνωδύνων, τὰ μὲν πρὸς νεφριτικούς, τὰ δὲ πρὸς κοιλίας ῥύσεις, καὶ δυσεντερίας, καὶ πρὸς κωλικοὺς, καὶ εἰλεώδεις. κοινῶς δὲ πάντα πρὸς πᾶσαν ὀδύνην. τὰ δὲ ἀλεξιφάρμακα, τὰ μὲν ἁπλᾶ, ἄλλα πρὸς ἄλλο δηλητήριον. ἡ δὲ θηριακὴ πρὸς πάντα, καὶ προσλαμβανομένη, καὶ ἐπιδιδομένη. τῶν δὲ καθαιρόντων. τὰ μὲν ἄνωθεν καθαίρει, ὡς τὰ δι' ἐλλεβόρου, καὶ ἐμετικὰ πάντα. τὰ δὲ κάτωθεν παραλαμβάνεται, ὡς τὰ διὰ σκαμμωνίας, καὶ ἀλόης, καὶ ἐλατηρίου, καὶ κολοκυνθίδος, καὶ εὐφορβίου, καὶ κόκκου κνιδίου, καὶ τῶν τοιούτων. τρίτα δὲ τούτοις τετάχθω, καὶ τὰ πρὸς ἕλμινθας πλατείας, οἷά ἐστι ὃ διὰ κέρατος ἐλαφείου, καὶ ἡδυόσμου, καὶ πεπέρεως. ἔστι δὲ καὶ τέταρτον εἶδος τῶν κεφαλὴν μόνην καθαιρόντων διὰ στόματος, καὶ ῥινῶν ἃ παραλαμβάνεται ἰδίως. ἐπί τε τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς παθῶν, καὶ τὰ πλεῖστα ἐπὶ ἰκτέρων. ἁρμόζουσι δὲ αἱ μὲν διὰ τῶν ἄνω καθάρσεις πρὸς ἀνασκευὴν τῶν χρονίων. καιρὸς δὲ αὐτῶν, τὰ διαλείμματα. αἱ δὲ κάτωθεν, πρὸς τὰ ὀξέα νοσήματα κατάλληλοι, πλευρίτιδας, καὶ περιπνευμονίας. καιρὸς δὲ αὐτῶν πάντων, ἡ ἄνεσις τῶν ἐπὶ μέρους παροξυσμῶν. τῆς δὲ πρὸς τὰ ἐκτὸς φαρμακείας, εἴδη ἐστὶν ἕνδεκα. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν διαφορητικά, τὰ δὲ συμπεπτικά, τὰ δὲ ἔναιμα, τὰ δὲ πυοποιά, τὰ δὲ ἀνακαθαρτικά, τὰ δὲ ἀναπληρωτικά, τὰ δὲ κατασταλτικά, τὰ δὲ ἐπουλωτικά, τὰ δὲ ὀφθαλμικά, τὰ δὲ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, τὰ δὲ καυστικὰ ἐπὶ ἐρυσιπέλατα, καὶ ἕρπητας, καὶ ἄνθρακας· τὰ δέ εἰσιν ἀλείμματα ἄκοπά τε, καὶ θερμαντικά, πρὸς παραλύσεις ποιοῦντα, καὶ ἀρθριτικοὺς, καὶ ποδαγρικοὺς, καὶ πᾶσαν νεύρων πῆξιν, καὶ τετανικοὺς, καὶ ὀπισθοτονικούς. τὰ δὲ σμηκτικὰ τῶν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐξανθούντων, λεύκης, ἀλφοῦ, λειχήνος, καὶ λέπρας. τὰ οὖν διαφορητικά, καὶ συμπεπτικὰ ἐπὶ φυμάτων, καὶ παντὸς ἀποστήματος ποιουτου ἁρμόζει. διαφορητικαὶ δέ εἰσιν αἱ διὰ

optima compositione dictum est. Eustomacha siue quæ stomachum roborant, Ephectica quæ immoderatam medicamentorum vacuationem reprimunt, quę roborãt, ac continent & suscitant naturales facultates. Sed in particulari, vt ea quæ modũ excedunt eximãt, iam à nobis demonstratũ est.

CAPVT XV.

De curationis per medicamenta diuisione.

PHarmacia duplex est. Prima interiores morbos curat, quâ potissimum victus ratione sanãs vtitur: altera exteriores, citráque illam manu nihil peragitur. Medicaminum ad interiora pertinentium species duodecim existunt. Quædam capitis affectibus dicata medicamina: quædam oris vitiis accommoda, dicuntur. Alia concoquunt: alia bechica. Alia anodyna, alia alexipharmaca sunt: alia purgant. Nonnulla propriè hepatica, sic splenica, nephritica. Sunt, quæ aduersus vesicæ calculos, & vlcera nomen habent, similiter ad vuluam. Iam verò stomatica sunt, quæ ad gingiuas cruentas, putridas, erosas, & dentes faciunt. Eodem referuntur, quæ aphthas, & crustas, tum quæ vuam descendentem sanant. Quæ concoquunt, partim ad stomachi, vel ventriculi imbecillitatem conducunt, partim ad horum inflammationem, quædam ad sanguinis reiectionem è pectore. Quædam ad pleuriticos, vel peripneumonicos: alia ad tabidos, alia ad asthmaticos, vel qui orthopnoici vocantur. Aliqua ex his asperitatem arteriæ, & vocis abscissionem auferunt. Porrò anodyna, nunc renum affectus sedant, nunc ventris profluuia: aliàs dysenterias, aliàs colicum dolorem, coli, & ileum, id est, communiter omnia quemuis dolorem mitigant, extingúntque. Alexipharmaca simplicia, alia ad aliud venenum vsurpamus: Theriace aduersus omnia, & priùs, & post sumitur. Inter purgantia quædam per superiores corporis partes agunt, quemadmodum quæ veratro constant, vomitúmque cientia omnia. Per inferiores, quæ ex scammonia, aloë, elaterio, colocynthide, euphorbio, cocco gnidio, atque his similibus. Tertio ordine ab his ponantur, quæ lumbricos latos repellunt: cuiusmodi medicamentum est, quod cerui cornu, mentâ, & pipere præparatur. Est & quarta species caput tantum per os atque nares purgantium, quæ in capitis, oculorúmque affectibus propriè sumuntur. Ad hæc quæ in arquato, crebro in vsu sunt. Conuenit autem per superiora purgatio morbis longis demoliendis. Tempus huius est, cum morbi intermittunt. Inferiori parte adhibita, acutis, vt pleuritidi, & peripneumoniæ. Tempus verò vniuersæ est particularium accessionum remissio. Exteriorum remedia vndecim species continent, alia discutiunt, alia concoquunt, alia cruentis statim imponuntur, alia pus mouent, alia repurgant, alia implent, alia reprimunt, alia cicatricem inducunt, alia oculis, alia vniuerso corpori adhibentur, alia adurunt, erysipelatis, herpetibus carbunculis idonea. Alia sunt, quæ illinuntur, acopa, & excalfacientia, quæ ad neruorum resolutiones faciunt, articulorum morbos, podagras, tetanos, opisthotonos, omnémque neruorum morbum. Alia pistulas summa cute orientes, leucen, alphum, impetiginem, & lepram abstergunt. Quæ digerunt, & concoquunt, phymatis, & cuililibet id genus abscessui auxilio sunt. Digerentia

Quæ

sunt omnia, quæ constant sale, & quæcunque etiam nitro, vt Ctesiphontis compositio testatur. Concoquentia, resina, galbano, ammoniaco thymiamate. Quæ cruentis imponuntur pharmaca, fusci coloris, ad recentia corporis vulnera valent. Quæ propriè viridia, & nigra sunt, vt barbarum, capitis mala, & canum morsus sanant. In vlceribus, partim pus educentibus in his, quæ laborant inflammatione, vtendum est, vt tetrapharmaco: in sordidis verò, repurgantibus, vt viridi diluto: in cauis, replentibus: in carne supercrescenti, reprimentibus, vt quæ ex misy, & squama conficiuntur, in vehementi quoque sanguinis fluore sistendo non parum efficacibus. Adurentibus interim in diducendis partibus, ac aperiendis vtimur, velut in abscessuum comprehensione, interim in palpebris quum summa cutis relaxatur, & procidit vice suturæ pilis mediocriter ablatis, partem relaxatam retrahimus. Aliquando in cephalæa, per altas crustas humores in exteriorem educentes assumimus. Adurentium materia, lixiuium, calx viua, auripigmentum, sandaracha, fæcula, atque id genus alia. Ex cephalicis medicamentis, ad achoras, capitis furfures, & eruptiones valent alia: ad capitis dolorem, & heterocraniam alia. Aurium remedia partim earum inflammationem, partim exulcerationem, partim puris effluxum, partim difficilem auditum, partim contusionem iuuant. Oculorum pharmaca septem species habent. Quædam enim ad incipientes lippitudines, vt quæ ex glaucio, & ex croco, & cycnaria inscribuntur. Quædam ad eorum dispositiones, vt nardina, & theodotia appellata. Quædam ad fluorem, quæ ex thure, acacia, & ericæ fructu componuntur. Quædam ad scabritiem, vt ex metallis confecta, nempe vsto ære, chalcitide, & æris squama. Quinta ad siccam lippitudinem, & scabiosam, collyriorum species est, tum siccorum oxydercicωn, eiusdem cum superioribus materiæ. Sexta humidorum, quæ ad suffusiones inscribuntur, ex fellis generibus, hyænæque potissimum composita. Septima cataplasmatum species in oculis vehementer inflammatis, & circundolentibus vsurpatur, ex meliloto, passo, fænugræco, similibúsque materiis confecta. Oblinimus palpebras initio, repellentibus, & cuiusmodi sunt quæ ex glaucio, & croco medicamina: etiam solo ipso glaucio. Interius affectis exiccantia, lenientiáque admouemus, vt nardina, theodotia. Quæ verò ad colorem decorémque formæ conciliandum illinuntur, qualia hedycroo, & sandice constituuntur, non medicinæ, sed artis cultui, ac elegantiæ dicatæ, sunt propria.

CAPVT XVI.

De oculorum Affectibus.

AFfectus, qui totum oculum exercent, hi sunt, perturbatio, lippitudo, epiphora, inflammatio, œdema, inflatio, durities, chymosis, carbunculus, strabismus, conuulsio, palpitatio, myopiasis, gangræna, putredo, vlcus, fistula, xerophthalmia, psorophtalmia, sclerophthalmia, procidentia, atrophia. In membranis hi consistunt, ruptura, exesio, distentio, anastomosis, crassities, densitas, corrugatio, extensio, raritas. Interiores palpebrarum partes infestant, aspritudo, crassities, sycosis, tylosis, durities, chalazosis, pladarotes, mydesis, sarcosis, poriasis. Exteriores

A διῶν πᾶσαι, καὶ ὅσαι διὰ νίτρου, ὡς τὸ Κτησιφῶντος. συμπεπτικαὶ δὲ τὰ διὰ ῥητίνης, καὶ χαλβάνης, καὶ ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος. τῶν δὲ ἐναίμων φαρμάκων, αἱ μὲν φαιαὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τοῦ σώματος προσφάτων τραυμάτων ἁρμόζουσιν. αἱ δὲ ἰδίως χλωραί, καὶ μέλαιναι, ὡς ἡ βάρβαρος πρός τε τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ πρὸς τὰ κυνόδηκτα. ἐπὶ δὲ ἑλκῶν, τοῖς μὲν πυοποιοῖς ἐπὶ τῶν φλεγμαινόντων χρηστέον, ὡς τῇ τετραφαρμάκῳ. τοῖς δὲ ἀνακαθαίρουσιν, ἐπὶ τῶν ῥυπαρῶν, ὡς τῇ χλωρᾷ ἀνειμένῃ. τοῖς δὲ ἀναπληροῦσιν, ἐπὶ τῶν κοίλων. τοῖς δὲ καταστέλλουσιν, ὡς ἐπὶ τῶν ὑπερσαρκούντων, ὡς τοῖς διὰ μίσυος, καὶ λεπίδος, ἃ καὶ ἐπὶ τῶν δυσεπισχέτων αἱμορραγιῶν ἁρμόζει. B τοῖς δὲ καυστικοῖς ὅτε μὲν πρὸς τὸ διελεῖν, καὶ ἀναπτύξαι σώματα χρώμεθα, ὡς ἐπὶ τῶν ἀποστημάτων τῇ περιοχῇ, ὅτε δὲ ἐπὶ τῶν κεχαλασμένων βλεφάρων ἀντὶ ἀναρραφῆς, ἀφαιροῦντες τὸ σύμμετρον τῆς ὕλης, ἀνασπῶμεν τὸ κεχαλασμένον. ὅτε δὲ ἐπὶ κεφαλαίας δυσιάτου παραλαμβανόμεν, διὰ βαθείας ἐσχάρας μεταβάλλοντες εἰς τὰ ἐκτὸς ῥεύματα. ὕλη δὲ τῶν καυστικῶν κονία, ἄσβεστος ζῶσα, καὶ ἀρσενικόν, καὶ σανδαράχη, καὶ φέκλα, καὶ τὰ τοιαῦτα. τῶν δὲ κεφαλικῶν, τὰ μὲν πρὸς ἀχῶρας, καὶ πίτυρα, καὶ ἐκβράσματα ἁρμόζει. τὰ δὲ πρὸς κεφαλαλγίαν, καὶ ἑτεροκρανίαν. τῶν δὲ ὠτικῶν τὰ μὲν πρὸς C φλεγμονὴν ὤτων, τὰ δὲ πρὸς ἕλκωσιν. τὰ δὲ πρὸς πυορροοῦντα. τὰ δὲ πρὸς δυσηκοΐαν. τὰ δὲ πρὸς ὦτα τεθλασμένα. τῶν δὲ ὀφθαλμικῶν φαρμάκων, εἴδη εἰσὶν ἑπτά. τὰ μὲν γὰρ πρὸς ἀρχομένας ὀφθαλμίας ἁρμόζει, ὡς τὰ διὰ γλαυκίου, καὶ τὰ διὰ κρόκου, καὶ τὰ κυκνάρια. τὰ δὲ πρὸς τὰς διαθέσεις, ὡς τὰ νάρδινα, καὶ τὰ θεοδότια καλούμενα. τὰ δὲ πρὸς ῥεύματα, ὡς τὰ διὰ λιβάνου, καὶ ἀκακίας, καὶ ἐρείκης καρποῦ. τὰ δὲ πρὸς τραχώματα, ὡς τὰ διὰ τῶν μεταλλικῶν, οἷον κεκαυμένου χαλκοῦ, καὶ χαλκίτεως, καὶ λεπίδος χαλκοῦ. πέμπτον δέ ἐστι, τὸ πρὸς ξηροφθαλμίας, καὶ ψωροφθαλμίας, εἶδος τῶν D κολλυρίων, καὶ ξηρῶν ὀξυδερκικῶν, ἃ τῆς αὐτῆς ὕλης ἐστὶν τοῖς προγεγραμμένοις. ἕκτον δὲ τῶν ὑγρῶν εἶδος, τῶν πρὸς ὑποχύσεις ἀναγεγραμμένων, ἃ διὰ χολῶν σκευάζονται, καὶ μάλιστα δι' ὑαίνης. ἕβδομον δὲ τὸ τῶν καταπλασμάτων εἶδος, ἃ παραλαμβάνεται ἐπὶ τῶν ἄκρως φλεγμαινόντων ὀφθαλμῶν, καὶ περιοδυνώντων. ἔστι δὲ τάδε διὰ μελιλώτων, καὶ γλυκέος, καὶ τήλεως, καὶ τὰ τοιαύτης ὕλης. περιχρίομεν δὲ τὰ βλέφαρα, ἐν ἀρχῇ μὲν τοῖς ἀποκρουστικοῖς οἷά ἐστι τὰ διὰ γλαυκίου, καὶ τοῖς διὰ κρόκου, καὶ αὐτῷ μόνῳ γλαυκίῳ. ἐπὶ δὲ τῶν ἐνδιαθέτων τοῖς ἀναξηραίνουσι, καὶ παραμυθουμένοις, οἷον ναρδίνοις καὶ θεοδοτίοις. E ὅσα δὲ πρὸς εὐμορφίαν ἐπιχρίεται, ὡς τὰ διὰ σάνδυκος, καὶ ἡδυχρόου, οὐκ ἰατρικῆς, ἀλλὰ καλλωπιστικῆς ἐστιν ἴδια.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛ'.

Περὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς συνισταμένων παθῶν.

ΠΑθη δὲ περὶ μὲν τὸν ὅλον ὀφθαλμὸν συνίσταται τάδε. τάραξις, ὀφθαλμία, ἐπιφορά, φλεγμονή, οἴδημα, ἐμφύσημα, σκίρρωσις, χήμωσις, ἄνθραξ, στραβισμός, σπασμός, παλμός, μυωπίασις, γάγγραινα, σηπεδών, ἕλκος, σύριγξ, ξηροφθαλμία, ψωροφθαλμία, σκληροφθαλμία, πρόπτωσις, F ἀτροφία. περὶ δὲ τοὺς ὑμένας τάδε. ῥῆξις, διάβρωσις, διάτασις, ἀναστόμωσις, παχύτης, πυκνότης, ῥύτωσις, ἔκτασις, ἀραιότης. περὶ δὲ τὰ ἐντὸς μὲν βλεφάρων, τραχύτης, παχύτης, σύκωσις, τύλωσις, σκληρεία, χαλάζωσις, πλαδαρότης, μύδησις, σάρκωσις, ψωρίασις. περὶ δὲ τὰ ἐκτὸς τῶν βλεφάρων,

ὑδατίδες, λιθίασις, φθειρίασις, μελικηρὶς, γάγγραινα, φύματα, κολοβώματα. περὶ δὲ τὴν στεφάνην, κριθὴ καὶ ποσθία, τριχίασις, διστιχία, τριστιχία, φαλάγγωσις, πύρωσις, πτίλωσις, ψωρίασις, μαδαρότης, παράλυσις. κοινῶς δὲ περὶ ὅλα τὰ βλέφαρα, παράλυσις, πρόπτωσις, ἐκτροπή. περὶ δὲ τοὺς κανθοὺς, ἐγκανθὶς, ἀγκύλη, πτερύγιον, ῥοιὰς, πρόσφυσις. ἔξωθεν δὲ αἰγίλωψ, ἀγχίλωψ. περὶ δὲ τὸ λευκὸν ψυδράκιον ἕλκος, ὑπόσφαγμα, ἀπόστασις, χήμωσις, κοίλωμα, πτερύγιον, φάκωσις, ἴκτερος, πῶρος. περὶ δὲ τὴν ἶριν, ἄργεμον, νεφέλιον, ἀχλὺς, ἐπίκαυμα, ἕλκος, βοθρίον. φλυκτὶς, μυιοκέφαλον, σταφύλωμα, ὑπόπυον, ῥῆξις, οὐλὴ, λεύκωμα, κοίλωμα, πρόπτωμα, ὄνυξ, πύωσις, ἕλκωσις. περὶ δὲ τὴν κόρην ὑπόχυσις, γλαύκωσις, μυδρίασις, φθίσις, σύγχυσις, πλατυκορίασις, ἀμαύρωσις, ῥυτίδωσις, νυκτάλωψ, ἡμεράλωψ, μυωπίασις, διαπύησις. περὶ δὲ τοὺς πόρους, ἀπόρρηξις, παρέμπτωσις, σύμπτωσις, ἕλκωσις, ἀνθράκωσις. ταράξις μὲν οὖν ἐστιν, ὅταν συγκινηθεὶς ὁ ὀφθαλμὸς ἐπιπολαίως, καὶ μετρίως ἐπὶ τὸ ἐρυθρότερον καταστῇ τελέως. ὀφθαλμία δέ ἐστιν, ὅταν τὸ λευκὸν ἐνερευθὲς ᾖ, καὶ τὰ βλέφαρα ἐπηρμένα μετὰ τοῦ τήν τε μύσιν τῶν βλεφάρων ἐπαλγῆ εἶναι, καὶ τὴν τῶν χειρῶν ἐπαφὴν ἐπώδυνον. φλεγμονὴ δέ ἐστιν ἐπίτασις τοῦ τε ἐρυθήματος, καὶ τῆς ἐπάρσεως τῶν βλεφάρων, ὡς ἐπιπόνως ἀναβλέπειν. ἐπιφορὰ δὲ κοινὸν ὄνομα, ἐπὶ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ φλεγμονῆς σφοδρᾶς ἐπιφερομένης, καὶ ῥευμάτων λάβρων ἐπιρρεόντων. ἰδίως δὲ ἐπὶ ὀφθαλμῶν λέγεται, ἐπειδὰν μετὰ φλεγμονῆς μεγίστης, καὶ ῥεύματος πλῆθος ἐπιρρυῇ. οἴδημα δέ ἐστιν, ὅταν ἐπηρμένος, καὶ ἀχρούστερος, ἢ καὶ δυσκίνητος ἐπιφαίνηται. ἐνίοτε δὲ, καὶ τὸ λευκὸν ὑπὲρ τὸ μέλαν ἐπαίρεται. ἐμφύσημα δέ ἐστιν, ὅταν ἄφνω οἰδήσας ὁ ὀφθαλμὸς, ἀχρούστερος καὶ φλεγματωδέστερος γένηται. γίνεται δὲ ὡς ἐπίπαν πρεσβύταις, μάλιστα θέρους. σκίρρωσις δὲ γίνεται, κατ' ἐπίτασιν φλεγμονῆς χρονίου, τῆς σαρκὸς αὐξανομένης, καὶ ὑποπελιαζούσης. ῥευματίζεται δὲ ὁ ὀφθαλμὸς, ὅταν μὴ μόνον ἐρυθρὸς ᾖ, ἀλλὰ καὶ ὅταν πολὺ δάκρυον ἐκκρίνῃ. ξηροφθαλμία δέ ἐστιν, ὅταν οἱ κανθοὶ ἑλκώδεις, καὶ τραχύτεροι, καὶ κνησμώδεις εἰσὶν, καὶ τὰ βλέφαρα ἐρυθρία, καὶ δάκρυον ἁλμυρὸν, καὶ νιτρώδες, διαστάζει. σκληροφθαλμία δέ ἐστιν, ὅταν τὰ βλέφαρα σκληρότερα ᾖ, καὶ αὐτὸς ὁ ὀφθαλμὸς δυσκίνητος, καὶ ἐνερευθής. πρόπτωσις δέ ἐστιν, ὅταν ὁ ὀφθαλμὸς κινητὸς μετὰ φλεγμονῆς προπέσῃ. ἀτροφίαν δὲ λέγουσιν ὀφθαλμοῦ, ὅταν ἐξ ἀρρωστίας μακρᾶς, ἢ ἔκ τινος ἀδήλου αἰτίας, ὥσπερ ὀλίγον ἐξωθούμενος, εἶτα κοιλαινόμενος κατὰ τὰς ῥίζας ὀδυνῶν μικρότερος γίνηται, καὶ ἀμυδρῶς, ἢ μηδόλως βλέπῃ. τραχέα δὲ τὰ βλέφαρα λέγεται, ὅταν ἐκστραφέντα ἐναιμότερα φαίνηται, καὶ τραχύτερα, καὶ σαρκωδέστερα, καὶ κεγχραμίσιν ὅμοια. παχέα δὲ βλέφαρα, τὰ ἐκστραφέντα τῶν κατὰ φύσιν, καὶ σκληρότερα, καὶ σαρκωδέστερα τῶν τραχέων φαινόμενα. σύκωσις δέ ἐστιν, ὅταν τὸ ἐντὸς τῶν βλεφάρων σαρκωθείη σαρκὶ παραπλήσιον μετὰ ὑπεροχῆς, καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ἅπας δυσκίνητος ᾖ. τύλωσις δέ ἐστιν, ὅταν τὰ ἐν τοῖς βλεφάροις τραχώματα διὰ παλαιότητα παχύτερα, καὶ λευκότερα, καὶ δυσαίσθητα ᾖ, καὶ διὰ τοῦτο δυσαπότριπτα γένηται. σκληρίασις δέ ἐστιν, ἔπαρμα μετ' ἐρυθήματος ἐπὶ τὸ βλέφαρον, καὶ ὀδύνης, δυσαπότριπτον, καὶ χρονιώτερον φλεγμονῆς. χαλάζωσις δέ ἐστι, περιφερῆ τινα ἔνδοθεν τοῦ βλεφάρου ἐπάρματα περιγεγραμμένα, ἐοικότα τῇ χαλάζῃ. πλαδαρότης δέ ἐστιν, μαλακὰ οἷον σώματα παλαιά γε, καὶ ἀχρούστατα κατὰ τὰ ἐντὸς τῶν βλεφάρων οὔπω τὸ τραχὺ ἔχοντα, διὸ πλαδαρότης καλεῖται.

A hydatides, lithiasis, phthiriasis, meliceris, gangræna, phymata, colobomata. In corona crithe, posthia, trichiasis, distichia, tristichia, phalangosis, pyrosis, ptilosis, psoriasis, madarotes, paralysis. Communes toti palpebræ, paralysis, procidentia, inuersio. Angulis hi accidunt, encanthis, ancyle, pterygion, rhœas, prosphysis. Extrinsecus, ægilops, anchilops. Album affligunt, psydracion vlcus, hyposphagma, abscessus, chemosis, cœloma, pterygion, phacosis, icterus, tophus. Iridem oculi infestant, argemon, nephelion, achlys, epicauma, vlcus, bothrion, phlyctis, myocephalon, staphyloma, hypopyon, ruptura, cicatrix, leucoma, cœloma, proptoma, vnguis, pyosis, exulB ceratio. In pupilla esse solent, effusio, glaucosis, mydriasis, phthisis, synchysis, platycoriasis, amaurosis, rhytidosis, nyctalops, hameralops, myopiasis, diapyes. Meatus exercent, aporrhexis, paremptosis, symptosis, helcosis, anthracosis. Perturbatio igitur est, quum oculus leuiter, ac mediocriter commotus tandem rubicundior euadit. Ophtalmia verò est quum album rubescit, & palpebræ attolluntur, cum dolore conniuent, ægreque manus admotas ferunt. Inflammatione oculorum rubor intenditur, palpebræ magis eleuanC tur, vt non nisi magno negotio queas suspicere. Epiphora, tum inflammationis magnæ, vniuerso illatæ corpori, tum largæ fluxioni commune nomen est: propriè verò de oculis effertur, vbi cum maxima inflammatione, etiam humoris copia influxerit. Oedema nominant, quum eleuatus apparet oculus, & colorem amisit, vel etiam ægrè mouetur: interim album quoque supra nigrum attollitur. Inflatio dicitur, cum subitò tumescens oculus decolor fit, exuperante pituita: vt plerumque senibus æstate potissimum solet accidere. Scirrosis ex inflammationis diuturnæ vehemenD tia oritur, carne increscente, & subliuida. Reumatismo laborat oculus, cum non solum rubet, sed multas quoque lachrymas excernit. Xerophthalmia est, cum anguli vlcera, & aspritudinem, pruritumque contraxerunt, palpebræ rubent, & lachryma salsa, & nitrosa profluit. Sclerophthalmia, est cum palpebræ duriores sunt, oculi rubent, & cum difficultate quadam mouentur. Proptosis, appellatur, vbi cum inflammatione moti, sede sua procidunt. Atrophiam nominant, cum ex longa imbecillitate, vel alia quadam latente causa paululum quasi propulsus, deinde cauatus ad E radicem cum dolore minor euadit, obscuréque aut nihil omninò videt. Asperæ dicuntur palpebræ, cum euersæ sanguinolentiores apparent, & magis asperæ, carnosæque, & fici acinis similes. Crassæ vocantur, vbi euersæ duriores iis, quæ naturaliter se habent, existunt, & scabris magis carnosæ. Sycosis accidit, cum in palpebrarum parte interiore carni quid simile enatum fuerit, quod emineat, & oculus totus ægrè moueatur. Tylosis, est cum in palpebris aspritudines ex senectute crassiores, albidiores, & parum sensiles extiterint, eoque minus deteri possunt. Scleriasis est tumor palpebræ cum rubore, doloréque diffiF culter aboletur: durat magis, quàm inflammatio. Chalazia, vel chalazosis orbicularia quædam intra palpebras tubercula sunt circumscripta: nomen à similitudine grandinis acceperunt. Pladarotes, sunt mollia veluti corpora vetusta, decolora, palpebrarum parte interna nondum aspredinem habentia, propterea, pladarotes vocatur.

Mydesis

Mydesis commune nomen est partium, quæ ex putrefactione corrumpuntur. Palpebræ quoque eadem laborant, vbi & tumentiores apparent, & assiduè diffluunt, adipem paulò copiosiorem sortitæ. Crithe, quæ & posthia, dicitur, quum parte interna palpebrarum in ambitu suppuratum oblongum, figura hordeo simile fit, vnde appellatum est. Generantur alia quoque maiora in mediis palpebris eodem appellata nomine. Lithiasis, albida quædam & crassa, callis lapillisque similia, quæ oculum pungunt, in palpebris retortis ostendit. Phthiriasim vocamus, quum palpebrarum pilos multi, lati, exiguique pediculi infestant. Ditrichiasi laborat oculus, quum pilis naturalibus alij subnascentes ipsum pungunt fluorémque concitant. Ptilosis est, quum alij quidem subnascuntur, naturales autem collapsi, fractique stimulant, ac pungunt. Phalangosis, quum pilorum subnascentium duplex, triplexve acies, vel in superiore, vel in inferiore palpebra prouenit. Resolutus oculus dicitur, vbi naturali motu destitutus, neque sursum neque deorsum intendi potest, verum sentiendi expers consistit: frequenter hoc mali partibus etiam oculi accidit. Inuerti autem dicuntur palpebræ, quum ex vlceratis oculis plus extra feruntur. Encanthis, vbi ex vlcere caro in angulis iuxta nares supercreuerit, nautæ, ac piscatores hoc vitij peculiare habent. Vnguis verò, est in albo oculi præter modum exulcerato, carnéque oppleto membranula tenuis, & neruosa: quæ orta ab angulorum aliquo ad nigrum, & verticem eius peruenit. Rhœas, cum angulus ex latente quadam causa secesserit, aut praua curatione sublatus fuerit, vt lachrymas continere non amplius possit, sed humorem dimittat. Cohærescunt palpebræ cum albo oculi, vel nigro ex vlceratione. Et, si nigro cohæreant, visus omninò prohibetur: sin albo, minus. Hoc malum angylosim appellant. Ægilops, vel anchilops, abscessus quidam est ad angulum, qui naribus propior est, pus continens, quod erumpens, aut os exedit, aut ad angulum, vel vsque ad nares distillat. Psydracion communi vocabulo circa corpus totum, & circa album oculi fit. Est autem velut pustula in summo rubicundum. Vlcus oritur in albo, vel nigro, quum cuticula, diuisa, Lunæ figuram, vel rotundam, cauam, similis coloris, vel subalbidi acceperit. Hyposphagma vocant, quum vasis in prima tunica ruptis ab ictu, sanguis intra albi spatium, & interiorem tunicam coierit, atque oculi color statim cruentus, post liuidus existat. Chemosis ex inflammatione vehementiore vtrasque palpebras in exteriorem partem detorquet, ne totum oculum contegant. Propriè verò Chemosis dicitur, quum album vtraque iridis parte inflammatione afficitur, iuxta irim autem cauum hiatularum similitudine apparet. Cœlomata sunt rotunda, & caua vlcera, bothriis latiora, quæ in oculis circa irim nascuntur. Argemon, in iridis circulo, vel in albo, interdum etiam nigro, vlcus rotundum, & subalbidum oritur. Nephelion, summæ cutis vlcus paulò maius argemo, & albidum. Achlys est circa totum nigrum à superficiaria vlceratione cicatricula tetenuissima, aëri caliginoso assimilis. Epicauma, quum in superficie cuticula adusta vlcus contraxerit, vel etiam paulò profundior fiat ex epiphora magna originem habens.

A μύδησις δὲ κοινὸν ὄνομά ἐστι σώματος, ἐκ σήψεως ἀπολλυμένων. γίνεται δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο, καὶ περὶ τὰ βλέφαρα, καὶ οἰδωδέστερα φαίνεται, καὶ συνεχῶς ῥευματίζεται, πλείονος πιμελῆς περὶ αὐτὰ γινομένης. κριθὴ δὲ ἡ καὶ ποσθία λέγεται, ὅταν τὸ ἐντὸς τῶν βλεφάρων πρὸς ταῖς στεφαναίαις ὑπόπυον παραμήκες, ὅμοιον κριθῇ κατὰ τὸ σχῆμα γένηται. γίνεται δὲ καὶ ἄλλα μείζονα, κατὰ μέσα βλέφαρα, κριθαὶ λεγόμενα. λιθίασις δέ ἐστιν, ὅταν ἐκστραφέντων τῶν βλεφάρων, ὁμοία πώρεσι περὶ τὰ βλέφαρα ὑπάρχῃ λευκά, καὶ παχέα, καὶ οἷον λίθοις ἐμφερῆ νύσσοντα τὸν ὀφθαλμόν. φθειριᾶν δὲ φαμὲν τὰ βλέφαρα, ὅταν περὶ τὰ τετριχωμένα πλατέες πολλαὶ φθεῖρες σμικραὶ γίνωνται. B διστιχιᾶν δὲ λέγεται ὁ ὀφθαλμός, ὅταν ὑπὸ τὰς κατὰ φύσιν τρίχας ἄλλαι ὑποφυεῖσαι νύσσωσι τὸν ὀφθαλμόν, καὶ ῥευματίζωσι. πτίλωσις δέ ἐστιν, ὅταν ἄλλαι μὲν ὑποφύωσιν, αὗται δὲ αἱ κατὰ φύσιν συμπεσοῦσαι, καὶ κατακλασθεῖσαι, νυγμοὺς παρέχουσι. φαλάγγωσις δέ ἐστιν, ὅταν διστιχία, ἢ τριστιχία τῶν ὑποφυομένων τριχῶν ᾖ, ἐν τῷ ἄνω, ἢ ἐν τῷ κάτω βλεφάρῳ. παραλελύσθαι δὲ λέγεται ὁ ὀφθαλμός, ὅταν αὐτὸν ἐπιλείπωσιν αἱ φυσικαὶ κινήσεις, καὶ μὴ δύνηται ἀναβλέπειν, ἢ κάτω βλέπειν, ἀναίσθητος δὲ ᾖ. πολλάκις δὲ καὶ περὶ μέρη τινὰ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦτο συμβαίνει. ἐκτετράφθαι δὲ λέγουσι τὰ C βλέφαρα, ὅταν ἐπὶ πλέον ἐκτραπῇ ἑλκωθέντων τῶν ὀφθαλμῶν. ἐγκανθίδα δὲ λέγουσιν, ὅταν ἐξ ἑλκώσεως ὑπερσαρκώσῃ ὁ κανθὸς πρὸς τὴν ῥῖνα. πάσχουσι δὲ τοῦτο μάλιστα οἱ θαλασσουργοί. πτερύγιον δὲ λέγουσιν, ὅταν ἐπὶ πλέον ἑλκωθέντος, καὶ ὑπερσαρκώσαντος τοῦ λευκοῦ ὑμὴν λεπτὸς, καὶ νευρώδης ἐπιδράμῃ τὸν ὀφθαλμόν, ἀρξάμενος ἀπό τινος τῶν κανθῶν, ἕως τοῦ μέλανος, καὶ τῆς κορυφῆς ἐφάπτηται. ῥοιὰς δέ ἐστιν ἐπὶ ὀφθαλμῶν, ὅταν ἔκ τινος αἰτίας ἀδήλου ὁ κανθὸς παρέλθῃ, ἢ ἐκ χειρουργίας ἀφαιρεθῇ, καὶ μηκέτι στέγειν τὸ δάκρυον οἷόν τε ᾖ, ἀλλὰ ῥευματίζεται. προσφύεται δὲ τὰ βλέφαρα, ἢ τῷ λευκῷ, ἢ τῷ μέλανι ἐξ ἑλκώ- D σεως. καὶ ἐὰν μὲν τῷ μέλανι προσφυῇ, τελέως κωλύει τὴν ὅρασιν, ἐὰν δὲ τῷ λευκῷ, ἧττον. καλεῖται δὲ ἀγκύλωσις. αἰγίλωπα δὲ λέγουσιν, ἢ ἀγχίλωπα, ὅταν ἀπόστημά τι γένηται πρὸς τῷ κανθῷ, τῷ παρὰ τὴν ῥῖνα πύον περιέχον, ἢ λιπαῖνον τὸ ὀστέον συρρηγνύμενον, ἢ εἰς κανθὸν, ἢ εἰς ῥῖνα περιχεῖ τὸ ὑγρόν. ψυδράκιον δέ ἐστι κοινῶς λεγόμενον περὶ πᾶν τὸ σῶμα, καὶ περὶ τὸ λευκὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ γίνεται, οἷον ἐξάνθημα ἐξ ἄκρου ἐρυθρές. ἕλκος δὲ γίνεται περὶ τὸ μέλαν, ἢ τὸ λευκὸν, ὅταν ἡ ἐπιδερμὶς διαιρεθῇ μηνοειδὴς, ἢ στρογγύλη τὸ σχῆμα, κοιλότερον, ὁμόχρουν, ἢ ὑπόλευκον. ὑπόσφαγμα δὲ λέγουσιν, ὅταν ὑπὸ πληγῆς ῥαγέντων τῶν ἐν τῷ E πρώτῳ χιτῶνι ἀγγείων, μεταξὺ τοῦ κλιδόνος τοῦ λευκοῦ, δὲ τοῦ ἐντὸς χιτῶνος, αἷμα ὑπέλθῃ. καὶ παραχρῆμα μὲν ἔναιμον ᾖ τὸ χρῶμα τοῦ ὀφθαλμοῦ, ὕστερον δὲ πελιδνόν. χήμωσις δέ ἐστιν, ὅταν ἐκ φλεγμονῆς σφοδροτέρας, ἀμφότερα τὰ βλέφαρα ἐκτραπῇ, καὶ μὴ ὅλον σκέπῃ τὸν ὀφθαλμόν. κυρίως δὲ χήμωσις λέγεται, ὅταν τὸ λευκὸν ἑκατέρωθεν τῆς ἴριδος φλεγμαίνῃ, κατὰ δὲ τὴν ἶριν κοιλαινόμενον, ὅμοιον τοῖς σχήμασι τῇ καλουμένῃ χήμῃ. κοιλώματα δὲ λέγεται ἐπὶ ὀφθαλμοῦ, ὅσα στρογγύλα, καὶ κοῖλα ἕλκη, πλατύτερα τῶν βοθρίων γίνεται ἐν αὐτοῖς, περὶ τὴν ἶριν. ἄργεμον δέ ἐστιν, ὅταν κατὰ τὸν τῆς ἴριδος κύκλον, καὶ τὸ λευκὸν, ἐνίοτε δὲ F καὶ τὸ μέλαν, ἕλκος γίνηται στρογγύλον, καὶ ὑπόλευκον. νεφέλιον δέ ἐστιν ἕλκος ἐπιπόλαιον, καὶ μικρῷ μεῖζον ἀργέμου, καὶ λευκόν. ἀχλὺς δέ ἐστι περὶ ὅλον τὸ μέλαν ἀπὸ ἑλκώσεως ἐπιπολαίου, οὐλὴ λεπτοτάτη ἀέρι ἀχλυώδει παραπλησία. ἐπίκαυμα δέ ἐστιν, ὅταν ἐξ ἐπιπολῆς ἡ ἐπιδερμὶς ἐπικαυθεῖσα ἑλκωθῇ, ἢ καὶ βραχὺ βαθύτερα γίνηται ἐξ ἐπιφορᾶς μεγάλης ἐπιγινομένη.

βοθρίον δέ ἐστιν ἕλκος κοῖλον, καθαρόν, στενόν, κεντήμασι στρογγύλοις ὅμοιον, βαθύτερον ἑλκυδρίου. φλύκταιναν δὲ λέγουσιν, ὅταν ἐξ ἑλκώσεως, ἢ καὶ ἄνευ ἑλκώσεως, ἐξ ἐπιπολῆς τοῦ κερατοειδοῦς χιτῶνος, ὑμὴν λεπτότατός τε καὶ μετέωρος ἀρθεὶς παραδέξηται μεταξὺ αὐτοῦ ὑγρασίαν, ἢ καὶ ὑπὸ τὴν κύσδονα τοῦ χιτῶνος, παχυτέρα ὑποδραμοῦσα ὑγρασία, καὶ τὴν φλύκταιναν ἀποτελέσασα. μυοκέφαλον δέ ἐστιν, ὅταν ἐξ ἑλκώσεως διαβρωθέντος τοῦ πρώτου χιτῶνος κατὰ τὴν ἶριν, προκύψῃ ὁ δεύτερος χιτὼν, ὡς δοκεῖν μυίας κεφαλῇ ἐοικέναι. σταφύλωμα δὲ λέγεται, ὅταν ἡ κόρη τοῦ ὀφθαλμοῦ μετεωρισθῇ μετὰ φλεγμονῆς, καὶ πόνου, καὶ γένηται ὅμοιον ῥαγὶ σταφυλῆς, λευκὸν τῇ χροιᾷ. ὑπόπυον δέ ἐστιν, ὅταν πύον ὅλην τὴν ἶριν περιλάβῃ, ἢ τὸ ἥμισυ. ῥῆξις δέ ἐστιν ἕλκωσις ὑπὸ πληγῆς, ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίας κατὰ βάθος, ἐπιφέρουσα, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὴν διαίρεσιν τῶν ὑμένων ὅλων, ὥστε ἐκχεῖν καὶ τὰ ὑγρὰ οἷς βλέπομεν. οὐλὴ δέ ἐστιν, ὅταν ἐπὶ τῷ μέλανι τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐξ ἕλκους βαθέος ὄντος πάχυτης ὑμένος ἐπιγένηται, καὶ ἡ χροιὰ λευκοτέρα φαίνηται. συνίσταται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ὑμένος καλουμένου, ἀλλ' οὐ διαδείκνυται. λεύκωμα δὲ ταὐτὸν μὲν τῇ καλουμένῃ οὐλῇ ἐστι. διαφέρει δὲ τῷ ἐξ ἑλκώσεως μεγάλην οὐλὴν μείζονα, καὶ παχυτέραν ἐπιγίνεσθαι ἐπὶ τῆς ἴρεως, ἣν καλοῦσιν λεύκωμα. ἧλος δέ ἐστιν ἡ μετὰ λείας, καὶ λευκῆς, δοκεῖ οὐλὴ σαρκώδης, ὑπεροχὴ τοῦ μέλανος στερεά· πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ τῷ λευκῷ, τῷ μέλανι συνάπτοντι ἐπηωρισμένη. ὑποκεχύσθαι δὲ λέγουσί τινες, ὅταν συμβῇ παρέγχυσιν ὑγροῦ τινος γενέσθαι κατὰ τὴν κόρην, καὶ πῆξιν πολλάκις, ὥστε κωλῦσαι τὸ ὁρᾶν, ἢ καὶ ἀμαυροῦσθαι ἐν τοῖς φαινομένοις. γλαύκωσις δέ ἐστι τοῦ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ, εἰς λευκὴν καὶ ὑδατώδη χροιὰν μεταβολὴ, δι' ἣν τὸ βλέπειν κωλύεται. μυδρίασις δὲ λέγεται, ὅταν ἡ κόρη τῷ μὲν χρώματι μηδὲν παραλλάττῃ, πλατυτέρα δὲ ᾖ πολλῷ τῆς κατὰ φύσιν, ὥστε ἐγγίζειν τῷ κύκλῳ τῆς ἴρεως, καὶ ἐμποδίζειν τὸ βλέπειν. φθίσις δὲ λέγεται στενουμένης τῆς κόρης, ὡς κεντήματι ἐοικέναι, καὶ ἀμαυροτέρας, καὶ ῥυσσοτέρας γινομένης, ἢ ἐξ ἀσθενειῶν ἐπικινδύνων, ἢ κεφαλαλγιῶν ἐπιτεταμένων. σύγχυσις δέ ἐστιν, ὅταν τὰ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ὑγρὰ, μὴ κατὰ χώραν μένῃ, τὴν ἰδίαν τάξιν σώζοντα, ἀλλὰ τεταραγμένα ᾖ. ἀμαύρωσις δέ ἐστιν, ὅταν παντελὴς παρεμποδισμὸς ᾖ τοῦ ὁρᾶν, χωρὶς φανερᾶς αἰτίας. νυκτάλωπας δὲ λέγουσιν, ὅταν ἡμέρας μὲν βλέπωσιν ἀμαυρότερον, δυομένου δὲ ἡλίου λαμπρότερον· νυκτὸς δὲ, ἔτι μᾶλλον· ἢ ὑπεναντίως, ἡμέρας μὲν ὀλίγα, ἑσπέρας δὲ, ἢ νυκτὸς οὐδόλως. μύωπας δὲ λέγουσιν, τοὺς τὰ μὲν σύνεγγυς βλέποντας, τὰ δὲ πόρρωθεν, μὴ ὁρῶντας. διαπύησις δέ ἐστιν, βραχυτέρου ὑγροῦ σύστασις περὶ αὐτὴν τὴν κόρην, δυσεξάτμιστος καὶ δυσδιαφόρητος, ὑποχύματος ξηροτέρα. ἀπόρρηξις δὲ γίνεται τοῦ πόρου περὶ ὀφθαλμὸν, ὅταν ὁ διατείνων ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ μήνιγγος πόρος ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἀπορραγῇ, ὡς ἀβλεψίαν τελείαν γενέσθαι, προηγησαμένης πληγῆς περὶ τὴν κεφαλὴν, ἢ ἀφ' ὕψους πτώματος, ἀφ' οὗ γίνεται ἡ τοῦ πόρου ἀπόρρηξις. παρέμπτωσις δέ ἐστιν, ὅταν εἰς τὸν πόρον, κατ' ἀναστόμωσιν, ἢ ῥῆξιν ἀγγείου, τὸ ὑγρὸν παρεμπέσῃ, καὶ ἐμφράξῃ τὸν πόρον ἀπ' αὐτῆς τῆς βάσεως τοῦ ἐγκεφάλου, ὅθεν καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἡ τοῦ ὁρᾶν δύναμις, ὥστε μετ' ἀλγημάτων, καὶ τὸ ὁρᾶν ἐμποδίζεσθαι. σύμπτωσις δὲ γίνεται μὲν ὑπὸ τοῦ πόρου στενουμένου, καὶ συμπίπτοντος δι' ἀτροφίαν, καὶ παρέσιν. σπάνιον δὲ τοῦτο τὸ πάθος, καὶ δυσίατον. ἀνθράκωσις δέ ἐστιν ἕλκος ἐσχαρῶδες μετὰ νομῆς, καὶ ῥεύματος, καὶ βουβῶνος ἐνίοτε, καὶ πυρετῶν γινομένων περὶ τὸ ἄλλο πᾶν σῶμα, ἔστι δὲ ὅτε καὶ περὶ ὀφθαλμούς.

A Bothrion, est vlcus cauum, purum, angustum, puncturis rotundis simile, vlcusculo altius. Phlyctænam vocant, vbi per exulcerationem, vel etiam sine hac exterior corneæ tunicæ membrana tenuissima, & sublimis elata, intra se humorem collegerit, aut sub tunicæ spatio crassior humor currens phlyctænam pariat. Myocephalon morbus est, quum tunica priore iuxta irim, exulcerationis vitio exesa, secunda prociderit, vt ceu muris caput referre videatur. Staphyloma dicitur, quando oculi pupilla cum inflammatione, & dolore attollitur, & album colore, & acino vuæ simile redditur. B Hypopyon vniuersam irim pure occupat, vel eius dimidium. Rhexis, est exulceratio ab ictu, vel alia quadam causa, in alto totas subinde membranas diuidens, vt etiam humores, quibus videndi facultas administratur, effundat. Cicatrix appellatur, vbi nigro oculi ex alto vlcere membranæ crassities superuenit, & color albior apparet; accidit quoque albæ membranæ dictæ, sed non perspicitur. Albugo nihil à cicatrice differt, nisi quòd ex vlcere maior cicatrix, fisimul, & crassior in iride nascitur, quam Albuginem nominant. C Clauus est carnosus nigri excessus solidus, cum leui albáque velut cicatrice, frequenter etiam in albo nigro cohærenti consurgens. Suffusionem quidam interpretantur, quum humor quidam in pupillam destillauerit, concreueritque sæpe adeò, vt visum offendat, vel in apparentibus hebetet. Glaucosis est humoris crystallini in album, atque aqueum colorem mutatio, cuius gratia visus impeditur. Mydriasis dicitur, quum pupilla quidem nihil colore variat, dilatatur autem magis, quàm natura poscat, vt iridis circulo fiat proxima, & visioni noceat. D Phthisis appellatur, dum pupilla arctè coit, vel stimulo assimilis fit, tum rugosior, aut ex imbecillitate periculosa, aut ex capitis dolore vehementi. Confusio, dum humores oculorum suo loco non consistunt, proprium ordinem seruantes, sed huc illúcque feruntur. Hebetudo, summa visionis sine causa euidenti offensio. Nyctalopes vocantur, qui die vident obtusius, sole occiduo acrius, nocte magis adhuc: vel contra, die parum, vesperi, aut nocte prorsus nihil. Myopes vicina vident, remota non item. E Suppuratio humor exiguus in pupilla collectus, qui difficulter euaporat, ac discutitur, suffusione siccior. Abruptio est, quando meatus à cerebro, & meninge, in oculum descendens, ex ictu capitis, vel casu ex alto diruptus est ita, vt absolutam cæcitatem afferat. Coincidentia, vbi in meatum, qui à basi cerebri veniens, oculo videndi facultatem tribuit, humor, adaperto vel rupto vase incidit, obturátque eum: vnde cum dolore visus offenditur. Symptosis accidit, quum meatus ex atrophia, vel resolutione fit arctior, conciditque. F Quod vitium, vt rarum est, sic remediis ægrè cedit. Carbunculus, crustosum est vlcus, depascens cum fluore, & bubone, aliquando etiam cum febribus, interdum in toto corpore, interdum in oculis factum.

CAPVT XVII.

De exterioribus capitis affectibus.

CIrca capitis exteriores partes consistunt ij, qui inter longos ascripti non sunt. Caluariæ autem fracturarum differentiæ quinque existunt, rhogme, engisoma, ecpiesma, apechema, & camarosis, distensio suturarum, hydrocephalon, achores, pityriasis, meliceris, atheroma, fauus. Porrò eam partem, quæ capillo tegitur, & mentum, occupant alopecia, ophiasis, caluities, madarosis. Pili omnes fluunt, extenuantur, quassantur, scinduntur, squallescunt, in puluerem rediguntur, subflauescunt, canescunt. Oculorum morbi separatim conscripti sunt. Aurium, contusio, pterygomata, fractura cartilaginis, sordium, vel exuperantia vel defectus, grauis auditus, surditas, puris fluor, fluxus graueolens. Nares excruciant ozæna, polypus, vlcus, fractura, peruersio, compressio, simitas. Os infestat gingiuarum putredo, dentium erosio, eorúmque dolor, & cum sede sua excidunt, abscessus in lingua, epulis, parulis, aphthæ, crustæ, tonsillæ, vua, ficus. Faciem occupant ephelis, vari, lentigo; ossium fractura, distentio commissurarum, luxationes maxillæ inferioris à superiore gena. Ceruicem habent synanche, cynanche, strangulatio, vertebrarum expulsio, strumæ, steatomata. Humeros malè habet verticis ipsorum fractura, distentio. Iuncturam cubiti occupant meliceris, atheroma, steatoma, humor aqueus. Carpum, ganglia. Digitos manus, & pedis, chimethla, reduuia. Quancunque corporis partem inflammatio, œdema, inflatio, durities, abscessus, vlcus purum, vlcus sordidum, cauum, carne supercrescens, crustosum, siccum, fluens, subpascens, callosum, fistulosum, mydesis, phyma, dothien, therminthes, phygethlon, chalaza, phagedæna, phlyctides, carbunculi, epinyctides, erysipelas, herpetes. Mammillas peculiariter, tum naturaliter sexus vtriusque vexant carcinomata. Quamlibet corporis partem impetunt carcinoma occultum, carcinoma vlceratum, therioma. Inguina, bubones simplices, phymata purulenta inuadunt. Genu, gonyalgiæ, rheumatismi, tophi. Poplites steatomata, ankyle. Tibiam, varices. Suram, scirrhoma, chironia vlcera. Summam pedis partem, nigredines, necrosis, podagra, fistulæ. Calcem, squamæ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ΄.

Περὶ τῶν ἐκτὸς τῆς κεφαλῆς παθῶν.

ΠΕρὶ δὲ τὰ ἐκτὸς τῆς κεφαλῆς, συνίστανται τάδε ἃ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς χρονίοις, περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ καταγμάτων τοῦ κρανίου. Διαφοραὶ δὲ αὐτῶν εἰσι πέντε, ῥωγμή, ἐγγείσωμα, ἐκπίεσμα, ἀπήχημα, καμάρωσις, διάστασις ῥαφῶν, ὑδροκέφαλον, ἀχῶρες, πιτυρίασις, μελικηρὶς, ἀθέρωμα, κηρίον. περὶ δὲ τὸ τετριχωμένον τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ γενείου, ἀλωπεκία, ὀφίασις, μαδαρότης, φαλάκρωσις. τρίχες δὲ πᾶσι ῥέουσι, λεπτύνονται, θραύονται, σχίζονται, αὐχμῶσι, χνοΐζονται, ὑπόξανθοι γίνονται, πολιοῦνται. τὰ δὲ περὶ ὀφθαλμοὺς, κατ' ἰδίαν ἀναγέγραπται. τὰ δὲ περὶ τὰ ὦτα, περίθλασις, πτερυγώματα, κάταγμα χόνδρου, κυψελίδος πλεονασμὸς, ἢ ἔλλειψις, βαρυηκοΐα, κώφωσις, πύου ῥύσις, ῥεῦμα δυσῶδες. περὶ δὲ ῥῖνα τάδε συνίσταν[ται], ὄζαινα, πολύπους, ἕλκος, κάταγμα, διαστροφὴ, ἔνθλασις, σίμωσις. περὶ δὲ στόμα, σῆψις οὔλων, βρῶσις ὀδόντων, ὀδονταλγία, φατνιωμάτων ἔκπτωσις, ἀπόστημα ἐπὶ γλώττης, ἐπουλὶς, παρουλὶς, ἄφθαι, ἐσχάρωσις, παρίσθμια, σταφυλὴ, σύκωμα. περὶ δὲ τὸ πρόσωπον, ἔφηλις, ἴονθοι, φακός. κάταγμα ὀστέων. διάστασις τῶν συμφύσεων. ἐξαρθρήματα τῆς κάτω γένυος, ἀπὸ τῆς ἄνω. περὶ δὲ τὸν τράχηλον, συνάγχη, κυνάγχη, ἀγχόνη, ἔξωσις σπονδύλων, χοιράδες, στεατώματα. περὶ δὲ ὤμους, τοῦ ἀκρωμίου κάταγμα, διάστασις. περὶ δὲ ἀγκῶνα, μελικηρὶς, ἀθέρωμα, στεάτωμα, ὑγρὸν ὑδατῶδες. περὶ δὲ καρποὺς, γαγγλία. περὶ δὲ δακτύλους χειρὸς, καὶ ποδὸς, χίμεθλα, παρωνυχία. τοπικὰ δὲ ὅπου ἂν τύχῃ τοῦ σώματος, φλεγμονὴ, οἴδημα, ἐμφύσημα, σκλήρωμα, ἀπόστημα, ἕλκος καθαρὸν, ἕλκος ῥυπαρὸν, κοῖλον ἕλκος, ὑπερσαρκοῦν, ἐσχαρῶδες, ἕλκος ξηρὸν, ῥευματιζόμενον, ὑπόνομον, τετυλωμένον, σεσυριγγωμένον, μύδησις, φῦμα, δοθιὴν, τέρμινθες, φύγεθλον, χάλαζα, φαγέδαινα, φλυκτίδες, ἄνθρακες, ἐπινυκτίδες, ἐρυσίπελας, ἕρπητες. περὶ δὲ τοὺς μαζοὺς ἰδίως, καὶ περὶ τὰ αἰδοῖα γυναικὸς, καὶ ἀνδρὸς, καρκινώματα. συνίσταται δὲ καὶ ὅπου ἂν τύχῃ τοῦ σώματος, καρκίνωμα κρυπτὸν, καρκίνωμα ἡλκωμένον, θηρίωμα. περὶ δὲ βουβῶνας, βουβῶνες ἁπλοῖ, φύματα ἐκπυΐσκοντα. περὶ δὲ γόνατα, γονυαλγίαι, ῥευματισμοὶ, πῶροι. περὶ δὲ ἰγνύν, στεατώματα, ἀγκύλη. περὶ δὲ κνήμην, κιρσοί. ἐν γαστροκνημίᾳ, σκίρρωμα, χειρώνια ἕλκη. περὶ δὲ ἄκρα ποδὸς, μελανίαι, νεκρώσεις, ποδάγρα, σύριγγες. περὶ δὲ πτέρνας, λεπίδες.

CAPVT XVIII.

De cutis affectibus.

CVtem, totiúsque corporis partes exagitant lepra, psora, alphus albus, alphus niger, leuce, impetigo simplex, impetigo fera, dracontiasis, acrochordones, thymi, myrmeciæ, claui, calli. Quædam horum ex podagra, & articulari morbo, quædam ex sese oriuntur. Sedem afficiunt hæmorrhoides cæcæ, fissuræ, procidentia, condylomata, pylides. Aduenit etiam toti vuluæ procidentia, cum in exteriora procidit. Scrotum habent enterocele, cirsocele, epiplocele, sarcocele, porocele, steatocele. Totius corporis ossa patiūtur cariem, sphacelū, fracturā sine vulnere, vel cum vulnere, ecbyrsosin.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ΄.

Περὶ τῶν τοῦ δέρματος παθῶν.

ΠΕρὶ δὲ τὸ δέρμα, καὶ τόποις καθ' ὅλου τοῦ σώματος, λέπρα, ψώρα, ἀλφὸς λευκὸς, ἀλφὸς μέλας, λεύκη, λειχὴν ἁπλοῦς, λειχὴν ἄγριος, δρακοντίασις, ἀκροχορδόνες, θύμοι, μυρμηκίαι, ἧλοι, πῶροι. οἱ μὲν ἐκ ποδάγρας, καὶ ἀρθρίτιδος, οἱ δὲ καὶ καθ' ἑαυτούς. περὶ δὲ ἕδραν αἱμορροΐδες τυφλαὶ, ῥαγάδες, πρόπτωσις, κονδυλώματα, πυλίδες. γίνεται δὲ καὶ μήτρας ὅλης πρόπτωσις, εἰς τὰ ἐκτός. περὶ δὲ ὄσχεον, ἐντεροκήλη, κιρσοκήλη, ἐπιπλοκήλη, σαρκοκήλη, πωροκήλη, στεατοκήλη. περὶ δὲ τὰ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι ὀστᾶ, τερηδὼν, σφάκελος, κάταγμα ἄνευ τραύματος, ἢ σὺν τραύματι, ἐκβύρσωσις.

διαφοραὶ δὲ καταγμάτων πέντε, σχιδακηδὸν, καυληδὸν, ῥαφανηδὸν, καρυηδὸν, ἀλφιτηδόν. μελαίνεται δὲ ὀστᾶ, ποτὲ μὲν ἐν κατάγμασιν, ποτὲ δὲ ἄνευ τούτων. περὶ δὲ τὰ ἄρθρα πάντα, παραγωγαὶ, παρακινήματα, ἐξαρθρήματα, παραρθρήματα, συνδέσεις, πώρωσις, ῥευματισμοὶ, διαστάσεις συμφύσεων.

Fracturarum differentiæ quinq; sunt. Prima schidacedon facta, per rectitudinem: Altera per transuersum, cauledō. Tertia raphani in morem, raphanedon. Quarta caryedon, in modum nucis. Postremò alphitedon, in speciem farinæ. Nigrescunt interdum ossa in fracturis interdum sine his. Articulis omnibus accidunt, paragoge, è sede propria motio, luxatio, intertrigo, colligatio, porosis, rheumatismi, distentio commissurarum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ χειρουργίας εἰδῶν.

